FX ægritudinibus, quæ accidunt capillis, est casus capillorum: & eius euentus est ex resolutione cutis, & paucitate substantiæ generantis capillos: & propter hoc intentio in curatione istius ęgritudinis non est,sicut intentio in curatione alopeciæ: q̄n intentio in curatione alopecię est resolutio chimi coarctāti in cute,& intentio in curatione casus capilloꝝ nō est,nisi cōfortatio corporis capitis,et ingeniū, vt attrahatur ad ipsum chimus ei conueniens reducēdo cutem ad dispositionem temperatam inter raritatem,& spissitudinem , & propter illud oportet , vt ꝑ misceantur cum medicinis humectātibus medicinæ, in quibus est stipticitas pauca , sicut laudanū , cum in eo fuerint istæ duæ virtutes , quæ ambæ necessariæ sunt in curatione istius ęgritudinis cum temperamento, vs caliditas temperata,& coriatio vel ꝑparatio cōueniens ipsi , & stipticitas proportionata , & propter hanc caulam fit,q̄ q̄n permiscetur cum oleo, & inungitur cum eo caput,remanent capilli , & non cadunt. Et ex manifestis est , q̄ q̄ſiq; oportet , vt ante administrationem istius medicinæ ꝑcedat fricatio capitis,& alleuiatio capillorum ab ea. Quod si fuerit tempus ānī ꝑsens temperatum, fiat abrasio totius capitis, & est possibile nobis,vt procedatur cum eis, quæ diximus, de fricatione,& linimentis, vt calefiat cutis,& confortetur,& adiuuetur ad redeundum versus temperamē tum naturale sufficienter. Et multotiens accidit consualefcentibus ægritudo in capillis ipsorum : & q̄ſiq; accidit ei,in quo nō fuerit ęgritudo. Et cui fuerit hæc dispositio, necessarium est regimen viuificans, & regimen attrahens sanitatem plus . Et iam vidi homines medicari diebus pluribus cum laudabili regimine ſo lo absq; administratione medicinarum. Verum quidam medici præcipiunt huic ægritudini medicinas, quæ habent virtutem introducēdi ꝑspissitudinem panis cum cute absq; infrigidatione . Nam medicinę, in quibus est stipticitas vehemens, necesse est , vt intrigident,& prohibeāt cibum a penetratione ad illud mēbrum,cui non accidit talis ægritudo,nisi propter pauciatem nutricationis, & intentio quidem in medicinis,quibus curatur hęc ęgritudo , non est prohibitio sanguinis a tranſitu ad mēbrū læsum solū, sed intētio nostra est, vt in eo augeatur aduentus ipsius, f. sanguinis ad ipsum,& q̄ constringatur cutis mollificata , & aggregetur,& cōstringatur cum temperamento. Et in natura quidē laudani est, vt faciat omnia illa , quæ diximus. Et quia in substantia sua est,sicut cera , indiget humiditate multa ei cōuenienti, cum qua est possibile, vt vngatur caput, & oportet, vt sit hæc humiditas similis laudano, & illud quia est cōpositum ex viribus contrarijs, f. ex virtute attrahente , & virtute aggregante. Et non conuenit in hoc loco oleum nominatum sanium, nec oleum antiquum, nec oleum de keruaſed oleum factū ex arbore masticis, q̄n ipsum in natura similatur Laudano, et similiter oleū oliuæ immaturarum, & oleum mirtinum . Et Galenus iam affirmauit, quod nō possit reperiri medicamen aliud magis iuuatiuum in casu capillorum , q̄ medicamen compositum ex laudano, & oleo arboris masticis . Et ex manifestis est, q̄ ſi radantur capilli , oportet , vt fit substantia

Nota de laudano.

Nota q̄ q̄ coriationē vel ꝑparationē cōueniēt cuti, intelligit cōdentatio , seu aggregatio ꝓpriæ cutis,ꝑpriā cutis, hoc enim cutis ꝑparāt cū stipticis,q̄ aggregant ꝑtes ipsorū, et condēsant: ita vt fint duræ, & aptæ ꝓ fortalitate, et aliis ꝓpriet: ut in hac ali qualē simi litudinē, ꝑparā cutis capitis relaxata , ex qua cadāt pili.

Nota de laudano.

subſtantia iſtius linimenti groſſior: & ſi prohibeſ abraſio capitis totius, tunc incidantur capilli cum forfi cibus; & oportet, vt ſit ſubſtantia ipſius linimenti tenuior vel ſubtilior. Et manifeſtum eſt, q̃ non oportet vt nutriantur capilli, quouſq; remoueatur ægritudo. Et ſi caſus capillorum fuerit plus, & iudicaueris q̃ cutis capitis ſit rara vehemẽti raritate, tunc non erraris, ſi prmiſceatur cum laudano oleum myrtinum, loco olei arboris maſticis. Et quandoq; oportet vt miſceatur cum laudano in aliqua hora oleum nardinũ, & illud in hominibus, in quibus dominatur frigus, & in hyeme. Et ex medicinis magni iuuamenti tunc eſt oleum aromaticum, quod adminiſtrant mulieres diuites delicatæ. Et quandoq; oportet, vt præcipiatur mulieribus diuitibus delicatis, quòd vngantur hoc oleo aromatico ſolum, & cum laudano ſimul in vaſe duplici, ſcilicet vt diſſoluatur medicina in vaſe, deinde ponatur in aqua calida in caldario, aut in re alia, ita vt ignis non excedat medicamen ſeu medicinam, dixit Gal. Etiam ſufficiens fuit multotiens hæc medicina in cura iſtius ægritudinis cum regimine attrahente ſanitatem.

Verum multi ex medicis compoſuerunt medicinas plurimas ad caſum capillorum, quas quoniam oportet vt commemorem, primo adducam medicamen aſcriptum Ario, cuius deſcriptio eſt hæc. Rec. laudanum, & infundatur in vino pontico, & teratur, et effundatur deſuper vice vna oleum myrtinum, & vice alia vinum, & teratur quouſq; fiat ad ſpiſſitudinem mellis; & melius eſt vt eum eo permiſceantur capilli veneris ad quantitatem medietatis ponderis laudani, & adminiſtretur in balneo cum oleo myrtino, & extra balneum: & oportet vt fricetur locus primo eum panno, quouſq; rubeat. Quòd ſi fuerit tempus hyemis, & fuerit complexio capitis frigida, & videris medicamen indigere vt cum eo miſceatur quod calefacit & aperit, tunc miſceatur cum hac medicina oleum nardinum, aut quædam olea ſubtilium partium boni odoris.

Oleum Archigenis conferens ad caſum capillorum. Recip. granorum arar, ſeu granorum abel numero. x. (& ſecundum aliam deſcriptionẽ grana. xx.) laudani, abſynthij partes æquales, terantur, & cribellentur, & ponantur in panno, & infundatur in oleo quinque diebus, & inungatur caput cum eo, quoniam prohibet caſum capillorum, & non generatur cum eo caliditas.

Medicamen aſcriptũ Charitoni medico ad caſum capillorum. Rec. capillorum veneris partem vnam, laudani partes duas, permiſceatur cum vino, & oleo myrtino, & adminiſtretur.

De Saphati, & eſt Alſiringi ul alſirbengi. Cap. III.

Saphati eſt ex genere apoſtematũ, extra curſum naturæ accidens in cute capitis: & non nominatur hoc nomine, niſi ex accidente proptio inhærente ei, quia in loco cutis in quo accidit, ſunt forma ſtricta plena humiditate ſubtili, mala, paucæ viſcoſitatis. Et approximatur huic ægritudini in aſpectu ægritudo alia dicta Fauoſa, quæ accidit in cute capitis, & quæ nominatur hoc nomine, quoniam forma accidentia in cute, in hac ægritudine fauoſa dicta, ſunt latiora quàm in illa: & humiditas quæ eſt in ea, aſſimilatur melli fauoſo. Et iſtæ duæ ægritudines accidunt ab humiditate permiſta ex materia ſubtili mordicante, & ex chymo groſſo. Et quia cauſa faciens accidere eam, eſt humiditas permiſta cum materia ſubtili mordicante, ideo fit pruritus primo cũq; prolongatum fuerit tempus, & perſeuerauerit pruritus, accidit apoſtema, & apparent in eo foramina.

Intentio autem in curatione ipſius, eſt euacuatio chymi facientis vel cauſantis ipſam ex toto corpore: deinde mundificetur caput poſt illud, ſecũdum quòd diximus in alopetia. Quando ergo fuerit chymus dominans in corpore ſanguis, tunc oportet vt incipiatur cum extractione ipſius cum phlebotomia cephalicæ: & quandoq; confert etiam phlebotomia venæ quæ eſt in fronte, & phlebotomia duarum venarum pulſatilium quæ ſunt poſt aures, & ventoſatio partiũ eminentium poſteri oris capitis: deinde mundificetur corpus poſt illud cum ſolutione ventris. Et ſi fuerit chymus dominans cholera citrina, euacuabis eam cum decoctione myrobalanorum, & pulis cõpoſitis ex ſcammonea, & abſinthio. Et ſi fuerit humor phlegmaticus, euacuabis eum cum pilulis compoſitis ex aloe & maſtice, & cum pilulis cochijs.

Et cum fuerit ægritudo debilis, quandoq; ſufficiũt in cura ipſius medicinæ particulares, quæ pro cura membri læſi intenduntur vltra phlebotomiã, & ſolutionem ventris. Et cum fuerit hæc ægritudo, ſicut diximus, etiam eueniens ab humore groſſo viſcoſo, neceſſarium eſt tunc adminiſtrare medicinas, quæ habent virtutem ſubtiliandi, & reſoluẽdi. Verum propterea q̃ materia ſubtilis mordicans eſt effuſa ad ipm, ideo oportet vt non ſint iſtæ medicinæ vehementis acuitatis, vt non addatur in mordicatione materiæ, & mordicatione ipſius, vnde augeatur etiam effuſio. Acetum autem licet ſit in numero medicinarum ſubtiliantium & incidentium, tamen in eo eſt proprietas ſingularis ei: & illud, quia cum reſolutione contrariatur materijs quæ effunduntur, quoniam ipſum licet ſit frigidum, tamen permiſceatur ei aliquid parũ caliditatis. Et quandoq; oportet vt acetum, quod adminiſtratur in hoc, ſit vehementis acetoſitatis, vt in quo non remanſerit omnino aliquid ſaporis vini: quoniam quando tu permiſces quaſdam medicinas minerales, ſicut cimolea, quę eſt marmor inuentus in lutoviridi, & in luto cretenſi: & tutia, & lytargirij, & climia argentea, tunc ſufficiet cum ea in curatione huius ægritudinis. Et oportet vt ex ea adminiſtret a principio ægritudinis, & a principio rei, illud quod eſt debile, præcipue quando dolo augmentatur: quòd ſi non iuuat illud, liniatur locus læſus, poſtquam præeſſerit abraſio capillorum, cum medicina facta cum charta aduſta permixta cum aceto. Et quando volueris vt minoretur acuitas medicinæ, tunc permiſcebis cum eo aliquid de lytargirio. Et quando fuerit intentio minorandi acuitatem eius minoratione ſufficienti, ponatur de lytargirio, & de medicina partes æquales. Et quando fuerit intentio multiplicare acuitatem eius, ponaſ illud quod de lytargirio permiſce tur minus, q̃ ſit quantitas medicinæ: deinde quando volueris linire plurimum, minoreſ de acuitate plus, q̃ ſit quantitas ſufficiens ſecundum quòd diximus: ponatur de lytargirio plus, quam de medicina. Etiam dixit Gal. in libro ſuo de medicinis compoſitis ſecundum locum læſum, vel appropriatis loco læſo, quòd cum deficeret ei in quadam villa medicamen ſupradictum, quòd fundauit ſe ſuper chartas, & aduſit eas, & commiſcuit eas cum aceto vini, & liniuit cum eis locum ægritudinis, & præcepit infirmo, vt die ſequenti accederet ad ipſum, quoniam ſecurus erat, quòd toleraret ipſum medicamen propter duritiem carnis ſuæ. Cumque infirmus acceſſiſſet ad ipſum, vidit eum iam propinquum ſanitati, & non permutauit ſe ad medicinam aliam, immo præcepit,

Proprietas ſingularis acet. ſ. reſoluere & refrigerare.

Secũdum aliã deſcriptionẽ, ſupple aſſumpſi ab authoribꝰ antiqs, qui di uerſimode ſcri. ſerũt idẽ medicamẽtũ: & hoc Serapio di. xit. Fma aliã deſcriptionẽ: & in ſe quẽtib⁹ intelligatur. Vbi. n. reperiti, Fma illã deſcriptionẽ, nõ eſt intelligẽdũ qđ Serapio fecerit. diuerſas deſcriptiões, ſed debet intelligi Fm deſcriptionẽ aſſumptas ab a ijs auctoribus, vt ſupra dictum eſt.

vt perfeueraret administrationem eius, & factum est sicut præcepit, & sanatus est ille sanatione completa in tribus diebus. Et q̃ũq; est tibi possibile etiam cum processeris via, quam manifestauimus in cura huius ægritudinis, vt te exercites in administratione medicinarum plurium seu multarum compositionum.

Descriptio medicaminis facta de charta, qd' cõfert saphati, & vlceribus factis in fumine, & inguinibus.

Rec. tubal ęris, vel (sm aliam descriptionem) ęris aduſti abluti, & plumbi aduſti, farcocollę, chartæ aduſtæ, omnium añ. vnc. j. fulfuris, quod non tetigerit ignis drac. iiij. aggregentur illa contrita, et cõmisceantur. cum aceto vini, & administretur. Et q̃ũq; confert hoc medicamen vlceribus, vt vlceri acciderit in radicibus coxarum, i, in inguinibus iuuamento manifesto.

Medicamen aliud aſcripturn Afulufus. Rec. terræ cimoleæ, & fulfuris, cui non adueniat ignis, omniũ ana partem vnam; terantur illa, & permisceantur cũ aceto, & abluatur caput cum aqua calida, & liniatur cum medicamine dicto loeus læsus in balneo, & extra balneum.

Descriptio medicaminis, quod est proximum primo in virtute: abluatur prius locus ægritudinis cum aqua vinen fullonum, deinde sumatur cinis cucurbitæ aduſtę, & pulpa coloquintidis, & in alia descriptione Cineris alkeruæ aduſtæ, & coloquintidis, omniũ ana partem vnam: terantur, & commisceatur cum aceto vini acuto, & liniatur cum eo.

Descriptio alia melioris operationis, q̃ pria. Rec. rafinæ partẽ vnã, balaustij partẽ vnã, terant & admisceant cum aceto & oleo rosato, & administretur.

Descriptio alia. Rec. veres, & venarum citrinarũ partes æquales, administretur sicut prius.

Descriptio alia. Rec. cineris anethi adusti, aristolochiæ rotundæ, balaustiorum. gallarum, rafinæ, omnium ana partem vnam: aggregentur illa contrita, & cribellata administrentur etiam cum aceto vini, & oleo myrti, & administretur apud necessitatem.

Descriptio alia. Rec. mardafengi venarũ ana partem vnam, terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aceto vini, & oleo rosato, & administretur apud necessitatem.

Medicamen aliud. Recip. coriandri ficci adusti, teſtæ thanur antiqui, alkana de meka, ana partẽ vnã, terantur omnia, & permisceantur cum aceto, & liniatur cum ea locus.

Descriptio alia iã approbata, & apparuit eius iuuamentum. Rec. gallarum viridum, & aduråtur super instrumentum, sicut cazola, cum butyro nouo, & terantur gallæ, & liniatur cum eis locus; & coletur butyrum: & infirmus caputpurgium faciet cũ eo in principio cuiusliber mensis tribus vicibus vel diebus: & hoc medicamen magis confert pueris. Et ex hominibus sunt, qui administrant cum gallis myrtum siccã, & alij administrant cum eis emblicos.

Medicamen conferens vlceribus factis in capitibus puerorũ. Rec. mardafengi, fæcis quæ redidet ex argento liquefacto, amygdalarum amararum aduſtarum, chelidoniæ, q̃ est memiram, partes æquales: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aceto & oleo rosato, & liniatur locus. aut Rec. mardafengi, fęcis argẽti liquefacti, memiram, & cambil, & olei rosati: liniatur cum ea locus.

Medicamen aliud conferens saphati humidæ: abluatur locus cum aqua foliorum oleandri, & liniatur cum hoc medicamine. Rec. tubal æris: myrrhæ, omnium ana drac. ij. farinæ thuris, aluminis iameni, omnium ana drac. iiij. aristolochiæ, colcotar, cineris turturum, aloes arabici, omnium ana drac. j. terantur, & cribellentur, & permisceatur cum aceto, & administretur apud necessitatem. Et in alia descriptione aristolochiæ longæ, fęcis argenti liquefacti, amygdalarũ amararum cum oleo rosato.

De Furfuribus in capite. *Cap. IIII.*

FVrfures autem qui accidunt, in capite, sunt corpora subtilia, quæ cadunt ex capite in hora pruritus absq; vlcere: quæ medici nominauerũt furfures, quoniam illud quod cadit ex capite de huiusmodi corporibus, similatur ipsis furfuribus. Et hæc quidem ægritudo accidit ex materijs malis, & generatur a duabus dispositionibus: quarum vna est complexio capitis mala generans furfures, & humores remanentes cum fua dispositione in natura: & quãdoq; generatur ex superfluitate humoris acuti, quãdo ascędit ad caput. Et intentio quidem in curatione ipsarum, est resolutio materierum facientium eos accidere, cum medicinis in quibus est virtus resolutiua, & & virtus subtiliatiua, post euacuationem totius corporis, cum fuerit plethoricum, sm q̃ præcepimus in alopecia. Et illud quia præceptum est, vt obseruetur hoc regimen in reliquis ægritudinibus, fi dimissa fuerit, vel in loco suo in aliqua hora commemoratio ipsius, scilicet curationis. Q, fi non fuerit in corpore superfluitas, quę exuirat solutionem ventris, tunc tibi sufficit mundificatio capitis cum ventosis, & gargarismate. Et fi fuerit necessaria phlebotomia venarũ, & fuerit tempus anni, obediens ad illud, tunc fiat ex cephalica, & extrahatur sanguis ad quantitatem tolerantiæ virtutis: deinde conuertatur ad medicinas quas diximus, & incipiamus cum eis quæ sunt de biles, & ex illis est vt sumatur malua sylueſtris, & exprimatur succus eius, & abluatur cum eo caput. Aut sumatur sicla, & teratur, & extrahatur aqua eius, & proijciatur desup eius aliqd de sale, & farina cicerum, & altheæ, & farinæ lupinorum, & fabarum, & abluatur cum eis caput. Aut abluatur caput cũ aqua kisch hordei cum modico salis & altheæ, aut aqua decoctionis fœnugræci. Aut sumantur radices ireos, & decoquantur cum aqua, & abluatur cum ea caput. Et similiter mucillago psyllij cum althea: & aqua infusa in bathea: & aqua in qua decoctus sit capillus veneris. Et fortior medicinarum scriptarum est fel tauri, & decoctio coloquintidis, & baurach, & nitrum, & salgemma, & fistici alherebe, qui sunt grana de ben. Et quandoq; quidam medici permiscent cũ medicinis supradictis aliqs medicinas stypticas: & intentio in hoc, est cõfortare caput, vt non recipiat chymos ascendentes ad ipsum, sicut addidit Archigenes in descriptione medicinę factę cum calcăt, quã descripsimus. Quod quidem additamentum habet virtutem cum calcadis, vt prohibeat reditum istius ægritudinis. Et descriptio medicaminis est, vt abluatur caput cum aqua, in qua bullitũ fuerit aliquid fœnugræci, aut sicla, & proiectum fuerit aliquid de nitro: & liniatur post illud cum aceto, in quo infusum fuerit cimolia, i, marmor inuẽtus in luto viridi, & fel tauri, & dimissum fuerit per horam vnam: deinde abluatur, & sumatur spumæ baurach, & scoriæ æris, & calcant partes æquales, conficiantur cum aceto vini, & liniatur cum eo caput. Et hæc quidem cura ascribitur Archigeni qui ex administratione medicinæ prædictæ affirmat prohibitionem reditus ęgritudinis. Et in descriptione alia, loco spumę baurach, habetur spuma maris, & scoria æris &c.

Depediculis

De Pediculis in capite, uel in reliquo corpore. Cap. V.

QVandoq; accidit quibuſdam hominibus, vt in eorum capitibus generentur pediculi ſubito, propter humiditatẽ iam calefactam. Verum calefactio eius poſt diſpoſitionem in qua eſt, non peruenit ad terminum, ꝙ faciat materias virulentas acutas. Et manifeſtum eſt, ꝙ cauſa generans pediculos, non eſt niſi in profundo cutis, vbi eſt poſſibile vt generetur huiuſmodi animal; & non eſt in exteriori parte, vbi deficit caliditas generare illic. Et canon in compoſitione medicinarum, quę adminiſtrantur in hac egritudine, eſt, vt ineis ſit virtus exiccatiua de neceſſitate, & virtus reſolutiua. Quod autem ex eis eſt expertum & cognitum, ex experientia eſt, quod nos deſcribemus. Oporter enim primo, vt mundificetur corpus cum medicina ſolutiua: deinde mundificetur caput cum gargariſmate, ſm ꝙ diximus ante, & adminiſtrentur poſt illud medicinæ deſcriptæ, vt infra. Medicamen conferens generationi pediculorum. Rec. ſtaphiſagriæ pondus drac. ij. arſenici rubei, baurach, omnium ana, drac. ij. terantur & triturentur, & permiſceantur cum aceto & oleo roſato, & liniatur ex eo caput. Medicamen aliud. Rec. elleborialbi, ſtaphiſagriæ, baurach, partes æquales: terantur, & permiſceantur cum oleo, & adminiſtretur in balneo. Medicamen aliud. Rec. ſinapis, arſenici rubei, argenti viui, partes æquales: terantur & cribellentur, & permiſceãtur, & liniatur cum eo caput: deinde abluatur poſt illud cum aqua ſiclæ. Medica men aliud: Mortificetur argentum viuum cum aliquo oleo, & adminiſtretur per ſe ſolum. Medicamẽ aliud. Recip. zadarachit razadaracht partes quinq; condiſi partem vnam, terantur ſubtiliter, & conficiantur cum aqua oleandri, & adminiſtretur.

Et quando fuerit generatio pediculorum in reliquo corporis, tunc conueniens eſt vt fiat mundificatio cum phlebotomia, & cum ſolutione ventris. Et poſt intentionem, quæ eſt in repletione vel in corpore repleto, eſt vt aſſidiuetur ingreſſio balnei. Et oportet vt ſit balneatio primo cum aquis nitroſis, & ſalſis, vt mundificet cutis: deinde poſt illud balneetur cum aqua dulci, & humectetur cutis, & reiteretur hoc me dicamen. Rec. aloes arabici, myrrhæ, baurach, ſief, memithe, arſenici rubei partes æquales: terantur illa, & conficiantur cum aliquo oleo odorifero, & liniatur cum eo corpus, & balneetur poſt illud cum aqua, in qua decocta ſint aichar, & roſæ, & ſceha; & alimentur cibaria groſſa mali humoris, præcipue ſicus ſiccæ quoniam proprietas ipſarum eſt generare pediculos.

A char. i. picrus. Fic. ſiccę.

De Soda accidente ex adustione ſolis. Cap. VI.

SOda quidem quandoq; accidit ex adustione ſolis; & intentio ſermonis noſtri, ex adustione ſolis, eſt a caliditate acquiſita capiti ex ſole æſtiuo; & illud, quia omnium hominum capita quandoq; calefiunt, apud ſtationem vel inceſſum in ſole tempore longo: verum illa caliditas non moratur in re liquis hominibus: in quibuſdam enim remouetur ante balneum, & in quibuſdam aliis poſt balneum. Quando igitur permanſerit in ſua diſpoſitione, & cum ea fuerit dolor in capite, & fuerit in diſpoſitione in qua iam erat, & remota fuerit cauſa imprimens, & non fuerit in diſpoſitione quæ de nouo acciderit, nominatur iſta Paſſio adustiua. Et quandoq; fit in capite multotiens Malitia complexionis ſolũ, quando permutatur complexio capitis ad caliditatem multam. Et quandoq; aſcendunt ad caput vapores multi, & chymi, præcipue quando in corpore fuerint chymi multi iam coarctati in eo: & ſequaces Ariſtiati denominant hanc diſpoſitionem repletionalem. Et cura iſtarum duarum ſpecierũ, ſcilicet Malitiæ complexionis abſolute calidæ abſque materia, & factæ ex effuſione materiæ in principio rei, eſt vna & eadem: & fit cum medicinis ſubtilibus infrigidatiuis, in quibus non eſt ſtipticitas, ſicut eſt oleum roſarum: quoniam non eſt aliquid magis iuuatiuum eo, in principio iſtarum duarum ægritudinum, quando infrigidatur & effunditur ſuper caput, præcipue ſuper ſinciput: quoniam propter mollificationẽ com poſitionis corporis, quæ eſt ſuper figuram coronalem, vel ſitum coronalem, & frangibilitatem ſeu teneritatẽ oſſis eius, penetrant ex eo virtutes medicinarum, quæ ei occurrunt ad interiora cum facilitate. Quando ergo volueris infrigidare, aut calefacere, tũc magis conueniens eſt vt intendatur huic loco cum his medicaminibus, quæ ſuper caput applicantur; & magis laudabilis infrigidatio eſt illa, quę fit cum oleo roſato infrigidato in æſtate: quoniam hæc ægritudo non accidit, niſi in hoc tempore æſtatis ſm plurimũ. Et nobilius quidem oleum roſatum eſt illud, quod eſt factum ex oleo oliuarum viridium immaturarum ſine ſale; & roſæ, quæ infunduntur in eo, ſint mulcę neque ſit oleum, ꝙ in eo adminiſtratur, antiquum, immo ſit factum in illo anno. Et oleum quidem roſatum artificioſe fit, ſecundum ꝙ deſcribam. Recip. oleum iam expreſſum in illo anno ex oliuis immaturis, quibus non approximatum fuerit ſal, in tempore veris, aut in principio eſtatis, & infundantur in eo roſæ plurimæ, ita vt accipiat virtutem ipſarum. Et adminiſtretur oleum violatum in hac ægritudine, ſecundum modum quem diximus. Et ſimiliter oleum nenuphar inum, & oleum foliorum kalef viridium, (quando ſit vnumquodq; iſtorum oleorum, ſecundũ ꝙ præceſſit deſcriptio) confert iuuamento non minori, eo, quo iuuat oleum roſatum. Quantitas autem infrigidationis eius, quod vis adminiſtrare ex iſtis oleis, oportet vt ſit ſecundum vehementiam inflãmationis, & ætatem, & figuram corporis, & horam anni præſentem, & regionem. Et via ſeu modus infrigidandi huiuſmodi olea, eſt, vt ponantur in vaſe, deinde ponatur illud vas, in quo eſt oleum, in aqua vehementis frigiditatis, aut in niue. Et hæc quidem cura oportet quandoq; vt adminiſtretur etiam in eo, cui accidit dolor capitis ex vaporibus eleuatis a chymis malis: quoniam frangit malitiam ipſorum, & declinat eos ad inferiora, præcipue quando miſcetur cum oleo aliquid de aceto, propterea quia acquirit nobilitatẽ ſe profundãdi. Et oporret vt ſit acetum ad quantitatem quartæ partis olei, cum volueris infrigidationem temperatam: Sed cum volueris addere ſupra temperamentum, ponemus ea ambo, ſ. oleum, & acetum partes duas æquales. Et nõ oportet, vt ſit acetum adminiſtratũ in hac diſpoſitione vehemẽtis acetoſitatis, quoniam caliditas in illo eſt adepta parumper. Q. ſi deficit aqua vehementer frigida, ſicut aqua puteorum, & fontium frigidorum, aut nix, tunc conuenientius eſt, vt ſit tua infrigidatio olei hoc modo. Ponatur enim in aere in nocte oppoſito flatui ventorum frigidorum, & permiſceatur cum eo aliquid de aqua ſemperuiuæ, aut aqua portulace, aut kalef, aut aqua foliorum ſeminis pſylij, aut aqua cucurbitæ, aut aqua ſucci virgæ paſtoris, aut aqua roſata, aut aqua granatorum præcipue acetoſorum,

Oleũ oliuarũ imaturarum ○ſio fiat ro ſaceũ &c.

Oleũ infrigidãdi mo dus.

quoniam ipſa ſunt vehementioris infrigidationis quàm alię ſpecies grauitorũ. Et quandoq; iuuatur in huiuſmodi diſpoſitione cum aqua citruli, & aqua agreſtæ, & aqua ſolatri. Succus autem papaueris, & mandragoræ, oportet vt alienetur, cum infrigidatio amborum ſit attrahens nocumentum, niſi ſit neceſſarium propter vigilias vehemẽtes, quæ accidunt infirmo: tunc enim adminiſtretur ſuccus amborum, ſed tu caueas, & ſis cautus multum: parum enim ex ambo bus tibi ſufficiet: & cum perueneris ad id quod intendis per eos, aliena ipſos, & abſtine ſtatim ab eis, præcipue quando corpus fuerit plenum humoribus. Et quando fuerit dolor capitis non accidens niſi ex aduſtione ſolis, aut præſentia ſuperfluitatum in eo, non oportet vt adminiſtres quod infrigidat infrigidatione vehementi, ſed oportet vt cures in hac diſpoſitione cum oleo camomellino nouo. Et ſi non inuenitur hoc oleum nouum, admiſceatur cum eo aliquid de oleo roſato: & ſint de oleo camomillæ partes duæ, & de oleo roſato pars vna: ſed magis iuuatiuum eſt, vt ponas de ambobus partes æquales, ſm q̃ videtur in illo, cum fuerit menſuratio quantitatis quædam menſuratio, quæ ſit in vna hora, & non in alia ſecun dum ægritudinem, & non in alia ab ea, quoniam menſuratio quantitatis nõ inuenitur. Et oportet vt ſcias, q̃ oleum camomellinum eſt conueniens corporibus, quæ non indigent infrigidatione vehementi, ſicut ſunt corpora mulierum, & delicate viuentium, & puerorum, & eorum quorum color eſt albus, aut caro ipſorum eſt mollis, & non currit conſuetudo ipſorum, vt ſoli exponantur. Q. ſi indigent lenitione ventris ſeu naturæ, tunc feſtina ad illud, & non poſtponatur, & moueatur ſolutio ventris cum clyſtere lenitiuo, aut cũ aqua, in q̃ decocta ſint pruna, & paſſulæ, & tamarindi: in qua diſſoluta fuerit caſia fiſtula, & tereniabin quantitate ſufficienti. Et ſi fuerit virtus infirmi tolerans, ponãtur in eo, cum quo ſit curatio, myrobalani citrini. Cibus autem conueniens in hac diſpoſitione ſunt illa, quæ habent virtutem infrigidandi & humectandi, ſicut eſt cucurbita, & atriplex, & lactuca, & ſpinachia, & quæ eis ſimilantur. Et ſi patiens hanc ægritudinem non fuerit febriens, tunc ſit cibus eius ex pullis decoctis cum quibuſdam oleribus prædictis, aut francolini, aut faſiani, aut alchubugi. Et oportet vt alteretur aqua eius, ſi fuerit natura ad ſiccitatem decliuis, cum ſyrupo prunorum, & aqua cucurbitæ, & ſyrupo granatorum, & aqua citrulli, & cucumeris. Si vero fuerit ad lenitatem magis declinans, tunc permiſceatur cum ſyrupo de agreſta, & ſyrupo de ribes, & ſyrupo facto ex acetoſitate citri. Si vero fuerit dolor capitis calidus cum effuſione materiæ, tunc curetur cum his, quę dicemus.

De Soda factã ex malitia complexionis calidæ cum materia. Cap. VII.

QVando fuerit dolor capitis ex mala complexione calida, cũ materia ad ipſum effuſa, tunc magis conueniens in curatione ipſius eſt euacuatio illius materiæ, & oportet vt conſideres, do nec ſcias an fit ſanguis, aut cholera citrina. Q. ſi fuerit ſanguis, adminiſtrabis phlebotomiam venæ cephalicę, ſi fuerit virtus infirmi fortis, & fuerit tempus anni præſens exquirens illud. Q. ſi prohibeatur phlebotomia venæ, ſufficiet ventoſatio duarum eminentiarum poſteriorisparti capitis in illa hora, & in loco alio ventoſatio crurium. Q. ſi infirmus ſenſerit grauitatem & dolorem in poſteriori parte capitis, tũc fiet phlebotomia venæ frontis, ſicut docet nos Hippocrates in quinta particula aphoriſmorum, vbi dicit, Poſteriora capitis dolentia incidere venam frontis, quæ eſt inter duos oculos, confert ei. Si vero fuerit materia choletica citrina, euacua eam cum medicinis, quæ habent virtutem ſoluendi ipſam, ſicut decoctio myrobalanorum citrinorum, & prunorum, & tamarindorum: & fortifica illam cum ſcamonea, quæ iam ſit aſſata in citonio, aut in pomo: & ſicut decoctio, quæ ſoluit humorem colericum, cuius deſcriptio hæc eſt. Rec. myrobalanorum citrinorum, abſinthij, fumiterræ, paſſularum enucleatarum ab arillis omnium ana quantitate neceſſaria, & decoquatur cum aqua dulci, & coleatur: doſis eius eſt quantitas lib. media. Q. ſi manifeſtũ fuerit, q̃ chymus groſſus ſit iam permixtus cum humore colerico citrino, euacuabis eum cum pilulis de aloe, & maſtice, aut pilulis alephangineis, aut pilulis alſabiar, ideſt de ſaiareth: & ſi neceſſarium eſt illud, quod eſt fortius iſtis, adminiſtra pilulas Galeni, quæ dicuntur cochiæ: & hiera picra eſt etiam magni iuuamenti in hac ægritudine, & ſi exhibeatur ex ea in hora per ſe ſola, & in hora alia cum decoctione præcedenti, & doſis completa iſtius hieræ eſt darchami vnum: & minus, quod datur in potu ex ea, eſt darchami medium: illud autem, qd conueniens eſt inter iſtas duas quantitates, oportet, vt ſit ſecundum ætatem, & maciem corporis, & eius carnoſitatem, & ſecundum conſuetudinem. Q. ſi non iuuerit cura, quam prædixtimus, & fuerit dolor, & grauitas ſecundum ſuam diſpoſitionem, exhibeatur infirmo aloes infuſus, quem deſcribemus. Rec. endiuiæ viridis, teratur, & exprimatur ſuccus eius, abſq; q̃ effundatur ſupra eum aliquid de aqua, & bulliat, & coletur, & ſumatur ex eo quantitas libręvnius, & proijciatur ſuper ipſum aloes boni, ʒ. j. & ponatur in vaſe vitreo, & exponatur ſoli: doſis eius eſt ab vnc. j. vſque ad vnc. ij. ſecundum tolerantiã infirmi, & ætatis eius. Et oportet, vt caueaſ, ne exhibeatur hæc medicina in potu illi, qui patitur doſorem in inferioribus, aut punctionem, niſi proijciatur in potione ipſius pondus drac. ʒ. dragachanti contriti. Cũq; ſciuerit, q̃ corpus iam eſt mundificatum, tunc præcipiatur infirmo, vt ſe proſternat, & quieſcat in domo luminoſa temperati aeris oppoſita ſeptentrioni: & ſparge in ea aquam multam: & ſternatur in ea folia alkalef viridia, & roſæ, & folia myrti viridis, & fahefefram, & nenufar, ſi inuenitur: aut vngatur vehementer caput eius cum oleo roſato cum modico aceti, aut aquæ agreſtæ, aut cum oleo alkalef, aut oleo violato, aut oleo nenupharino, quod cunq; iſtorum oleorum fuerit præſens infrigidetur, & permiſceatur cum eo quid modicum aquæ roſatæ, & camphoræ, quoniam hæc omnia expellunt materias, & frangunt acuitatem ipſarum, & cum hoc infrigidant. Q. ſi intenderis tantum infrigidationẽ, q̃ſq; conferunt quædam aquę, quas dicemus, ſicut aqua citruli, & cucumeris infrigidata in niue, & aqua portulacæ, & aqua ſemperuiuæ, & aqua foliorum alkalef, & ſuccus virgæ paſtoris, & aqua vel roſaræ excoriationis cucurbitæ ſolatq; ſi permiſceatur cum quibuſdam oleis infrigidatis ſupradictis, erit magis iuuatiuum. Et ſi neceſſaria eſt adminiſtratio caput purgij. tunc infirmus attrahat per nares olea deſcripta, aut oleum ſeminis cucurbitæ dulcis, aut lac mulieris lactantis, quæ iam peperit filiam. Q. ſi non ſedatur dolor, & iudicaueris, quòd in capite continentur vapores multi, tunc effundatur ſuper ipſum caput aqua, in qua decocta fuerint camomilla, & violæ flicæ, & folia

Infuſio aloes.

& folia nenupharis, & hordeum contusum, & quæ ei assimilantur. Q. si infirmus patiatur vigilias, tunc po natur in aqua bullita aliquid de corticibus papaueris & de semine alchaulan. Huiusmodi enim curatio resoluit vapores, & res comprehensas in capite, & facit ipsum, & prohibet ea, quæ ad ipsum ascendunt. Q. si non sedatur dolor post hæc omnia præmissa, tũc ex prædictis mulgeatur supra caput lac mulieris, aut lac capratum, nisi fit infirmus debilis, tunc enim caueatur, vel dimittatur illud, & emplastretur caput cũ emplastro facto ex floribus camomillę, & rosis, & farina hordei, & althea, & corticibus papaueris, & violis siccis, & floribus nenupharis, & rosæ cum oleo nenupharino, & oleo violato, & linãtur tempora cum sandalis albis, & fit aliquid modicum de camphora, & acatia, & aloe: conficiantur illa cum aqua lactucæ, & aceto, aut aqua mandragoræ. Et iam manifestauimus viam curationis præcedẽtis narratione breui, & compendiosa.

De Soda accidente in capite ex mala complexione frigida absq; materia. Cap. VIII.

SIcut dolor capitis accidens ex calore solis nõ est difficilis curationis, similiter Soda quæ accidit ex frigore, non est difficilis sanationis, si non præcesserit tempus: verum ipsa resoluitur hoc modo curationis. Oportet enim vt abunde, & vehementer inungatur caput cum oleo rutaceo tepido: & si necessarii fuerit fortior calefactio, ponatur in eo aliquid modicum de euphorbio; & similiter oleũ de lilijs, & alkekri, & alachuan, & oleum de costo, & oleum oliuæ, & oleũ de ben, & oleũ de narcisso. Oleum aũt balsaminum iam expertus fum multotiens, & non inueni iuuamentum manifestum in aliquo dolore, in quo necessaria est calefactio. Et ego laudo magis in huiusmodi dispositione oleum laurinum, & oleum de maiorana fm cõmendationem olei rutæ, et sufficiens est iuuamentum ipsorum: qm ego iam exptus sum huiusmodi olea in multis ægritudinibus, & inueni ea iuuare iuuamento manifesto.

De Soda accidente ex mala complexione frigida cum materia. Cap. IX.

OPortet vt incipiatur in cura istius ægritudinis, cũ euacuatione materiæ causantis ipsam: quę si fuerit sparsa in reliquo corporis, tũc sit tua euacuatio cum medicinis, quę habent proprietatem soluendi humorem dominãtem in corpore. Q. si fuerit humor phlegmaticus, euacua ipsum cũ pilulis alaestacum, & pilulis de mastice, & pilulis de aloe, & pilulis alsafaiar. i. asaiaret, & pilulis cocchijs. Si vero fuerit humor melancholicus, tunc infirmus assumat de pilulis cõpositis ex myrobalanis nigris, & agarico, & faleindo, & polypodio, & elleboro nigro, & lapide armeno, & quæ ei assimilant. Q. si fuerit materia in capite tãtum, tunc sit tua intentio ad mundificandi caput cum gargarismate facto cum hiera picra, & syrupo acetoso facto cũ aceto scyllitico, & cũ sinapi, & pyrethro, & origano syluestri, & corticib⁹ radicũ caparum: permisceantur illa cõtrita cum melle, & aqua calida. Et q̃nq; confert etiam gargarisma cum hiera Baffithus: & oportet vt dissoluatur ipsa cũ aceto scyllitico. Hiera autem Archigenis, mundificat quidem caput, & stomachum, mundificatione laudabili. Et q̃nq; iuuat etiam infusio aloes, quam modo describemus: Sumatur myrobalanorum nigrorum, bellericorum, emblicorum, & corticum radicum apij, & corticum radicum fœniculi, & radicum squinanti, & radicum ireos, omnium ana drac. x. spicæ masticis, calami aromatici, omnium ana drac. iij. suchaha, bedeguard, omnium ana drac. v. pulpæ coloquintidis. drac. ij. aggregentur istæ medicinæ, & decoquantur cum quinque libris aquæ dulcis, donec remaneat ad libram vnam, & coletur, & proijciatur in ea aloes hepatici succurrini boni drac. ij. & ponatur in sole, & administretur secundũ necessitatem. Dosis eius est ab vnc. j. vsq; ad vnc. ij. fm ætatem, & virtutẽ. Q. si fuerit materia in stomacho, tunc mundifica ipsam cum vomitu, exhibendo in potu aquam tepidam, in qua decoctum sit anethum cũ modico salis cõmunis, aut cum aqua, in qua decocti sint faseoli rubei cum anetho, & semine atriplicis, & calamento syluestri, & semine harfef, quod est chenchar: & nux vomica cũ sale cõmuni, & mel colatum cum comestione raphani, & quæ ei assimilant. Et si infirmus non inueneritleni tatem, & ægritudo non diminuta fuerit, exhibeatur Hiera Archigenis, & Hiera Galeni antedicta sufficiat ei, & Hiera Logodian etiam est magni iuuamẽti in huiusmodi dispositione. Et oportet quando infirmus indiget assumptione alicuius ex hieris prædictis, vt ponatur illud cum aqua, in qua decoctum sit epithymum, & passulæ ab arillis enucleatæ. Et si videris ægritudinẽ cum dispositione sua, postq; tu mũdificaueris corpus totum, tunc embroca caput cum aqua, in qua decocta sint Camomilla, melilotũ, maiorana, & sisymbrium, & folia lauri, & fceha, & quæ his similantur: q̃m huiusmodi medicinæ resoluunt materias, & confortant caput. Et si necessarium fuerit emplastrare caput, emplastretur cum medicina cõposita ex medicinis prædictis permistis cum oleo lilij cœlestis, aut oleo costino, aut de keiri, aut de zãbach. i. de lilijs albis, aut oleo iasemino. Q. si non iuuant reliqua, quæ descripsimus de cura, abscindantur venę pulsatiles, quæ sunt in temporibus, & in alia defectione, fiat cauterium in parte anteriori capitis, & super tempora, & supra partem posteriorem capitis.

Cibaria autem conuenientia ei, in quo est hæc ægritudo, sunt illa ex quibus generantur chymi laudabiles. Vinum autem & reliquas species vini, oportet vt alienet, præcipue qd' ex eo est antiquũ, odoriferum; q̃m nocet capiti, & facit ipsum dolere.

De Soda facta ex mentositate grossa. Cap. X.

SI causa aduentus Sodæ fuerit ventositas grossa, tunc oportet vt cõsideres, donec scias, an ipsa sit in capite tm, an in stomacho. Q. si fuerit in stomacho, & non fuerit caput dolens nisi per cõmunitatem ipsius, oportet vt primo occupatio sit in mundificatione ipsius cum vomitu, & potu Hieri: deinde infirmus accipiat in potu oleum amygdalarum dulciũ, & amararum, cum aqua in qua decoctæ sint radices apij excorticatę, & radices fœniculi, & radices squinãti, & anisum, & mastix, & fœnũgręcum, & semen fœniculi, & cordumeni. Et si diiget administratiõe olei de kerua, fiat illud, & ipsum in potu exhibeat: & administretur infusio aloes, quam supra diximus: & infusio Hieræ, quam modo describemus. Rec. corticũ radicum apij, & corticum radicum fœniculi, & radicum squinanti, ośum añ. drac. x. calamẽti mõtani, artistolochię rotundæ, suchaha, bedeguard, omnium añ. drac. v. myrobalanorum nigrorum. drac. vij. epithymi. drac. v. masticis. drac. iij. spicæ aromaticę. drac. ij. casiæ lignęæ, & ameos, calami aromatici, omnũ añ. drac. ij. agarici drac. v. fœchados drac. vij. zibibi mũ

Infusio aloes cõposita.

dati ab arillis vnc.iij. summa medicinarū est nu. xvij. coquantur in libris.viiij. aquæ, donec remaneat libra vna, & coletur, & proijciatur in ea Hieræ picr ℈ pondus vnc.j. & ponatur in vase vitreo, & exponatur solj, & administretur apud necessitatem. Dosis eius est ab vnc.j. vsq; ad vnc.ij. cū drac.iij. olei de kerua. Et si infirmus indiget, vt ei exhibeatur aliquid de confectionibus, tūc ei exhibeatur ex sazaneæ, & amorusiæ, & tyriaca, et metridato: aut ex diamusco amaro, aut dulci, quantitate necessaria. Et si ventositas fuerit coarctata in capite, tunc præcipiatur infirmo post munsdificationem corporis cum Hiera, vt assiduet ingressionē balnei, & embrocationes factas cū camomilla, melliloto, origano, & folijs lauri, & sceha, & sampsuco, & anetho, & quæ eis assimilant. Et q̄nq; iuuat etiā post mundificationem, administratio caput purgi. q̄ resoluit ventositatem, sicut aqua sampsuci. Et attendue attrahere per nares castoreum, & eius odorem. Et mu scus etiam iuuat valde: & similiter omnia odorifera: & vasa, in quibus sunt res fluidę, calidę, odoriferæ.

De Soda facta ex potu vini. Cap. XI.

QVotiens potiones, in quibus naturaliter est superflua caliditas, faciunt accidere dolorem in capite, significatur ℈ ipsum ex hoc est repletū vaporibus, aut chymis acutis. Quandoq; n. ascendunt ad caput chymi acuti absq; potu vini. Et intēdo in curationeistius Sodæ, est euacuare causam facientē ipsam, s. vapores iam caput replentes. Et q̄m isti vapores sunt calidi, ideo oportet vt administrent curationes infrigidantes. Et q̄nq; sufficit in huiusmodi dispositione, vt vehementer inungatur caput cum oleo rosato, aut cum quibusdam oleis proximis ei in virtute, quodcunq; eorum sit præsens, & fit infrigidatum: & præcipiatur infirmo, vt exquirat quietem & somnum. Q. si remanserint in stomacho reliquiæ vini, & accident infirmo propter hāc causam casus aēg. exhibeat ei in potu fenchenabin cum aqua tepida, & præcipiatur ei vomitus: & effundatur super corpus, & pedes eius aqua calida. in qua, decocta sint camomilla, & violæ ficcæ: & ℈ mittatur inunctio pedum suorū cum oleo violato, & sale, vt descendant vapores a capite, & declinent ab eo. Cumq; facta fuerint ista omnia tota die illa, præcipe ei balneationem in hora cenę: & cibaipsum cum cibis generātibus chymos laudabiles absq; calefactione, sicut est kist hordei: & in alia descriptione, kanda rufium, quod est hordeū romanum: & sorbitiones factæ cum orobo, & pane abluto cum aqua, & oua forbilia absq; muri. Olera vero magis conuenientia in hac dispositione sunt lactuca, q̄m ipsa generat chymum laudabilem: & extinguit: & similiter caules, q̄m resoluit vapores, & subtiliant eos, & similiter lentes et sunt ex cibis laudabilibus in hac dispositione, & præcipue in eo, cuius venter naturaliter est lenis. Et oportet vt succurrat ei, qui patitur hanc dispositionem, cum alteratione aquę fuę in omni hora: q̄m plurimi hominum stomachi relaxantur apud potum aquæ fontis, vel aquæ simplicis. Alteretur igitur vel permisceatur aqua illius cum syrupo granatorum, & syrupo agrestæ, & rob de ribes, & succo acetositatis citri, permistis cū aqua vehementis frigidis. Ex fructibus vero cōuenientibus sunt poma muza, & pyra, & cytonia ēt. Et si fuerit de mane sequenti illius diei ingrediatur balneum, & effundatur super caput eius illic aqua calida multotiēs q̄m non est intentio nostra in hoc resoluere, quod est coarctatum in capite tātum, sed ēt prouocare ei somnū. Q. si dormierit post egressionem balnei, & quieuerit aliqua quiete tempore pauco, præcipiemus ad balneum vice secunda, & cibabimus eum cū eis, quibus cibatus fuit in die primo: & si inuenerit leuitatem, & diminutionem doloris, & non tolerat potum aquæ, concedemus ei quasdā potiones vini aquosi, aut altæ rius vini post permixtionem eius cum aqua plurima. Cūq; feceris illud, tunc cibaria ei magis conuenientia sunt carnes gallinarum, & pullorum, & carnes hedi, & pisces petrosi: & oportet vt decoquantur hæc omnia decoctione in qua non cadat muri, neque vinum. Et oportet vt contineantur illi qui patiuntur hanc dispositionem, & alij etiam omnes qui patiuntur dolorem capitis, in hora status ægritudinis, a motu, & præcipiatur eis quies, & tranquillitas. Q. si ægritudo peruenerit ad dispositionem declinationis, tunc præcipiatur deambulatio in locis cōuenientibus: & cōueniētior deambulatio ei qui indiget calefactione, est vt fiat in locis calidis: & illi qui indiget infrigidatione, est quæ fit in locis frigidis. Et oportet vt fiat deambulatio ante assumptionem cibi: & post eius assumptionem fit deambulatio minor, & tardior. Et oportet ℈ ifirmus non multum assumat de cibo, neq; deambulet hora qua cibatus est, sed post duas horas, aut tres, aut plus. Quod si remanserit in capite reliquæ vaporum, et chymorum, qui ascenderint ad ipsum, tunc ipsi fine dubio sunt iam firmati in meatibus strictis: et propter illud, ille cui accidit ab ipsis dolor capitis, oportet vt alienet administrationem olei rosati, et administret in resolutione illorum primo oleum camomellinum calefactum calefactione temperata, et post illud oleū de lilio, q̄m ipsum confert huiusmodi ægritudinibus iuuamento manifesto.

De Soda accidente ex casu, & percussione accidente in capite. Cap. XII.

IAm oportet: vt scias, q̄ hæc ægritudo non est res causata ab apostemate, quod poteſt accidere non a percussione, aut a casu tm: sed etiā multotiens accidit in reliquis membris corporis a causa alia non extrinseca, non manifesta apud effusionem materierum ad ipsum. Q. si fuerit percussio causa vulneris, aut cōtritionis, aut apostematis, tunc sunt multæ intentiones in cura illius: quarum vna accipitur ex ipso vulnere, secunda est accepta ex cōtritione, tertia est accepta ex dolore: et illud, quia dolor q̄nq; est in loco qui vicinatur percussioni, et ℈ plurimum pertransit ad loca continua. Et q̄nq; accidit multotiens, cum dolet pars capitis cum simili ægritudine, vt cōmunicetur ea piti tot: et causa in illo est, q̄ partes coopertientes quę cooperiunt craneum, et partes cutis circundātes sunt cum eis continuæ, et inter ea ambo non existit spatiū vel concauitas, quasi ambæ sint vna res. Et cum illud ita se habet, oportet vt doleat caput totum apud aduē tum nocumenti quarundam partium eius. Q. si peruenit aliquid de apostemate ad craneum cum cōmunitate, quæ est inter panniculum rotundum super craneum, et inter panniculum durū nominatū minēgis, mediātibus comissuris, quia est tunc dolor capitis, et qui est istiusmodi, est vehementis timoris. Et q̄nq; accidit multotiens, q̄n cadit homo ex alto, vt disrumpatur aliquid de partibus cerebri, aut pāniculi duri, qui est super eū nominatus minēgis, quia erit apud illud dolor vehementior, et difficilioris sanationis, et maioris periculi: magis conferens in hac dispositione, si nō prohibeat ætas, & debilitas virtutis vitalis, est vt inciatur in cura istoꝝ cum phlebotomia. Q. si illa prohibeatur

græce Menix

hibeatur propter vnam duarum causarum, quas præ diximus, aut per ambas duas, euacuabimus corpus cũ clystere ad hoc, vt euacuetur illud quod est in eo conculcatum, & attrahêtur humores qui effunduntur ad locũ doloro sum, versus inferiora: deinde post illud, si fuerit panniculus durus discoopertus, & necessaria fuerit administratio olei rosati, tunc oportet vt administretur ipsum solum tepidũ, sicut sic qñ extrahimus aliquid de ossibus capitis. Q. si iste panniculus non fuerit discooptus, & necessaria fuerit penetratio olei in partibus capitis, et fuerit craneum sanũ, permiscebimus cum eo aliquid modicum de aceto. Q. si fuerit illic apostema, tunc acetum est magis contrarium reli quis, quibus fit iuuamentũ: qñ in aceto nõ est virtus cõfortans, nec est in eo, nisi virtus relaxans. In aposte mate aũt cutis capitis, & pãniculi q est sub ea craneũ induens vel circundans, si non fuerit cũ eo dolor vehemens, qñq; est possibile vtiuetur in eo cum admistratione rei modicæ de aceto permixto cum oleo rosato applicato supra ipm. Q. si fuerit apostema magnum, et fuerit cum eo dolor vehemens, tunc iam no cet administratio aceti: & iuuamentum fit tunc cum oleo rosato solo tepido, aut oleo sisamino. Q. si infirmus habuerit vigilias vehementes, oportet vt effundatur super caput eius oleum camomillinum, & oleum violatum: quæ ambo multotiens permiscentur simul, & significatur super additionem et dimi nutionem vnius amborum super alterũ ex magnitudine apostematis, & ex complexione infirmi. Et qñ nobis necessaria est confortatio capitis, tunc oportet vt ipsum epithemetur cum aqua myrti recentis, & aqua cupressi, & aqua lilioru, & aqua foliorũ alathel, & oleo de lilijs cum re modica de vino aromatico, & melliloto, & calamo aromatico, & luto armeno, & ladano. Q. si infirmus patietur permixtionem intelle ctus & rationis, tunc administrabimus emplastrum, quod nunc describemus. Rec. farinæ hordei partem vnam, furfuris, similæ, althea, ana partis quartã: teranter illa, & permisceantur, & conficiatur cum aqua foliorum alathel, & oleo rosato, & modico aceti: & ex ipso tepido emplastretur caput. Q. si apostema fuerit ex genere almsera, tunc cõfert post phlebotomiã potus aquæ solatri, & aquæ alkakengi, & aquæ plantaginis, & aquę endiuię cum cassia fistula, & aquę hor dei, & aquæ cucurbitæ. Cibus aũt cõueniens eis est molochia elixata, & lactuca, & atriplex, & cucurbita. Et si non fuerit illic febris, qñq; pfert eis vitellus oui, & caro auiũ: & in summa oportet, vt cibus ipsoꝝ sit mundus, nõ habens superfluitates in eo, pcipue si fuerit illic febris. Q. si indigent linimento, tũc conferũt eis in principio ea quæ habẽt virtutẽ prohibendi materias, ne effundantur; sicut sandali rubei, & saufel, & sief memitę, & acatia, & lutum armenum, & crocus, & marmor inuentus in luto viridi, quod est cimolea, & lentes excorticatæ, & alfarengareg, quod est litiũ, & opium: conficiantur illa omnia cũ aqua plantaginis, aut cũ aqua coriandri, aut aqua virgæ pastoris, & aqua portulacæ. Cũq; apostema peruenerit ad dispositionem declinationis, necessitas tunc non est nisi ad medicinas resolutiuas, mollificatiuas, sicut est camomilla, melilotum, fœnũgręcum, & radices altheæ, & alachauan, & similia. Quod si fuerit illic excoriatio debilis, qñq; consolidatur, imo & sanatur cum epithe mathe facto cũ vino, & oleo de myrto. Q. si fuerit excoriatio multa, & acciderit infirmo fluxus sanguinis, qñq; iuuat apud illud administratio alacusem factum cũ aloe, cuius descriptio est ista. Rec. Medicamen alacusem factum cũ aloe, conferens vulneribus accidentibus in corporibus, & abscindit fluxum sanguinis ab eis vehementer: item aloes, sarcocollæ, omnium ana. vnc. j. farinæ thuris. vnc. ij. sanguinis draconis. vnc. j. & .5. myrrhæ vnc. 5. quidam homines accipiunt ex medicinis prædictis partes æquales. Et qñ gentes putant esse differentiam inter farinam thuris, & ipsum thus; quia oportet vt scias, q̃ non nominat farina thuris, nisi illud q̃ soluitur & separatur a thure cõfracto in vase vel in sacco magno: qñ in illo est aliquid de corticibus thuris, quæ sunt vehementioris stipticitatis; igitur differentia inter farinã thuris, & thus ipsum, est q̃ in farina thuris est stipticitas aliqua. Et qñq; oportet vt administretur medicamen alacsufem quandoq; dũ ipsum est siccum, & qñq; dum ipsum est confectum cũ albumine oui. Q. si fuerit vlcus magnũ, quod sua magnitudine peruenerit ad hoc, vt appareat os, tunc oportet vt abluatur prius cum vino tepido, & abstergatur locus cum spõgia leni; & si videremus in osse fracturã, & non est possibilis aggregatio labiorum vulneris, extrahemus ipsum cũ facilitate, & effundemus in locum oleum rosatũ tepidum; deinde aggregabimus latera vulneribus, & in eis strictũram faciemus cũ filo serico, aut lineo: et curabimus ea post illud cũ medicamine alacsufem prædicto, postq̃ permiscuerimus eum cũ albumine oui, aut vino; & applicando ipsum super pannũ lineum emplastrabimus cũ eo locum læsum post eius futuram, & ligaturam fortẽ; & dissoluemus ea omni die, & permutabimus medicamen. Et oportet vt fiat illud, quousq; resoluatur apostema, & consolidetur vulnus.

De Vertigine. Cap. XIII.

NOmen istius ęgritudinis significat dispositionẽ qualitatis eius, in qua ipsa est; & accidit qñq; apud læsionẽ cerebri, quæ est ægritudo propria in se ipso; & qñq; apud læsionem ipsius cerebri cum cõitate eius cum alio mẽbro; & significat illud malitia digestionis, & aduentus doloris in stomacho, & paucitas desiderij ad cibũ, & nausea, & cafacan; & q̃ dolor vice aliqua fit vehemens, et vice alia quiescit. Et significatur q̃ ægritudo fit propria ipsi cerebro ex affiduatione doloris, & ex hoc q̃ infirmus sentit grauitatem in capite suo, & tinnitum in auribus suis, & obscuritatem in visu, & incurrit vertiginem ex quacunq; causa, & casum. Et plurimũ accidit illud, qñ patiens reuoluitur in aliqua hora reuolutione in gyrũ; & illud, quia si res, quæ accidit alteri a patiente propter multas reuolutiones, verisimile est; q̃ accidat ipsi patienti vertiginẽ ex paucis reuolutionibus, Et qñ patiens vertiginẽ prædictam aspicit hominẽ aliũ in gyrum reuolui, obscurant oculi eius, & vertiginem incurrit, et in gyrũ cum eo res ad extra videnꝫ reuolui. Et similiter si ipsum patiens videt in quibusdam horis res ab extra reuolui, et subuerti, sicut rota magna, in qua res plurimæ mouentur. Et sicut si patiens videat reuolutiones rotarum, quæ sunt in fluminibus, accidit ipsi patienti illud idẽ. Et plurimũ accidit illud ei, qñ calefit caput ei⁹ cũ cooptura, aut re aliaꝫ causa in illo est, q̃ chymi frigidi aggregati i capite calefiũt, quia accidunt ab eis vapores, qui non cessant in gyrũ moueri in ventriculis cerebri, et non carminant, aut propter grossitiem ipsoꝝ, aut propter multitudinem eorũ. Et materia faciens accidere hanc ægritudinem, fm plurimũ est ventositas grossa, obtenebrans, nõ digesta, coarctata in ventriculis cerebri: Cũq; mouetur et agitatur inordinate, cõmouentur cũ ea spiritus animalis. Et hęc ventositas qñq; ascendens ad cerebrum

ex stomacho,& ex toro corpore facit accidere, quod diximus. Et penetratio istius ventositatis, & eius ascẽsio ad caput,aut fit per venas quæ sunt post aures, & ſi ſignificat illud tenſio, quæ accidit in eis : aut fit p duas venas nominatas parotides, & ambæ istæ ſunt venæ ſubethicæ, & ſignificat illud tenſio colli. Et qñq; fit aſcenſio istius ventoſitatis ex ſtomacho,et ſignificat illud dolor qui aduenit, & fit vehemẽs apud maliciam digeſtiõis, & ſequit illud ſubuerſio ſtomachi. Et qñq; accidit vertigo ẽt ab humore phlegmatico exiſtẽte in cerebro:& qñq; eius euentus eſt ab humore choleri co. Et differentia inter vertiginem & ſodam capitis, eſt, quod ſoda reſolutitur in breuiori tempore, q̃ſi tẽpus in quo reſoluit vertigo. In curatione aũt ipſius, iam oportet ẽt vt opponaſ cuilibet cauſę, a qua proue nit ſm neceſſitatem. Q. ſi accidat ex chymo frigido, oportet vt curetur cũ rebus calefacientibus, ſicut eſt euphorbium, & caſtoreũ, & nigella, & muſc⁹, & ſamꝑ ſucus, & quæ eis aſſimilanſ. Et qñq; iuuãtur ẽt cum rebus, quibus fit maſticatio, & gargarizatio, mundiſi cantibus caput. Et ſi fuerit ℞ vertigo ☽ accidens pro pter ventoſitatem groſſam, præcipiatur infirmo, q̃ faciat embrocam cũ aqua calida: vel ſm aliam literam, prouocet ſudorẽ cũ aqua calida, in qua bullita fuerint camomilla, melilotum, & origanũ ſylueſtre, & ſceha, & maiorana, & folia lauri: & illud ponẽdo aquam in vaſe amplo, & inclinando caput ſuper eã. Et ſi cauſa ægritudinis fuerit chymus calidus, euacua eum cum aqua myrobalanorũ, & pilulis de hiera, aut pilulis alſabiar: & ſi neceſſaria fuerit in quibuſdã infirmis extractio ſanguinis, & fuerit ægritudo in cerebro, tunc fiat phlebotomia ex cephalicaꝛat ſi vero fuerit caput doloroſum cũ cõmunitate mẽbri alterius, phlebotometur nigra, & præcipiatur infirmo vt aſſiduet odorẽ rerum frigidaꝛ, ſicut roſarum, & aceti acuti, et folioꝝ myrti recentis, & violarum recentium, & nenufaris. Et qñq; cõfert in huiuſmodi diſpoſitione adminiſtratio clyſteris, vt attrahaꝛ materia ad inferiora: & oportet vt ſit illud, quod adminiſtratur frigidum, cum ægritudo fuerit a caliditate; & ſit calidum, cũ fuerit ex frigiditate. Q. ſi ægritudo eſt chronica, & non ſedatur, tunc adminiſtra mundificationem cũ hiera Galeni, & cũ Hiera Archigenis. Infuſio etiã aloes qñq; iuuat iuuamento non paruo. Et qñ fuerit vertigo per cõſtatem capitis ad quẽdã membra, & fuerit illud quod aſcendit ad ipſum, de ventoſitate vaporoſa calida, nõ exiſtens niſi in duabus venis apparentibus, quæ ſunt poſt duas aures: tunc ſi ambę inciduntur incitione totali, conferet illi ægritudini. Et ſi cõtradicẽtor dicat quærendo, quæ ſit via ad ſciendum, an vapores non eleuentur, niſi in venis quę ſunt poſt aures, aut in venis ſtrinfecis: reſpõdet ad illud Moyſe eben Abrain, q̃ Galenus dixit in libro ſuo de cognitione egritudinum mẽbroꝝ intrinſecorum, q̃ abſciſſio duarum venarum, quæ apparent poſt duas aures, non ſanat omnes quibus accidit vertigo. Et illud, quia aſcendit ad cerebrum venæ alię pullatiles multo maiores q̃ iſtæ, & eleuantur ab oſſe baſilari, & tranſeunt in panniculum retinum : & multotiens eleuatur ventoſitas vaporoſa replens cerebrum. & facit accidere vertiginẽ. Et de his venis loquitur Ioannes, q̃ qñ tangũtur duæ venæ poſt aures, & inuenis eas pulſare pulſatione magna, tunc ſcias q̃ illa ventoſitas non eleuatur, niſi in eis ambabus, & q̃ tu, qñ inuenis eas repletas repletione manifeſta viſui, ſi proieceris ſuper eas ligamentum nominatum alreberi perſicum, inuenies dolorem per hoc ſedari parumper: & ſimiliter, ſi ponanſ ſuper eas ambas medicinę ſtipticę, ſicut gallæ, & balauſtiæ, & aloes, & acatia, & opium confectum cũ aceto, aleuiatur dolor parumper. Q. ſi nõ apparet aliquid ex iſtis ſignis, tunc oportet vt ſcias, q̃ ventoſitas non eleuat niſi ex venis intrinſecis, & tunc oportet vt ſit intẽtio curationis cũ medicinis ſolutiuis.

Alia litera alſedar. i. ſcotomia.

De Soda accidente per communitatem.

IN Soda aũt accidente in capite per viam cõmunitatis ad quẽdam membra, ſicut eſt ſtomachus, hepar, & ſpen: opo rtet vt intendatur medicatio mẽbri, ex cuius cõmunitate fit dolor capitis : cũq; feceris illud, ſedatur dolor capitis: deinde intendatur ad curationem capitis cũ curationibus præmiſſis, & deſcriptionibus ſm complexionem dominantem.

De Soda, quæ nominatur ouiũ, ſeu galba. Cap. XIIII.

HÆc ęgritudo aut eſt in pãniculo exiſtente ſub cute capitis, & circundante craneum eius ab extra: aut eſt in pãniculo cerebri nominato meninx. Et accidit ſm ſemitã proprietatis eius, et ſm ſemitam cõitatis eius cum quibuſdam membris. Secundum viam proprietatis eius aũt eſt, qñ cauſa faciens ipſam accidere eſt in capite contenta. Secundum ſemitam vero cõmunitatis eſt, qñ cauſa faciẽs ipſam accidere euentur ad ipſum caput ex ſtomacho. Et hæc ægritudo ſignificatur, an ſit in pãniculis cerebri, vel an ſit in pãniculo cooperiente craneum ex hoc, quod ægritudo qñ eſt in pannículis cerebri, tunc ſentit infirmus dolorem in radicibus oculorum: & qñ eſt in pãniculo cooperiente craneum capitis, tunc ſentitur dolor nõ perueniens ad radices oculorũ. Dolor igitur ſi vehemẽs fiat qñq;, ſeu quibuſdam diebus, tunc cauſa euentus eius eſt a ſtomacho. Etiam eſt poſſibilis ſignificatio ſuper cognitionem cauſæ facientis euenire ægritudinem, quæ ſcitur ex diuerſitate dolorum, & illud, quia ſi infirmus ſentit tẽſionem tm̃, & non ſentit eum hoc grauitatem, neq; pulſationem, tunc manifeſtum eſt q̃ ventoſitas eſt cauſa aduentus ægritudinis; & illud, qa dolores accidentes a ventoſitate ſunt cum tenſione: & qñq; denominãtur ægritudines, ab ijs cum quibus aſſociatur tenſio, hoc nomine, ſ. extenſiuæ, vel tetanus. Q. ſi fuerit dolor cum grauitate & pulſatione, ſignificat apoſtema calidum. Q. ſi deficiant iſtæ ſignificationes, & infirmus non ſenſerit niſi mordicationẽ tm̃, tunc ſcias q̃ ægritudo prouenit ex chymis acutis mordicatiuis, Si vero fuerit dolor cũ grauitate, & rubedine in facie, ſignificat multitudinem ſanguinis. Et ſi fuerit dolor, & grauitas abſq; rubedine in facie, ſignificat quoſdam humores groſſos, ſicut phlegma, & cholera nigra. Via aũt curationis eſt, ſm q̃ deſcribam. Dico igitur, q̃ ſi ęgritudo, puenerit ex cauſa multorum chymorum in corpore, tunc oportet vt firmes ſolicitudinem tuã in corpore toto, vt mundifices ipſm ſm neceſſitatem; & illud intendendo ad euacuationẽ chymi, quem denotant ſigna manifeſta, aut per phlebotomiam, aut per ſolutionem ventris. Q. ſi non fuerit multitudo humoris in corpore, tunc nõ eſt tibi neceſſarium, vt ſis rotaliter intentus ad euacuationem; ſed ſit tua intentio occupata ad caput, ſi cauſa faciens ægritudinem fuerit illic. Q. ſi fuerit ægritudo ex chymis coarctatis in capite, attractis ad ipſum propter caliditatem in eo exiſtentem, & generatis in ipſo pęter debilitatẽ eius, tunc oportet vt ſis occupatus in mũdificatione eius : deĩde embrocet caput cũ aqua, in qua decoctæ ſint medicinæ paucę caliditatis, quæ habent virtutem confortandi caput, ſicut eſt camomilla, melilotum & roſæ rubeæ, Summitates ſquinanti & mẽtæ recens, & quæ eis ſimilãtur. Q. ſi ęgritudo prolon-

gata

gata fuerit, misceantur cum medicinis descriptis medicinæ, in gbus est cali ditas addita, sicut sisymbrium, maiorana, & calamenthum sylueſtre, & folia lauri, & calamus aromaticus, & quæ eis similantur. Et si fuerit chymus cholericus, inunge caput cum oleo rosato, & aceto vini; & qñq; confert illi iuuamento non paruo, si em brocef caput cũ aqua in qua bullierint papauer, & q̃dã medicinæ refolutiuę, sicut camomilla, & melilotũ, & q̃ sunt eis siña in virtute. Si vero fuerit chym⁹ grossus pauc̃ caliditatis, non consulo administrationem medicinarum refoluentium: sed consulo mundificationem capitis, deinde administrationem medicinarũ subtiliantium, sicut sunt medicinæ factæ cum nitro, & sinapi.

Et cum peruenerit ægritudo ad dispositionem declinationis, administretur fricatio capitis, præcipue in balneo post abrasionem capitis, a capillis suis, & commotionem sternutationis facta cum medicinis sternutare facientibus: & incipiatur a debilibus, procedẽdo ad fortiora succeſſiue.

De Hemicrania. *Cap.* XV.

QVandoq; accidit in parte capitis dextra, aut sinistra dolor lædens, qui non pertransit cõmissuram extensam in longitudine capitis: & eius euẽtus fm plurimum est cũ periodis. Et causa quidem euentus Hemicraneæ, est illud quod eleuatur ad caput de vaporibus & chymis: & isti quidem nõ faciũt accidere Hemicraneam, nisi aut propter multitudinẽ ipsorum, aut nõ propter multitudinem, sed ꝓpter qualitatem ipsorum calidam aut frigidam. Et q̃nq; inuenit quidem patiens hanc ægritudinem, qui sentit dolorem in musculo temporum duoꝝ. Et q̃nq; pertransit ægritudo in musculo temporum, & ascendit ascensione plurima, & illud vicibus diuersis, vice post vicem. Et q̃nq; peruenit dolor ad dispositionem, cum qua patiens non potest ponere digitum super locum doloris: ex quo manifestum est, q̃ ægritudo quę est cum huiusmodi dispositione, non est nisi in pãniculo sub cute cooperiẽte cranium capitis: in quo nec cutis capitis salua est ab eo: & nõ est imaginandũ, q̃ fluat vel ascẽdat ex vaporibus & chymis in venis & in arterijs, & in ambobus simul rantũ ad caput. Quandoq; enim membra, quæ sunt intra cranium, ſ. cerebrum, & panniculi eius, sunt expellentes superfluitates ab eis ad exteriora. Et q̃nq; est ascẽsio vapoꝝ, aut chymorum ad caput ex toto corpore. Cũq; voluerit curare hemicraneam, oportet vt consideres curã cõueniẽtem, an sit cum phlebotomia, an sit cum solutiõe ventris. Et si cum solutione ventris, consideretur qs sit humor, qui vult euacuari. Cũq; euacuaueris corpus, & voluerit cura curam particularem, oportet vt inuoluas super digitum indicem tuum pannum asperum, & fricet ille locus dolens duorum temporũ, & intendatur cum fricatione musculi qui est in tempore, quousq; calefiat: & vt fit illud quod fit de fricatione, ante periodum; & expecta parumper: deinde administrentur medicinæ, quas descripserunt medici ad hemicraneam, postq; bene considerueris rem magis conuenientem ei, & bene cognoueris ipsam, Si enim infirmus senserit caliditatẽ vehemẽtem in hora doloris, administra ex eis quę sunt infrigidantes: & si fuerit res fm contrarium illius, administra quæ ex eis sunt calefacientes, & permisce duo genera curationis cum medicinis stipticis descriptis, in quibus est qualitas stiptica.

De omnibus passionibus existentibus in cerebro, sermone communi & cõpendioso. *Cap.* XVI.

DOlores qui accidunt in cerebro, quidam sunt in substantia cerebri, sicut sunt apostemata, Q. si fuerit apostema accidens in eo ex materia frigida phlegmatica, nominatur lethargia, i. obliuio, et est proprium posteriori parti cerebri. Si vero apostema fuerit ex materia calida cholerica, accidet ex eo permixtio rationis. Quod si fuerit euentus istius apostematis a duobus humoribꝰ, scilicet a cholera citrina, & a phlegmate simul, nominatur Subeth alarachi, i. vigilatiua. Et ex eis est illud quod accidit in instrumentis quæ circundant cerebrum, sicut vertigo, alusuas melãcholicum. Et est illud quod accidit in ventriculis cerebri, et hoc fit apud illud quod oppilat ventriculos cerebri vniuersaliter, sicut illud quod accidit in apoplexia: aut fit apud illud quod oppilat oppilatione particulari, sicut illud quod accidit in Epilepsia. Et oppilationes particulares accidentes in ventriculis cerebri, aut sunt in vẽtriculo anteriori, & accidit ex eo Subeth, & materia eius est phlegma: aut sunt in ventriculo posteriore ipsius, quare accidit Congelatio a materia frigida ficca, aut a malicia cõplexionis consimili illi absq; materia. Et istarum quidem oppilationum quædã sunt, quæ accidunt in meatibus cerebri, per quos pertransseunt spiritus animales, & quæ niunt ad neruos: vnde ipsi oppilantur omnino, ga accidit ex hoc Mollificatio, cum non pertransseunt spiritus animales, & nõ currunt ad neruos. Et ex eis est illud quod oppilat meatus oppilatione non completa, ga accidit ex hoc Spasmus, cum pertransseunt spiritus animales transitu extraneo non naturali. Istæ igitur sunt omnes ægritudines, quæ accidunt in cerebro sermone compẽdioso. Vnde necessarium est nobis: vt faciamus de vnaquaq; ipsaꝝ sermonem propriũ, & dicemus medicationes eius, si Deus voluerit.

De ægritudine nominata Lethargia & est obliuio. *Cap.* XVII.

Alia ſa posterior.

MEdici quidem non nominant hanc ægritudinẽ. ſ. Lethargiam, & est obliuio, hoc nomine, vt ipsi velint, & intelligant nocumentum accidens memoriæ tm̃, sicut facit consideratio ipsius: sed apud eos in veritate est febris debilis, quieta cũ suberth, quæ accidit cum ea. Et causa euentus eius est phlegma existens in vẽtriculis cerebri partis ☾ anterioris ☽ eius, & putrefit parumper: & propter illud accidit febris, cuius causa est putredo phlegmatis. Suberth autem prohibet sensus, ne faciant operationes vigiliæ & non nomi natur hæc ægritudo Subeth, nisi q̃n passio partis cerebri, in quo est imaginatiua, & est phantasia, non imaginatur res prædictas in memoratiua. Et pulsus patientis hanc ægritudinem similatur pulsui patienti Peripneumoniam, in leuitate, & mollificatione eius, & magnitudine, & debilitate. Verum pulsus patientis Peripneumoniam, est cum hac dispositione propter naturam mẽbri, & in hac ægritudine causa facies accidere ipsam est difficilis seu rebellis: verum diuersitas in pulsu istorum est minor, q̃n in pulsu patienti Peripneumoniã, q̃n natura in illis est vehementioris agitationis propter apostema, & vehementiam febris. In curatione huius ægritudinis cum bene consideraueris omnes res, quas sapiẽtes præcipiunt præponendo prius eas, & considerando in ipsis, ſ. cõsiderãdo virtutem infirmi, & figurã ipsius, & reliqua quæ sunt, sicut ætas, & complexio, & tempus anni: tunc oportet, vt phlebotometur vena, nisi impediat ipsam prohibẽs aliquod ex rebus prædictis. Et q̃n huic non assentit virtus, & figura corporis: & reliqua. ſ. complexio, & ætas, administretur clyster acutus, vt attrahantur vapores ad inferiora. Et oportet vt infirmus quiescat, & dormiat in domo magna tẽperati luminis. Cumq; te expedieris cum euacuatione totius corporis,

tunc

tunc fit tua intentio ad curationem loci læsi, ſ. capitis: & fit tua ſolicitudo in conforrando ipſum cum his, quę virtutem habent prohibendi vapores aſcendentes ad ipſum, & reſoluendi eos qui iam ad ipſum peruenerũt. Et oleum roſatum bonum, qñ permiſcetur cum aceto, operatur in hoc operationem laudabilem, & confert ei præcipue in principio ægritudinis; confert enim iuuamento manifeſto. Verum ſi materia coarctata in capite fuerit phlegmatica, ſicut antediximus, oportet vt miſceantur cum oleo roſato & aceto, quædam medicinæ ſubtiliantes, calefacientes, ſicut eſt caſtoreum, et calamẽ tum ſtruiale, & mentha, & hafce; qñ huiuſmodi res calefaciunt caput, & cõfortant ipſum. Et oportet vt inunguntur reliquæ partes corporis, præcipue extremitates cum oleo oliuarum, & nitro: aut oleo oliuarum, & pyrethro: aut oleo oliuarum, & ſemine vrticæ. Et quandoq; iuuat et adminiſtratio aceti ſqllitici; & multotiẽs innititur ſuper ſquillam ſolam, quæ teratur cum aceto, & emplaſtrentur cũ ea pedes, & coxæ, & crura. Et qñq; confert ẽt hoc vehementi Subeth, & profundationi ſuperfluæ in ſomno. Et confert vt infirmus odoret hafce, & calamentum montanum, & ſtruiale, contrita cũ aceto; & quod liniatur os & guttur cum melle depuratæ ſubſtãtiæ, & aceto ſquillitico. Q. ſi infirmus fuerit obe diens, adminiſtrabimus gargariſma cum hiera, & aceto ſquillitico, & quæ illis ſimilantur. Q. ſi prolõgata fuerit ægritudo, & acciderit infirmo tremor, tunc exhibebimus ei in potu de caſtoreo quantitatem duorum ſagram, (garam eſt pondus ſex kirat.) Et poſt abraſionem capitis fomentabimus ipſum cum ſale contrito, & melio, et pannis calefactis, & quæ illis ſimilantur. Et ſit intentio vt ſuccedat euacuationi naturali continua euacuatio cum clyſtere, et cum eo quod prouocat vrinam. Cũq; ægritudo inceperit declinare, tunc præcipiatur infirmo equitatio, & ingreſſio balnei: & intendatur ad regimen conueniens.

De Congelatione, & Sachus. Cap. XVIII.

HÆc ægritudo ſm plurimum accidit in ventriculo poſteriori cerebri, propter chymum frigidũ ſiccum oppilantem eum. Et ex manifeſtis eſt, q; ventriculi partis anteriores cerebri læduntur per læſionem ipſius. ſ. poſteriores cerebri: & propter hoc accidit deſtructio ſenſus, & motus. Et quidam medici nomina uerunt hanc ægritudinem Catochus, aut Catugi, aut Fatuhai. Et Ioãnitius in quibuſdam locis exponit Sachus, i. congelatio. Et alij medici nominauerunt eã Catalig afenſus. i. occurſus ſubitus & fœſtinus; & nomen eius eſt perfectũ hoc nomine ei conuenienti, qñ illi cui accidit hoc, ſubito remanet ſituatus in figura & diſpoſitione quam reperiſti, ſiue fuerit ſedens, aut dormiens, aut ſtans, aut ſcribens, aut faciens aliam operationem; qñ infirmus ipſe reperitur permanens in illa figura. Q. ſi ei acciderit, vt ipſe tũc inſpiciat ad rem aliquam, remanent oculi eius aperti. Et pulſus patientis hãc ęgritudinem, ſimilatur pulſui patientis obliuionem in magnitudine, & tarditate, & diuerſitate; qñ cauſa faciens accidere iſtas duas ægritudines eſt humor frigidus. Verum pulſus iſtius ægritudinis, quia ipſa cauſatur ab humore frigido & ſicco, eſt durior & vehementior partis per, cum ſiccitas operetur illud. Pulſus aũt illius ægritudinis, quia ipſa cauſatur ab humore frigido humido, eſt lenis, & molliſicatus; & humiditas operatur illud.

In curatione iſtius ægritudinis, oportet vt adminiſtretur in principio iſtius clyſter, præcipue ſi virtus fuerit debilis, non tolerans euacuationem corporis cum medicinis ſolutiuis. Si vero virtus fuerit tolerans, euacuetur corpus cum medicina compoſita ex hiera picra, & ſale indo, & agarico, & turbith; & exhibeatur infirmo ſm tolerantiam virtutis, & cõplexionis, & ætatis eius.

Cumq; ægritudo peruenerit ad declinationem, & neceſſarium fuerit minorare apoſtema, phlebotomeſ cephalicas; & ſi virtus ex hoc non declinat. i. non debilitatur, adminiſtrentur ventoſæ cruribus; & aſſumat infirmus poſt hoc decoctionem epithymi, & agarici, & polypodij indi, & ſtœchados. Q. ſi accidat ei vigilia, tũc inungatur caput eius cum oleo violato, quod iam deco ctum ſit cum aqua cam omillæ, & aqua anethi, & melli lotum, & violæ ſiccę, & anethum, & papauer, & ſemen lactucæ. Et oportet vt cibetur cum cibis ſubtilibus vel locis digeſtionis.

De Subeth vigilatiua. Cap. XVIIII.

ISta ægritudo alia accidit in cerebro a cauſa permixta, & illud ex aggregatione choleræ citrinæ & phlegmatis in ea, & præcipue in Subeth vigilatiua. Si vero phlegma ſit dominans, facit accidere Subeth, ita vt videatur, quod iſtirmus dormiat cum ſtertore. Et ſi domi nauerit cholera citrina, tũc infirmus habet oculos aperros, et inſpicit aſpectu fixo ad rem aliquam; & accidunt ei vigiliæ, et permixtio in ſermone, ſeu pmixtio rõnis, ſicut illud qd accidit hiſti apoſtema caliduũ. ſ. patiẽti Sirſem in cerebro, qd nominat phrenites ſeu Carabitus. Et qñq; nofant qdã hanc ęgritudinẽ permixtã Subeth & Sirſem, & apoſtema cerebri: aut ex Sirſem, & Cõgelatione. Et q dam alij putãt q ipſa ſit Lethargia nõ pura, & Congelatio nõ pura, aut Sirſem nõ pug. Medi ci vero moderni nominãt eam nomine puro aſſumpto ex accidẽtibus inſeparabilibus ei. ſ. Subeth vigilatiua. Et pulſus quidem habentium hanc ægritudinẽ, propte rea q ipſa eſt ægritudo cõpoſita ex Sirſem, & apoſtemate, & obliuione nominata græce Lethargia, eſt ſimi lis pulſui illius qui patitur Subeth: Qui quidem pulſus nominatur velox, & frequens, & fortis: et eſt ſimilis pul ſui illius, qui patitur obliuionem, quæ nominatur Lethargia in hoc, quod eſt minoris velocitatis, & minoris frequentiæ, & minoris virtutis, qñ pulſus habentis Sirſem calidum: & in hoc, q eſt maioris latitudinis, & breuitatis. Et cauſa in latitudine eius eſt humiditas phlegmatica: & cauſa in curtitate ſeu breuitate ipſius eſt addi tio latitudinis eius: & illud, qñ augetur vnus diameter corporis, diminuitur alter. De cura illius. Quando cauſa faciens euenire hanc ægritudinem fuerit permixta, ſicut diximus ante, ex chymo choleræ citrinæ, & phlegmatis, oportet vt ſit cura eius permixta: & propter illud oportet vt potiones quæ exhibentur in hac ægritudine, ſint permixtæ in aliqua hora, & facias eas ſimplicesin alia hora: & ſit poſt dimiſſionem eius ſecundum apparentiam multitudinis vniuſcuiuſque duarum cauſarum facientium euenire hanc ægritudinem. Et melius cum quo curatur hæc ægritudo in principio eius, eſt clyſter calidus mordicatiuus: & illud, qñ chymus phlegmaticus fuerit dominans. Si vero chymus cholerę citrinæ fuerit dominans, & caliditas maior, adminiſtretur clyſter lenitiuus. Dico autem ſermonem vltimum ſeu breuẽ, & eſt q̃ cura huius ęgritudinis, oportet vt ſit compoſita ex cura apoſtematis cerebri, & ex cura ægritudinis nominata Lethargia, quæ eſt obliuio.

De Sirſem, quod eſt apoſtema cerebri nominatum Carabitus. Cap. XX.

SIrſem apoſtema calidum accidens in panniculis cerebri nominatis meninges, fit ex humore choleri-

co

co,qui eis approximatur. Et qñq; læditur cerebrũ ipſm cum læſione iſtorum pãniculorum. Et qñq; læditur cerebrum,qñ aggregatur in eo caliditas extra temperamẽtum,& extra curſum naturalem. Et qñq; eſt hoc appoſtema in pannículo nominato Diaphragma, & cõmunicatur ei cerebrũ in eo,quod accidit ei, ex illo cauſa nerui,qui oritur in eo. Et qñq; læditur cerebrum ẽt per cõmuniratem ſtomachi, ſicut illud quod accidit in gradu vltimo acutatis febrium aduſtarũ apud augmentũ earum. Verũ iſtæ duæ ſpecies non nominant Sirſem abſolute,immo nominant permixtio rationis tm̃. Et patienti quidem Sirſem parum accidunt vigiliæ in omni diſpoſitione. Et qñq; accidit ei ſomnus cum inquietudine vehemẽti,& agitatione, ita vt ſaltet & ſurgat a puluinari,& a lecto ſuo, & clamet. Quod ſi cauſa euentus iſtius egritudinis eſt chymus ſangunieus,tunc illud quod accidit ei ex illis prædictis eſt cum quiete maiori. Et ſi fuerit cholera citrina, tunc eſt cum ira,& furia, ſicut illud quod accidit ei, in quo cauſa ægritudinis ſuæ eſt chymus choleræ nigræ,aut ſicut Mania,& permixtio rõnis. Et apparet in oculis eius rubedo ſanguineæ, et aſſiduatur fricatio ipſorum oculorum multa: & qñq; ipſi exiccantur,& profundantſ vel extenuãtur: & illud, qñ humor faciens ægritudinem fuerit ſanguineus. Et qñq; ab oculis fluunt lachrymæ, & exiccatur lingua eius,& denigratur;& diſtillatur ex naribus ſanguis: & infirmus colligit pilos indumentorũ, & paleas a parietibus; & eſt febris,quæ eſt cum eo,acuta tempore durationis ægritudinis;& eſt anhelitus eius magnus, præcipue ſi fuerit ægritudo cauſa cõmunitatis cerebri ad pannículũ nominatũ diaphragma, & eſt apoſtema in duobus lateribus. Et qñ eſt apoſtema appropriatũ cerebro, apparet in pomis maxillarum & in facie tota,rubedo et caliditas,ꝓcipue in venis quæ ſunt in ea,& eminẽt oculi,& mouent moturi inordinato, & ſentit in radice ipſorum paſſio vehemens;& ſimiliter fit qñ ægritudo eſt in pannículis cerebri,ſed iſta accidẽtia ſunt minora, & dolor maior,ꝓcipue in craneo. Et pulſus patientis apoſtema in pannículo duro,eſt durus propter tenſionem accidentem cũ apoſtemate,præcipue ſi fuerit apoſtema in pannículo duro. Et qñq; eſt etiam paruus, qñ arteriæ indurant; & non exiſtimatur ꝙ pulſus dilatet, ſed virtus eſt debilis;& eſt velox frequens,qñ materia eſt chorlerica acutatet eſt in ipſo pulſu vndoſitas pauca propter complexionem cerebri,cum ipſum ſit humidũ. Et non nominatur hæc ægritudo phrenites, niſi qñ diſſoluit, aut lædit alandagias.i.cogitatiua. In curatione iſtius ægritudinis,qñ aſſentit virtus,& nõ prohibet aliquod prohibens, oportet vt feſtines ad phlebotomiam,& extrahatur de ſanguine quantitas ſufficiens: qñ phlebotomia in iſtis eſt magis vltima,qz poſſit eos adiuuare. Q̃z ſi nõ eſt tibi poſſibile propter infirmũ, qui nõ exhibet cubitũ ſuum propter permixtionem ſuæ rationis, aut timeturin eo fluxus ſanguinis ſuperfluus propter motũ inordinatum eius,& motum brachij ſui,tũc phle botoma ei venam,quæ eſt in fronte, & extrahe de ſanguine quantitatem neceſſariam vice vna,deinde intendatur ad repercuſſionem vaporum aſcendentium ad cerebrum,& ad fortificandũ ipſum, vt non recipiat,& nõ aggrauet id quod de ipſis vaporibus aſcendit ad ipſum; & intendat etiam ad infrigidandum ipſum inungendo vehementer caput cum oleo roſato bono cum modico aceti vini. Cũꝫ peruenerit ægritudo ad ſtatũ, & ſequãtur ad illum vigiliæ,& alienationes, tunc embroca ſup caput aquam dulcem , in qua decocti ſint flores camomillæ,& violæ ſiccæ,& folia nenupharis, & roſæ ſiccæ, & hordeum contuſum poſt eius excoriationem, & raſura cucurbitæ dulcis. Et ſi adminiſtraueris illud, & non minoratur in infirmo vigiliæ,& alienationes,emulgeatur ſup caput eius,ſi virtus fuerit debilis,lac muliebre: ſi non fuerit;tolle lac caprarũ. Et oportet etiam vt intrẽ datur ad ventrem, & cõſideret diſpoſitio infirmi, & ſoluatur in hora alia poſt horam cũ clyſtere leni. Et ſic ſoli citudo tua de domo, in qua infirmus ipſe eſt,ita vt ſit aer ipſius temperatus, non groſſus, neq; calidus: & caue ne ſint in ea figuræ diuerſæ, vnde infirmus agitetur, & timeat propter illas. Et ingrediantur ad ipſum infirmum amici ſui,& parentes eius, & loquant aliqua vice blandiendo,& aliqua vice obiurgando, & reprehendendo ipſum vice alia. Et intendat etiam ad ventrem, & ſoluatur in hora poſt horam cũ clyſtere lenitiuo:& exhibeat ei in potu aqua hordei decocta cum aqua cucurbitæ, & aqua granatorũ,& ſyrupo violato,& ſyrupo nenupharino, aut ſyrupo roſarum facto cum zuccharo. Et fit cibus eius lactuca elixata,& attriplices,aut molochia,aut cucurbita,aut ſpinachia,et medulla cucumeris & citruli,& almas,& lentes,quæ ambæ ſint excorticatæ. Q̃z ſi prohibetur a cibo, exhibeatur ipſi aliquid de ſuich hor dei,aut ſuich cucurbitę,aut ſuich altala,aut aliud ſuich, aut alfelet. Cũꝫ apparuerint ſigna digeſtiõis, & ſedata fuerit febris, ſit cibus ipſius ex vitellis ouorum , aut piſcibus paruis petroſis, aut ex francolinis, aut pullis, aut faſianis,aut pdicibus. Et oportet vt caueaꝰ potus aquæ, & prohibeatur ab ea,ꝓcipue ſi fuerit ęgritudo in media parte cerebri nominata Charanas;& alteretur aqua cũ vino ſubtili aquoſa in natura ſua plurimæ permixtionis,præcipue ſi fuerit ex illis, qui eſt conſuetus potare vinum in ſanitate ſua, & fuerit os ſtomachi eius frigidus. Q̃z ſi acciderit infirmo difficultas vrinę,ſicut multotiens accidit in hac ægritudine, tunc effundatur ſuper ſumen eius,& ſuper fœmora aquã calida, in qua decocta ſit camomilla,& inunge ea poſt illud cũ oleo anethino, aut oleo in quo decoctum ſit anethum,& camomilla,aut cum oleo camomellino. Cumq; infirmus fuerit mundificatus,& ſubleuatus ab ægritudine,tũc oportet vt caueaſ, ne cibus corrumpatur in ſtomacho ſuo, & caueat ambulationẽ in ſole calido,et in aere ſtuoſo.

De *Mania*. Cap. XXI.

HVius ægritudinis ſunt duę ſpecies,quarum vna accidit ex aduſtione cholerę citrinæ, aut parua eius aduſtiõe,alia vero ſpecies accidit ex chymo cholerę nigræ,qñ ſuperfluit eius aduſtio , & eius acutas. Et iam erraueruntmulti medici in cognitione huius ægritudinis,ita vt ipſi putauerint ꝙ qui patitur permixtionem rationis,ꝙ in eo ſit apoſtema in cerebro.ſ. ſirſem calidum. Inter apoſtema aũt cerebri calidum, et inter permixtionem rõnis eſt differentia longinqua. Et iam eſt tibi poſſibile,ꝙ diſtinguas inter eum,qui patitur Zienum melancholicum , & inter eum qui patitur ſirſem calidum;qm̃ Zienum multotiẽs priuatur febre;ſed ad ſirſem calidũ ſequitur febris . Et illud quod inhæret huic ęgritudini,ſ.huic Zienum, eſt vigilia continua;& ſaltus, & pollutio ſeu emiſſio ſpmatis inuoluntaria,et viſiones,& motus inordinati , & ꝓmixtio in ſermone,& aſpectus acutus declinans ad furibundũ,& tremitatẽ,ſicut eſt aſpectus leonis. Et pulſus patietis hãc ægritudinem eſt paruus,& durus. Paruus quidem propter debilitatem virtutis vitalis:durus vero propter ſiccitatem. In cura autem huius,oportet vt ſit ſolicitudo & ſtudium magis circa caput , & præmittat raſura eius, & aſſiduetur embrocatio eius cũ aqua dulci , in qua decoctę ſint violæ ſiccæ , & violæ humidæ,& folia nenupharis , & folia Kalef , & aliquid ex roſis , & hordeum excorticatum ꝙtuſum,et cortices cucurbitę , et citrulli, & folia

& folia lactucæ, & semen eius, & papauer albū, & nigrum, & aliquid de floribus camomillæ, & de mādragora, & fit administratio huius embrocæ q̄ñ̄ in mane, anteq̄ infirmus assumat cibum: & q̄ñ̄ in vesperis. Et procura vt caput infirmi in hora embrocationis vel effusionis aquæ prædictæ super ipsum, sit erectum: q̄m caput fi fuerit demissum, seu inclinatum deorsum, tūc plurimum aquæ cum qua fit embrocatio, cadet super partem posteriorem capitis: sed autem illic est dux, grossum, viscosum: & propter illud non existimatur, q̄ penetret in eo virtus aquæ, cum qua caput embrocatur. Si vero caput steterit erectum, tunc aqua prædicta effunditur super os fincipitis: quod quidem os est lene, molle, laxum, rarum, tenue, & propter illud penetrat in eo virtus aquæ, quę pro embrocatione effunditur supra caput ad cerebrum cum facilitate. Et si necessarium fuerit administratio caputpurgij, oportet vt fit illud cū oleo violato, aut oleo nenupharino, aut oleo facto ex semine cucurbitę dulcis: & permisceatur cum quoctūq̄ oleo quod fuerit preſens, parum olei amygdalarū dulcium, aut lactis mulieris, quæ de nouo peperit. Et si administratur cura descripta, & non ſedatur ægritudo, & fuerit cerebrum cum dispositione ſua ex ſiccitate, oportet vt mulgeatur super caput lac mulieris, aut lac caprę, deinde embrocetur caput post illud cum embrocis prędictis: & fit aqua eius tepida non calida, vt non cōmoueat materiam, & ne agitet eam ſua vehementi caliditate: deinde administretur post illud caputpurgium, & ingenietur post caputpurgium in prouocando ſomnū infirmo, vt remaneat virtus embrocæ in ſomno, & virtus caputpurgij in cerebro remaneat. Et oportet vt infirmus ſtet reſupinus in domo luminoſa tēperati aeris: & ſedeant circa ipſum illi, quos ipſe infirmus diligebat tempore ſanitatis, ſicut ſunt fratres eius, & alij: & illi quos etiam ipſe veretur, & a quibus verecundatur, vt ipſa quieſcat, & non agitetur. Et fricentur membra ipſius inferiora cum oleo nenupharino, & violato: & ſtringantur coxæ, & crura ipſius, vt trahatur materia inferius. Et oportet vt infirmo exhibeatur in potu diacodion purū, ſi fuerint in eo vehementes vigiliæ: & exhibeatur diacodion prædictum, quod eſt ſyrupus de papauere, ſimplex de per ſe ſolum: & cum aqua granatorum muzorū, aut aqua cucurbitæ, aut ſyrupo prunorum. Et q̄ñ̄ oportet vt alienetur administratio ſecheniabin propter exiccationem, quæ eſt in eo, & exhibeatur aqua hordei. Si autē venter fuerit ſiccus, oportet vt leniatur cum clyſtere lenitiuo facto ex camomilla, & violis ſiccis, & hordeo excorticato contuſo, & leſbeſten, & althea, & tribulis, & oleo ſiſamino recenti, & penidijs, aut zuccharo rubeo, & ſale cōmuni. Cūq̄ infirmus quieuerit parumper, & humectat cerebrum, q̄ñ̄ confert phleborotomia venæ, deinde poſt ipſam ſolutio ventris facta cum decoctione myrobalanorū. Et oportet vt euacues cū decoctione, q̄ñ̄ ſciueris q̄ in corpore eſt cholera multa adusta. Cibus autem cōuenies infirmo, ſi fuerit in eo caliditas vehemens, eſt cucurbita, & citrullus, & attriplex, & almes, & lactuca elixata & frixa cum oleo amygdalarum dulcium. Si vero nō fuerit caliditas manifeſta, tunc ſunt conuenientes carnes pullorum, & perdicum, & carnes hœdi, & pedes caprarum, aut vitella ouorum, & piſces parui recentes pertroſi. Et cum apparet digeſtio in vrina, tribue in potu infirmo aliquid de vino plurimæ permixtionis, nō antiquo, præcipue ſi fuerit conſuetus potare vinum: & illud ideo, q̄m vinum cum hoc quod addit in virtute, infrigidat membra, & humectat ea, & inducit ſomnum: q̄m aqua fontis eſt groſſa, & non exiſtimatur q̄ ipſa penetret in membra cum facilitate: vinum aūt eſt ſubtile, velocis penetrationis: & propter illud, q̄ñ̄ permiſceatur vinum cum aqua, vinū ſubtiliat groſſitiem aquæ, & velocius facit ipſam deſcendere, & penetrare cum facilitate, & facit puenire humiditates eius ad membra: & illud, quia vinum eſt ſicut deferens aquam.

De Melancholia, & eſt alguesgues melancholicum. Cap. XXII.

AEgritudo quidem, quę dicitur Melancholia, eſt permixtio rationis abſq̄ febre. Et cauſa generationis eius eſt dominium chymi melancholici ſuper cogitativam: & operatur ipſa p̄ vehementē nigredinem eius, & tenebroſitatem eius in modo, q̄ per eam imaginatur illud quod imaginatur viſus, cum permiſceat aeri tenebroſitas vehemens. Et q̄ñ̄ eſt principiū eius ex cerebro, cū fuerit chymus melancholicus coarctatus in cerebro. Et q̄ñ̄ accidit apud alterationem cerebri, & p̄ mutationem corporis totius ad naturam illius chymi, cum fuerit ſparſus in toto corpore. Et propter hoc ægritudo ſpeciei tertiæ nominatur Aſſurſurchi, quæ eſt almi rachia, & inflatiua: & illud, q̄a cauſa inflationis eſt ſub hypochondrijs, & accidit ab apoſtemate calido accidēte in ſtomacho, & hypochondrijs: quia adurit ſanguis qui eſt illic, & ingroſſatur, & conuertitur ad chymum melancholicum, & efficitur terreſtre, & eleuātur ab eo ad cerebrum vapores groſſi declinantes ad nigredinē, quam habent. Cumq̄ peruenerint iſti vapores ad cerebrum, dominatur obſcuritas vel tenebroſitas, tunc in ſpiritibus animalibus, & accidit timor, & pauor: q̄m ſigna quæ ſunt cōmunia eis quibus accidit hæc paſſio, ſunt timor, & triſtitia. Et illud, quia omnes quibus accidit hæc paſſio, triſtantur abſq̄ cauſa, ita vt ſi vnū eorū interrogetur de cauſa ſuæ triſtitiæ, reſponſionem non habeat, quia ipſe ſit triſtis. Et multi eorum timent mortem, & res alias plurimas, quas non oportet timere. Et ex eis ſunt quidam, qui deſiderant mortem, & apperūt eam: & non eſt mirabile, q̄ ſit hoc, q̄ñ̄ dominauerit cholera nigra in anima rationali, ſicut diximus ante, accidit ab illa timor: & triſtitia, & mortem expectant: cum nos tam inueniamus occulta fide, q̄ non eſt in iſtis rebus extrinſecis a corpore etiā aliquid magis horribile apud nos, neq̄ magis timoroſum, q̄ñ̄ tenebroſitas ſeu obſcuritas. Et ſimiliter q̄ñ̄ permiſceatur ſenſui animę rationalis, qui eſt ex virtutibus animæ, aliquid ſimile tenebroſitati, oportet de neceſſitate, vt ex illa homo timeat continue, q̄ñ̄ circuit, & penetrat in corpore continue cauſa faciens timorem. Et illud, quia res quæ accidit nobis in hora poſt horam ab extra, cum accidit aeri circundanti nos obſcuritas fortis, eſt ipſamet quæ accidit habentibus Aluſuas melancholicum ab intra, cum peruenit cholera nigra ad cerebrum, aut ad ipſum perueniunt vapores melācholici, ſicut illud quod diximus accidere in ægritudine, quæ dr̄ Mirachialis. Reliqua autem ſigna non accidūt, niſi aliqñ̄: & illud, ſicut quod putant aliqui qui putiuntur hanc ægritudinem, quod iam ſunt effecti animalia nō rationalia, aut q̄ iam ſunt facti vas terreum, & timent ne aliquid eis occurrat, & frangat eos aut timent caſum cœli ſuper eos, & timent nocumētum ab hominibus: aut timent mortem, & aliqui deſiderant eā. Et ex eis ſunt qui continue rident, & ex eis ſunt, q̄ plorant ſemp: & ex eis ſunt q imaginant q̄ ſit virtus aliqua excellentiſſima, quæ curam habet de rebus ſuis, & quæ ſibi prędicit ea quæ de proximo ſunt futura, & ſunt: & manifeſtatio cauſæ eorum, quæ ex illis accidunt, in veritate non eſt poſſibilis. Secundū aūt rationem probabilem in ſermone, dicendum q̄ eorum euentus eſt ex ipſa ſubſtantia humoris melancholici, & ex

ex consuetudine quã consueuerunt patientes hanc ægritudinem in hora sanitatis suæ. Et aliqui imaginantur, qd iã imaginabantur in tempore antiquo præterito. Et iam significatur super sparsionem humoris melãcholici in toto corpore cum significationibus quas connumerabo, videlicet in dispositione corporis in macie, & fuscedine coloris, & capillorum spissitudine, & regimine præterito generante humorem melancholicum, & retentione eorũ quæ iam euacuabantur ex corpore in tempore sanitatis, fecit Almoroides, quæ sunt genus hæmorrhoidarum, ex quibus fluit sanguis in hora posthorã: & fluxus sanguinis narium, & cursus menstruorũ in mulieribus. Et significat quidem super retentionem istius humoris in cerebro, cum consideratione signorũ quæ diximus, & inuentione tristitiæ, & profundatione in cogitatione, & aspectu assiduo ad terram, & nigredine capillorum, & cõspissitudine ipsorũ in capite. Significationes aũt quæ significant patientes hanc ægritudinẽ procedere ex causa illius, quæ est sub hypochondrijs, sunt corruptio digestionis, & eructatio acetosa, & multitudo sputi, & grauitas in uenta in illis locis, & inflãmatio accidens in eis, & dolor accidens inter duas spatulas, & phlegmatæ pmiscet pauca cholera. Et hæc quidem passio nomin atur Serfusa, idest, hypochõdrialis. Et nominat nomine loci, sub quo accidit passio: & illud est in eo qd est sub hypochõdrijs. Et nominatur Inflatua, quoniã duo latera sunt eleuata causa apostematis prædicti. Et nomin atur melancholia, qñ cum ea accidit melancholia, idest, timor, & pauor.

De cura Melancholiæ.

OPortet vtin cura huius passionis incipias a phlebotomia venæ nigræ, & basilicæ: & vt aperiant venę prdictæ apertione ampla, vt non egrediat quod de sanguine est ciarũ, & subtile, & remaneat grossum eius, & fex ipsius. Necq; oportet vt postponat phlebotomia venę, qñ non est fecuritas, quin dimittio illius & tarditio egressionis sanguinis sit causa, vt alteretur corpus cerebri alteratione plurima ad naturam sanguinis melancholici. Q; si venę iunctuæ brachij sunt subtiles, debiles, tunc phlebotoma venam quæ est in pede nominatam saphena. Verum plurimum intentionis nostræ ad hanc venam est in mulieribus, pprie, qñ hæc cura prouocat menstrua, & in summa in eis ẽt, quibus non apparent venæ, q̃ sunt in iunctura brachij. Et qñq; oportet vt phlebotometur saphena, cum fuerit necessitas exquirens euacuationem sanguinis in ista. Et nõ est iuuamẽtum ipsius paruum ex parte euacuationis, qñ quãcũq; venã phlebotomaueris, per ipsam egreditur sanguis ex toto corpore, sicut dixit Hipp. in libro suo de cibis, q̃ sparsio est vna, & cõmunicatio in spiritu est vna, & q̃ membra oia dolent per colligantiam ipsorum ad inuicem: & etiam q̃ corpus totum æqualiter se habet in eo, quod de sanguine currit ex ipso: & membra omnia cõmunicantur ad se inuicem in eo, quod accidit eis. Et per sermonem ipsius Hippocratis q̃ sparsio est vna, intelligitur q̃ expansio nutrimenti ex hepate in venas ad totum corpus vel ad omnia membra est vna: & per sermonem eius, q̃ cõmunicatio in spiritu est vna, significatur q̃ transmissio spiritus vitalis ex corde in arterias est vna: & per sermonem eius, q̃ membra oia qñq; dolent ex colligantia ipsorum ad inuicem, significat transmissio virtutis sensitiuæ ex cerebro in neruos ad omnia membra, ad quæ ipsi nerui ingrediũtur, vnde fit communicatio ipsorum ad inuicem in dolore. Et qñq; oportet, vt regatur infirmus post phlebotomiã aliquibus diebus cũ cibis temperatis laudabilis chymi, ficut sunt carnes hędi, & arietum iuuenum, & cucurbita, & molochia, & pisces petrosi, & pulli, et aliduragi, & lactuca, & endiuia, & attriplex, & spinachia, & vitellus oui, & quæ his similantur. Et oportet vt caueãt assumptiones ciborum grossoꝝ generantium chymos melãcholicos, sicut lens, & caules, & melongena, & caseus antiquus, & carnes bouinæ & camellorum, & carnes buffalorũ, & omne salsum ex piscibus et carnibus. Et ex potibus quidem conuenientioribus infirmo, qñ non patitur febrem, est vinum album: clarum, quod nõ est antiquum valde. A vino vero grosso, nigro, oportet vt cũ stodiatur. Quod si fuerit in eo febris, & fuerit in vrina rubedo, da ei in potu fecheniabin zuccharinum: deinde post illud te conuerte ad administrationem medicinarum, quæ virtutem hñt soluendi humorem melancholicum: & incipe cũ faciliore ex eis, sicut est hiera picra, & epithymum, cum quo sit permixtum aliqd scãmoneæ, & colloquintidis. Et oportet vt sit quantitas eius, quod sumitur de medicina, fm toletantiam virtutis, & ætatis. Cumq; feceris illud, & videris q̃ non sufficit, quod euacuauerit, expecta aliquot dies, & rege infirmum cum regimine ipsi intento seu ipsi cõueniẽti, vt humectetur corpus eius: deinde mundificetur ipse cum decoctione agarici, & epithymi: & hæc quidẽ medicina est maioris iuuamẽti illi, in cuius corpore est aggregatus humor calidus acutus. Q; si fuerit humor terrestris, grossus, frigidus, tunc mundifica illum primo ex stomacho cum vomitu, & mundifica humorem aggregatum in eo cum potu aquæ calidæ, in qua decocta sint anethum, & calamentum stutiale, & semen attriplicis, & nux vomica, & gummi alhatsef, & semen raffani, & sal cõmune: & ciba ipsum imprimis ex raffano infuso in secheniabin facto cum aceto squillitico. Et si fuerit virtus fortis, imponemus vel infigemus in raffano elleborum nigrum, & infundemus ipsum in secheniabin. Cumq; mundificatus fuerit stomachus cum his, quę de scripsimus, exhibeant ifirmo q̃dam pilulę descriptæ ad soluendum humorem melancholicum, quas diximus in tractatu de medicinis compositis: & dabimus in potu ex eis omni hebdomada vice vna, & in diebus q̃ sunt intermedij in acceptione pilularum, dabimus ei aliqd de triphera parua, & de hiera picra, & de epithymo. Et oportet vt sumatur de triphera põdus drac. iij, & de hiera põdus drac. 5. & de epithymo põdus, drac j. Et postq̃ mundificaueris ipsum cum his, quæ diximus, intendatur ventris solutio cum his, quæ virtutem hñt contẽperandi, & rectificandi vel æquandi humores, & mundificandi corpus cum facilitate, sicut est aqua cafei cum sale in do, & epithymo, & myrobalanis nigris, & zuccharo. Et plurima quidem corpora, in quibus oportet vt fiat illud, sunt corpora debilia, in quibus timeẽ exhiberi in potu medicinas fortes, quæ soluunt hũc humorem. Q; si ægritudo stat post huiusmodi solutiones, & fuerint accidentia Maniæ, & Melancholię vsq; nunc nocentia infirmo, faciemus ipsum quiescere decem diebus: deinde conuertemus nos ad medicinas fortiores medicinis prædictis; & proprie Hierã picram, aut Hieram Galeni: qñ ipsa soluit humores diuersos absq; angustia vel tristitia & inquietudine; & administrabimus ei etiam Hieram Ruffi & Hieram logodion cum decoctione facta ex epithymo, & myrobalanis nigris, & kebulis, & ftœchade, & polypodio, et cibibo remotis aril lis, & sale indo. Cumq; mundificaueris corpus cum istis medicinis, etiam consideràbimus tunc mẽtem vel rationem infirmi, & si viderimus eam iam redire ad dispositionem naturalem, (& apparet illud ex diminutione timoris infirmi, & tristitiæ ipsius) tunc redi ad euacuationes cum illismet medicinis cum fiducia iuuamẽti ipsius in infirmo: nam si assiduaueris administrationẽ illarum

In ista. ſ. ęgritudine.

illarum medicinarum, reuertetur infirmus ad dispositionem sanitatis completæ ſm oēm dispoſitionem. Et ſi exhibueris in potu Hieram ſemel, aut bis, & firma remanent accidentia melancholiæ cum dispoſitione ſua, quæ non diminuuntur, tunc redi ad ſolutionem vētris factam cum lapide lazuli, aut lapide armeno. Medici aūt antiqui ſoluebant quidem corpus cum elleboro nigro; & qñq; cum decoctione ipſius cum aqua: & qñq; dabant in potu ſubſtantiam ellebori tritam: & qñ vole bant ſoluere infirmo parumper, meliorabant eius conſtitutionem: q ſi indigebant ſolutione maiori, conterebant ipſum elleborum contritione groſſa, vt prolongaretur mora ipſius in ſtomacho, & eſſet eius opatio maior: & qñq; permiſcebant cum eo quaſdam medicinas, quæ ſoluunt humorem melancholicum. Medici vero noſtri temporis, cum indigent elleboro, & timēt de nocumento & periculo inhærente ad eius aſſumptionem, elegerunt loco eius lapidem armenum, & lapidem lazuli. Etiam eſt poſſibibile vt ſcias per experientiam, qñ adminiſtraueris lapidē armenum, q in eo ſit virtus ſolutiua abſq; angustia vel labore, & q non eſt timor in aſſumptione eius quod nō eſt in elleboro. Et eſt neceſſe ē et in hac egritudine, vt conuertamus ſtudium noſtrū ad cor, exhibendo infirmo ea quæ confortant ipſum cor, & remouent timorem ab eo. Et in ſumma, oportet vt poſt mundificationem eius conſideremus in complexione cordis: Si enim fuerit declinans ad caliditatem, exhibeātur infirmo quædam medicinæ cōferentes ſyncopi accidenti a caliditate: et inuenies quędam ex eis in cura medicinali cordis. Si vero fuerit declinans ad frigus, exhibeatur ei de theriaca aur. j. cū vino, in quo infuſa fuerit bugloſſa. Et conferet ēt diamuſcum dulce, & amarum iuuamēto magno: & oportet vt ſit, quod aſſumit de hac medicina cum aqua meliſſę, & qñq; iuuatur etiam infirmus, ſi aſſumit in cibo de hoc olere rem plurimam. Q. ſi accidant infirmo vigiliæ, embrocabimus caput eius cū embrocis, quas deſcripſimus in cura Gienum melancholicæ. Et ſi indigebimus fortioribus eis, adminiſtrabimus embrocas factas ex pedibus caprarū, & capitibus ipſarum: & aſſidua bimus mulgere lac capraruſuper caput infirmi. Et cum fecerimus oīa iſta quæ prædiximus, & non confert infirmo aliquid, tunc non oportet vt deſperemus de ſanitate ipſius, ſed oportet vt redeamus ad adminiſtrationem curæ, vel medicinarum deſcripturarum multotiens: qñ humor melancholicus ex hoc q ēſt frigidus & ſiccus, efficitur difficilis motus; qñ iſtæ duæ qualitates cum difficultate mouent. Caliditas aūt & humiditas eſt ſm cōtrariū illarū: qñ caliditas eſt velocis motus, & remotio ipſius ſit cū facilitate. Qualitas autem ſibi contraria, ſ. frigiditas eſt tardi motus, difficilis remotionis; & humiditas ēt eſt facilis motus, & facilis alterationis: Siccitas autem eſt ſm contrariū iſtarum diſpoſitionum. Iam igitur manifeſtū eſt ex eis, quæ diximus manifeſtatiōe neceſſaria, q chymus melancholicus eſt tardæ permutationis, & q propter illud neceſſaria eſt ei euacuatio plurima.

De Epilepſia, & eſt Alſara. Cap. XXIII.

phora contrita & triturata, & insuffletur in naſo. Et ex eis quę abſcindunt fluxum ſanguinis narium cõtinuũ, eſt terra ſigillata, & alumen iamenum, & ſuccus euphitides, & camphora, qñ aggregantur iſta contrita, & trita rata, & inſufflantur in naſo. Et abſcindit ẽt fluxum ſanguinis narium alcachadis, qñ teritur & permiſcetur cũ aceto acuto, & in eo depreſſum vel illinitum fuerit licinium panni lini, & poſitum fuerit in naſum. Et operatur illud idem gallæ contritæ poſt earum adultionem: & licium indum adultum, & ſtercus aſini calidum, qñ roratur ſuper ipſum aliquid de aceto, & diſtillatę ex ſucco eius in naſum: & lapis molaris, qñ aduritur ſeu ignitur, & roratur deſuper acetum, & odoratur vel attrahit ad nares vapor aſcendens ab ipſo, cõfert iuuamẽto manifeſto. Et confert fluxui ſanguinis narium farina thuris, qñ accipitur ex ea pars vna, & thuris pars media, & terunſoĩa, & permiſcentur cum albumine ouĩ, & ſubmergitur in eo licinium ex panno lineo, & ſupponit in nares. Et ex eis quæ abſcindunt fluxum ſanguinis narium abſciſſione mirabili, eſt hoc medicamen. Rec. colcotar, telæ aranęæ, zez. i. vitrioli viridis, ana partes ęq̃les: terantur, & cribellentur, & miſceãtur cum aceto, & adminiſtretur cum licinio panni lineĩ in naſum ſuppoſito. Q. ſi non abſcinditur fluxus ſanguinis narium eũ his quæ diximus, tunc ligentur oculi, ſeu fomententur oculi cum panno infuſo in aqua vehementis frigoris, aut cum ſpongia infuſa in aqua frigida, & ponat ſuper medium capitis: & emplaſtretur duo tempora, & capur cum emplaſtro facto cum medicinis frigidis ſtyptícis, ſicut folia alkalef, & folia cytonij, & folia vitis, & folia pyri, & extremitates ramorum alaufeg. i. rubi, & folia roſarum recentium, ſi inueniuntur: terantur illa, & cõmiſceantur cum aceto acuto, poſtq̃ permixtum fuerit cum eis aliquid de farina hordei, & altheæ parũ. Cũ vero fluxus narium fuerit ex locis longinquis, oportet vt curetur cum medicinis frigidis ſtyptieis adminiſtratis ab extra, qñ illud expellit ſupſtuitatem ad loca alia. Et qñq̃ confert in fluxu ſanguinis narium infrigidatio & extinctio, qñ iſta applicanẽ capiti & fronti, poſt præmiſſionem extractionis ſanguinis ex cephalica, & conſtrictionem crurium, & fricatio manuum & pedum: & adminiſtrentur ventoſæ ſuper mirach, & ſuper partem poſteriorem capitis. Quòd ſi non minoratur ſuperfluitas fluxus ſanguinis narium, tunc adminiſtretur phlebotomia, & fricatio manuũ & pedum, & ligatura amborum, & ventoſatio ſuper mirach & ſuper poſteriorem partem capitis: deinde adminiſtrẽtur ea ambo poſt illud, qñ erit magis iuuatium: q̃ñ trahit ſanguinem ab exteriora corporis ad interiora ipſius, ita vt repleat venas quæ ſunt in profundo corporis. Si fuerit eruptio ex pectore, aut ex duabus naribus, aut ex ventre, tunc linitur frons eius cum luto armeno, & ſucco euphitides pmixtis cum aceto: & farina lentium, & balauſtiæ, & camphora, & aliquid de opio permiſcendo cum aceto vini, & cum eo liniatur frons. Q. ſi non ſedatur fluxus ſanguinis narium cum iſtis, adminiſtrentur ventoſæ ſuper poſteriorem partem capitis cum ſcarificatione: q̃ñ cũ eua cuatur ſanguis illic, facit declinare ſanguinẽ ſupra oculos parumper: & ſi exquirit neceſſitas, & non prohibet aliquod prohibens a phlebotomia, adminiſtretur ipſa ex vena quæ opponitur nari, ex qua ægreditur ſanguis. Et confert ẽt fluxui ſanguinis narium ventoſæ, quæ ponuntur ſuper mirach ventris. Si vero ſanguis currit ex duabus naribus ſimul, adminiſtrentur ventoſæ ſup hepar & ſplenem ſimul. Si vero currit ſanguis ex vna duarum narium, tunc ponantur ventoſæ ſuper latus, quod conſequitur vel habet aſpectum ad illam naremi. Q. ſi aliquis dixerit, q̃ ventoſæ non debeant poni ſup ſplenẽ, qñ fluxus ſanguinis fuerit ex latere ſiniſtro: neq; ſuper hepar, qñ fuerit ex latere dextro, cum non ſint illic vaſa ſeu membra ad ſe inuicem cõmunicantia: dicemus q̃ non applicantur ventoſæ ſuper locum aſpiciens tem ad locum, ex quo currit ſanguis, niſi qñ locus iam eſt rarificatus propter id quod currit de ſanguine, & attrahitur ex loco rarificato facilius, quã ex loco qui non eſt rarificatus. Et cum hoc qñq̃ confert conſtrictio manuum & pedum, & fricatio ipſorum, in fluxu ſanguinis narium: qm̃ materia cum declinata fuerit ad extremitates, replentur venæ quæ ſunt illic ex ſanguine euacuato ſeu attracto a venis, quæ ſunt in ſuperiori parte corporis, & quieſcit fluxus ſanguinis narium.

De Ægritudinibus accidentibus in lingua, & de curatione earum. Cap. XIIII.

NOcumenta accidentia linguæ, qñq̃ accidunt in motu eius tm̃, & qñq̃ accidunt in ſenſu guſtus. Et iam ſcituiſti ex libro anatomiæ, q̃ ad faciem veniunt nerui ex parte anteriori cerebri: & ad tem inferiorem faciei adueniunt nerui ex parte poſteriori cerebri: & ex iſta parte poſteriori oritur ſeptimus par neruorum, qui veniunt ad muſculos linguæ, & eo fiunt motus eius voluntarij: & ſicut nocumentũ accidens motui linguæ non eſt, niſi in ſeptimo pari neruorum, ſimiliter quod accidit ẽm nocumentũ eius, nõ eſt niſi in tertio pari neruorum, quos anotomici appellant neruos lenes ſeu molles. Et hutuſmodi nerui, licut ſcituiſti, qñ deſcendunt, diuiduntur in panniculos cooperientes linguam, & tribuũt ei ſenſum. Et iſte quidem par neruorum tertius non tribuit ſenſum in neruo ſuę linguam tm̃, immo ſuper pãniculum continentẽ ipm̃: & tribuit etiã ſenſum gingiuis, & palato, & extremitati gutturis, cui aduenit ſenſus guſtus. Q. ſi dicatur, q̃ iſte par neruorum qui tribuit ſenſum linguæ, nõ tribuit ei motum: dicemus q̃ cum hoc pari neruorum molliũ nõ eſt poſſibile, vt perficiatur motus linguæ: qm̃ ſenſus indiget neruo molli, motus autem indiget neruo duro: & propter hoc non eſt poſſibile, vt hoc par neruorum moueat linguam plus motu ſuo, & magnificet eum vice & vice cum maſticatione, & vice alia cum deglutitione: & propter hanc cauſam indiget pari ſeptimo neruorũ, qm̃ ſunt vehementioris duritiei q̃ hoc par tertium ner uorum, & maioris fortitudinis. Par autem tertium ner uorum eſt maioris lenitatis, vt poſſit recipere ſenſum guſtus cum facilitate: & velociter leditur a nociuo, qm̃ ſenſus oportet vt ſit ſm̃ duritiem rei ſenſatæ, & lenitatẽ eius: (& in alia deſcriptione loco illius particulæ, duritiem rei ſenſatæ, habetur ſubtilitatem rei ſenſatæ.) Paſſiones vero ſeu ægritudines aliæ accidentes linguæ, nõ eſt difficile vt ſciantur ab eo, qui memoratur ea q̃ prius diximus in ægritudinibus accidentibus in oculis, & au ribus: & qm̃ lingua mollitiatur & ſpaſmatur ſicut reliqua membra, & diuerſitas cõplexionis lacertorum prohibet motus ipſorũ, ſicut accidit ex ægritudinibus membrorum ſimilium partium. Paſſiones vero & ægritudines eius ſibi proprias, ſicut apoſtema calidum, & vlcus, quod nominatur Alchola, & apoſtema durũ: nunc cõmemorabimus, & ponemus curam ipſarum. Si in lingua accideret apoſtema calidum, & ſciueris q̃ in corpore ſit repletio, tunc incipe a phlebotomia venæ cephalicæ, & ſi exquirit tres, vt incidãtur venæ quæ ſunt ſub lingua, fiat illud: & curetur poſtea cum medicinis ſolutiuis, quæ extrahunt humorem cauſantem egritudinẽ. Q. ſi nõ ſedatur apoſtema cum hoc, adminiſtretur gargariſma factum cum ſucco ſolatri, aut plantaginis, aut ſucco virgæ paſtoris, aut coriandri humidi. Q. ſi nõ ſedatur cum hoc etiam, tũc adminiſtretur gargariſma cũ aqua in qua decoctæ ſint lentes ex corticatæ, & roſæ ſiccæ abſciſſis capitibus, & radices ireos, (& in alia deſcriptione, ireos) & corticum granatorum, & hordeũ conſuſum. Q. ſi apoſtema fuerit durum valde, tunc pactigies ipſum gargarizet qñq̃ cũ lacte calido nouiter mulcto,

Alia litera ſenſus in pri us de nocumento.

aut

aut cum lacte non mulcto in eadē hora, aut cum aqua mellis, aut cum aqua in qua decocta sunt radices ireos, & fœnumgræcū, & ficus siccæ. Q. si accidat in lingua mollificatio, tunc exhibeantur in potu patienti eam, pilulæ Galeni nominatæ cochiæ, & hiera nominata amara, & administrentur hieræ magnæ, sicut hiera Galeni, & hiera Logodion, & hiera Archigenis; & si necessariū fuerit exhibere in potu oleum de kerua, exhibeatur in potu cum aqua radicum; aut exhibeatur in potu oleum indum, nominatum oleum alkelangi. Et confert iuuamento manifesto assiduare gargarisma cum hiera, & sinapi, & staphisagria, & zinzibere, & origano, & pyrethro, & corticibus radicum capparum, & myrrha, & quæ eis similantur. Et oportet vt gradatim exercites linguam; primo cum sermone facili sibi ad pronūciandum, deinde cum eo quod est difficilis pronūtiationis. Et sit residuum regiminis fm hanc semitam, & fm regimen, quo regitur patiens paralysim, & torturam.

De Alchola. Cap. XV.

INtentio nominis Alchola, significat vlcus accidens in superficie pāniculi circundantis linguam, qui est ex eis quæ cooperiunt partem intrinsecam oris: & proprie cum fuerit cū ea caliditas adusti ua. Et plurimū accidit hæc ægritudo infantibus, aut pp malitiam qualitatis lactis nutricis, aut qñ infans nō digeritlac, quod lactat. Et cura eius fm plurimum est solutio ventris cū medicinis, cum quibus est aliqualis ftypticitas. Et qñq; prolongatur mora ipsius, & difficilis fit sanatio eius, ita vt accidat eis, & fiat alteratio; & accidit ei ęgritudo, quā medici nominant Aldubebe. Etiam medici descripserunt ad Alcholam duo genera medicinarum, & posuerunt curam eius quæ est ex vlcere, facilem, veram cum medicinis paucæ ftypticitatis sedantibus dolorem; & posuerunt curam ægritudinis, quæ nominatur Aldubebe, & est ægritudo, cum qua est putredo, cum medicinis fortioribus q̄ istæ. Et ego tibi describam duo genera simul, & incipiā a debilioribus. Cura Alcholę quæ accidit infantibus qui iam incipiunt edere cibum, est vt administretur cibus paucus factus ex lentibus decoctis cum caseo, & medulla crurium vitulorum, aut crurium ceruorum, & cum cytonijs, & pomis ftypticis, & pyris, & zarur. Quod si fuerit cum Alchola inflammatio vehemens, exhibeatur in cibo lactuca, & enduia, & solatrum, & portulaca. Quod si infirmus fuerit ex eis qui adhuc non comedunt cibum, & nō nutriuntur nisi lacte, tunc cibetur nutrix cū eis quæ prius diximus ex medicinis, & procuretur ne nutrici accidat malitia digestionis. Q. si fuerit Alchola rubea; tunc liniantur super ea in principio rei medicinæ, quę sunt fridgidæ cum pauca ftypticitate; & postillud administrent medicinæ resolutiuę, in quibus non est mordicatio. Et similiter administretur in Alchola, cuius color est splēdens; & sint medicinæ ipsius vehementioris infrigidationis, q̄ medicinæ primæ. Q. si videris ęgritudinem declinare ad phlegma, tunc liniantur super eam medicinæ, cum qbus est absterfio. Et si fuerit ęgritudo declinans ad melancholiam; tunc administra medicinas in quibus est virtus resolutiua plus; & tunc administra in eo, qui est puer, ex istis cum eis quæ administrantur ex hoc genere medicinarū, medicinas fortiores fm virtutem infirmi. Cum vero accidit hæc ęgritudo corporibus completis duris, tunc incipiatur in curatione eum mūdificatione corporis totius. Q. si videris q̄ sanguis est dominans, tunc incipe cum phlebotomia veną. Q. si non consentit tempus, & virtus, tunc administra ventosas; deinde euacuetur corpus post illud cū decoctione myrobalanorum, & prunorum, & tamarindorū, & fumiterrę; deinde fiat oris collutio cum aqua, in qua decoctæ sunt medicinæ quæ infrigidant & ftypticant, sicut succus mororum, & proprie m ororum fyluestriū, aut aqua in qua decocta sunt fumach, aut folia myrthi humidi, & proprie si myrtus fuerit alba; aut cum aqua in qua decocta sint folia oliuę recētia, aut fructus albaus segi, aut lentes excorticatæ, aut balaustiæ; & fiat collutio oris cū aqua rosata; aut folia de alchāna de mecha, & decoquantur cum aceto, aut cum aqua in qua decoctæ sint lentes, & fructus tamarisci, aut aceto in quo decocti sint fructus tamarisci, & grana myrthi, aut folia eius decocta cum aqua rosarum, aut cum aqua granatorū; & acetosoram iam contritorū cum suo cortice, & expressorū. Q. si currat ex ore ipsoę saliua multa, muscillaginosa, tūc teranf gall⁹, & solatrū, & teranf ambo cū aceto; & ꝑcipiat infirmis q̄ colluant os ipsoę cū eo. Q. si fluat saliua mīta, figñat magnitudinē ęgritudinis. Et si multiplicat alchola, & putrefit, tūc necessariæ sunt medicinæ fortiores istis, sicut medicinę quibus curatur os, & gangrena. Et nos incipiemus describere medicinas quæ sunt faciles, & commemorabimus medicinas cōpositas, (quædam enim sunt, quæ conueniunt in alchola calida, & quædam in alchola frigida, & quædam conueniunt alcholæ albæ, & quædam conueniunt alcholæ nigræ) & dicam, quod significat eas vnusquisq; istorum colorū, cum ipsi sint præter naturam. Descripto medicaminis quod conuenit alcholæ calidę. Rec. feminis rosarum, sumach mundi, amyli frumenti, ſpodij, seminis portulacæ, lentium excorticatarum, fandalorum alborum, foliorum alchannæ fyluestris, balaustiæ, oſum ana partes æquales teranf, & cribellent, & misceant cum modico camphoræ, & administretur.

Medicamen aliud conferens huic ægritudini. Rec. herbæ memithæ, spodij, plantaginis, seminis rosarum, myrobalanorum citrinorum, balaustiarum, foliorum oliuarum, foliorum tamarisci, omniū ana partes æquales teranf, & cribellentur, & permisceant cum modicis aluminis, & administrentur. Medicamen aliud ad alcholam albam. Rec. memiran, myrobalanorū citrinorum, spodij, cardamomi, balaustiæ, ana partes æquales teranf, & cribellentur, & administrentur. Medicamen aliud conferens alcholæ nigræ & putredini accidentī in ore. Rec. foliorum oliuarum ficcarum, foliorum alhausegi, acaciæ, omnium ana drac. xx. aluminis rum alhausegi, acaciæ, omnium ana drac. xx. aluminis iameni, vitrioli romani, colcotar, oſum ana drac. iiij. ra dicū ireos pondus drac. v. cyperi drac. iiij. croci drac. j. terantur oſa, & cribellentur, & administrentur. Medicamen aliud ad corrosionem accidētem in ore. Rec. calidicū drac. vj, myrrhæ, salis armoniaci, radicū ireos, omnium ana drac. j. terantur, & cribellentur, & admini strentur. Medicamen aliud conferens alcholæ nigre, & putredini accidenti in gingiuis. Rec. arsenici rubei, pyrethri, omnium ana partes æquales; terantur, & cribellentur, & inuoluātur cum kitran, & aduratur, & administretur. Medicamen aliud ad corrosionē & sanguinem currētem ex gingiuis. Rec. calidicum, hermodactylorum, ana partes æquales; terantur, & fricentur cum eo gingiuę, & os, & colluatur os post illud cum ace to myrthi, aut cum aceto vini, in quo decocti sint fructus tamarisci; & qñq; cōfert putredini factæ in ore medicamen cum myrtho ficco. Q. si fuerit putredo vehemens, fortis, tunc sumātur kartas adusti partes tres, misceatur cum eo pars. j. arsenici citrini; terantur ambo, et administrentur ambo simul, & qñq; confert putredini in ore iuuamento magno vitriolum, q̄ permiscet cum vino ftytico, sicut dixit Gal. qui addit in virtute eius, & ftypticat fm ftypticitatem vini, & grossitiem eius. Q. si voluerit vt fit plus hoc, minoret de vitriolo. Q. si videris vlcus in ore fordidum, tunc administret vitriolum tritum cum syrupo de melle. Q. si necessariæ fuerint medicinæ fortiores q̄ vitriolum, tunc teratur viride æ is cum vino, aut cum syrupo de melle, & administretur. Et qñq; administrant istæ medicinæ liniendo

eas

eas super locum infirmum: verū sunt medicinæ fortes valde. Medicinæ vero quæ sunt magis vtiles q̄ istæ, & sunt conferentes in principio alcholæ, sunt succus agrestæ triræ cum vino, aut cū syrupo de melle, aut sumach triti ℈m hunc modum: & succus rosarum recentiū q̄nq; sufficit pueris in hac ægritudine cum semine rosarum, & rosis siccis: & collutio oris cum medicinis est melior ex eis, quæ diximus. Et summa sermonis est in cura alcholæ debilis, & proprie in corporibus humidis, leinibus, cum his quæ sunt ex medicinis fortioribus: & intelligo per medicinas fortes, illas quæ sunt vehementis stypticitatis, mordicantes: & per medicinas leues, debiles, intelligo illas, cum quibus nō est multa stypticitas, neque mordicatio.

De passionibus dentium. Cap. XVI.

SVmma numeri dentium est triginta duo dentes: ex quibus in mandibula superiori sunt sexdecim dentes, & in mandibula inferiori sexdecim: ex quibus quatuor in anteriori parte oris sunt lati, habētes caput incisiuum: & vnicuiq; ipsorum est radix vna, & discuntur Alcuata, i. incidentia: & iuuamentum ipsorum est incidere cibaria leuia. Et dentes qui vicinantur istis incisiuis, sunt dentes, quorum capita sunt acuta, & radices ipsorum sunt latæ: & in vno quoq; est radix vna: & huiusmodi dentes nominantur Niab, ideſt, caninī: & iuuamentum ipsorum est, q̄ frangāt cibos duros: & pp hanc causam nominantur dentes canini, q̄m dentes canum oēs sunt niab, i. acutis: & plurimum cibi ipsoꝝ sunt ossa dura, quæ indigent vehementi fractura. Et quinq; ab omni latere magni, & lati nominantur Aladaras, & nominantur molares: quorum molarium supiores tres habent radices, & qui ex eis sunt inferius, duas habent radices. Et superiores quidem molares habēt tres radices, q̄m omnes sunt suspensi pendentes: Inferiores vero sunt super fundamēto fixo: Molares aūt duo posteremi in pueribus hominibus quatuor hūt radices: & iuuamentum ipsorum est, q̄ ipsi molant cibos, & cōterant eos: & propter hanc causam nominātur molares. Et dentes quidē incisiui nō sunt facti plures numero, q̄ alaniab, ideſt, q̄ acuti sunt canini, nisi quoniā administratio seu vsus ipsorum in cibis indigentibus incisione est maior, & plus q̄ vsus & administratio illorum in cibis, qui indigent fractura. Et facti sunt molares plures numeros q̄ alij, q̄m necessitas ipsorum est maior ad terēdum vel molandum cibos, & ad rectificandum eos. Sermo igit iste de numero dentium, & figura ipsorum, & iuuamento eorū ja sit sufficiēs: q̄re incipiamus sermonē de ægritudinibus accidentibus in eis, & dicamus q̄ ex ægritudinibus eorum quædam sunt cognitæ, sicut corrosio, foramen, nigredo, & fractura, quæ accidunt eis: aut q̄ non tolerant neq; caliditatem, neq; frigiditatem, ita vt doleāt vel ledant ab eis ambabus simul, aut ex vno ambarū. Et ex eis sunt, quæ non sunt apparentes vnicuiq; sicut dolor dentium in se ipsis, aut ex apostemate accidēte in gingiuis, aut in neruis circundāribus carnem, quæ est in radicibus dentium: q̄m q̄n accidit in huiusmodi neruo ægritudo, tunc imaginātur multi ex hominibus q̄ dolor sit in ipso dente, & cognoscitur illud ex remanentia doloris post eradicationem dentis: & significat hoc q̄ apostema est in neruo qui circuit dentem, & est diminutio doloris q̄n eradicatur dens: q̄n caro gingiuarum non extenditur, q̄n separata est ab osse: & q̄n inuenit viam ad fedandum dolorem, & ad quietem: & q̄n medicamina quibus curatur, perueniūt ad ipsum. Neruus autem circumiens dentes q̄n apostematur, nō est possibilis eius curatio absq; eradicatione dentis: q̄n ipse est inuolutus cum carnositate gingiuæ, tanq̄m cum sua tutela. Si aūt accidat dentibus viriditas, aut fuscedo, ita vt sit cōmunis toti corpori dentis, non est miranda dum si cum hoc accidat apostema: & ex hoc declaratur tibi q̄ hoc sit verum, q̄ dentes nutriuntur & recipiunt augmentum & additionem dum animal viuit. Et iam verificatum est nobis illud in dente oppositō denti qui eradicatur: q̄m illi dentes qui opponuntur denti eradicato, crescunt & augentur continue plus q̄ reliqui dentes: & p̄m q̄ crescunt dentes & augmentantur, similiter diminuuntur per hoc, q̄ molunt cibaria. Cum ergo nō sit possibile vt crescant & augeantur nisi nutriātur, tūc iam necesse est, vt accidant ipsis absq; dubio duæ ægritudines cōtrariæ, aut ex diminutione cibi vel nutrimēti, aut ex additione eius: q̄m diminutio cibi facit eos cōsequi ficcitatem propter priuationem nutrimēti, vnde propter illud dentes fiunt debiles, tenues, & extenuati. Ex additione aūt nutrimenti accidit eis ægritudo similis ægritudini, quæ quando accidērit in mēbris carnosis, nominatur Apostema: & curatio huius ægritudinis est p̄m viam, qua curantur ægritudines, & est euacuatio suppluitatis aliq̄s cum resolutione, & aliq̄s cum repercussione. Debilitati & tenuitati seu extenuationi dentium, quæ ipsis accidunt ex diminutione nutrimenti, non est curatio. Et q̄n; accidit eis, quibus hæc dispositio inest, mollificatio radicum dentium, & commotio ipsorum, præcipue q̄n fuerit situatio ipsorum mollisceta, debilis. Et non accidit ex debilitate dentium solum, sed ex carne gingiuarum circundante ipsos, quæ est diminuta. Et hæc quidem ægritudo accidit de necessitate senibus: & antecedit & tardat illud quod eis accidit, p̄m complexionem ipsorum. Et q̄n; accidit quibusdā eorum ægritudo p̄dicta debilis, & quibusdam ægritudo fortis. Ægritudo aūt quæ similatur apostemati, p̄m plurimum accidit iuuenibus: & oportet q̄dem vt ingenietur in curatione senum, proprie cum eo quod cōtorta gingiuas, quæ est caro circumiens radices dentium: & talis caro cognoscitur ex pulsatione dentium, q̄n nascuntur ex carne: & oportet quidem vt curetur hæc ægritudo cum medicinis stypticis ad confortandū carnem prædictam, & faciendum ipsam vehementioris fixionis, seu retentionis in illa parte, qua circuit radices dentium: & in hac carne gingiuarum est ēt iuuamentū firmitudinis vel stabilitatis dentium in ea. Et accidit dentibus vt disrumpantur (vel p̄m aliam literam, vt candant) ex humiditate calida seu acuta currente ad ipsos: quare accidit in eis perforatio, & corrosio, Iam ergo verificatur nobis, q̄ curatio dentium q̄si p̄forantur & corrodūtur, fit cum rectificatione humoris mali, qui effundit ad ipsos. Q̄, si huiusmodi humor malus fuerit paucæ quantitatis, tunc q̄nq; resoluitur cum medicaminibus paucis, quibus curatur locus dolorosus; quę q̄dem medicamina sunt composita ex medicinis exiccatibus: & ego describam has medicinas post parumper. Si aūt humor fuerit multæ ℈titatis, tunc oportet vt fit solicitudo in mundificatione capitis cum enim regiminē resoluetur ille humor, Q̄, si aggregatur in capite ille humor, qui sit assendens ad ipsum ex toto corpore, tūc necesse est purgare totum corpus, & q̄sum mundificare. In dentibus vero qui franguntur, quia non accidit eis hæc ægritudo fractuæ nisi ex fuppilua lenitate ipsorum, ideo oportet vt fit ingeniatio ad indurandū ipsos, approximando ipsis medicinas stypticas. Dentium autem q̄bus accidit viriditas, curatio ēt sit cum medicinis exiccantibus: q̄m illa viriditas nō accidit eis, nisi ex effusione humiditatis malæ ad ipsos: quare, propter illud curatio ipsorum, est curatio dentium qui perforantur & corroduntur. Verum si fuerit ægritudo in ipso corpore dentis, aut in neruo qui peruenit ad vnūquemq; dentium, tunc necessariæ sunt medicinæ, quæ sunt fortes valde, siue velimus infrigidare vel repercutere, siue velimus resoluere: & propter hoc plurimū harū medicinarum administrātur cum aceto forti. Si aūt dolor vel ægritudo fuerit in gingiuis propter apostema in eis existens,

existens, tũc oportet vt curetur cum simili cura, quam diximus. Curatio vero apoſtematis accidentis in gingiuis, eſt vt conſideretur ſi ex capite ad gingiuas ſuperfluitas calida deſcendat. Si enim illa ſuperfluitas fuerit ex illis quæ aſcendũt ad ipſum ex ſtomacho, tunc oportet vt prius ſit ſolicitudo vno duorum membrorum vt non deſcendat ſuperfluitas plus q̃m illa, ne augeatur ægritudo. Et ſi res fuerit ita, tunc oportet vt conſideremus, Quòd ſi ſanguis fuerit dominans, tunc incipiemus a phlebotomia venæ ſuperioris cerebri, quæ eſt cephalica. Q̃ ſi neceſſaria fuerit phlebotomia venæ q̃ eſt ſub lingua, adminiſtrabimus ipſam: & poſt phlebotomiam adminiſtrabimus medicinã ſolutiuam extrahentem illam ſuperfluitatem dominãtem: & ſit tua ſolicitudo propriè in mundificando ſtomachum cum medicina amara facta cum aloe, nominata hiera amara: deinde poſt illud adminiſtrentur in fine rei medicinæ quæ mundificant caput cum gargariſmatibus, & mundificentur illæ ſuperfluitates quę effunduntur ad os. Quumq; expediti fuerimus a mundificatione, tunc oportet adminiſtrare in gingiuis medicinas ſtypticas, quę ſtringunt molliſicationem gingiuarum, & abſcindant ſanguinem currẽtem ab ipſis, ſicut eſt myrtus humida ſeu recens: quoniam quãdo ſolia ipſius teruntur & roratur deſuper modicum vini ſtyptici, & colatur, & retinetur in ore, & cum eo fit oris collutio, tunc eſt medicamen iuuatium valde huic ægritudini. Et ſimiliter operantur ſolia recentia oliuarum, quando ſit ex eis, ſecundum q̃ deſcriptum eſt de foliis myrti; & ſuccus ſolatri, aut ſuccus virgæ paſtoris permixtus cũ aceto myrti, aut cũ aq̃ roſaq̃ recẽti, aut cũ aq̃ ſumach. aut cum aq̃in qua cocti fuerint fructus tamariſci, autaq̃in qua decoctũ fuerint cortices granatorum, & myrtus, & folia oliuarum, & roſæ ſiccæ, & gallæ: aut aqua in qua cocta fuerint balauſtia, & lentes rubeæ: ſ. excorticatæ aut ſuccus foliorum alhauſegi, & folia ſpinę, & ſuccus ſemper viuæ: aut decoctio ſummitatũ ſchinanti cum granatis ſylueſtribus, & ſunt grana piperis lati ſeu grana colocolati, & cortices glandium interiores: aut aceto tum, in quo decocta ſunt folia abel, & nuces cupreſſi. Q̃ ſi fuerit nobis neceſſaria ſedatio doloris tantum, tunc confert illi oleum roſatum, quando retinetur in ore, aut cum eo fiat oris collutio: aut oleũ de cytoniis, aut oleum maſticinũ, aut oleum oliuæ omphacinum. Q̃ ſi remanſerit poſt quietem apoſtematis in gingiuis vlcus, aut corroſio, tunc cõfert illi abſtergio facta cum medicamine nominato alchaldicum: quando cum eo fit oris collutio poſt adminiſtrationem eius cum aceto ſcilicet ſi fuerit aceti cũ cortice myrti; & plurimi ſanãtur eũ hoc aceto. Et huic quidẽ ægritudini ſeruunt mirabili iuuamẽto alſurengian, q̃n̄ præparantur ſecundũ hunc modũ. Deſcriptio præparationis alſurengian, quæ ſert doloribus dentiũ molariũ, & aliorũ dentiũ, & corroſioni ipſorum, & cõfortat gingiuas, & conſtringit eas. Recip. corticum granatorum pondus drach. xxx. balauſtiorum, gallarũ, aluminis iameni, pyretri, omniũ ana drach. x. ſumach drac. xv. ſalis indi drac. v. terantur, & adminiſtrentur: & ſumma medicinarum eſt ſeptem. Medicamen aliud conferens corroſioni quæ ſit in ore, & dentibus commotis. Rec. myrobalanorum citrinorum, gallarum viridium, corticum granatorum acetoſorũ, roſarũ ſiccarũ, ramech, ſumach ppa ẽtis coria, fructus tamariſci, balauſtiorũ, oĩum ptes eq̃ les; ſumma medicinæ ſunt oẽto res: terant, & cribellẽtur, & adminiſtrent. Medicamen aliud ſiſtẽs ſanguinẽ currẽtem gingiuis, & radicibus dẽtiũ, ℞. aluminis tameni adulti & extincti cũ aceto vini ptẽ vnã, ſalis cõis torrefacti ptes duas, ſumach ptes tres: terant, & cribellent, & adminiſtrẽt; ſũma medicinæ ſũt tres res: Medicamẽ aliud ſiſtẽs molliſicationi gingiuæ, & dẽtib⁹ qui moueẽt, ℞. balauſtiorũ, corticũ granatorũ, oĩum aſſ. drac. vj. arſenici rubei, & citrini, oĩum añ. drac. iij. aluminis iameni, drac. iij. roſaq̃, ſumach, oĩum drac. viij. ſpicę inde, ſũmitatũ ſyriãti, oĩum añ. drac. x. Sũma medicinarum eſt nouem: terantur, & adminiſtrentur.

Cura fiſtulę gingiuarum.

Q̃ ſi fuerit fiſtula in illa carne q̃ circũdat dẽtes, tunc oportet vt mundificetur locus primo cũ caldicũ, poſtea adminiſtret ex iſtis medicinis ſiccis ſup carnẽ, q̃ dentes circuit. Medicamẽ ſiccũ ad fiſtulas gingiuarũ. ℞. radicũ liliorũ ſeu yreos, pyrethri, oĩum añ. ʒ. j. alumnis iameni, balauſtiorũ, gallarũ non pforatarũ, ſumach, oĩum ana ʒ. ij. Sũma medicinarũ eſt ſex: terãt, & adminiſtrẽtur. Medicamẽ ſferẽs dẽtibus, q̃ virides facti fuerint, ℞. corticũ ficus ſylueſtris, ʒ. iij. piperis, ʒ. iiij. amomi ʒ. iij. folij indi, ʒ. ij. gipſi adulſi, ʒ. viij. Sũma medicinarũ eſt, v. terant, & adminiſtrent. Dẽtifricũ denoſatũ. Almamuni, ſferẽs cõmiſſuris dentiũ, & ſtrigẽs & abſtergẽs humiditates, & ſubtilians groſſitudinẽ, & reſoluens vẽtoſitates ex in vẽtione Gabrielis. ℞. ſalis gẽmæ ʒ. iiij. cyperi muſcati lib. ij, ſecha. ʒ. iiij, ariſtolochię rotũdę vnc. ij. terant, & cribellent, & pmiſceãt oſa ſic, & pficiant cũ melle mũdo, & ſyrupo de liliis q̃ titate neceſſitatis in pfectione ſua, chitran boni clari, ʒ. j. fiãt trochiſci tenues, & aduranť, q̃n̄ poſt eorum aduſtionem redeũt ad duas tertias, & terant, & cribellent, & ſumant zinziberis vnc. iiij. ſpumæ maris vnc. j. charmezch lib. j. Caſſię lignęę vnc. j. pmiſceantoſa ſiter chitran, & ſyrupũ de lilio, & mel, aggregentur, & adminiſtrẽtur.

Charmezch vel Charmezagi eſt fructus arboris alathil, q̃ fructus reperitur in Aegypto, & apud vulgares dicitur adbe, & oritur ſuper arborem alathil, q̃ eſt ſpecies tamariſci.

Dentifricii aliud Gabrielis abſtergẽs dentes, ℞. cyperum albũ mundatũ, terat, & cribellet, & inuoluatur cũ vino antiquo, aut cũ ſyrupo de lilio, & conficiatur cũ melle, & fiant ex hoc trochiſci ſubtiles, & exiccẽtur in furno, aut ſuper patellam: & caue ne comburantur; & q̃n̄ facti fuerint rubei, & exiccati bñ, tũc remoue eos vt infrigidentẽ, deinde terant, & ſumat ex ipſis vnc. j. & ex ſale vnc. j. cubebarũ ʒ. iij. ſpumę maris tantũdem, fructus tamariſci, ʒ. v. xyloales boni & titatẽ, qua aromatizetur, & adminiſtra. Aliud quod abſtergit dentes, & mundificat eos, & ſtringit ipſos, ex inuentione Gabrielis. ℞. ſquinãti, ʒ. v. pyrethri, ʒ. iij. ſalis, ʒ. x. farinę hordei, ʒ. xij. pipes ſalẽ ſup farinam hordei, & conficẽ illud cũ melle, & cõbure ipſum: deide cõtere illud, & ſup ipſum pipe pyrethę & ſquinãthũ, ptrita & cribellata, & vtere eo. Aliud dealbans dẽtes, & ſtringẽs algamur, quod cõpoſuit Ioannes filius Meſuę. ℞. cineris ℔ arundinũ ℥. ʒ. xxx. ſalis albi torrefacti, ʒ. xx. ſpumæ maris tantũdẽ, granorũ ben excorticatorũ, ʒ. viij. xyloaloes aromatici adulſi, ʒ. x. pyrethri tantũdẽ, ariſtolochię rotũdæ, ʒ. viij. terantur, & cribellent, & abſtergant eũ eo dentes: Sũma medicinarũ ſunt ſeptem. Aliud ſtringens algamur, & abſcindẽs ſanguinem currentẽ ex eis: & eſt rubeum ex compoſitione Ioãnis filij Meſuæ. ℞. Cineſt glandium, & capitum granatorũ, & balauſtiorũ, & ſalis torrefacti, & fructus tamariſci, & gallæ: nõ per forataratum adultati, quę iam cum aceto ſunt extincte, & granatorũ ſylueſtriũ, (& ſunt grana alcolcol lata) & granorum myrti albi, & armech, (quod eſt medicinanda ſimilis cinamomo) omnium ana. ʒ. x. terantur, & cribellentur cũ orali, & ponatur ſuper algamur & permiſceatur cũ. ʒ. v. huius medicinæ, ʒ. j. chalchidicõ, & vtere ea. Aliud q̃ dabitergit dẽtes, & ſtringit gingiuas ℞. ſalis cõis, & permiſce cũ melle mũdo, & ponatur in foliis fici, ſi ſunt inuẽta, aut in tamariſco, & cõburatur, & accipiat ex eo pars vna, & ex fructu tamariſci ptrito

Granata ſyluęſtrea.

Alia litera. arundinis fabri ferrariorum.

Biblioteka Uniwersytecka w Toruniu

cribellato pars media, & ex ſpuma maris pars quarta: & terantur, & permiſceantur, & adminiſtrentur. Et ſi volueris conſtringere dentes bene. Rec. cortices granatorum, & contere eos, & permiſce cum aqua myrti, & coque in furno, donec exiccetur: deinde tere, & proiſce ex eo ſuper medicinas quas diximus, & adminiſtra, et eſt curatio dentium corroſorum.

Sed curatio dentium & molariũ dolentiũ ex frigiditate, ſi apparuerit in eis corroſio, oportet vt ponaſ in loco corroſo ex eis aſſa, aut alleũ, aut ſazanea, aut theriaca, aut myrrha, aut chitran, aut ſtorax liquida, aut opium, aut bazard cũ ſemine iuſquiami, aut teratur ſtaphiſagria, & impleaſ foramen: aut teraſ nigella cum aceto forti, & adminiſtretur ſeu ponatur ſuper il lud: aut aduranſ gallæ, & nitrum, & teraſ, & conficiaſ cum melle, & ponaſ ex eo in loco corroſo: aut bulliat chitrã, & mel in cazola ferrea, et inuoluatur lana cum eo ſuper lignũ chalef, & ponatur in loco. Aut accipe fructus ficuum, & munda eos ab arillis ſeu nucleis, & tere eos cũ modico ſinapi cõtritione bona, donec fiat ſicut maſſa ſeu paſta, & pone ex ea in foramine: q̃m eſt medicamen mirabile valde. Aut contere cibibũ mun datum ab arillis rubeum cũ pipere, & adminiſtre in illa parte. Aut vitriolum aduſtum. Aut abſterſiuum artis, & nominaſ tinchar, & ponaſ ex eo in loco infirmo, q̃m confert iuuamento magno. Aut pmiſceaſ zyperum, & zuccharum de vnoquoq; pars vna, & tere ambo, & pone ipſa in foramine. Aut accipe ſtaphiſagriq, & opij, & myrrhę, et pyrethri, oſum aũ pars vna, teranſ, & cribelleniſ, & inuoluanſ cum chitran, & conſice cũ melle, & pone de eo in loco infirmo. Si autem in loco corroſo fuerint vermes, tũc Rec. ſemen lini, & ſemen ſanctũ, & pmiſce ambo cum cera, & pone ſuper igrem, & ſcipe infirmo q̃ aperiat os ſuum, vt ingrediaſ ille fumus, q̃m cõfert iuuamẽto magno.

Si vero dolor fuerit difficilis valde, ita vt infirmus nõ toleret ipſum, tunc pone in foramine Philonii rotundi, aut opij ſolũ. Et q̃ cõfert doloribus dentiũ & molariũ iuuamẽto mirabili, decoctio pyrethri cũ aceto forti, q̃ſi ſit collutio oris cũ ea; & decoctio radicũ capparũ, q̃ſi ſit cum ea ſimile illi, cõfert. Aut decoquanſ folia capparis cũ aceto forti, donec minuaſ ex eo medietas, & teneaſ in ore ſemp. Et ſpolium ſerpentis, q̃ſi de coquitur cũ aceto, & abluiſ os cũ eo, confert. Et pyrethrũ, & ariſtolochia q̃ſi decoquunt cũ aceto, & retineſ illud acetũ in ore, tuuaſ cũ eo. Aut ſumaſ baurach rubeũ, & pyrethrũ in equali q̃titate, & opiũ ſicut quarta pars: aggregentur oĩa, & adminiſtrenſ. Aut ſumaſ de ſtaphiſagria, & de radicibus anethi, & coſti, oſum q̃titas æq̃lis teranſ, & cribelleniſ, & pmiſceaſ cũ melle, & ponaſ ſup molares. Aut lac almezereũ, et piper cõficiaſ cũ fucco ſolatri, & adminiſtrenſ. Aut ſumaſ zinziber, & decoquaſ cũ aceto, & melle, & teratur cõtritione bona, & ponaſ in foramine, & cũ eo liniaſ dentes ab extra: hoc enim cõferuat ipſos dentes a dolore. Et confert dolori dentium hoc medicamẽ, quod dicitur Barſachan, & eſt conferens dolori molarium. Rec. piperis, drac. x, pyrethri, ſtaphiſagriæ, ana borum drac. iiij, baurach armeni drac. vj, teranſ, & adminiſtrentur ſumma medicinarum eſt quatuor.

De dentibus qui mouentur, & de cura ipſorũ, iam ꝓceſſit in ſermone, q̃ plurimum huius ægritudinis accidit ſenibus ꝓ ſiccitatem cõplexionis ipſoꝝ, & dentes ẽt ipſorum non recipiunt niſi parum de iuuamẽto medicinaꝝ ſtringẽtiũ algamur, q̃re accidit eis ficcitas ex ſtrictura gingiuarũ: & cura ipſoꝝ eſt cũ medicinis ſtypticis, q̃s paulo poſt dicem. Et dico ẽt q̃ multoties accidit cõmotio dentiũ ex ꝓcuſſione eis accidente: & iam vidi ẽt, q̃ q̃ſi in neruo vnũquemq; dentiũ circundante acciderit hũ eſtatio multa, tũc accidit mollificatio neruorũ ꝓdictorum, & cõmotio dentiũ: & cura eſt cũ medicinis exiccatibꝫ, poſtq̃ ꝓceptũ fuerit infirmo, ne multũ loquaſ, neq; comedat aliqd durũ, immo ſint cibaria eius cibi molles, & nos dicemus quaſdã medicinas cõferentes dentibus qui mouenſ. Dico igit q̃ ſi cõmotio dentiũ fuerit ex feneẽtute, aut ex ꝓcuſſione, & volueris eos firmare ſeu ſtringere & ſtortare, tunc accipe myrrhã, & tucia, & alumẽ iamenũ, & amylum frumẽti, cũ q̃litate q̃li, & tere oĩa ſimul, & applicha in radicibus dentiũ. Aut ſumaſ aluminis rotũdi pars vna, & tantũdem atramẽti ſeu vitriolizẽtere ambo, & ſpice cũ chitrã, donec fiat ſubſtãtia eius, ſicut ceratũ humidũ, & lini ipſum circa dẽtes, & dimitte illud donec egrediaſ eum eo phlegma. Aut ſumaſ ſumach, & cortices granatorũ, et nucleos myrobalanoꝝ citrinorũ, & roſas ſiccas, & ſach, & gieſt glandiũ, & balauſtia, & gallas, & fructus tamarifci, & alumen iamenũ, ſm partes æq̃les: teranſ, & cribelleniſ, & adminiſtrenſ. Si aũt cauſa fuerit humiditas iam ſubmerſa in neruo circundãte radices dentiũ, & ex hoc dentes ipſi commoueanſ, tunc pmiſce cũ medicinis, quas diximus, cortices radicum granatoꝝ magnorũ, & hieram picram, & pyrethrum, & quæ ſunt eis ſimilia. Ex medicinis autem quæ conſtringunt dentes motos, eſt medicamen quod dixit Gal. in. x. miamir, & ipſo vtebatur Gal. in motione dentiũ, cuius deſcriptio eſt hæc. Rec. ramorũ capilloꝝ veneris lib. ij ʒ. aluminis iameni vnc. iij. aluminis rotundi. vnc. ij. ſpicę indę vnc. ij. folij. vnc. .j. piperis albi vnc. j. pyrethri auſ. v. ſumma medicinarũ eſt ſeptem, conterantur oĩa, & cribellentur, & applicenſ gingiuis & radicibus dentiũ. Q̃ ſi nõ firmentur dentes cũ hoc medicamine vel cum hac cura, tunc oportet vt radices ipſorum cauterizenturaut ꝓ ipſæ radices dentium ſtringantur, ſeu ligentur cum catenu lis ſeu cum filis auri.

De congelatione dentium. Congelatio dentiũ eſt ſtupor, qui accidit dentibus ex rebus frigidis ſtypticis accidentibus ſup eos: & accidit ẽt illud ex medicinis aut cibis acetoſis, aut ex humore ſtyptico frigido, qui eſt retentus in ore ſtomachi, & puenit ex meri ad dentes: & conferunt ad illud nuces, q̃ teruntur & cũ eis fricantur dentes. Et confert comeſtio ſeu maſticatio portulacæ: & ſemen portulacę, q̃ infunditur in aqua calida, & colatur, & tenetur in ore confert. Et radices lilij, quãdo ex eis fit ſicut illud, confert. Et oleum nouum, q̃ accipitur in hora ſua ex torculari, q̃ calefit & tenetur in ore, confert. Et gũma albothin, & cera, quando maſticanſ. Et altartir acceptũ ex vegetibus ſeu ex vaſis vini. Medicinæ aũt conferentes congelationi dentium ſunt ariſtolochia longa, & grana lauri, & haltit, & fęx olei decocti, & lac tithymalorum, & ſquilla, & quæ ſunt illis ſimilia.

Bazard, ideſt, Gal banum.

Tinchar, ideſt, borax.

Alia litera iuſquiam.

Alia litera ciſſorium ro manum.

De Vulnæ ægritudinibus, & curatione eius. Cap. XVII.

VVula eſt membrum pendens in ſpatio gutturis, quod nõ videſ nih cum homo aperit os ſuũ ve hemẽter, & deprimitur lingua eius: & antiqui iam nominauerunt hoc membrum duobus noibus: alia q̃n enim nominauerũt ipſum Lhea, & aliq̃ noſauerũt Hamudan. Medici vero poſteriores noluerunt noiare ipſum hoc nomine, ſed noiauerunt ipſum Aſthuan. Illi vero qui nominauerunt ipſum Alhanebe, oportet vt recordentur quod hoc nomen Alhanebe, nõ cadit ſuper hoc membrum, ſed ſuper quandam ægritudinem ei accidentem. Vuulæ autem accidunt apoſtemata calida, & cura ipſoꝝ eſt ſicut cura quæ curanſ membra, quæ recipiunt humiditatẽ currentẽ ad ipſas: & ſicut huiuſmodi curationes ſunt res, quæ reperiuntur, & phibent illud quod effunditur ad ipſas: ſimiſe ſunt curationes vuulę. Cũ ergo accidit ei apoſtema,

tunc

tunc cura eius oportet vt sit cū medicinis, cum quibus est multa styptricitas, postquam consideraueris an humiditas quæ effunditur ad membrum, sit pauca: tunc enim oportet vt sit curatio cum medicinis paucæ styptricitatis, sicut illæ, in quibus est proprietas styptricitatis. Q3 si humiditas vel superfluitas quę effunditur ad vnulam fuerit multa, tunc oportet vt medicinæ quibus fit curatio, sint multæ styptricitatis, sicut medicinę quæ nominantur coriantes seu præparantes coria. Et istæ duæ species medicinarum, f. styptricæ, & 3parantes coria nominantur styptricæ: verum medicinæ styptricæ, cum quibus nō est 3paratio coriorū, sunt minoris styptricitatis: illæ vero quæ sunt coriatiuæ, seu præparantes coria, sunt vehementioris styptricitatis. Et iā dictum est de istis duabus speciebus medicinarū vice alia, in his quæ præcellerunt ex hoc libro. Verū oportet vt sit rememoratio ipsarum in hoc loco etiam, vt administrentur conuenienter fm canonem. Nam in apostematibus paruis seu paucæ humiditatis conueniunt medicinæ paucę styptricitatis: in apostematibus vero difficilibus cōueniunt medicinę vehementis styptricitatis. Ex medicinis aūt quibus fit oris collutio, sunt illæ quæ fiunt ex alcasb decocto aliqñ cum aqua sola, & aliqñ cum aqua & modico mellis: nam huiusmodi medicina est styptica subtilitatis, ita vt phibeat illud qđ effunditur de superfluitate pp sua styptricitatem, & subtilitationem, & etiam vt illud quod de superfluitate peruenit ad locum: & non acquirit hæc medicina styptricitatem, nisi ex alcasb, & alhaulegi, & alchasna de mecha, & rubus, aut semē granatorum, aut cha rubia, aut cydonium styptricum, aut pyra styptica, aut gobera, alzarur. Illud aūt qđ est fortius istis medicinis, est aqua decoctionis myrti, aut decoctionis granorū myrti, & decoctio cytoniorum styptricorum, aut fructus tamarisci, aut arboris glandium, aut corticū glandium. Quod autem in hoc est in vltimo fortitudinis in styptricitate, est aqua decoctionis gallarum, & sumach, ex quo fiunt cibi: & sumach, quo vtuntur præparatores coriorum: & fructus tamarisci, & fructus alhausegi æ gyptijs: & omnes species aluminis, & ꝑprie iamenitz: qñ illud est omnibus maioris iuuamēti. Et oportet vt decoquatur vnaquæq; istarum medicinarum, quas diximus, aut singulariter, aut mista cum alijs, & fiat oris collutio cum aqua decoctionis ꝓdictarum: & fiat ēt gargarisma cum eis: & est verisimile, q medicamen cōpositum ex istis medicinis maioris fit iuuamēti, q̄ quod ex eis est simplex. Si autē apostema fuerit vehementis inflammationis, tunc oportet vt fiat gargarizatio cum aqua solatri, & aqua virgæ pastoris: & hæc sunt quæ administrantur ex medicinis simplicibus. Si vero in hoc exigit necessitas administrādi medicinas cōpositas, tunc fiat illud fm tres modos: quorum primus est vt misceatur medicina, quæ ex eis est fortis, cum debili, qñ aput nos non existit medicina media inter ambo, fiscut quandoq; nos terimus rosas siccas, aut semen rosarum cum gallis, aut alumine, aut quibusdam medicinis fortibus. Et qñq; præparatur compositio medicinarum pluriū, sicut est hæc descriptio, & præparatur mistio medicinarum plurium ex duabus speciebus medicinarum tantum, qñ permiscetur ex vnaquaq; ambarum minus, aut plus: exemplū huius, sicut si cōponimus medicamen ex semine rosarum, & alumine. Qñq; enim est possibile, vt sit quantitas rosarum dupla ad alumen: & qñq; est possibile, vt sit econtra, & non solum in proportione dupla, sed in tripla, aut quadrupla: & qñq; est possibile, vt fiat pmistio medicinarum fm partes æquales, & hæc compositio est media. Reliquarum vero compositionum, quædam est magis proxima leuitati, f. illa quæ est ex semine rosarum plus, qñ sit alumen: quædam vero est magis proxima fortitudini, f. illa in qua est plus de alumine qñ de semine rosarum. Et cognitio additionis & diminutionis inter vnāquāq; ambarum, habetur, qñ comparant duæ medicinæ fortes, f. illa in qua est de alumine plus, qñ de semine rosarum: tunc inuenis q illa, in qua est de alumine in triplo plus, qñ de semine rosarū fortior est qñ illa, in qua est in duplo de alumine. Permistio aūt medicinarū quę ex genere vno, est me dicina media. Et ego quidem consulo tibi, vt semper apud te consideres, & præpares in omnibus ægritudinibus duas medicinas cōtrarias in virtute seu in fortitudine fua remissa, & intēsa: Quūq; permiseris has medicinas, iam est tibi possibile inuenire seu facere medicinas plurimas medias inter ambo, fm quantitatē necessitatis. Et iste quidem est modus vnus, quo fm necessitatem sit compositio medicinarū ex genere vno. Necessitas vero componēdi medicinas alias, alterius generis est fm duos modos alios, quoꝝ vnus est iste: Et qñq; repetitur ægritudo simplex, quę indiget medicina cōposita tūn, aut medicina repercussiua tm. Dolores aūt pauci timoris, quos mediei nolunt nominare dolores, velociter resoluunt. Sed ęgritudo quæ est magni timoris, non est ꝑparata vt sanet cōplete absq; medicinis repercussiuis, ꝑcipue quūi corpore fuerint fue rint humores multi, & mēbrū infirmū fuerit in natura sua debile, vnde illud necessitat, q̄ cū medicinis repercussiuis misceat aliquid de medicinis resolutiuis, postq; administratum fuerit illud repercussiuum in principio fm plurimum: permixtio enim prędicta nō est facienda, nisi post principium parumper. Ægritudo autem secunda, necessitans vt misceantur cū me dicinis quæ dam medicinæ sedantes dolores, qui fuerint cum apostemate, indiget vt misceat aliqd de medicinis resolutiuis: & quum medicinæ resolutiuæ sint plurimæ, iam oportet vt incipiat cum administratione earę quæ sunt leues, qñ apostemata malignant, & acuunt apud administrationē medicinarę caliday. Et ꝑp hanc causam est necesse cōponere medicinā cōpositā in apatibus ofum mēbrorū, & ꝓprie in apatibus vuulę ponat cum alumine radix liquiritiæ romanæ: aut farina orobi, aut rhus, aut myrrha: & qñ medicię styptięq; sint multę, & sil medicinę q̄ resoluūt & nō mordicāt, oportet vt medicinę q̄ cōueniāt apatibus vuulæ sint plurimæ, & diuersæ. Tu autem qui cōsideraueris apostema, ita vt scias q̄ritatē magnitudis eius, & quātitatem illius caliditatis quę est cū eo, & q̄titatē illius quod effundit ad ipm, & aggregaueris oia cū veritate, ita vt cōsideres q̄titatē humorū qui sunt in corpore infirmi, tunc inuestibi administrare medicinas resolutiuas fm illud. Et ego adiungam in hoc loco medicinas, quarum descriptiones sunt expertæ.

A leasb est dactylus non maturus edecatus.

Alia littera radice libl. Nota q̄ in oriente reperiūtur lentes, quę dum sunt exco iatę sunt rubeę.

De cura mollificationis vuulæ.

In cura mollificatiōis vuulæ. Rec. lib. j. mellis apū, & lib. j. aluminis humidi, & lib. ß. feminis rosarum, & vnc. iij. succi hypocystidos, & admisceantur ista cum alumine, & melle, & proijciant desuper medicine sicę cōtrite & cribellatę: et decoquant oia parū, & admisterent. Ethas qđe medicinas scripsit Gal. in decimo miamir. Et dico q̄ hmōi medicinę bonę oportet vt ad misterent fm tres modos, ficut multę medicinarę, q̄bus os curat, administrant. Modus aūt primus est, ꝓprie in principio, vt dissoluantur cū aqua calida, aut cū aqua mellis, & infirmus gargarizet cum ea: quoniam sedat

ægritudinem,& peruenitur in ea ad id quod oportet. Deinde post illud administret sola,& non permiscea tur ei aliquid. Et q̃nq; ex eo liniatur palatū, & guttur cum digito: & q̃nq; sumatur ex ipso medicamine super eochlear paruū,et approximetur vuulæ, & trahat ad exteriora: & q̃nq; adiuuat ad illud, vt comprimat lingua parumper, donec torqueatur lingua, & descendat epiglottis. Descriptio medicaminis ī apostemate vuulæ. Rec. balaustiorum partes duas, aluminis iameni partem vnam: teruntur & cribellentur cum oralis, & administrent. Et q̃nq; in hoc medicamine addūtur quædam aromatica, sicut crocus, & cāphora, omnium pars. j. modica seu parua. Et q̃nq; quidam administrant in apostemate vuulæ, sal armoniacum adustū cum cochleari paruo artificiose facto ad vuulā eleuandam. Q. si ex medicinis stypticis vuula indurata fuerit & contracta, seu corrugata, tunc oportet vt administrent medicinæ lenientes, sicut amylum, & gūmi, & dragaganthū, & mucillago psyllij, & mucillago seminis cytoniorum, & seminis althææ, & quæ sunt illis similia. Et fiat gargarizatio ex aqua furfuris calida, aut cum aqua hordei, aut cum ipsa tepida fiat embrocha, & decoquantur radices liliorum cum modico vini cocti, donec perueniat apostema ad statum: et tunc oportet vt misceatur cum his quę diximus ex curationibꝰ, myrrham, & crocū, & cyperum, & summitates squinanti, & vineæ, & darsesiahan, ita vt q̃n subtiliata fuerit vuula, & ab ipsa resolutū fuerit illud quod nominat alhanebe, & rubificatum fuerit caput eius, & magnificatū, & attenuatum fuerit caput eius, tunc oportet vt in ea administretur incisio, si indiget incisione ipsa, postq̃ corpus extiterit in dispositione ante incisionem illius, q̃ sit hora timorosa, & non fuerit timor de infirmo q̃ suffocet, sicut dixit Hippo. in libro suo prognostic orum: tunc enim non oportet, vt incidas. Et dixit q̃ accidunt ex illa incisione ægritudines difficiles vehementes, & proprie cū fuerit multa rubedo. Et quandoq; accidunt istis apostemata, & eruptio sanguinis: & illud q̃ oportet administrare in huiusmodi loco, est illud qd̃ attergit, & subtiliat, donec attenuetur vuula, & subtilietur.

De Squinantijs; & curatione ipsarꝫ. Ca. XVIII.

QVia anhelitui sunt duæ viæ, quarum vna est propria, & est spatiū epiglottis, & altera quæ est communis ipsi, & communis viæ cibi, & est spatium palati feu gutturis; quare accidit apostema in vtrisq; simul, ita vt prohibeat ventum penetrare, & destruitur vox & sermo; & tunc nominatur hæc ægritudo præfocatio. Et huiusmodi quidem ægritudo est secundum duos modos diuersos: quędam enim est ex apostematibus in lacertis epiglottis & gutturis, & quædam est ex remotione spondilium colli: & q̃ quandoq; accidit etiam, sed raro, & proprie in pueris ex humorositate ligamentorum suorum: & quando accidit illud, non existimatur vel non speratur sanitas secundum plurimum. Præfocatio vero quę accidit ex apostematibus lacertorum epiglottis, & gutturis extrinsecorum, tunc est spes magna. Si vero fuerit ex apostemate in lacertis interioribus, tunc spes est minor. Et apostema quidem accidens in lacerto epiglottis interiori, nominat Decollator: & est deterior omnibus speciebus præfocationum, & fortasse perducit ad mortem: quoniam prohibet anhelitum, quare præfocat in hora seu statim. Quando vero apostema accidit in lacerto epiglottis extrinseco, nominatur Caracha: et hoc quidem apostema non nominatur diuersis nominibus, nisi fm diuersitatem locorum in quibus accidit. Et omnibus istis speciebus præfocationis communicatur difficultas anhelitus, & dolor vehemens accidens vnicuiq; ipsarum, & præparatio anhelitus stando erecte, & ✣ cauitas ✣ oculorum, & egressio linguæ: & hoc quidem accidens, scilicet egressio linguæ est communis omnibus speciebus præfocationum, quum ægritudo fuerit magna. Et ex eis etiam quæ sunt communia patientibus hanc ægritudinem, est vt os ipsoꝝ semper sit apertum, et non est possibile deglutire aliquid: In hora enim deglutitionis lingua est deferens cibum, & potum ad meri: & quando debilitatur motus linguæ ex vehementi eius compressione facta ab apostemate, tunc lingua non potest opere rationem istam perficere. Meri etiam quando comprimitur, coangustatur eius transitus, quare tunc non fluit aliquid ex his, quę fluunt vel peruenient ad ipm. Quare ex hoc sequitur, q̃ non potest fieri deglutitio. Q. si conatur deglutire aliquid, tunc illud accēdit ad duas nares, ꝑcipue si in ipsius deglutitione fiat conatus & violentia: quod est quia potum & cibum quum studeat in expellendo ipsum ad interiora non recipit meri, ex quo est constrictus, quare retrocedit illud ad foramen gutturis vel palati, et ascendit ad duas nares. Et accidit istis patientibus, vt loquātur ex duabus naribus, quoniam sermo nō perficitur, nisi cum lingua. Et debilis seu difficilis est motus linguæ propter apostema: quare necesse est, q̃ vox ascēdat in foramen palati ad duas nares, quum volunt loqui. Et de illis quibus apparet spuma in ore, non est spes. De cura præfocationis. Iam præmissum est & declaratum est, quòd omne apostema doloroſum non fit nisi ex effusione sanguinis calidi: & sciuisti quòd apostema causatum ex effusione, oportet vt repercutiatur in principio rei, si cognouerimus quòd cum hoc non retrocedat effusio eius de membro ad membrum principale, & non accidat nocumentum magnum. Propter illud ergo oportet, & incipiatur in curatione huius ægritudinis a phlebotomia cephalicæ, & non fiat euacuatio sanguinis subito, sed euacuetur parum post parum: quoniam euacuatio parū post parum attrahit superfluitates a membro infirmo, (vel secundum aliam literā, quoniam euacuatio rei, quæ est ex materia alia attrahit radicem superfluitatum ex membro dolente seu infirmo.) Et euacuationi subitæ seu in vice vna succedit syncopis, & maius fit nocumentum. Et iterum plurimi quibus accidit ægritudo præfocationis, prohibētur a cibo, quare oportet vt non debilitetur virtus post phlebotomiam. Et si non sentiatur diminutio in apostemate, & videremus infirmum prohiberi a deglutitione, & a penetratione venti seu aeris, tūc non hæsitres in phlebotomia venarum, quæ sunt sub lingua, neque tardes eam vsque ad diem secundum, sed fac ipsam in eodem die tuo: & post illud vtere clyſtere, vt attrahatur ad inferius materia ascendens ad superiora. Et si non est febris, fiat clyſter ex medicinis, in quibus est aliquid acuitatis, sicut est colloquintis, & camomilla, & melilotum, & anethum, & ficus, & furfur, & baurach, & oleum fisaminum, & zuccharum rubeum. Si vero non fuerit febris, oportet vt fiat clyſter ex medicinis lenibus, sicut camomilla, viola ficca, hordeum contusum, febesten, althea, oleum fisaminum, penidij, & sal communis. Q. si possūt aliquid deglutire, tunc euacua eos desuper cum aqua solatri, & cassia fistula, post commensurationem quantitatis medicinæ secundum virtutem & ætatem. Deinde post illud exhibeatur in potu aqua hordei secundum quantitatem necessitatis: & fit decoctio hordei cū lentibus excorticatis, qsi ipsę extinguūt mirabiliter acui tatē sanguinis: & in decoctione pdicta sint de hordeo partes. ij. & de lētibus pars. j. Deinde post illud reuertatur ad curam cum gargarismatibus. Et administrat mus in principio quod repercutit, sicut aqua solatri, & aqua

A fia literæ, eminentia.

Nota q̃ asa phlegmatica, & melancholica causat dolorē remissum, aut paruum: dolorē, dico non dicitur doloroſum.

Viola ficca est sine dicina lenitiua.

Aqua hordei decocta cū lentibus excorticatis, mira bliter extinguit sanguinis acuitatem.

A sia literæ, ad inte. iora, vesicula q̃ accidit ex remotiõe spōdilij, nō accidit in omnibus horæ, et fm plurimū, nisi infanti bus ex debilitate ligamentoꝝ eius, & ꝓp hoc non est spes de sanatione ipsorum.

A lbathbath, est virga pastoris.

Tedmamarat, est rob moratum.

A lausegi, est arbor spinosa dicta ab arboreq; quæ producit morū fructū, sicut alibi declaratum est.

a R ob mucū ē melius cibus medicinalis, q̄bus curātur aphtæ oris, & linguæ.

Coriandrum hu midum repercutit & resolvit.

& aqua albathbath, quæ est virga pastoris: & aqua decoctionis lentium excorticatarum, & rosæ, & radix liquiritiæ, & balaustia. Et quandoq; conferunt etiam sandali rubei, & saufel, quando vnusquisq; eorū conditur & decoquitur cum aqua solatri, & cum eo fiat gargarismus. Et melius omnibus istis est medicamen nominatum Tedmamarat, & est rob moratum; verum ipsum in primis administretur parum vel simplex, deinde cōpositum. Et melius rob est illud quod fit ex moris syluestribus, & quod fit ex fructu albausegi, & fit ex eo rob, sicut fit rob de moris, verum est melius, q̄s de moris: q̄m est fortius, & vehementioris stypticitatis. Et est ista illud rob, quod fit ex corticibus nucum: q̄m rob nucum est fortius & melius, q̄m medicamen quodcunq;, quo curantur apostemata accidentia in ore, & illud propter vehementem suam stypticitatem, quę cognoscitur ex profundatione suę in cūrae in manibus q̄n nux recens excorticat, ita vt nō mundificent digiti abilla tinctura cū fortioribus abstersiuis. Et si virtus huius medicinę nō pfundaret ad pfunditatē cutis, non esset difficilis eius eradicatio cū ablutione vehementi. Et ille qdem succus nucum ga profundatur ad profundum cutis, ideo ex hoc licitur q̄ in natura sua est subtilis valde, & iam dixit Gal. in decimo miamir de succo corticum nucum: ego quidem verificaui q̄ hoc medicamē est melius omnibus medicinis, quibus curantur apostemata quæ sunt in ore: q̄m pōtū ipsum decoxi cum melle, & gustaui, non inueni ipsum horribile nociuū; & dum ipsum in partes, iiij. & proieci in parte vna ipsius aliquid ex medicinis sypticis: & permiscui in parte secūda myrrham, & croc: & in parte tertia sulfur, & bauracb, (vel fm aliam literam, & in parte tertia dragagātum, & baurach:) & partem quartam seruaui puram ad cusrandum eum ea alcola puerorum & virorum, qui nō habent sanum vel perfectum intellectum, & mulierū. Et ex succo de cytonis, & pyris, & zarur (alia litera, & pyris, & zafaran) & vino cocto, quādo sit fm quod dicetur ipsum, est ex medicinis mirabilibus ad apostemata existētia in ore. Et sicut indigemus in principio administrationē medicinarum, quæ prohibent illud quod effunditur & fluit ad locum; Similiter indigemus post principium medicinis cōpositis ex duabus speciebus simul, scilicet quod repercutit & quod resoluit, sicut coriandrum humidum, & aqua solatri, & aqua cassiæ fistulæ. Et oportet vt sit magis vincens & plus, in eo quo curatur in principio, illud quod sit pyticaē, & in fine rei illud quod resoluit: & inter istas duas horas fint duæ res simul equaliter potentes, ita vt quū sit eterit illud quod effunditur, & prohibita fuerit eius effusio, administrabimus quod adiuuat ad digestionem, sicut vinum coctum, seu sapa, & decoctio ficuū siccorum, & decoctio mellioti & radicis liquiritiæ, aut ac nouiter mulctum calidum, aut cassia fistula dissoluta cum aqua furfuris simile. Et confert iuuamento manifesto aqua mellis, quādo decoquitur in aliquid calamenti montani. Et hoc medicamen etiam confert. Rec. balaustiorum, rosarum, salis ammoniaci, aluminis iameni, omnium ana drac. j. pyrethri, cubebarum, omnium ana drac. s. spodij. croci, omnium ana duo danich, sapæ vnc. j. rob de moris vnc. iij. adiungantur in eo cassiæ fistulæ vnc. ij. misceantur omnia, & cum eis simul fiat gargarismus: & confert hoc medicamen etiam apostematibus accidentibus in radice aurium. Quumq; digestum fuerit apostema, & sedata fuerit acuitas eius, & quietum fuerit quod effunditur ad membrum, permiscebimus cum quibuldam quæ descripsimus ex succis, aliquid ex medicinis resoluentibus, sicut sulfur, & stercus album canis comedentis ossa. Et confert iuuamēto maximo in sapa proprie, (vel fm aliā literā, in linimento proprie) medicamen factū ex hirundinibus auibus, q̄n administratur solum, aut cū eo pmiscet stercus canis, aut stercus hominis, & succus cucumeris asinini, postq̄ pmiscueris cū vnc. j. medicaminis pōdus drac. j. illius medicinæ, quā diximus. Q. si sufficit, erimus excusati a stercore hominis propter suā horribilitatem & fœtorem, & tūc sufficit succus cucumeris asinini, & stercus canis. Et stercus canis etiam quādo teritur, & miscetur cum melle, & linitur cum eo locus, confert iuuamento manifesto: verūtamen huiusmodi linimentum nō oportet vt administret nisi in declinatione. Quòd si exasperatur guttur cum administratione harum medicinarum, & accidat ex eis acuitas vel caliditas aliqua, tunc oportet vt fiat gargarismus cum lacte nouiter mulcto calido, & oleo rosato. Hæc igitur est summa eorum quæ dicuntur in curatione præfocationis.

Cum orali, idest, cum cribello subtili.

De Catarrhis qui descendunt a capite. & de curatione ipsorum. Cap. XIX.

CAusa catarrhosa q̄ effunditur ad duas nares, & ad os, est ex cerebro: & illud quoniam cerebrum læditur a caliditate. & a frigiditate, sicut læditur membra similiū partium; & læditur etiam ex malitia complexionis diuersæ, sicut læditur membrū organicum. Et sicut diaria est ægritudo accidens stomacho ex malitia digestionis: Similiter accidit vnaquæq; istarum ægritudinum, quas diximus, in cerebro. Verum superfluitatem quæ currit ex cerebro ad os, nominamus materiam: & superfluitatem ex duabus naribus, appellamus Zacheman: & superfluitatē quem currit ad guttur vel ad epiglottim, nominamus Asperitatem. Et ad catarrhos quidem qui sunt ex caliditate, sequitur inflammatio vehemens, & rubedo in facie, & naso: & illud quod currit ex cerebro, est superfluitas subtilis, acuta. Illis autem quibus accidit hæc ægritudo ex frigore, accidit tensio in partibus anterioribus cerebri, & in fronte, & in supercilijs, & oppilatio in foramine, quod est in osse quod nominatur colatorium, ita vt non possit olfacere odorem omnino, neque loquitur sermone manifesto. Q. si materia descenderit ad pectus, accidit ex hac tussis, & spatum phlegmatis non digesti, & cholerę citrinæ; & quandoq; peruenit patiens hanc ægritudinem ad spatum sanguinis. Cura catarrhi ex caliditate. Cura catarrhi ex caliditate est vt in principio rei fiat vaporatio cum aqua calida, in qua decoctæ sint violæ humidæ aut ficcæ, & hordeum excorticatum contusum, & papauer, & camomilla: & detur in potu in matutinis potio vel dosis diacodion: & inuesperis cibentur cum sorbitionibus factis ex amylo frumenti, & hordeo excorticato, & fabis excorticatis decoctis cum aqua plumbi, & penidijs, & oleo amygdalarum dulcium, & pauco dragaganto trito cribellato cum orali. Et deglutiant etiam sorbitiones factas ex tribus decoctis cum penidijs, & oleo amygdalino dulci, & aqua furfuris simile, quando sit secundum q̄ descripsimus. Q. si spi indigeāt aqua hordei, dabimus eam in potu etiam. Olera autem quæ eis conueniunt, sunt attriplex, spinachia, & malua, & cucurbita, postq̄ vnumquodq; istorum decoctum fuerit, si fuerit caliditas fortis, cum oleo amygdalarum dulcium: & si non fuerit caliditas, decoquatur cum pullis, & franculinis: & alteretur seu permisceatur aqua cum syrupo violato, aut iuleb, aut aqua granatorum dulcium, aut cum mibachtegi, idest, cum rob succi vuę. Q. si fuerit in gutture & epiglotto asperitas vehemēs, tūc administret curatio clarificans, coglutinans, sicut pilulæ factę ex gūmi, & dragaganto, & amylo frumenti, & succo liquiritiæ, & semine cytoniog, et psyllio. Et si oportet abscindere & prohibere illud quod currit, tunc sussumigetur infir-

mus cum furfure infuso in aceto vini, & posito super prunas, ita vt odoret infirmus fumum illum: aut vapo rem zucchari tabarzet, aut rosarum rubearum, aut va porem aceti fortis aspersi super lapidem ignitum; & præcipe infirmo, vt naribus attrahat vaporem illum. Et cesset eis etiam naribus attrahere aquam rosarum. Et fabæ contusæ, & hordeum contusum, quando infusa fuerint in aceto, & cum eis ambobus suffumigetur patiens catarrhum calidum, conferunt. Cura ca tarrhi frigidi. Cura catarrhi frigidi est vt infirmus in primis vaporetur cum vapore aquæ, in qua decocta sit camomilla, melilotum, & maiorana, & sisymbrium: deinde exhibeatur in potu forbitio facta ex aqua vel decoctione furfuris frumenti, confricata & colata cum oleo amygdalino dulci, & melle colato. Et quando volumus abscindere illud quod de super fluitare currit ad membrum, tunc suffumigabimus patientem cum storace sicca, aut thure, aut xyloaloe nõ adulterato, & sandaracha. Et magis iuuatium olum istorum quæ conferunt, est nigella torrefacta, quãdo ligat in pecia subtili, et alhidusat odoratio eius. Quũq; descendit aliquid ex superfluitate illa ad pectus, & facit acidere tussim, tũc cura eius est cum his, quæ curat tussis facta ex catarrho frigido, aut ex frigiditate.

De speciebus Tussis, & cura ipsarũ. Cap. XX.

TVssis quidem accidit fm plurimum ex humiditate effusa ad pectus, quæ quandoq; effunditur ex cerebro: cuius humiditatis ascensus ad cerebrum quandoq; est ex inferioribus. f. ex membris nutrimenti, aut ex membris anhelitus. Et accidit quidẽ tussis non ex humiditate effusa solum, immo etiã ex phlegmone accidente gibbositati hepatis: apostema enim quã accidit gibbositati hepatis, tunc comprimit diaphragma, cum qua compressione simul comprimitur pectus, et coarctatur, & constringitur, ex qua coarctatione amborũ accidit tussis. Et accidit tussis absq; causis prædictis, & illud quã accidit in canna pulmonis titillatio & asperitas, ppter potiones nocas ad sensum asperas, ficut accidit illud ex aceto, & nõ quũ ex aceto nõ accidat nisi cum medio, simo quũ accidit ex illo tussis, tunc illa causatur; quia ipsum acetum bibitum occurrens humiditati quæ est in pulmone, exasperat eã, sicut si cum humiditate permiceatur ventositas exasperans, accidit tussis. ☽ Et q̃nq; accidit tussis etiã ex malitia complexionis frigidæ, & plurimum huius egritudinis non fit, nisi ex frigiditate. Quũq; dicimus q̃ tussis fit ex corruptione complexionis non æqualis, non intelligimus q̃ ista complexio sit in membris pectoris tm, immo in lacertis qui sunt inter costas; & signum huius est curatio velox valde cum retentione anhelitus tm. Et super vnãquamq; huiusmodi speciem tussis significat, q̃a si accidat tussis ex malitia complexionis calida, tunc patiens eam sentit inflãmationem vehementem, & proprie in membris anhelitus, & accidit ei rubedo in facie, & sequitur illud sitis vehemẽs, ita vt appetat extinctiua, & iuuat attractione & relpiratione aeris frigidi, & potu aquę frigidæ, & quod exputitur est declinans ad choleram in colore & sapore. Et si tussis est facta ex malitia complexionis frigidæ, tunc facies infirmi est plumbea, & non habet ipse sitim, neq; sentit aliqd de caliditate, neq; iuuatur rebus frigidis, & nocent ei res frigidæ, & conferunt calidæ. Ista igitur sunt significationes malitiæ complexionũ simplicium. Q. si significationes fuerint ad inuicem cõpositæ, tunc ex eis est tibi possibile cognoscere malitiam cõplexionũ cõpositarum. Quum aũt fuerit malitia cõplexionis cum materia, tunc cognosces eam ex multitudine ei⁹ quod exputitur in tussi, & ex eo quod sentitur de grauedine. Si autem fit calida materia, aut frigida, cognoscitur ex fermone præmisso. Materia autem descendens ex capite cognoscitur ex nitu, & mordicatione quæ accidit in vuula, & in canna pulmonis. Cura tussis factæ ex caliditate. Oportet vt incipiatur in cura huius speciei tussis in principio rei, dando in potu diacodion simplicem solum, aut cum aqua hordei, cum qua decoctum sit febesten; deinde post ipsum exhibeatur decoctio zuffæ, in qua additũ fuerit papauer album, & nigrum, & fabæ contusæ, & hordeum excorticatum; & in qua dissolutæ fuerint violæ cõditæ cum zuccharo, aut penidij, & super dis stillatum fuerit modicum olei amygdalarum dulciũ. Et si est necessitas aperire venam tũc phlebotomet basilica. Et conuenientius est vt isti cibentur cum forbitionibus factis ex fabis, & hordeo, & papauere albo, & oleo amygdalino, & penidijs, & cum iure seu brodio facto ex malua, & attriplice, et spinachia cum oleo amygdalino, seu cum ferculo facto ex aliquo istorum cum oleo amygdalino; & forbitio facta ex tri, non est infra iuuamentum eorum quæ diximus. Q. si nõ fuerit febris, oportet vt sorbeant vitella ouorum semicoctorum, & permisceatur aqua cũ syrupo violato, aut iuleb, aut aqua zucchari, aut rob uuæ, aut aqua granorum dulcium: & patiens sugat aliquid ex canna zucchari. Et fricentur pectora ipsorum cum cera alba, dissoluta cum oleo violato permixto cum medico dragaganti contrito. Cura tussis ex frigore. Si autem fuerit ex frigore, tunc oportet vt detur patienti in potu decoctio zuffæ, in qua cocta fuerit zuffa, & rosa ficæ, & prasium; & dissoluantur in ea violæ conditæ cũ melle, & desuper distilletur oleum granorum pini, aut oleum fiticorum. & Et administretur forbitiones factæ ex frumento fracto bene decocto, & ☽ orobo, & melle cum oleo amygdalarum dulcium; & cibentur ex asfidbegi, idest, brodio carnis hœdi, & caulibus, & malua, & sicla. Et permisceatur aqua cum syrupo de melle, aut syrupo seu vino de vuis pasfis, aut cum rob uuæ. Et vngantur pectora ipsorum cum cera rubea dissoluta cũ oleo de lilijs, aut oleo de narcisso, & dragaganto contrito. Si autem fuerit in canna pulmonis aliquid de humiditate, tunc oportet vt curetur cum medicinis, in quibus est abstersio, sicut forbitio facta ex fabis & melle: aut forbitio facta ex caulibus & porris. Et medicinæ in quibus cadit halch albotin, idest, termentina, & cinnamomũ, & piper, & bedauard, ☽ & cassia lignea, & radix lilij cœlestis, & ficus, & myrrha, & thus. In cura aũt raucedinis vocis factæ ex humiditate in canna pulmonis, oportet vt sint medicinę conglutinatiuæ, cum quibus sint mixtæ medicinæ quę absiergunt. In cura vero reliquarum specierum tussis, quæ accidunt ex malitia complexionis absq; materia, oportet vt curemus cum his quæ contrariantur illi complexioni; & cura tussis siccę fit cum rebus humectantibus, sicut sciuistis, quarũ descriptio est p̃missa.

Sicut ex cõpressio e amygdalor, & silicose primę exprimitur oleũ, ita ex granis pinea contritis.

Halch albotin. i. terbentina cõfert tussi frigidæ. Alia litera, barzadi. galbanũ.

De Curithes, (vel fm aliam literã, de chalurithes,) idest, de apate accidẽte pãniculo costarũ intrin seco, & noiaf fossati, & pleurelis. Ca. XXI.

IAm sciuistis in his quæ præmissa sunt in libro alio ab hoc, q̃ pectus est compositum ex. xxiij. costis, & q̃ inter vnamquãq; istarum costarum sunt lacerti positi ad constringendum & dilatandum ipsum, & quòd circuens seu inuoluens hos lacertos & costas intra, ficut circuens & reuoluens fm rotũditatem est panniculus vnus. Quumq; accidit in hoc pãniculo nocumẽtũ, & apostema, tũc nominat Chalurithes. i. fossa vel fossati: quum vero accidit apostema in lacerto, qui est inter costas, nominatur proprie apud quosdam medicos fossati non verum; & ex hac significatione differt fossati verum a fossati non vero, quia si est cum dolore ☽ pungitiuo ☾ tunc est fossati verũ seu pleuresis

Alia litera, non equali seu nõ ordinato.

Alia litera, & puluere, verũ accitũ facit accidere tusim absq; meato, sed quũ ex eo occurrit cũg pulmonis asperitas, tunc occurrit humiditati, sicut nocens rotũditas occurrit humiditati, facit accidere tusim, similiter q̃ asperitas occurrit humiditati facit accidere tusim.

Zuffę, idest, hyssopus.

pleuresis vera. Et non accidit in hac ægritudine punctio, nisi quoniã velamen in quo est ægritudo, est nervosum, multi sensus. Et significationes quæ sunt propriæ ei, sunt ex tussi, & dolore cum punctura, & febre acuta, & constrictione anhelitus, & dolore vlamoso, cuius extensio est vsque ad loca, quæ sunt in circuitu loci in quo est, & dolor est inordinatus, scilicet diuersus a dolore velaminis propter diuersitatem situs partium velaminis. Quod est q̃ partes eius extensæ sunt super costas, & illæ quæ sunt super loca, quæ sunt inter eas, sunt molles carnosæ, & non sunt nerueosæ.

Quum ergo apostema est in partibus annexis cum costis, tunc dolor est ex duos modos, scilicet ex semistam communem phlegmonis, (& non dixit phlegmone nisi sermone communi,) q̃si velamen coarctatur ex costis. Quando vero est in lacertis qui sunt inter costas, tunc non dolet, nisi ex semitam phlegmonis simplicis tantum. Si vero cum dolore fuerit pulsatio absq; punctione, & patiẽs sentit ipm in loco vno costarum, & non remouetur ab eo, tunc ægritudo nõ est sollati verum, quoniam ægritudo accidens cum pulsatione, non accidit nisi in locis, in quibus sunt arteriæ mulæ. Et quando q̃ significatur super hanc ægritudinem ex pulsu arteriarum: Si enim fuerit pulsus serinus, durus, tunc significat q̃ apostema est in pannículo velante vel circumdante costas, Quãuero pulsus non est serinus, & non est vehementer durus, significat q̃ apostema est in lacerto, qui est iter costas. Et iterum quando expuitur aliquid cum tussi signãt q̃ apostema est in velamine. Quòd si non est cum tussi sputum, tũc significat q̃ apostema est in lacerto qui est inter costas. Pulsus aũt durus fit aut ex siccitate, aut ex tẽsione, aut ex frigore. Et non fit in ægritudine sollati pulsus durus, nisi ex tensione: & illud q̃m corpora nerueosa, q̃n accidit tensio, tunc tenduntur tensione vehementi. Quum ergo in velamine circundante costas accidit apostema, tunc ipsum & ex hoc q̃ est in loco nerueso, tendit arterias, & facit ipsas duras. ☽ Et fortasse ali quis dicet, q̃ q̃nq; in sollati vera non expuit aliquid: tunc dicatur q̃ q̃nq; accidit ei illud, q̃si humor faciens ægritudinem fuerit grossus, viscosus, vnde difficilis fit eius attractio: & quando res fuerit ita, tunc nõ expuitur aliquid cum tussi. Verum nobis inest manifestare, vt sciatur an ægritudo huiusmodi sit sollati verũ, aut nõ: quare dicamus, q̃ quando infirmus non expuit aliquid in principio ægritudinis, postea in fine eius expuit, tunc res est manifesta, q̃ ipsa ægritudo est sollati verum: & non sit hoc nisi q̃n materia in principio ægritudinis non est digesta, & propter hoc non ascendit in sputo aliqd, & quandocũq; materia fuerit digesta in fine ægritudinis, tunc ascendit & expuitur. Quòd si accidat infirmo q̃ nõ expuat aliquid in principio ægritudinis, nec; in fine ipius, tunc est manifestum, q̃ ægritudo non est sollati verum. Et iterũ quando cum digito tuo comprimitur membrum ægrum, & sentit patiens dolorem, tunc & ægritudo non est sollati verum, sed est apostema extra ossa: & non sentitur dolor in aliquo tempore cum compressione digiti super membrum, nisi quia materia est expulsa ad cutem, & causat ibidem dolorem, quæ quidem materia aut resoluitur, aut conuertit in ſaniem. Et per compressionem digiti iudicatur, q̃ ipsa iam fit aggregata in ſaniem. Quando ergo est sollati verum, tunc quotiens cum tuo digito comprimis ſuper locum, nõ sentiet patiens dolorem, q̃si apostema est in velamine interiore: & ex hoc signo cognoscitur, an apostema sit in velamine, an in lacerto, qui est inter costas. Cognitio aũt humoris causantis hoc apostema habet ex ☽ sputo, q̃m si sputum declinat ad rubedinem, tunc manifestũ est q̃ ægritudo est sanguinea: Si vero declinat ad citrinitatem, tunc humor faciens apostema est cholericus: & si sputum fuerit album, spumosum, tunc humor prædictus est phlegmaticus: Si vero sputum declinat ad nigredinem tunc humor est melancholicus, Sollati autem verum infequuntur quatuor accidentia, q̃ sunt difficultas anhelitus, & tussis, & dolor pungitiuus, & febris acuta: quoniam sollati huiusmodi, fiunt diximus, est apostema in velamine circundante costas, & hoc apostema quando capit locum spatij vel concauj pectoris, ita vt comprimat pulmonem, tunc impedit penetrationem aeris aspirati & respirati in pulmone, vnde accidit difficultas anhelitus: & etiam quoniam hoc apostema humectat pulmonem aliqua humectatione, & commouentur arteriæ quæ sunt in eo, quare tunc commouetur tussis. Quando enim pulmonẽ ingredit humiditas, tũc natura defendit, vel conatur expellere illam cum motu tussis. Et quoniam in eo cui accidit apostema in velamine, caliditas cordis inflammatur, ideo accidit febris acuta. Dolor verò pungitiuus accidit, quoniam membrum in quo accidit hoc apostema, est nerueosum, Illa igitur accidentia quatuor, quæ diximus, sunt accidentia inseparabilia de necessitate sollati vero. Nam illi cui accidunt hæc accidentia, tunc inest sollati de necessitate: & cui accidit sollati, necessarium est habere huiusmodi accidentia. Sollati aũt vere resolutio, & crisis fit in .xiiij. diebus: & si non, peruenit habens eam ad collectionem faniei, sicut dixit Hippocrates. Et si nõ mundificatur patiens hanc ægritudinem in diebus, xxxx. tũc res perducit ipsum ad phthisim, sicut testatur Hippocrates particula quinta aphorismorum. Et ex istis quidam expuunt virulẽtiam subtilem, & ex his sunt qui expuunt rem indigestam, & ex his sunt qui expuunt sputum grossum viscosum: et ex his sunt qui expuunt illud quod est velocis digestionis. & fermo Hippocratis est iste: Patiens sollati si non mundificatur ab ea in .xiiij. diebus, (secundum vero aliam litteram, in .xx. diebus) tunc perducitur res ad collectionem faniei, & fermo alius Hippocratis. Quicunq; ex spleureticis empijci fiunt, si purgantur in .xxxx. diebus, a qua die ruptura fuit, soluitur: Si vero non, in phthisim transeunt: quoniam sanies cum putredine quæ accidit ei in tempore lõgo, corrodit pulmonem, & corrumpit ipsum. Et iam diuersificatur sollati, quẽdam enim ex ea recipit velociter digestionem; & hæc est species sollati, in qua patiens expuit in principio ægritudinis sputum bene digestum. Et quædam est sollati, in qua accidit contrarium; & est in qua nõ expuit ex aliquid omnino; & ex ea est, in qua expuitur res grossa, viscosa: & ex ea est, in qua expuit illud, quod est velocioris digestionis, vel quod est velocius digestum. De cura sollati seu pleuresis. Quoniam hęc ægritudo sollati secundum plurimum non accidit nisi ex sanguine cholerico, & velamen circundans pectus propter suam spissitudinem non est dispositum recipere, nisi hunc humorem secundum plurimum, ideo oportet vt in eius cura incipiatur a phlebotomia venæ basilicæ, si tibi hoc indicauerit virtus, & alia, quæ oportet considerare in ea. Verum oportet consiederare an ægritudo sit in principio, & materia sit currens, antequam sit fluxa, & firmata, & tunc fienda est phlebotomia ex latere alio, & oppoſito, & trahenda est materia ad partem remotam. Si vero ægritudo fuerit confirmata, & materia iam fluxa, non fluens, tunc faciẽda est phlebotomia ex latere, in quo est ægritudo, præcipue si dolor fuerit declinans ad furculam: illud enim tũc significat, q̃ partes suprę velaminis sunt læsę. Et post illud dese in potu decoctio iniubæ, & passularũ remotis arillis, & febestẽn, & papauer albũ, & dragagantum, & violę conditæ: desuper addatur oleum

Quare in pleuresi pulsus fit durus.

Alia littera, velamen ex hoc q̃ est nervosum tendit q̃p quã tensione tenduntur arteriæ, & fiunt durę, qui ortus earum est in eo, & exitus eap est ex eo.

Alia littera, est in lacerto q̃ est iter costas, & est sollati nõ verũ, & significatur super humorẽ nocentẽ, & facientem ęgritudinẽ ex eo, &c.

amygdalarum dulcium: & post hoc cibetur aqua hordei, quoniam aqua hordei non est cibus laudabilis solum, sed cum hoc facilitat sputum per id, quod in ea est de virtute absterliua. Quumq; incipit sputum augmentari post diem quartum, tunc oportet addere in decoctione, quam diximus, radicem liquiritiæ, & capillos veneris. Et si natura fuerit ficca, cõstricta, lenies mus ipsum cum cassia fistula mundata seu extracta a canna sua, & a suis granis, & cum violis siccis, cũ penidijs, & zuccharo. Et patiens hanc ægritudinem iuuatur etiam iuuamento magno cum clysteribus lenitiuis, præcipue; quando dolor extenditur ad inferiora, & ad finem costarum: qm̃ significat q̃ pars inferior velamnsis est egra. Medicinę vero quæ ab extra admiſtrantur in principio ægritudinis, sunt ceratum factum ex cera alba, & oleo violato, & dragaganto contrito: & applicetur in fine ægritudinis emplastrum factum ex camomilla, & farina hordei, & radice altheę, & violis siccis aut humidis, & dragaganto, aut radice lilij, & oleo sisamino, & oleo violato. Cibi autem in principio ægritudinis, & in fine ipsius, & in omnibus horis, oportet vt sint cibi humidi, calidi vel calefactiui, vt adiuuent ad ascensum sputi, sicut forbitio facta ex farina fabarum cum melle modico, si non fuerit febris, aut ex aqua furfuris cum penidijs, & oleo amygdalarum dulcium, aut ex maluis, & attriplice, & spinachia, & quæ istis similanę. Et sumant in potu aquam mellis multæ permixtionis, quoniam sua dulcedine sedat dolorem, & nutrit corpus nutrimento laudabili, & non grauat ipsum. In eo vero cui potus aquæ mellis causat sitim, tunc detur in potu ei iulep, aut syrupus violatus. Et confert iuuamento magno diacodion simplex, præcipue si acciderint infirmo vigiliæ, aut effundatur aliquid ex capite ad pectus. Dixit Isubacher. Non oportet administrare diacodion in hora sputi, immo alienetur valde.

De differentia inter sollati seu pleuresim, & apostema hepatis. Cap. XXII.

QVando aliquis conqueritur de dolore, quę inuenit in partibus costarum dorsi vel costarum mendosarum, non iudices ex hoc dolore q̃ sit sollati, sed confidera an expuatur aliquid cũ tussi: si enim videris sputum perseuerantem, tunc iudica q̃ sit sollati. Et licet nõ fuerit cum eo tussis, tamen possibile est q̃ sit sollati, verum ipsum nõ est digestũ, & eius apostema est aspa durũ, nõ enim est posse vt curat ex eo aliqd ad extra. Et est possibile vt sit hoc apostema cã apostematis hepatis, q̃m̃ suspensoria hepatis q̃n tendunt in quibusdam hominibus ad interiora cum costis, accidit ex hoc dolor, ita vt dolor perueniat ad velamen circundans pectus. Verum pulsus arteriarum in apostemate velaminis, est diuersus a pulsu habentis apostema in hepate: & illa quæ descẽdit etiam in egestionibus, nõ sunt similia vel conformia. Quum ergo non descendit aliquid in egestione, tunc nõ signat ægritudinẽ; quare oportet vt inuestigẽt res tangẽdo mirach. Quòd si non inuenis illic apostema, tunc non dimittas inuestigationẽ; cũq; enim est possibile, vt sit aspa in latere cõcaui hepatis, & in latere gibboso ipsius, vege nõ est in gibbositate tota ipsius, imo in parte, quã cooperiũt costę posteriores, vel costę dorsi, vel costę mẽdosę. Et tũc ꝑcipe infirmo, vt anhelitũ faciat vehementẽ, vel respiret vehemẽter: et in tali anhelitu si sentit dolorem, aut grauitatẽ, tunc est causa suspensoriorũ in partibus, quæ sunt supra hepar: Q̃nq; enim est apostema in istis partibus prędictis, & accidit ex illo difficultas anhelitus: quia coarctat velamen, & cõmouetur cũ hoc tussis. Et significatio vera in hmõi ęgritudine in principio, est q̃ patiens sentit continue pulsationem, cum q; prolongatur cum eo ægritudo, tunc accidũt illi accidentia alia, sicut alteratio linguę, & coloris totius corporis. Et hæc sunt accidentia, quę accidunt in dolore hepatis. In dolore aũt pectoris plurimũ, quod accidit, est tussis. Quũq; plongat ægritudo, apparet sputum. Difficultas aũt anhelitus non est possibile vt sit, nisi cum læsione, & dolore quorũdam instrumentorum anhelitus, & accidit in hora posthoram: verum propter attractionem velaminis ad interiora, & coarctationem appropriatur huic ęgritudini leſio, & difficultas anhelitus.

De apostemate pulmonis, & dicitur peripneumonia. Cap. XXIII.

HÆc ægritudo fm̃ plurimũ accidit successione catarrhorum antiquorũ, aut successione squãmantiaꝝ, aut asthmatis, aut sollati, & eorũ quę similantur huiusmodi ęgritudinibus, q̃n peruenit sus perfluitas materialis istarum ægritudinum ad pulmonem debilitando ipsum. Et q̃nq; accidit peripneumonia ex leipsa: & q̃nq; accidit habenti hanc ægritudinẽ strictura anhelitus, & febris acuta, adustiua, & grauitas, & tensio in exterioribus, & apparet in facie ipsoꝝ repletio vehemẽs, & rubedo in duobus pomis maxillarũ: & nõ accidit hmõi rubedo in pomis maxillarũ, nisi pp propinquitatem ipsorum ad pulmonẽ, & pp illud quod de vaporibus acutis extẽditur abs accendit ad ipsa ex pulmone. Q̃. si quis dicat, quare fit rubedo in pomis maxillarum tm̃ di cit emus q̃ reliquę partes faciei sunt expoliatæ a carne, ideo non apparet in eis rubedo propter hanc ęgritudinem. Poma aũt maxillaꝝ quia sunt carnosa, ideo in eis ambobus apparet rubedo: & propter raritatem amborum facilius recipiuntur in eis vapores. De cura peripneumoniæ. Cui accidit peripneumonia successione alicuius ægritudinis ex his quę diximus, non oportet vt ab eo extrahatur sanguis, & proprie si ægritudo ipsius fuerit antiquа, & in pricipio ipsius extractus fuerit sanguis. In illis aũt q̃bus accidit peripneumonia per se incipiẽdo oportet vt phlebotometur vena, si virtus indicauerit: Si aũt non indicat virtus, tunc administra vẽtosas, & extrahatur sanguis fm̃ virtutem infirmi. Deinde considera post illud si natura fuerit ficca, & tunc administret medicina solutiua quæ conueniat huiusmodi ægritudinis, & administrentur clysteria lenia, & detur eis post illud modicum aquæ hordei cum penidijs & oleo amygdalarum dulcium, Quumq; fedata fuerit paruum per caliditas, exhibeatur forbitio facta ex hordeo, & candarutio ꝯ quod est hordeũ non habens corticem ꝯ cum pauco melle, & oleo amygdalarũ. Cũq; incipit sputum ascendere, tunc confert eis potio decoctionis zuffæ, in qua fuerit radix lilij cœlestis. Et emplastretur costæ, & pectus in principio ægritudinis cum cerato ex cera alba, & oleo sisamino. Et in fine ęgritudinis, q̃n fedata fuerit caliditas, fricetur locus cũ cera, & gumma pini, & medulla dissoluta cũ butyro. Et in summa, res quæ conueniunt pleuresi, conueniunt peripneumoniæ.

Candarutio, fm̃ Serapionem in hoc capitulo, est hordeum non habens corticem. Ex quibus segitur, q̃ hordeũ excorticatum pũt exhiberi loco candarutii.

De Asthmate, & de anhelitu erecto seu præparato. Cap. XXIIII.

ILli quibus accidit alrabu, i. anhelitus freq̃s præparatus absq; febre, similantur illis qui incedunt vel exercitantur cum velocitate & frequẽtia; & deriuatur hoc nomen Alrabu, ex actione ipsorum. Et hæc quidem ægritudo fit ex humore grosso, viscoso, adhærente meatibus paruis in pulmone; & ex hoc genere etiam accidit ægritudo alia quæ nominatur anhelitus ꝓparatus; & non denominatur hoc nomine, nisi per illud quod accidit patienti ipsum in hora anhelitus, & est præparatio partium superiorum corporis, i. pectoris, & colli, ita vt aspiret aerem faciliter. Quæ quidem ꝓparatio fit, q̃n homo sedet inclinans

do

Preparatio anhelitus quid sit.

do se ad anteriora, & extendendo collum ad superius, & dilatando os, & nares. Et hæc quidem ægritudo est species difficultatis anhelitus. Et accidit hęc ægritudo quando repletæ sunt arteriæ grossæ, quæ sunt in pulmone, ex humore grosso, phlegmatico, ita vt oppilet. Et iam sciunsti ꝙ canna pulmonis, quando defecdit ad pectus, diuiditur in venas grossas. Quum ergo inuolui tur super eas caro mollis, repletur ex ea pulmo: & istæ sunt loca seu thesauri venti. Quapropter quãdo occupat substantiam, quæ est locus venti, tunc ex illo constringitur anhelitus, & remanet pectus torũ, & collum præparatum erectum. Et illud quia infirmi timent, ꝙ cum motu sui cadant quædam partes pulmonis super quasdam alias, vnde præfocentur. Et quoniã ipsi sciũt experimento, ꝙ nocumentum accidens ex hoc nocet: eis, ideo ipsi præparant & erigunt se præparatione vel erectione æquali, ita vt non moueatur ex eis pectus, et collum, donec præparetur eis anhelitus. Et non denominatur hęc ęgritudo anhelitus erectus, nisi quoniam homo dum cõtinue fedet erectus, vel præparatur, possibilis est ei anhelitus. De cura Asthmatis, & anhelitus erecti seu præparati. Oportet vt patiẽs hãc ægritu dinẽ regatur regimine mũdificãte supstuitates, & calefaciente calefactione temperata: & nõ sit quidem hoc regimen, nisi cum fricatione, & exercitio, & cibis, & reliquis rebus, quarum vnam quamq; dicemus. Fricatio autem iuuatius est fricatio sicca, facta cum manibus, et mantili aspero. Oleum vero non confert, nisi secundũ quãritatem qua leniatur fricatio: de natura enim olei est humectare corpora. Q2 fricedat eis terror, & permixtio stellesties, necesse erit nobis administrare oleũ. Et quando ꝙ patiens anhelitum erectum iuuatur cum fricatione facta cũ alchaisum, & nitro, postẽ fricatus fuerit locus fricatione vehemẽti, & pręcipue post quie tem a lassitudine. Exercitiũ vero oportet vt imprimis administretur cum facilitate, deinde addatur in motu, quoniam motus laboriosus facit succedere laborem, & asthma. Et ops vt qęlet postẽ exercitiũ. Et phibẽtur a balneo, & ab omni re humectante & calefaciente, & proprie in hyeme. Et administretur ex cibis panis calidus, bene coctus, super quẽ pulueriz atum est anisum, & nigella, aut cyminum cum pisce salito nominato al tharich, & eligatur ex eo quod est recens, nõ antiquũ. Ex oleribus sunt raphanus, & nasturtium, & origanũ syluestre, & calamentum recens mõtanum, & terrenũ huiusmodi enim olera ꝙibus sint medicinæ conferentes huic ægritudini, tam eu præpara eas in administratione ciborum, vt cum eis aromatizetur cibus. Ex oleribus autem decoctis sunt sicla cum finapi. Et ex carnibus conferũt carnes leporum, & gazelarum, & ceruorum, & auium; huiusmodi enim carnes sunt ficciores: ꝙ carnes agnorum castratorum domesticorum. Caro autem vulpis, præcipue pulmo ipsius, est valde contraria huic ægritudini. Et ex eis quę currunt cursu carnis conferentis huic ægritudini, est caro ericij campestris. Et ex piscibus cõuenientibus sunt pisces marini degẽtes in aquis petrosis. Ex carnibus vero auium est caro cubugi, & fraculinorum, & gallorum, & reliquarum auium paucæ pinguedinis, & quę non sunt nutritę ex paludibus, & locis cœnosis fœtidis. Et oportet vt deuitent omne granum vel comestionem granorum seu leguminum, & omnium quæ generant ventositatẽ, quoniam illa augent difficultatem anhelitus. Et eligant fibi in potu vinum antiquum, odoriferum: & aqua mellis, & omnia quæ administrat patiens asthma ex potibus, sit paucæ caliditatis. Et confert eis etiam ne bibãt post cibum, sed expectent post comestionem multum, deinde ꝙ addãt in potu. ☞ Somnus autẽ oportet vt nõ administretur, nisi apud necessitatem & quietem eius, in hac ęgritudine. Et cognoscit illud ex hoc, ꝙ sani qñ

dormiũt, difficultat eis anhelitꝰ. & cõtrigit: ẽre ex hoc appet ꝙ nõ ops administrare de somno, nisi parũ: & nõ est administrandus somnus post cibum, immo post ipsum tempore longo. Somnus autem diurnus euitetur & prohibeatur omnino. Quum autẽ patiens nõ fuerit cibatus re aliqua, & assumat aliquid calidum, tunc nõ nocet ei, si post ipsum dormiat parumper. Et ops vt sit solicitudo in lenitione ventris & naturæ, ita vt curetur secundum consuetudinem: & si addatur supra illã quã tritam hora post horam, non nocet eis. Et quandoq; est necessarium propter hanc causam, vt cibi patientii hanc ęgritudinem, sint cibi lenientes naturam, postq; tribueris eis omni die, quod ei conuenit. Et illa quæ conferunt patientibus asthma, & difficultatem anhelitus, & ex eis quæ leniunt naturam, est ius galli veteris antiqui decocti cum cartamo contuso: quoniam illud lenit naturam cum facilitate; & lubleb, & sicla, & cappares faliti, & altarich antiquum operatur similiter illud. Et oportet vt incipiatur a comestione huiusmodi rerum ante comestionem aliorum ciborum. Q2 si nõ lenitur natura cum hoc regimine, tunc exhibeatur in potu aqua hordei, in qua dissolutũ fuerit aliquid modicum de euphorbio: quoniã ipsum cum sua caliditate hac ęgritudine operatur operationem mirabilem. Ego autẽ in hac ęgritudine laudo epithymũ: & oportet vt quantitas quę de eo bibitur, sit pondus drach. iij. cum rob vuę. Et similiter oportet vt studium nostrum sit in lenificando naturam. Et inungatur pectus cum oleo de lilio, & oleo laurino, & dissolutur cum eo pa rum ceræ. Et confert iuuamento manifesto oleum de anetho, & oleum de ruta, & omnia olea calida delecta bilis odoris, quoniam cum hoc ꝙ calefaciunt, confortant membra suo bono odore. Ex medicinis autem oportet vt eis exhibeatur omni die, de aristolochia rotunda pondus drac. ʒ. contrita cum potu aquæ, aut ferapinum contritum cum ruta humida pondus drac. ʒ. Et confert etiam radix origani, aut faseratin vel faserasin, quãdo sumitur ex vnoquoq; põdus danich. iiij. ʒ. cum aqua: aut sumitates seu flores alfceha, quando sumitur ex ea tantundem: aut sumatur semẽ vrticę, & in fundatur in aceto aliquibus horis, & detur in potu ins firmo ex illo aceto. Aut sumatur de semine nasturtii, ʒ. ij. & made fiat cum aqua, & projiciatur super ipsum oleum amygdalarum dulcium, & bibatur. Aut permiscentur ipsi assata cum melle: & detur in potu de radice fu, idest, rubę tinctorum pondus drac. iij. ʒ. cum sechenia bin squillitico: & grana lauri cõtrita, & bibatur cum aqua. Aut detur i potu decoctio ex speciebus centaurę, quoniam confert huic ęgritudini: vręę non oportet vt decoquantur omnes in hora vna, immo de coquantur centaurea minor, apud declinationem ægritudinis: & si vis, terantur species centaureæ omnes, & misceatur cum melle, & administrẽtur in modũ loch. Et si terantur vtręę species centaureę, & pmiscean tur cũ melle, & fiat ex ambobus pilulę magnę, & exhibeat ex eis patiẽti hãc ęgritudinẽ, magis offert eis iuuamẽto manifesto. Et offert eis et potio decoctionis zuffę: qñ ag gregasti ea prassiũ, & zuffa sicca, & radix lilij celestis, & radix liquiritiæ, & poliũ, & chamedryos, & folium indum, & hasce, & calamentum campestre, et bibatur cũ oleo pinearum magnarũ, & oleo amygdalarum amararum. Et confert eis etiam termẽtina, quando deglutitur sola, & quãdo permiscetur in ea aliquid de pyrethro, & galbano, & amoniaco, & opopanaco: & confert in hac ęgritudine iuuamento manifestor; verum assiduatio vnius istorum gumorum magis nocet neruis, immo oportet vt exhibeatur hora post horam vna ex istis medicinis: quoniã permutatio medicinarũ est magis conueniẽs, & curatio cum medicina vna. Quoniã natura quãdo est consueta illi medicinę, & assueta virtuti

Vnde denoſatur Anhelitus erectus, & quis vel præparatus.

ius galli veteri lenit naturã cum facilitate.

Faſera, eſt vtris al bus, hic ſcribitur in plura Eberabitar.

Faſeratin vel faſerasin, eſt vtris tingua.

Althaich pisce quid ſit, lege in repertorio noſtro vocabulo ſuper primũ caſi. Aut cenng.

Caro vulpis, & p præ pulmo eius eſt valde cõtraria aſthmati, quia remouet, aut minuat aſthma.

A ia littera, bibãt parump, parump de vino non vice vna.

A certo eſſert aſthmati qñ in eo in fusum fuerit ſemen vrticę.

tuti ipſius, tunc medicina non imprimit in ea impreſſionem magnam. Et nō in hac ægritudine tantū oportet permurare medicinas, verum etiā in vnoquoq; infirmorū, quorū ęgritudo q̄ūq; iuuatur cum vna medicina, & cum alia non iuuatur, ḡuis virtus duarum medicinarum ſit vna: Nam medicinæ non ſunt æqualis operationis in omnibus hominibus. Et cōfert quidē patienti anhelitum præparatū adminiſtratio vomitus poſt conſeſtionem raphani, & ſi eſt cum elleboro, confert valde. Q. ſi timueris adminiſtrare elleborū ſin doloribus pectoris, vel q̄ ſi miſereris ex nocumētis pectoris, dabis eis extremitatē. Et qui diligit q̄ patiens hanc ægritudinem, vomat cum raphano, oportet vt per diē præcedat præparatio eius, ita vt abſcindant de radicibus elleberi, & ligantur in radicibus raphani: Quūq; die poſt diem extractæ fuerint radices illæ ellebori, comedatur raphanus ille. Si autem infirmus non obediat in acceptione harum medicinarum, oportet vt adminiſtret clyſtere acutum, qđ adminiſtrat in cura doloris iſchiatici, & ſi ſoda antiq; in quo qđē clyſtere ingrediātur cētaurea, & cucumer aſininus, & his ſimilia. Cuſtatio autem fortior iſta eſt, vt aſſiduetur mundificatio corgis cū medicinis fortibus, ſicut cucumere aſinino, & euphorbio, & epithymo, & agarico: & nō conferūt ex hoc, q̄ ipſæ ſunt medicinæ ſolutiuę tantum, immo ineſt eis proprietas cōferendi in hac ęgritudine: & propter illud oportet vt patiētes hanc ægritudinē, ſi anhelitum præparatū, euacuēt ante bis, aut ter in menſe, q̄ſi multi ex eis ſunt ſanati cū hac cura ſanatione integra vel completa. Medicinæ vero compoſitæ multę permixtionis, expertæ & probatæ in hac ęgritudine, compōnuntur ex medicinis iam cōmemoratis: verū oportet vt dicamus illud quod de vnaquaq; earum eſt accipiendum. Deſcriptio pilularum quæ mundificant pectus & ſoluunt. Reci, agarici drac. iij, ireos, & eſt radix lilij cœleſtis drac. j, praſſij drac. j, turbith albi mundati drach. v, hierę picręę drac. iiij, pulpæ coloquintidis ſarcacollæ, omnium ana drac. ij, myrrhæ drac. j. Summa medicinarum eſt res octo: terantur, & cribellentur & conficiantur cum rob vuæ, & fiant piluſę, quarum doſis eſt drac. ij, cum aqua calida. Deſcriptio loch cōferentis aſthmati, & difficultati anhelitus, & ſubtilians humores groſſos. Reci, ſquillæ aſſatæ drach. iij. radicum lilij drac. ij. (& in alia deſcriptione, radicis liquiritiæ drac. ij.) praſſij drac. ij, zuffæ ficcæ drach. j. myrrhæ drac. ß, croci drach. ß, terantur, & cribellentur, & cōficiantur cum melle deſpumato, & reponatur in vaſe, & adminiſtretur in ieiunio cū aqua calida. Deſcriptio medicinæ quæ confert aſthmati, & tuſſi antiquę. Reci, ſulfuris antiqui non adufti, ſeminis rutę campeſtris, ariſtolochiæ longę, abſinthij romani, armoniaci, ana partes æquales: ſumma medicinarum eſt quinq; terantur, & cribellentur, & adminiſtretur in potu. Medicina alia conferens aſthmati, & tuſſi. Recip. ariſtolochiæ longæ, & ariſtolochiæ rotundę, farinæ, fœnugreci, omnium ana vnc. iij. myrrhę vnc. ij. ſu ſeu rutę tinctorum, croci, ana vnc. j. Summa medicinarū eſt ſex: terantur, et adminiſtretur. (Et in alia deſcriptione loco ariſtolochiæ longæ, ponitur reubarbarum.)

Deſcriptio ſuffuf, quod eſt probatum ad aſthma, & tuſſim, & anhelitum præparatum. Rec. naſturtij drac. xxx. ſiſami excortícati drac. xx. zuffę ficcæ drac. vij. pę nidiorum bonorum drach. xx. terantur, & cribellentur, & permiſceantur cum penidijs: Summa medicinæ eſt res quatuor. Aliud ad aſthma. Rec. polij, ſceha, chamępitheos, zuffę ficcę, praſſij, omnium añ. partē. j. Summa medicinarum eſt quinq; terantur, & cribellētur, & adminiſtretur. Aliud ad aſthma. Rec. pulmonis vulpis excicati in vmbra drach. v, calamenti montani drach. iiij, ſeminis apij, folij indi, omnium ana drach. viij, amomi, piperis, omnium ana drach. iiij, ſeminis iuſquiami drach. ij, terantur, & cribellentur, & conficiantur cum lacte mezereon, & fiant ſicut lupini, & exhibeantur patienti hanc ęgritudinē apud ſonum, & eſt experium: Summa medicinarum eſt ſeptē.

Loch ad hanc ægritudinem. Recip. pineas magnas mulſæ ḡūmoſitatis, decoquantur cum praſſio recenti, & colētur, & miſceatur cum illa decoctione mellis miti cum æqualitate, & decoquatur, donec efficiatur, ſicut ſubſtantia mellis, & adminiſtretur quoniam mundificat totū illud qđ eſt in pectore mūdificatione mirabili. Loch de fœnugręco confert huic ęgritudini iuuamēto manifeſto, cuius deſcriptio eſt. Rec. fœnugræci abluti, ficuū, ana partes æquales; decoquantur ſimul, & colētur, & miſceatur cum aqua illa mellis ſpumati, & ponatur ſuper ignem prunarum, & decoquatur, donec ingroſſetur & adminiſtretur ante cibum tempore longo. Et hoc quidēm loch cōfert valde doloribus pectoris, quando non eſt cum eis febris. Iam igitur manifeſtauimus vnamquamq; medicinarum, quibus curatur anhelitus præparatus: & quoniam hęc ęgritudo eſt difficilis ſanationis, ideo non oportet vt quādo cū his quæ diximus curaueris vice vna, exiſtimes q̄ iam cōpleta ſit curatio: immo op; vtredeas et replices illas curationes vice poſt vicē, & ꝑmutes horas curationū, ſecundum q̄ in eis requiritur. Huiuſmodi enim circūſpectiones particulares nō poſſunt ſcribi in libris: ḡre huiuſmodi relinquenda ſunt prudentijs medicorum. Et quandoq; confertur huic ægritudini. ſ. aſthmati & anhelitui præparato, vaporationes & ſuffumigationes quas dicemus, Rec. arſenici, ſulfuris, ana partes æquales; terantur, & commiſceantur cum pinguedine renū & ponaf ſuper prunas, & præcipiatur infirmo, vt odo ret ſuffumigationem illam. Suffumigium aliud. Rec. coſti, myrrhæ, caſſię ligneę, croci, terantur, & cōfician tur cum vino ſicut auellanæ, & ponatur in hora neceſſitatis auellana ſuper prunas, & naribus attrahat infirmus vaporem illum. Suffumigium aliud ad tuſſim antiquam, & cōfert ſtatim, Rec. arſenici citrini, ariſtolochiæ longæ, ana partes æquales; terantur, & conficiatur cum butyro vaccino, & fiant ex eo auellanæ, & ad miniſtrentur. Aliud ad tuſſim ſiccam. Rec. ſtercoris leporis, (& in alia deſcriptione reperif, ß. ſcorię plumbi) farinæ hordei, corticum ſiſticorum, arſenici rubei, ana partes æquales, teratur vnumquodq; per ſe, & conficiatur cū albumine oui, & fiant inde trochiſci, quorum vnuſquiſque ſit drach. j. & ſiccetur in vmbra, aut ſole, & ſuffumigetur tribus vicibus. Aliud ſuffumigium: Sumatur aloes, & ſuffumigef cum eo patiens hanc ægritudinem, ita vt vapor ingrediatur nares & os, & deglutiat ipſum: eſt enim expertum veri iuuamēti. Aliud ad aſthma, & oſſati. Rec. coſti, ſtoracis liquidæ, arſenici rubei, termentinæ, galbani, maſticis, omnium ana vnc. j, miſceantur omnia & ponantur ſuper ignem, ita vt vapor aſcendat & ingrediatur nares, & ſuffumigetur os, & pectus, & pulmo: confert enim iuuamento perfecto.

De ſputo ſanguinis, & cura ipſius. Cap. xxv.

SPutorum ſanguinis quoddam eſt egrediēs ex partibus ſtomachi, & quoddam ex membris anhelitus, & quoddam deſcendit ex capite ad guttur. Et iam differunt iſtæ ſpecies ad inuicem ex his quę ſentit infirmus de dolore, in quo loco ſit, & q̄ ſpecies ſit ſputi ſanguinis. Nam ſanguis cuius egreſſio eſt ex ſtomacho & partibus vētris, egreditur cum vomitu cum dolore vehementi, quem ſentit infirmus. Sputū vero ſanguinis egredientis ex membris anhelitus, egreditur cū tuſſi, & cum dolore, quem ſentit infirmus in inſtrumētis anhelitus. Illud vero quod deſcēdit ex capite ad gut

tur

Permiſcatio medicinarū non ſolū valet in aſthmate, ſed etiā in aliis ęgritudinibus.

Zuffæ, ideſt hyſſopi.

Meſticha nō ſunt exhibendæ, vt ex vna trū, ſed vicibus & horis diuerſis ſunt reiterandę.

tur vel palatum, egreditur cum tussitione. Sanguis autem qui ascēdit ex membris anhelitus egressio, aut est ex pulmone, aut ex pectore. Color vero sanguinis qui ascendit ex pectore, declinat ad cholericitatem vel nigredinem, & est in substantia grossus, congelatus, qñ alteratur in longo transitu, & insipissatur. Ille vero qui egreditur ex pulmone, est contrarius ei qui egreditur ex pectore in colore & substantia; quoniam si egressio eius sit ex vlcere, quod iam acciderit in carne pulmonis, tunc sputum sanguinis est spumosum declinās ad albedinem; & eius quidem malitia est magna, quoniā sequitur ad ipsum sputum saniei, & phtisis. Et ad declarationem huius capituli, dicamus, q sanguis per spūtum emissus, si habet spumam significat q vlcus est in substātia pulmonis; quare si quis dicat q sanguis simplis spumæ vel habens spumam, significat vlcus pulmonis, tunc ille sermo est verus. Sermo autem eius qui dicit q quando est vlcus in pulmone, tunc sequitur ad illud de necessitate egressio sanguinis habētis spumam, est sermo non verus; quoniam est possibile vt sit vlcus in venis quæ sunt in pulmone, & accideret in eis erruptio, aut cōtusio; & quum est vlcus in venis pulmonis, runc non est sanguis, qui exuitur habēs spumam, nisi sit læsio magna, quoniam tunc res perducitur ad phtisim, & sputū sanguim. Q. si sputū sanguinis est ex dolore & læsione in venis pulmonis, tūc color ipsius sanguinis est rubeus, & substantia eius est subtilis & vehementioris caliditatis, & in eo est læsio magna; quoniā dolores vel passiones venarum sunt apertio substantię ipsarum, & corrosio ieis, & cōtusio seu scissio earum. Apertio autem seu eruptio ipsarum aut est ex multitudine sanguinis, aut ex acuitate ipsius. Significatio autē eruptionis quæ fit ex multitudine sanguinis, sumitur ex signis repletionis existentis, & ex natura, & regione & ætate calidis & humidis, & etiam q cum sputo egreditur sanguis plurimus. Et significatur etiam ex regimine præcedēti, quum scluerimus q infirmus administrauerit regimen calefaciens, & multiplicauerit ablutionem cum aquis calidis, & facilitas euacuationis eius, & tolerantia infirmi; & delectatio eius, quod per sputum egreditur absq; dolore, & febre. Apertio autē seu eruptio quæ fit ex acuitate sanguinis, significat ex his quæ diximus de signis acuitatis sanguinis, & subtilitate eis eius, & vehementia caliditatis ipsius. Corrosio vero fit ex humore acuto, aut ex aggregatione saniei: & scitur illud ex eo quod præcessit, quia aut præcessit vlcus, aut catarrhus calidus acutus, aut apostema iam resudans ad pectus, aut in velamine, & etiā ex multo vsu ciborum calidorum generantium humorem acutum, cholericum. Significatio autē ex eo quod est præsens, est quia non egreditur sanguis subito, neq; multus, sed in rēpore longo aliquid post aliquid. Et sumitur significatio ex eo quod subsequitur, quoniam ad illud subsequitur febris, & dolor. Scissio autē venarum accidit extensione vehementi & illud quoniam quando frigus infrigidat vehementer ita vt superfluat, tūc aggregant ptes venarū aggregatione vehemēti, vnde ex hoc accidit solutio continuitatis; aut ex motu magno difficili, & scitur illud ex illis quæ præcesserunt; aut ex vociferatione vehementi, aut saltu, aut casu, & ex hoc secundum plurimū sequitur apostema. Cura sputi sanguinis vniuersalis. Si sputum sanguinis fuerit ex aperrione orificiorum vasorum, tunc eius curatio est oppilatio orificiorum illorum vasorum quę sunt ampliata & dilatata. Si vero sputum sanguinis fuerit ex eruptione & scissura, tunc cura fit cum annexione vel consolidatione illius scissuræ vel eruptiōis. Q. si fuerit ex corrosione, tunc oportet vt generet caro in loco corroso, & orificia vasorum quæ sunt aperta oppilētur, & claudātur cum medicinis styptricis, & cum medicinis compositis, in quibus est exiccatio absq; mordicatione, & cum medicinis quę cōglutināt, & quę faciunt adhęre rescitur tetra figillata, & lutū samus, quod nominatur stella, quando cum eo permiscentur medicinæ styptic æ. Et generatio carnis flocis corrosis fit cum cibis generantibus humorem laudabilem, & cum medicinis quæ nominantur facientia nasci carnem. Et huiusmodi quę diximus, conferunt illi sputo sanguinis, de quo præcessit narratio. In sermone autem secundo de sputo sanguinis facto ex pulmone, aut ex pectore, aut ex cāna pulmonis, iam cum illis medicinis quas diximus quibus curantur eruptio & scissio & corrosio, miscentur medicinæ aliæ calidę subtiles, quibus inest contrarietas ad ægritudines quas diximus, s. ad eruptionem, & rupturam, & corrosionem. Et non miscentur cum eis nisi vt facilis fiat earum penetratio ad locū, ad quē non possunt peruenire medicinæ styptic & viscosæ: quoniam de natura istarum specierum medicinarum est, q oppilant vias in quibus penetrāt; quoniam quādo ascendērit sanguis ex meri & stomacho, aut ex stomacho, & ventre & intestinis, tunc nō est nobis necessarium miscere cum medicinis quas diximus, medicinas huiusmodi, immo miscētur cum eis medicinæ aliq contrariæ illis, & sunt medicinæ vehementis intrigitationis, vt supetaciant sensum. Et huiusmodi medicinę secundum plurimum miscentur in cura sputi sanguinis, vt infirmo inducant somnum grauem seu profundum, qui confert nocumento tussis iuuamēto manifesto; & vt sua frigiditate repercutiat, & prohibeat sanguinem qui effunditur ad membrum læsum. Hæc igitur est compositio medicinarum conferentium sputo sanguinis. De cura sputi sanguinis ex apertione. Huiusmodi species sputi sanguinis quandoq; est ex repletione, & quādoq; ex defensu sanguinis, quum fuerit acutus valde, ita vt faciat accidere corrosionem in venis, & egrediat sanguis ex eis. Quare oportet vt sit principiū curæ phlebotomia venæ, & extrahatur sanguis in die primo bis, & in die secundo bis, si fuerit repletio remanens, & virtus tolerans. Deinde post euacuationem sanguinis administrentur lenientia naturā & consideretur si humor cholericus fuerit dominans, mundificetur cum medicinis, quæ extrahūr choleram rubeam. Q. si humor nocius fuerit melancholicus, tunc euacuetur cum medicinis quę ipsum mundificāt & si dominantur duo aut tres humores, tunc fiat mundificatio ipsorum cum medicina composita ex virtutibus diuersis, quę expellat spissuitates diuersas. Quòcq; facta fuerit mundificatio sufficiens, tunc præcipe infirmo vt quiescat & octetur continue, & non anhelet anhelitu magno, neq; clamet seu vociferet. Et quando sputi sanguinem, & non est cum eo tussis vehemēs nocius, tunc præcipe infirmo vt bibat acetum permixtū cum aqua plurima, vt abluatur cum hoc sanguis coagulatus, & abstergatur & repercutiatur & prohibeat vehemētia ascensus sanguinis. Q. si fuerit tussis vehemens ex qua commoueatur sputum, tunc aliena acetū ex toto, & omni ingenio procuretur fedare ipsam tussim, quandoq; exhibendo gūmi arabicum, quandoq; dragacantum, & cum aljs ſedātibus. Et ingenietur q infirmus si quiete sua, & dormitione sua taliter iaceat, q eius situs dum sedet & dormit, fit declinans ad superius vel in altum, vt non cadant partes quædam pectoris super quasdam, & comprimatur & commoueatur ex hoc tussis, & ex hac causa prohibeatur consolidatio vlceris. Quumq; fit hoc totum, & non absciditur sputum sanguinis, tunc administrentur in potu medicinę styptic æ prohibentes sanguinem, sicut lutum armenū, & terra figillata, & karabe, & corallus, & alumen iameni, & succus euffitidis, & balaustium, & plantago, & succus virgæ pastoris, & reliquæ medicinæ quæ

Lutum samus, est id quod nominatur stella.

Medicinę styptic prohibentes sputū sanguinis cum febre, & sine febre.

que istis similantur. Et oportet vt curetur cum istis medicinis, quãdo non est febris neq; apostema in aliquo viscerum, cũ vino styptico. Q. si fuerit febris aut apostema tunc detur in potu illud quod in eis requiritur, sicut decoctio quarũdã medicinarũ stypticarũ, sicut cytoniorum, & zarur, & pyrorum, & granorum myrthi, & fructus alhausegi, & folia vitis, & quæ illis similantur in virtute. Et sint cibi ipsorum paucę quãtitatis habentes qualitatem styptic am. Q. si fuerit sanguis descendens ad guttur ex capite, tũc oportet vt emplastret tur caput & frons, infrigidantibus, repercutientibus, sicut ille quas dicemus in cura fluxus sanguinis narĩ. Et si illud quod de sanguine effunditur, fuerit multũ valde, tunc ingeniãdum est attrahere ipsum ad partes propinquas naribus. In eo autem qui expuit sanguinem ex membris anhelitus, emplastretur pectus eius cum medicinis styptĩcis, sicut illud quod fit ex corticibus granatorum, & farina thuris, & gallis, & dactylis immaturis exiccatis, & fauich hordei, & balaustiis, & bolo armeno, & luto famus, & puluere molendini, & folijs alhausegi, & cytoniorũ, & myrthi, & vitis, & quę illis similantur. Et administrentur fomẽtationes cum spongia infusa in aqua, & aceto. Et styptĩcitas pecto ris augetur cum styptĩcitate oleorum styptĩcorum, & sicut oleum cytoniorum, & oleum myrthi, & oleum rosarum, & oleum florum dactylorum, & oleum arboris masticis. Q. si apertio venæ, vel eius eruptio fuerit ex acuitate sanguinis, tunc confert in ea euacuatio pauci sanguinis primo: deinde post illud administrẽtur in frigidantia humectantia, sicut aqua hordei, & aqua cucurbitæ, & pfyllium, & medulla citrulli, & quæ illis finilantur. Et in summa confert eis omne regimen infrigidans humectans, & omnis curatio extinguens cõglutinans; & vltra hoc fit cum medicinis glutinatiuis aliquid de medicinis styptĩcis. Hæc igitur sit summa eorũ q̃ appropriãt ſputo sanguinis facto ex aptione venæ, seu ex eruptione venæ. In sputo autem facto ex ruptura seu scissura venę, ita dixim9 q̃ illud fm plurimũ accidit ex motu laboriosо, aut ex frigore supfluo. Q. si fuerit illud ex frigore transeunte quãtitatem & termi num, tunc non oportet q̃ in patiente ipsum phleboto metur vena, neq; oportet etiam ut phlebotometur patiens catarrhũ caufantem ſputum sanguinis, dum permanet catarrhus acutus, seu calidus, immo oportet vt patiens fluxum sanguinis ex ruptura venę propter malam complexionem frigidam, curetur cum eo quod calefacit moderate, sicut ſpica, & cinamomum, & myrrha, & costus, & cortex thuris, & crocus, & ſpina alba, quæ est bedauard: & decoctio radicum althææ, & centaureæ grossæ seu centaureę maioris & aristolochiæ, & mastix, & quæ eis similantur. Q. si ſputum sanguinis fuerit in principio quum incipit, tunc administretur fuccus menthæ, posq̃ cum eo permixtę fuerint aliquę medicinę styptĩcę prohibẽtes fanguinem, sicut lutum armenũ, & terra sigillata, & karabæ, & alumen ieməni torrefactum, & rosę rubeę, & ſpodium, & cornu cerui adusti, & balaustia & cortices glandium interiores: & dentur in potu huiusmodi medicinę cum aqua pluuiali: conferunt enim sputo sanguinis facto ex scissura vel ruptura venæ, & ex apertione ipsius. Et si est possibile, vt infirmus, quotiens bibit aquam, non bibat nisi aquam pluuialem, est meliusq; bibat eam sim plicem, aut eam in qua infusum fuerit bolum armenum & ſpodium. Q. si non fuerit præsens aqua pluuialis, tunc exhibeatur in potu illud quod diximus ex medicinis, cum aqua rosata, (vel secundum aliam literam cum aqua rosarum recentium.) Q. si ipsa etiam non fuerit præsens, tunc cum aqua in qua decocta fuerint grana myrthi humidi, & cera alba. Et det ęs in potu ex hac medicina pondus drac. viij. cum aqua fumachę Rec. balaustiorum, acatię, rosarum rubearum succi eu fistides, corticum glandium interiorum, corticum thuris, omnium una partes ęquales: terantur & cribellentur, & administretur: dosis eius est drach. iij, cum aqua fumach. Q. si ruptura venę fuerit ex motu laborioso, sicut saltu aut casu aut vociferatione, tunc non est negանda phlebotomia, vt attrahatur materia a membro læso: deinde administrẽtur medicinę styptĩcę prohibẽtes fanguinem, quas diximus. De cura ſputi sanguinis ex corrosione. Corrosio quidem secundũ plurimum non accidit nisi ex humore cholerico acuto: quare oportet vt curetur cum his quæ infrigidãt & extinguunt acuitatem cholerę, posq̃ administrauerris in principio ęgritudinis phlebotomiam venæ basilicę, si non fuerit prohibens. Deinde considera post illud si natura fuerit ficca, & indigeat lenitione: tunc enim de tur in potu medicamen solutiuum lene, sicut pruna, & tereniabin, & violę siccę decoctę cum iuiubis, & ęsbesten, & caſſia fistulat, & si indicat virtus, detur eis in potu lubleb, & penidis: & iuuantur etiam cum clysteribus lenibus. Deinde detur eis post lenitionem ventris aqua hordei decoctа cum cancris. Q. si fuerit hæc ęgritudo acuta valde, tunc decoquatur hordeum cum aqua cucurbitę loco aquæ. Q. si non sedatur caliditas & non abscindatur ſanguis cum curatione quam diximus, tunc administrentur medi ci inę note abscindẽtes fanguinem, sicut plantago, quandὸ exhibetur sola, & cum terra sigillata: & ſuccus portulacę cum terra sigillata & bolo armeno: & karabę cum ſucco albathith, quod est virga pastoris: In hoc enim est operatio fortis non ſolum ad ſputum ſanguinis facti ex corrosione, sed etiam ad omnem eruptionem ſanguinis accidẽtem quum administratur purus, aut permixtus cũ terra sigillata. Et confert etiam iuuamento manifesto ſuccus radicum cãnarum recentium, quando ex eo datur in potu põdus vnc. ℈. Et lapis nominatus lapis ſanguinis, & est fadenegi, ideſt, hęmatites, non est minoris iuuamenti, q̃m illa quę diximus: timmo est conferens iuuamento maximo, quando ex eo dãtur in potu ei qui habet fluxum ſanguinis superfluum posti ipsius contritionem, ita vt fiat sicut puluis, pondus drac. ij, aut minus, aut plus cum aqua albathbar, aut portulacę, aut plantaginis. Illi vero qui non expuit ſputum ſanguinis ſuperfluum, exhibendus est in potu fadenegi prædictus, vel lapis prędictus cum aqua tepida. Et confert huiusmodi lapis, quãdo ex eo bibitur pondus drac. ij, in principio ſputi ſanie: iquoniam exiccat vleus exiccatione mirabili, & ſanat ipsum ſanatione completa. Et oportet vt vngatur pectus in hac ægritudine cum vnguento facto ex cera alba dissoluta cum oleo rosato, & ſucco virgę pastoris, & ſucco citrii. Hęc igit est cura ſputi ſanguinis facti ex corrosione: sed nũc dicemus medicinas compositas conferentes eruptioni ſanguinis. Trochiſci Andromachi cõferentes ſputo ſanguinis, vel exitui ſanguinis, Recì. acatię auf. iiij. rosarum siccarum drach. viij. gummi arabici drach. ij. dragagãti drac. j. terantur omnia, & fiant ex eis trochiſci, quorum quilibet sit aur. j. & exiccetur in ſole, & detur in potu ex eis trochiſcus vnus cum aqua pluuiali.

Descriptio medicinę quę confert ſaniei aggregatę ſpectore, & vlceribus & apostematibus accidẽtibus ł vuula, & lingua, & canna pulmonis, quando gargarizatur cum ea: & ad exitum ſanguinis superfluι, quando ex ea datur in potu quantitas lupini: & illi qui mingit ſanguinem, & fluxui menſtruorum superfluo, quãdo bibitur ex ea, & ił fiћlili supponitur, & est medicina Gal. Rec. myrrhę vnc. j. croci vnc. ℈. ſpicę indę vnc. ℈. ciamomi vnc. ℈. thuris vnc. j. piperis nigri aur. iiij. ſuci acaciæ aur. iiij. ſtoracis tantundem, radicum lilij alzarachi rosarum rubearum siccarum vnc. ij. tota summa medicinarum

In ſputo ex descẽſu ſanguinis acta ꝑte ad guttur, efſunditur ſuppi a capite ad guttur.

Alia littera & in cubitũ ofis ſty tici.

Spina alba eſtbe dauard.

Aq pluuialis vis fic quodamꝺ col ligitur.

Aqua roſ. ꝑ rece ntem id eſt ſuccus roſarum.

Alia littera, ſpi tum ſanguinis.

Aqua hordei bi benda eſt poſt le titionem ventris

Albathbath eſt virga paſtoris.

Lapis ſanguinis, q eſt fadenegi. hęmatites eſtert ſputo ſanguinis, & ſputo ſanici.

Lapis hęmatites exiccat & ſanat vlcera pectoris et pulmonis mirabiliter maxie a principio exhibitus.

medicinarum est. xj. teratur, & cribelletur, & conficiã tur cum melle despumato. Quum ergo volueris garga rizare, dissolue ex ea quantum est auellana cum aqua, aut lacte, aut decoctione anethi, & gargarizetur cum ea, & est aptus: (& ĩ alia descriptione loco decoctionis anethi, habetur decoctione alcalb, id est, dactylorum immaturorum siccorum.) Aliud medicamen ex inuẽtione nostra conferens fluxui sanguinis, & fluxui mulierum, & dolori stomachi, & singultui frequẽti. 9z. cin namomi, casſiæ ligneę, opij, myrhę, ostim ana aur. iiij. piperis albi, arsenici, piperis longi, galbani, croci, omnium ana aur. ij. numerus medicinarum est septem: te rantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle, & dosis eius est aur. ß. cum potione aliqua ex his quę con ueniunt: (& in alia descriptione, dosis eius est aur. j. cũ aliqua ex potionibus conuenientibus: & vbi habetur arsenici, in alia descriptione habetur sulfuiami.) Medicamen aliud conferens sputo sanguinis ex apertione venarum, aut scissione ipsarum, aut corrosione earum expertum, Rec. spodij, rosarum rubearum, boli armeni, terræ sigillatæ, fadenegi, omnium ana drach. x. corallorum, karabe, petarum non perforatarum, omnii afi. 3. v. gũmi arabici, dragacãti, oũm afi. 3. vj. papaueris nigri, seminis portulacę, semĩs maluę, seminis rosarum rubearum, seminis plantaginis, cornu cerui vsti, omnium ana drach. vij. acaciæ, succi euphitides, succi li quiritię, omnium afi. drac. v. amyli torrefacti drac. vj. tota summa medicinarum est. xx. terantur, & cribellẽtur, & dentur ex eo in potu drach. iij. cum aqua fluuialis: (In alia descriptione loco succi liquiritiæ, habetur succi liliorum.) Aliud ad sputum sanguinis. Rec. terræ sigillatæ, corallorum, luti famus, quod nominatur stella, rosarum rubearum, omnium ana drach. ij. karabe, gummi arabici, amyli, omnium ana drach. j. Summa medicinarum est septem: teratur, & cribellentur, & dentur in potu aut. iiij. cum aliqua potione styptica. Aliud ad sputum sanguinis. Rec. corallorum, karabe, fadenegi, omnium ana partem. j. terræ sigillatæ, balaustiũ, gummi arabici, omnium ana partes. ij. Summa medicinarum est sex: teratur, & cribellẽtur, & detur ex eo in potu cochlearium vnum cum aqua granatorum. Aliud ad sputum sanguinis, Rec. corallorum balaustiorum, acaciæ, ablutæ, ladani, omniũm ana. 3. j. gummi arabici drac. ij. Summa medicinarũ est quĩque: teranť, & cribellẽt, & pficiatur cũ albumine ouĩ, & det ỹ potus; & ỹlibet potio ipsius sit mixta cũ aqua citruli. Aliud. 9z. thuris. 3. x. gũmi arabici drac. vij. terantur, & cribellẽtur, & detur in potu cum succo plantaginis, dosis eius est drac. iij. In administratione horum quæ diximus, est sufficiẽtia ad illum, qui sputi sanguinem. Nota q̃ secundum vnam literam hic est finis huius capitulij: secũdum vero aliam literam subiunguntur alia verba post illam particulam, videlicet dosis eius est. drach. iij. &c. ficut infra: dosis eius est drach. iij.

Pro manifestatione autem medicinarum compositarum suprascriptarum, sciendum, q̃ in aliqua earum ponitur acacia, & rosæ rubeæ, & piper longum: (vel secundum aliam literam, & piper album) quia huiusmodi medicinæ sunt styptĩcæ: & ponitur etiam in aliqua earum gummi arabicum, & dragacantum, quia huiusmodi sunt viscosa glutinatiua: quæ ♃ non est possibile vt ascendat aliqua istarum medicinarum ad pectus, & ad pulmonem velociter, quia nõ est ĩ eis aliquid penetrans & perducẽs medicinas; & illud quia in eis nõ est mel, immo aqua pluuialis, quæ etiam ☽ confortat & styptĩcat, & fortasse est conueniens sanguini ascendenti ex meri & stomacho & ventre. Et ĩ ei est possibile, vt ascendat sanguis ex intestino ieiuno cum vomitu, est conueniens ei, quum medicina secunda est contraria medicinæ primę, & etiam medicinę tertię, quia mi

A alia litera ex his medicinis nõ est possibile vt egrediatur sanguis cũ facilitate ex pectore, & pulmone, & cũ hoc eiis, quia in medicinis quo sitis fusibilis nõ ponitur mel, sed aq̃ pluuialis quæ

scetur cum ea cinamomum, & piper, & costus, & myrrha; & reliquę medicinę omnes sunt medię inter istas. Opium autem, & semen iusquiami, & illa quę miscentur cum istis medicinis, est conueniens illi qui læditur a tussi multum, aut a catarrho; & est conueniens etiam omnibus qui spuunt sanguinem, ex quacũq; causa fuerit illud, quia miscetur cum medicinis quæ dantur in potu illi, cui ỹ sputũ sanguis est ex instimẽtis anhelitꝰ.

De Phthisi, & de cura ipsius. Cap. XXVI.

Diuersitas istius ægritudinis est magna: nam ex ea quædam est species quę fit: superfluitate de scendẽte a capite, & species alia quæ fit ex ægritudine in pulmone. Et principium huius ægritudinis, secundum plurimum, est succedens a sputum sanguinis, & proprie quando ỹdunitur aliqua vasa quæ sunt in pulmone. Et accidit etiam quandoq; quãdo effunditur ad pulmonem superfluitas aliqua ex alijs membris, non a capite. Et naturę magis dispositę ad recipiẽdum phthisim sunt illę, quas medici antiqui dixerunt esse corpora quorum pectora sunt stricta, quibus non est concauitas, & sparium eius est parum, ita q̃ sparium ĩpsorum sunt denudatę a carne, & re ro eminentes, sicut alęꝫ pp hoc isti nominãtur alati. Et corpora etiam quorum caput faciliter repletur & similiter ef fundũtur ei in superfluitates ex capite ad mẽbra anhe litus: istis enim secundum plurimum accidit phthisis. Et corpora quorum collum est longum, & gula seu epiglottis est eminens, & pectus ipsorum est strictũ, sunt præparata ad phthisim. Et non accidit quãdo phthisis hominibus, quorũ spatulæ sunt conformes & proportionatæ pectoribus ipsorum, connexæ cum eis & carnes, & membra ipsorum sunt grossa, & colum brue: huiusmodi enim corpora nõ sunt præparata ad sputum sanguinis, nisi propter rem necessariam, vel nisi propter accidẽs necessarium. Quum autem accidit vlcus in membris anhelitus, tunc ĩ ipsum est in pectore, est facilis curationis, & periculũ in eo est minus: Si vero vlcera sunt in pulmone, tunc cura eius est difficilioris curationis, & maioris periculi: quoniam pectus liget habeat venas paruas, tamen ægritudo quæ accidit in eo, est minoris periculi ☩ propter amplitudinẽ vel capacitatem quæ est in eo: quoniam vlcera quæ sunt in eo, mundificantur a fanie cum facilitate, & vlcus quę accidit in carne ipsius est velocioris cõsolidationis. ♄ Pulmo autem dispositionem habet contrariam pectori: venæ enim & vasa quę sunt in pulmone, sunt maiora q̃ illa quę sunt in pectore, & non est in eis spatium, ad quod effundatur virulentia vel superfluitas currens ex vlcere; & earo eius est pauca, propter subtilitatem arteriarum grossarum quę sunt in eo. Et propter illud sũ nõ consolidatur vlcus accidẽs in eo, peruenit ad phthisim: quoniam quãdo apostemat locus in quo est vlcus, tunc apostema abiçꝫ dubio indiget maturatione. Quum ergo maturatur, non est possibile quum aperitur, vt quod ex illo currit resoluatur & egrediatur nisi cum tussi: & tussis commouet & concutit motu laborioſ quare ille motus auget dolorem & læsionem in loco: & ille dolor facit descendere in locum superfluitatem, quę quum non inuenit vacuitatem & spatium, de necessitate causat apostema; Et quãdo apostematur indiget maturatione, & nõ mundificatur nisi cum tussi. Quare fit gritudo cum circulatione vel periodicatione seu reuolutione ☉ tinua; quare nõ sanatur phthisis quæ est secundum hanc dispositionem. Et non solum ex hac causa vlcus accidens in pulmone non sanatur, sed etiam ex hoc q̃ medicinæ quę conueniunt vlceri, non peruẽniunt ad ipsum, fiscut peruenium ad vlcus accidens in concauitate, ficut stomachi, & alijs. Non enim peruenit ad ipsum vlcus pulmonis, nisi vir tus

A differo. ☩ Quia ægritudo egreditur in eis egritudines simul. f. materia creationis pectoris, & inordinatio capitis, & eius debilitas, tãc ista corpora ĩ ve ritate sunt præparata ad recipiẽdum phthisim.

A alia litera, Quoniam pp amplitudinẽ vel dilatatiõnẽ ipsius pectoris materię quærit ex vlcere ĩ eo mũ dificantur plus & tardius, & pp hoc ea caro sua plus recipit pfundatiõnem velociter.

tus medicinarum parua tãtum; quoniam virtutes medicinarum debilitantur & mollificantur in longo suo transitu, per quem incedunt, & alterantur in illo transitu; q̃m necessarij est vt p̃dictę medicinę pueniant primo ad os, deinde ad guttur, deinde ad meri, deinde ad stomachũ, deĩdead vnũ ex intestinis gracilibus: deĩde ad venas mesaraicas, deinde ad venas quæ sunt in concauo hepatis, & ex illo peruenit ad venas in gibbo hepatis, & ad venam magnam profundam, & ex hac per uenit ad cor, & ex corde ad pulmonem. Quare in longitudine istius ſpatij transitus alterantur medicinæ, & ſeparatur virtus ipſarum cum permixtione earum cũ materijs. Et pulno etiam est in continuo motu, quare consolidatio vlceris accidentis in eo non est facilis; mẽbris enim vlceratis quæ consolidationę indigent, necessaria est quies Et etiam quoniam ad pulmonem cõtinue, effundunt ur humiditates plurimæ, quæ hume ctant vlcus ipsius; cõsolidatio autem in eo indiget exicatione. Ex omnibus igitur quæ diximus, infertur q̃ vlcus accidẽs pulmoni est difficilis curationis, non recipiens sanationem. Et quando; accidit patienti hoc vlcus, febris minuta, cõtinua, & resolutiur corpus eius in longo tempore; & curuantur vngues, quoniam caro sub eis est liquefacta, resoluta; & cadũt capilli, quia priuantur nutrimẽto. Et propter generationem ſuper fluitatum malarum perniciosarum in huiusmodi corporibus, illud quod ab eis expuitur, est fœtidi odoris, q̃si ponitur uper prunas; & hoc quidem ſignificat debilitatem virtutis digestiuæ. Et quando cum eis protẽditur tempus vel pertranſierit tẽpus, tunc resoluta sunt corpora ipſorum, & deſtruitur appetitus. Deſtructio autem appetitus est ſignificatio manifeſta ſuper mortificationem virtutis appetitiuæ; & ſolutio naturę ſigni ficat debilitatem virtutis digestiuæ & retentiuæ: & in fine reiabſcinditur quod per ſputũ aſcendebat & egrediebat. Et hoc accidit in ſpecie phthiſis perniciosæ in eius principio. Verum illud quum fuerit in principio ægritudinis, ſignificat q̃ humor faciens ægritudinem est non digestus; quum autem accidit in fine ægritudinis, prognoſticat mortem propinquam: quoniam virtus eſt iam debilitata, non potens expellere ſuperfluitates, & oppilantur viæ anhelitus, vnde præcoçatur & excitatur mors ſubita. De cura phthiſis cum febre.

In illis qui habẽt phthiſim cum febre, oportet vt ſimus ſoliciti in extinctione febris & ſedatione ipſius, & in curatione vlceris; & illud quoniã curationes harum duarum ęgritudinum ad inuicem contrariantur. Febris enim indiget infrigidatione & humectatione ſola cauſa febris, propter illud quod ſequitur eam de extenuatione & exiccatione corporis: vlcus vero indiget de neceſſitate eo quod exiccat; non enim eſt poſſibile q̃ ſanetur vlcus omnino, niſi cum exiccatione. Et vlcus in pulmone indiget eo quod calefacit, quia non eſt poſſibile vt perueniat virtus medicinarum exiccantium ad membrum longinqui ſpatij peruenientis ad ipſum, niſi in ipſis medicinis ſit quædam calefactio; & propter hoc oportet vt aduertas in cura huius ægritudinis, circa adminiſtrationem eorum quæ extinguunt febrem coniunctam cum vlcere prædicto. Nam illud quod conuenit vlceri, eſt augens febrem; & propter illud oportet conſiderare & prępondarare quantitatem febris & vlceris, deĩde curetur cũ eo q̃d conuenit duabus rebus ſimul in hora; & in hora alia intrẽdatur cura vnius ſolum. Et eſt neceſſe vt ſcias in primis, q̃ vlcus accidens pulmoni ex humore malo perniciosо non ſanatur vnq̃, niſi in tempore longo, donec rectificetur ille humor malus. Quare perducifres de neceſſitate ad hoc, vt vlcus exiccetur & induratur, ita vt non ſanetur aut non exiccatur, immo putrefit & dilatatur eius putrefactio ad loca ſibi propinqua; quare putreſcit totus pulmo abſq̃ corroſione; deinde expuitur tempore lõgo, & non ſanatur vnq̃. Verum eſt poſſibile vt cures cum his quæ exiccant, vt non dilatetur & magnificet ægritudo. Et ſi in principio curetur cum eis quæ conueniunt, tunc ſanatur integre. Et oportet vt ſis ſolicitus, ne patienti vlcus in pulmone aduenia tuſſis, & nõ effundatur aliquid ex capite eius ad pectus ipſius; & hæc quidem res completur tribus rebus, ſicut cum eo quod non ſtringit naturã: Secunda eſt exhibere in potu medicinas glutinatiuas: Tertia eſt cuſtodia capitis. Et eligatur in principio huius ægritudinis phlebotomia baſilicę ex latere, in quo infirmus ſentit dolorem. Q. ſi ſenſatum & exiſtimatum fuerit q̃ aliquid deſcẽdat ex capite, tunc eligatur phlebotomia cephalicæ; & poſt eam mundificetur corpus cum medicina ſolutiua cum hoc q̃ intendas cum ea mundificationem capitis & fac medicinas ſimplices lenes, cum quibus non ſit permixtum aliquid de medicinis calidis, acutis, ſicut medicamen compoſitum ex turbith albo mundo, & alleo albuto cum aqua pluuiali, & ſucco liquiritiæ & adminiſtra medicinas ſecundum ætatem & virtutem. Q. ſi nõ eſt febris neq; caliditas, tunc adminiſtra pilulas factas ex ſpeciebus ℈ cum albenas &, ℈ poſtq̃ permixtum eſt de vnoquoq; eorum pondus drach. j. conficiantur cum aqua pluuiali, & rob vuæ, & aſſumatur ex eis pilula vna magna. Q. ſi prohibuerit adminiſtrationem harum pilularum debilitas virtutis & vehemẽtia febris, tunc exhibeat iſta decoctio. ℞. caſſiæ ſiſtulæ mũdatæ a canna ſua & a ſuis granis, 3. v. violaę ſiccatę drach. v. cibibi dulcis enucleati a ſuis arillis drac. xxv. ℈ iuiubarum, febeſten, omnium ana numero, x. ℈ de coquantur omnia cum libris. iiij. aquę vſq; quo remaneat lib. ß. & proiiciantur deſuper tereniabin albi boni drach. xx. conficetur, & coletur, & exhibeatur in potu. Et ex eis quę leniunt naturam patientium phthiſim, eſt hoc loch. Rec. caſſiæ ſiſtulæ mundatæ lib. ß. ſebeſten, & iuiubarum, ana libr. j. paſſularum vel cibibi enucleati ab arillis lib. ß. decoquãtur omnia cum libr. quinq; aquę, donec remaneat tertia pars: confricetur, & coletur, & proiſciantur deſuper penidij boni libr. j. olei amygdalarum dulcii tertia pars lib. j. & decoquatur cum igne lento, donec inſpiſſetur; & proiiciantur deſuper violæ ſiccæ exiccatæ, contritæ, cribellatæ ſub tiliter tertia pars libręˉ, & miſceantur & reponãtur in vaſe vitreo, & adminiſtretur ex eo ſecũdum virtutem infirmi cum aqua iuiubarum. Et ex rebus conferentibus eſt adminiſtratio clyſterum lenium, quæ ſiunt ex hordeo excorticato, & violis ſiccis, & camomilla, & ſebeſten, & haſceeh, ideſt, tribulis, & althea, & oleo ſiſamino, & zuccharo rubeo. Quumq; fuerit natura lenificata, tunc adminiſtra in potu medicinas glutinatiuas, ſicut ſorbitio facta ex amylo, & hordeo excortica to, & fabis, & dragacanto, & ſeminibus cyroniorum: decoquantur huiuſmodi res cum cancris, & bibatur, poſtq̃ proiecta ſum fuerit in ea olei ſemitis cucurbitæ dulcis pondus drac. iij. Q. ſi in pectore fuerint humiditates plurimę, & fuerit caliditas geta lenis, tũc exhibeatur ſorbitio facta ex rizo contrito decocto cũ aqua furfuris, & pauco melle. Q. ſi fuerit aſperitas in pectore, & fuerit raucedo vocis, detur in potu aquæ plantaginis non decoctę pondus vnc. j. f. baurach aur. ij. olei ſeminis melonis, olei violati, olei cucurbitæ dulcis ana drach. ij. Et oportet vt ſit adminiſtratio iſtius ſorbitionis in mane, deide expectetur duabus aut tribus horis, deinde poſt exhibeatur aqua hordei cum violis conditis cum zuccharo, & oleo amygdalarum dulciũ & ſorbitio, quam diximus, in qua decocti ſunt cancri. Et accipiatur in fero pſyllium, & gummi arabicum, & bolus armenus cum mucillagine ſeminum cyronioꝝ, lutum, n, armenũ i vlcere pulmonis operatur mirabiliter

A lia litera, & albenas, & q̃ ſimilia tiatri, aut mallici

A lia litera, iuiubarũ numero xx. febeſten nu mero, xxx.

Bolus armenus mirabiliter ſerat vlceribus pulmonis.

liter valde, quoniam exiccat humiditatem existentem in pectore, & facit nasci carnem. ℞. fiaccidat istis sputū sanguinis, tūc dentur eis in potu huiusmodi trochisci, qui conferunt phthisi & sputo sanguinis. Recip. terræ sigillatæ drach. iij. boli armeni, amyli frumenti, rosæ rubearum, omnium ana drach. iiij. karabe, granorum myrthi, omnium ana drach. vi. feminis portulacæ, cancrorum adustorum, omnium ana. drac. x. aluminis, dragacanti, spodij, sadenegi, omnium ana drach. v. gummi, succi liquiritiæ, omnium ana drach. vij. Summa medicinarum est. xiiij. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua portulacæ, & aqua rosarum recentium, & fiant trochisci, & exhibeātur in potu cum aqua citrulli hortulani, aut cum aqua pluuiæ. Et ex cibis exhibeatur portulaca decocta cum cucurbita, & lētes nabæ decoctæ cum aqua plantaginis: & detur eis in potu aq̄ pluuialis, & aqua in q̄ infusum fuerit bolus armenus, & spodium, & gummis, & iuleb factum cum rosis recentibus. Et præcipe infirmo vt retineat in ore continue gummi, & lutum armenum. ℞. fi indiget vt emplastretur pectus ab extra, tūc emplastretur cum cerato facto ex oleo rosato, & aqua portulacę, & aqua albathbath. ℞. si vehemens fuerit tussis cum siccitate pectoris, tūc det eis ex hoc loch, quod confert phthisi, & fedat tussim. Rec. fabarum excorticatarū vnc. j. ß. amyli frumenti, dragacanti, gummi arabici, omnium ana vnc. ß. succi liquiritię mundatæ vnc. ij. seminis althęę vnc. j. papaueris albi, amygdalarum dulcium, ana vnc. j. seminis cytoniorū vnc. j. seminis citrulli excorticati, seminis cucurbitę excorticatę, omnium añ. ℥. ß. seminis melonis excorticati vnc. j. cibib enucleati ab arillis decocti cū oleo amygdalarū dulciū, & oleo violato: Summa medicinarū ℥. xiij. terāt sicca ex eis, & cribel lent, & teranf amygdalę & passulę donec fiāt sicut masa vngueti, & misceatur cum medicinis siccis, & lenificetur, cum rob vuę bono, aut melle tabarzet, & exhibeatur ex eo continue quoniam confert, & est expertum. ℞. ex isti metur ę ex capite fluat ad pectus suspersuitas calida, tūc exhibeatur in potu diacodion factum secundum hanc descriptionem. ℞. papaueris albi vnc. ij. papaueris nigri vnc. j. ß. radicis liquiritiæ rasæ contusæ vnc. ij. seminum cytoniorum, seminis althęæ, omnium ana vnc. j. ß. dragacanti vnc. j. gummi arabici vnc. ß. Summa medicinarum est. vij. terantur, & infundantur omnia in quinq; libr. aquæ pluuialis die ac nocte (quoniam aqua pluuialis cum sty pticitate quæ est in ea, repercutit superfluitates ascendentes a capite) & decoquatur donec remaneat ex ea medietas, & coletur, & addatur rob vuæ boni lib. j. mellis tabarzet despumati, ℔ y. lij libr. ß. coquantur omnia cum igne lento, donec insp issetur ad mellis spissitudinem, & detur ex eo in potu in mane cum aqua hordei, & etiam in sero. Et præcipe infirmo vt teneat in nocte has pilulas in ore suo, quæ quidem pilulæ conferunt phthisi, & tussi in ore retentæ. Rec. seminis portulacæ drac. v. gummi arabici, dragacanti, omnium ana drach. iij. seminis citrulli excorticati, seminis cucurbitæ, seminis cytoniorum, omnium ana drach. vij. succi liquiritiæ drach. v. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum mucilagine seminis cytoniorum, & fiāt pilulę, & exiccentur in vmbra, & reponantur in vase, & administrētur. ℞. si eis fit difficile sputum, quod expuitur ex pectore, tunc detur in potu decoctio hyssopi secundum hanc descriptionem cum violis conditis, & zuccharo: ℞. iuiubarum numero. xxx. febestēn numero. j. ficuū citrinarum pinguium numero. v. capillorum veneris drach. v. radicis liquiritiæ rasę contusæ drach. v. cibib duleis enucleati ab arillis drach. xx. coquantur omnia cum lib. iiij. aquæ dulcis, donec remaneat lib. j. cō fricetur, & coletur, & detur ex ea in potu vnc. iiij. cū vnc. j. violarum conditarum cum zuccharo. Et sit cibus tri decoctum cum aqua furfuris simile, & oleo amygdalarum dulcium, & penidijs, & malua decocta cum oleo amygdalarum. Et præcipe vt patiens fugat granata, & cannas zucchari, & comedat ficus albas, & amygdalas excorticatas, & vuam albam dulcem, & pe nidios, & iuiubas, & febestēn, & quæ sunt his similia.

Nota q̄ in orīte reperiuntur fœs exiccatę habētes corticem album, & de his f ermo.

Lac autem est oibus magis efficax cura patiētis phthisim: Sed oportet vt non administretur, nisi postq̄ febris est eradicata, aut non remanserit de febre nisi parua remanentia. Et præceperūt antiqui q̄ patiens phthisim bibat lac mulieris, & fugat ipsum ex mamilla: & huiusmodi quidem species lactis est cōueniens corporibus hominum, maxime quando lac ipsum mulieris fuerit laudabile in sui qualitate, & substantia, & sapore. Et expertum est lac asinæ in hac ęgritudine, & post illud lac caprarum: & huiusmodi lac non exhibeatur, nisi illis qui non possunt bibere lac mulieris: Illis vero quibus potus lactis mulieris est facilis, tunc ipsum lac mulieris est magis conueniens, & magis iuuans, q̄ omnes species lactis. Et iam quidem phthisici congregati fuerunt in loco montano nominato Chabeie, & bibe runt lac asinarum & caprarum pascentium ex herbis & plantis, in quibus est stypticitas & siccitas in illo loco repertis, sicut polium, & alhaufegi, & illis similia: vnde lac illarum caprarum suscepit virtutem exiccatiuam a illis herbis & plātis, & fanatit sunt illi phthisici. Et ex hac quidem experientia habita longo tempore, medici exhibent macilentis & conualescentibus extenuatis, lac asinarum & caprarum nutritarū ex herbis, & cibis habentibus virtutem cōferentem corporibus prædictis, quæ ex lacte prædicto breui tempore ad bonam valetudinem & habitudinem reducuntur. Et est quidem possibile q̄ herbæ & plantæ medicinales, pro nutriendis capris reperiantur in diuersis regionibus, quare facile est administrare lac caprarum conueniēs dispositionibus diuersis. Et quoniam lac faciliter alteratur, præcipue quando aer est calidus, vnde destruitur virtus eius: Ideo propter illud oportet vt bibatur hora qua mulgetur ex vbere, & est calidus. Et quidam iubēt mulgere lac ex vbere in vas ligneum positum in aqua calida, vt diutius cōseruetur caliditas lactis naturalis. Et consilium meum est vt exhibeatur in potu de lacte quantitas libr. ß. cum dragacanto, & zuccharo, aut loco zuccharo, aut cū loch, cuius descriptionē p̄misimus.

Regimen asinæ & caprarū quātū ad ęgris admini strat.

Nota quod cibib apud arabes, idē est q̄d vua exicca ta, Passule vero seu vua nō habēs arillos exiccata, apud arabes dicitur Resines.

De cura phthisis absq; febre.

Phthisicis absq; febre, quibus inest cōtinue tussis, & sputum grossum, viscosum, simile colę piscium, oportet vt administretur ex medicinis quæ abstergunt & subtiliant, sicut decoctio zuffæ, in qua cadit vel ponitur zuffa ficus, & prassium, & orobum, & radices lilij cœlestis, & oleum amygdalarum dulcium, & oleū granorum pini. Deinde post illud detur eis sorbitio facta ex frumento tracto bene cocto, & farina fœnugręci, & amylo frumenti, ita vt de frumento sint ptes. iij. & de fœnugræco pars. j. & de amylo pars. ß. decoquantur omnia, & misceantur cum ea mel colatum, & oleum amygdalarum dulcium, & bibatur calida. Et quidam ex phthisicis confert iuuamento manifesto illud loch, quando cum eis non est febris: & similiter confert patientibus rabus subtiliat enim superfluitates viscolas, cuius est hæc descriptio. ℞. fœnugręci vnc. ij. seminis lini vnc. j. orobi vnc. ß. succi liquiritię vnc. ij. radicum lilij cœlestis vnc. j. Summa medicinarum est sex teratur, & cribellentur, & inuoluantur cum oleo pini, & conficiatur cum melle spumificato, & est experti iuuamenti. Et confert eis etiam loch de caulibus, quando sit fecundum hanc descriptionem, quod quidem loch subtiliat humores grossos, viscosos i pectore exiſtētes. Rec. succi caulium lib. iij. mellis colati lib. j. decoquatur

Loch conferens phthisicis absq; febre, & affinnati.

A q̄ pluuialis sua stypticitate reper cutit.

Lentes rubę, id est lentes exsorti catę.

tur igne leni, donec consumet aqua, & remaneat mel, & accipiantur grana alben ex corticata, & terantur bene, & misceant cū melle decocto cū aqua caulis & exhibeatur ex eo pōdus. 3. v. cum lacte asinę, & lacte caprarum decocto cū aqua. Et iuuantur etiam cū lacte caprarum decocto cum aqua, quādo bibitur ex eo libr. F. cū drach. j. chey sim. Q. si necessitas vocat exhibitionem loch de squilla, tunc ipsum detur in potu cum lacte asinæ. Et ad vltimum secundum grossitiem sputi, & secundum quantitatem caliditatis oportet administrare medicinas: & oportet emplastrare pectus ab extra cū emplastro cōposito ex medicinis stypticis exiccatiuis paruum, sicut aloe, & myrrha, & acacia, & nuce cupressi, & mugat, & sandaracha, & ramich, & radicibus caulium adultis, & terbentina, & oleo myrthino, & oleo rosato, & his similibus.

De Sanie aggregata in pectore, & de cura ipsius. Cap. XXVII.

SAnies quidem aliquando aggregatur in duobus lateribus simul, & quandoq; in vno latere, absq; cōmunitate lateris alterius in ægritudine. Aggregatur autem sanies in pectore quandoq; ex ęgritudine pulmonis, quum in eo fuerit vlcus, & non fuerit mundificatum sicut oportet; & quandoq; ex dubelati existente in pectore aggregante saniem: & quandoq; fit illud ex apostemate magno in velamine, vnde aggregatur in pectore sanies. Q. si sanies fuerit aggregata in pectore ex ægritudine pulmonis, aut velaminis, tunc significat illud pauca mundificationis ex eis. Q. si fuerit aggregatio saniei in pectore propter dubelari accidēs in ipso, tunc accidit patienti ipsum in principio egritudinis grauitas & tensio: quumq; extenditur tempus, tunc accidunt ei dolores & febris minuta (Dolor quidem fit propter tensionē, & inflammationem.) Quibus peruenit dubelati ad statum, tunc sequitur ipsum febris acuta, & difficultas anhelitus, & tussis, preter q̄ expuātaliqd, de quo fit curādū; q̄m licet expuāt, tñ nō expuunt materiam aggregatam; & illud propter tres causas quarum vna est grossities saniei, & viscositas eius; secunda est grossities panniculi velantis pulmonem, (vel secūdum aliam literam, velantis pectus;) & tertia est debilitas virtutis infirmi. In hora autem eruptionis saniei accidit tremor, seu rigor difficilis, & rubedo in pomis maxillarum; & causa in hoc est caliditas in pulmone ipsorum: & ex tussi, quia in ipsis ægritudinibus calefit caput, & facies simul propter vapores illuc ascēdentes ex pulmone. Digiti autem qui in aliis ægritudinibus chronicis intrigidantur, in hac ægritudine sunt calidi: quoniam ægritudo est fixa in membris radicalibus. Et quod plurimum reperitur, est caliditas addita vel augmentata in extremitatibus digitorum non exterius, sed interius in locis carnosis: quoniam vbi est multa humiditas, illic apparet caliditas. Quumq; exte ditur cum eis tempus, apostemantur pedes ipsorum, qñ illic icipit destructio virtutis pp lōginqtatē ipsorū a radice vitę, deinde destruitur ab eis appetitus cum destructione virtutis nutritiuę, & reliquarum virtutum. Et quando erumpitur dubelati, tūc si fuerit sanies pauca, euacuatur cum sputo; Si vero fuerit multa, non est possibile euacuare ipsam cum sputo: quare ipsa in tempore longo corrūpit loca in quibus ipsa est, & propter hoc natura expellit eam quandoq; ad ventrem, & quādoq; ad vesicam; & eius penetratio & incessus est ad loca quæ cōmunicant pectori. Et nō cognoscitur via incessus prædicta, nisi ab eo qui habuerit practicam, & cognitionem anotomię. Et non oportet vt existimes, q̄ velamen disrumpatur; quoniam illud esset determinē tum maximum: est enim possibile q̄ sanies perueniat ad ventrem, aut ad vesicam. Immo nō peruenit sanies nisi in venam profundam seu magnam versus hepar, deinde ex hepate si declinauerit sanies ad venas, in quibus currit cibus ad ventrem, & ad intestina: & sic ex vena magna & hepate peruenit sanies ad ventrem & intestina. Q. si sanies declinauerit ad venas quæ attrahunt a quo fit atem ab hepate ad renes, tūc peruenit sanies ad vesicam: & permutatio quidem saniei, & eius declinatio ad vesicam, est securior ad sanitatem, & salubrior, & magis propinqua ad salutem. Et facilitas eius est, quoniam vrina adiuuat ad cursum ipsius; & eius euacuatio in vrina est frequentior, q̄ exitus eius in stercore. Exitus autem saniei ex ventre est etiam significatio salutis: verum egressio eius per se ipsam est difficilis absq; adiutorio medici. Quum autē erumpitur sanies ad superiora, tunc in hoc est timor magnus, quoniam sputum sanieidebilitat valde. Q. si post eruptionem accidat vt expuant in aliqua hora, de inde redeant ad non spuendum, tunc est timor magnus, & oportet vt consideretur bona consideratione in eo quod expuitur, vt non existimetur quod sit sanies, & non sit sanies. Et non distinguitur quidem sanies a phlegmate, nisi a medico experto. Et discernitur quidem sanies a phlegmate ex aspectu, & odore, precipue quum proijcitur super prunas, fœtet odor eius. Et quum proijcitur etiam in aqua, possibile est vt discernas saniem a phlegmate: quoniam phlegma natat & eleuatur super aquam, sanies vero refidet & defedit. Vtrum autem sanies sit in pectore toto, s. in duobus lateribus ipsius, aut in vno latere tātū, cognoscitur per id quod sentit infirmus quoniam si ipsæ sentit inflammationem, & adustionem, & rēfionem, & grauitatem in pectore toto; & quum flectitur super vnum quodq; laterum, est sensus eius cum forma vna, tunc sanies est in duobus lateribus: Sed quando infirmus iacet super latus vnum, & sentit grauitatem in latere vno, vel in latere superiori, & nō sentit grauitatem in latere alio, tunc scias q̄ sanies est aggregata in latere vno, & est latus in quo infirmus sentit inflammationem & grauitatem. Et quandoq; scitur saniem aggregatam in pectore ex voce currēte i ipso, qñ quis permutatur infirmus seu cōuertit, tūc audit ex pectore vox saniei currentis.

De cura saniei aggregatæ in pectore.

Illi in quorū pectoribus aggregata est sanies, oportet in principio rei vt curentur cum his quæ digerunt illud quod iam est aggregatum. Illa autem quæ digerūt illas humiditates & superfluitates aggregatas, sunt fomentationes cum spongijs & emplastris factis cum farina hordei calefactis. Et ingenietur vt remaneat secundum illam calefactionem, vel secundum illam calliditatem fomentando locum super emplastrum: & misceantur cum farina hordei ficus siccæ decoctæ, & terbentina, & stercus columborum, & nitrum, & althea, quoniam huiusmodi medicinæ subtiliant loca, in quibus est aggregata sanies, & resoluunt locain quibus non est aggregata sanies. Et ex eis quæ bibuntur & cōferunt huic egritudini, si fuerint caliditas vehemens, est aqua hordei cum modico mellis, & aqua hordei mulę cę permixtionis cum aqua decoctionis ficuum, aut forbitio facta ex decoctione ficuū & farina hordei. Q. si fuerit stomachus infirmi fortis, & non fuerit ille caliditas vehemens, tūc detur in potu decoctio zuffæ, idest, hyssopi, in qua additum sit hasce, & prassium, & ficus, & aliquid de melle: quoniam omnia quæ scripta sunt ex medicinis per hoc, quod in eis est de virtute resolutiua, subtiliatiua, facilitant eruptionem eius, quod est aggregatum. Et ex his quæ adiuuant ad eruptionem etiam ex cibis est piscis salitus: ex medicinis vero sunt pilulę factæ ex cucumere asinino, quum sumitur ex eis apud somnum. Et vapor hyssopi, & hasce, & storacis siccæ: sed oportet q̄ quando ponitur aliquod istorum super

Ad venas, in quibus currit, id est, ad venas mesaraicas.

super ignem, vt infirmus aperiat os suum, vt attrahat fumum seu vaporem ascendentem ex eo. Et quãdoq; administrant quidam medici vomitum post repletionem; Sed oportet vt huiusmodi curatio caueatur ominor; quoniam fortasse facit accidere eruptionẽ ☿ magnam, quæ est causa syncopis. ☽ Verum quando infirmus incipit spuere saniem, oportet vt consideretur optima consideratione in hoc; si enim fuerit sputum paucum, aut opinatus fuerit, quòd vlcus mundificatur cum sputo, tunc necessaria est curatio cum medicinis abstergentibus & mundificantibus, sicut decoctio zuffæ, videli, hyssopi cum melle, aut decoctio prassij cum aqua mellis, aut decoctio lilij cœlestis cum aqua mellis. Et sint cibi ipsorum illud quod est leue ex cibis, sicut panis madefactus vel infusus in aqua, & candarsium ablutum decoctum cum aqua mellis, aut oua sorbilia, & sorbitio ex aqua hordei, & melle. Quòd si processerit longatur sanies, & non mundificatur vlcus, tunc præcipe assiduam assumptionem aquæ hordei & præcipe vt misceatur cum ea amylum frumenti. Et oportet vt bona fiat decoctio aquæ mellis, & auferatur spuma eius, & cp decoquantur cum ea radices duæ, aut tres liliorum cœlestium contusorum, & radix liquiritiæ. Et si intenditur glutinatio, tunc addatur in ea ☽ succus liquiritiæ tritus, & sisamus, & semen lini torrefactum cum gummi arabico, & penidijs; quoniam succus liquiritiæ, & sisamus, quamuis mollificent stomachum parumper, tamen est maximi iuuamenti in mundificando pectus. Et oportet vt sumatur orobum rubeum parum infusum & excorticatum, torrefactum & tritum, & fiat ex eo sorbitio cum lacte nouiter mulcto; quoniam hæc forbitio est magis iuuatiua, & omnia illa quæ administrantur in cura mundificationis corporis; (vel secundum aliam literam, quæ administrantur ad mundificãdum pectus.) Quãdo infirmus abhorret saporem huius sorbitionis, tunc oportet vt misceatur in ea candarsium, sicut est eius medietas; & si proijciantur in ea amygdalę amaręthres aut quatuor, tunc est fortior & magis iuuatiua in mundificatione pectoris.

A lia litera, sanguinis magnã quæ est causa prefocationis.

A lia litera, ex eis quę conficiunt cibi in est. Succus liquiritię & sisamus est maximi iuuamenti in mundificando pectus. Orobum rubeum ☉, excorticatum.

Medicinæ autem compositę quę mundificant saniem aggregatam in pectore, sunt, loch factum ex squilla, & quod fit etiam cum orobo, & reliquæ medicinæ quæ similantur istis, quæ sunt ex illis quæ mundificant pectus. Et quandoq; confert etiam iuuamento manifesto loch factum ex granis pineis paruis & magnis excorticatis, & amygdalis amaris & dulcibus excorticatis, & semine lini torrefacto, & amylo frumenti, omnium ana partes æquales; terantur omnia; & conficiatur cum melle spumificato, & administretur. Et sit illud decoquendo mel donec sit proximũ inspissationi, & proijciatur super illud medicinę quas describimus aut quædam earum; & addatur in eo modicum piperis triti, & exhibeatur de eo ante cibum & post cibum. Et emplastretur pectus cum emplastro facto ex semine lini, & farina hordei, & altheæ, & farina frumenti, & camomilla; & cum emplastro facto ex radice lilij, & sisamo, & althea, & reliquis medicinis quæ mundificant illud, quod remanet post eruptionẽ saniei. Quãcp egritudo inceperit declinare, tunc administretur curatio cum his quæ prohibent illas superfluitates descendere seu refudare, sicut bolus armenus, & succus plantaginis, & sadenegi, & quæ illis similantur; postquam cum eis permixtæ fuerint quædam medicinæ quę mũdificant, sicut hyssopus, & succus liquiritiæ, aut mel. Et confert iuuamẽto manifesto in mundificatione superfluitatum aggregatarum in pectore, electuarij nominatum Mithridatum; & confert medicamen factũ cum carne viperæ; verum oportet vt præcedat administratio huius medicinæ, quando non fuerit febris, & non fuerit corpus infirmi exiccatum siccum. Et terminus in mundificando per sputum saniem aggregatam in pectore, est vsq; ad dies. xl. & si pertranstitur iste terminus, tunc res perducit ad phthisim; quoniam illa sanies in longo tempore putrefit, & corrodit corpus pulmonis, & corrumpit ipsum. Q. si fuerit sanies plurima non est possibile vt euacuetur cum sputo; quare oportet vt ingenietur in aperiendo pectus cum cauterio, & euacuetur ex illo, pter q euacuet tota illa sanies subito, sed euacuetur parum post parum. Et quãdo pectus apertum fuerit ex illo cauterio, tunc oportet vt consideretur sanies; Si enim ipsa fuerit alba, moderatę substantiæ, pauci fœtoris, tunc speratur sanatio bona, & completa; Sed si sanies fuerit similis fęci, & cum dispositionibus contrarijs illi, tunc nullus est non laudabile, & non speratur de salute patientis. Et oportet vt post cauterium, & post aliq; euacuationem saniei, ponantur super pectus medicinæ confortantes membrum; & super locum cauterij administretur cura qua curatur vlcus adustum ab igne. Cibi autem & potus istius, sint ea quæ diximus in cura tussis. Verum si sanies euacuatur cum tussi, oportet vt regimen totum sit cũ his quæ subtiliant superfluitates. Et si euacuatio fiat cum cauterio, tunc regimen sit cum facilitate & paucificatione.

De Passionibus & ægritudinibus cordis, & de cura ipsarum. Cap. XXVIII.

EX egritudinibus accidentibus cordi, quędam appropriantur cordi in se ipso, & quædam earum sunt per cõmunitatem in eo, cũ membro alio ab eo. Et ex egritudinibus quæ appropriantur cordi soli, quædam sunt quibus non est sanatio omnino, & quædam sunt quibus speratur sanitas. Et illarum quibus non est sanatio, quædam interficiunt velocitèr & festinanter, & quædam in tempore longo. Et generes omnia ægritudinum quæ accidunt cordi, sunt tria; videlicet genus malitiæ complexionis, & genus egritudinis instrumentalis, & genus solutionis cõtinuitatis. Ægritudo autem accidens ex malitia complexionis, est complexio non ordinata seu non æqualis, sicut est in tempore syncopis. Genus autem egritudinis instrumentalis est sicut est ipselas, & apostema calidum, quod accidit in panniculo circundãte cor, vel continẽte ipsum; & quandoq; fit ex humiditate aggregata in hoc panniculo. Genus vero solutionis cõtinuitatis est, sicut vulnera quæ accidunt ventribus eius. Quæ vero ex istis ęgritudinibus sanatur, est complexio diuersa accidens ei, quum superuenit syncopis; reliqua vero duo generà sunt ex eis quibus non est sanatio. Et ex istis illa quę vehemẽtius & velocius interficiunt, sunt almasera seu erisypelas, & apostema calidum; quoniam ista quãdo accidunt, non completur eius aduentus, donec interficiat hominẽ, vel donec moritur homo. Illa vero quæ prolongantur tẽpore, sunt species syncopis. ☽ Vulnus autem cordi accidens ex percussione, sicut continguit in experientia, quando peruenit ad ventriculum finistrum cordis, tũc moritur in hora vel statim cum fusione sanguinis. Si vero percussio non peruenit ad ventriculum finistrum cordis, sed incidit partem cordis tantum, tunc homo non viuit plus die suo, aut mane, non ex parte fluxus sanguinis, sed ppter apostema magnum; quoniã apostema & erisypelas, quæ fiunt absq; causa apparente, præcedit syncopis, quæ dicitur syncopis cordialis; & hęc quidem syncopis quum accidit sequitur ipsum apostema, ad quod sequitur mors subito. Et hæc quidem est de ægritudinibus, quę accidunt & appropriantur cordi. Ægritudines autem in quibus communicat membrum aliud, sunt sicut egritudo quę accidit ei ex ęgritudine seu passione stomachi, aut matricis, aut alicuius ex membris cõmunicantibus cordi, quum accidit eis egritudo magna.

A lia litera, ex eis quę conficiunt cibi in est.

A lia litera, sunt tres species hedicę cominate g almasib.

De cura passionum cordis.

In ęgritudinibus cordis, in quibus non est spes sanationis, & quæ velociter interficiunt, non est necesse vt labores in cura ipsarum. In illis vero in quibus prolõgatur spatium, tunc sit tua curatio cum cibis & regimine ꝑseruante virtutem, vt remaneat vita hominis saltẽ rẽpore paruo. Si vero sit ęgritudo ĩ qualperaĩ sanitas: sicut species syncopis cum cõmunitate alicuius membri, tunc oportet vt fit studium nostrum in curãdo mẽbrum, quod est causa ęgritudinis cum rebus conuenientibus ęgritudini accidenti in eo, absq; ꝓ prætermittatur cõfortatio cordis. Q. si accidat syncopis vehemẽs ex dolore, seu ex passione cordis proprie, oportet vt curetur cum rebus, quas describemus in cura specierum syncopis tractatu sexto capitulo, xviij.

De Cafacan cordis.

Nota ꝙ Serap. in tractatu. vj. capit. xviij. ꝓtulit de terminat de speciebus syncopis, & decuratione earum, quare ibi nõ recurro.

Cafacan est motus ieĉtigatuus accidẽs cordi, aut ex repletione multa, aut ex humiditate multa aggregata in pãniculo circũdãte vel ꝓtinẽte cor, aut ex apate accidẽte ĩ pãniculo ꝑdicto. Q. si illud apostema fuerit caliduꝫ vehementis acuitatis, tunc interficit statim, vel in hora. Si autem fuerit apostema grossum, durum, tunc sequitur ad ipsum syncopis vehemẽs, & tunc patiẽs ipsam moritur, ꝓ anteq̃ loquatur, & excitetur ab ea. Si vero cafacan cordis fuerit ex humiditate retenta in pannículo continente cor, & prohibet illos qui habent hanc ęgritudinem, ita vt cor moueatur in humiditate: & illud quia ista humiditas quando retinetur intra pannículum, prohibet a dilatatione. ꝙ Q. si fuerit cafacan ex repletione, & videris signa repletionis ĩ corpore tuo, tunc patiens iuuatur cum phlebotomia venæ iuxta mẽto magno. Si vero fuerit cafacã ex humiditate multa, oportet tunc administrare medicinas mundificantes, ficut castoreum, & calamentum, & quæ ambobus similantur. Q. si fuerit ex repletione, tunc illud a quo est incipiendum, est phlebotomia venæ: deinde post illam administrentur medicinę confortantes, & regimen iuuatium. Et quandoq; confert in hac ęgritudine iuuamẽto magno theriaca, mithridatum, & diamoschum dulce, & amarum: & confectio facta cum margaritis non per soratis, & facta cum sceba, & est alisele te: & oportet vt vnumquodq; istorum detur cum vino odorifero antiquo, aut cum aqua badarũbue, idest aqua melissę. Medicamen conferẽs cafacan & timori. Rec. bugloss̃ę tritę cribellatę drach. j. zurunbad, doronici, omnium ana drac. iiij. terantur, & cribellẽtur, & exhibeatur in potu patienti quolibet mensę tribus vicibus. f. in prĩcipio eius, & ĩ medio, & in fine ipsius, pro qualibet dosi pondus drac. j. cum vino permixto, aut cũ vino puro, i quo infusa fuerit bugloss̃a. Aliud ad cafacan factum ex caliditate. Re. corallog. karabe, perlarũ non ꝑoratarũ, bugloss̃ę, aluminis iameni, boli armeni, gallię bonę, omniũ ana aur. f. zucchari tabarzet aure. vij. teratur quodlibet de per se, & misceantur & exhibeatur in potu patienti aur. j. cum aqua rosata, aut cum aqua frigida. Aliud. Rec. bugloss̃ę drac. vij. karabe, corallorum, perlarum nõ perforatarum, seminis melissę, florum vel fummitatũ ozimi gariofillati, aluminis iameni torrefacti, omnium ana drach. iij. boli armeni, seminis coriãdrorum, omnium ana drac. v. terantur, & cribellentur subriliter, & exhibeatur in potu cum rob citri. Aliud conferens cafacan, & caliditati cordis & hepatis. Reci, spodij drac. iiij, ligni aloes boni, gallię, omnium ana drach. ij. cardamomi, garyo fillorum, omnium ana drach. j. camphoræ drac. f. dragacanthi drach. iij. terantur, & cribellentur, & conficiãtur cum aqua in qua dissolutum fuerit terenia bin, & fiant trochi sci, quorum quisq; sit drac. f. & detur in potu cũ aliqua ex potionibus quæ ꝑferunt egritudini.

Medicamen diamuscum conferẽs cafacan accidenti ex melancholia, & doloribus capitis, & stomachi: Recip, folij rumi, & folij indi, cyperi, ozimi garyofillati, anneos, seminis apij, anisi, & fęnęr, omnium ana drach. iij. karabę, corallorum, perlarum, omnium ana drach. v. aloes drach. x. fucci absynthij drac. vij. epithimi drac. vi ij. croci, mirrhę añ. drac. ij. melissę drac. vij. gallię drac. ij. terantur omnia, & cribellentur, & confi ciantur cum mele ſpumificato: dosis eius est drac. j. cũ decoctione absynthij. Aliud conferẽs cafacan ex frigiditate. Rec. karabe, corallorum, omniũ ana drac. f. ſpicę passerum, cinamomi, aristolochię, doronici, omnium ana drac. ii. foliorum citri drach. j. terantur omnia, & cribellentur, & detur in potu in principio cuiuslibet mensis cochlearium vnum cum vino, in quo infusa fuerit bugloss̃a: dosis medicinæ ę, 3. f. vini vnc. ij.

Aliud. ℞. karabe, castorei, ana drac. j. corticum citri exiccatorum drac. f. seminis ozimi garyofi. drac. f. terantur omnia, & detur in potu cũ succo melissæ. Aliud ad cafacan, & epilepsiam, & timorem. Rec. ſpicæ passerum. cinamomi, folij indi, garyofy. cyperi, omniũ ana drach. j. marmacur, idest, herbę sancti Ioannis drac. f. ligni aloes erudi drach. f. terantur, & cribellentur, & detur in potu. Aliud ꝑferẽs cafacan ex cholera nigra, & soluit humorẽ melancholicũ. ℞. myrobalanoꝝ nigro rũ mũdatoꝝ a suis ossibus, kebuloꝝ mũdatoꝝ a suis ossibus, oſum añ. 3. ij. epithymi cretenſis triti cribellati, drach. f. misceantur omnia, & terantur, & misceantur cum danich, iiij. diamuschi amari, & detur totũ in potu cum vino odorifero. Aliud conferens cafacan. ℞. menthę sicę, karabe torrefactæ, ana drac. v. corallorũ torrefactorum, heil, i. melegetæ, omnium ana drac. ij. terantur, & cribellentur, & detur in potu cũ succo pomorum. Aliud Rec. karabe, corallorum, cyperi, aluminis combusti, omnium ana drac. iij. zurunbad, doronici, omniũ ana drac. f. zucchari tabarzet drac. xx. terantur omnia, & cribellentur, & detur ex eo in potu drach. iij. cum ſyrupo absynthij.

Nota ꝙ ſcrap. in tractatu. vj. capit. xviij. ꝓtulit de terminat de ſpecebus ſyncopis, & decuratione earum, quare ibi nõ recurro.

A ſia litera, ita vt patiens ipſam moriatur,

A ſia litera, tunc patiẽs ſentit cor diuerſificari in ſeipſo, & cor ita ſicut ex præſumi humiditate prohibente cor a dilatatione prohibitione ſenſata ab infirmo.

habet trigintadua capitula.

Capitulum primum de ſtomacho.
Capitulum. ij. de malitia cõplexionis ſtomachi & ven tris calidæ.
Capitu. iij. de malitia cõpſonis ſtõachi & vẽtris frĩdę.
Capitulum, iiij. de phlegmone in ſtomacho.
Capitulum, v. de vomitu & nauſea, & curatiõe ipſog.
Capitulum, vj. de eructuatione.
Capitulum, vij. de ſingultu.
Capitulum, viij. de inflatione ſtomachi, & cura ipſius.
Capitulum, viiij. de deſtructione appetitus & diminutione ipſius, & cura eius.
Capitulum, x. de appetitu canino, & cura ipſius.
Capitulum, xj. de boliſmo.
Capitulũ, xij. de appetitu comedẽdi lutũ, carbões &c.
Capitulum, xiij. de multitudine ſitis.
Capitulum, xiiij. de malitia digeſtionis.
Capitulum, xv. de vomitu.
Capitulum, xvj. de vomitu ſanguinis.
Capitulum, xvij. de fluxu ventris abſq; ordine.
Capitulũ, xviij. de lubricitate ſtõachi & inteſtinorũ.
Capitulum, xviiij. de colirica paſſione.
Capitulum, xx. de diarrhia.
Capitulum, xxi. de fluxu vẽtris accidente ex cerebro.
Capitulum, xxij. de paſſione ventris quæ dicit materia vẽtris.
Capitulũ, xxiij. de ſolutione ventris quæ fit cũ piodis.
Capitulum, xxiiij. de materia alia quæ facit accidere fluxum ventris chronicum.
Capitulum, xxv. de fluxu alio, f. de fluxu phlegmatis muccoſi.

Capitulum

Capitulum. xxvj. de vlceribus intestinorum seu de dysenteria.
Capitulum. xxvij. de zair.
Capitulum. xxviij. de hæmorrhoidibus & de curatione ipsarum.
Capitulum. xxviij. de speciebus punctionis & de curatione earum.
Capitulum. xxx. de vermibus & ascaridibus.
Capitulum. xxxj. de dolore ileos.
Capitulum. xxxij. de colica & curatione eius.

Capitulum primum de stomacho.

OSTQVAM compleuimus sermonem membrorum spiritualium & vitalium, consequenter de membris nutritiis est tractandum: quorum primus in situ est stomachus & venter: quare dicemus situm eius, & operationē ipsius, & passiones eius. Situs aūt ipsius est, qm ipse est magis eleuatus supra oīa mēbra nutritiua. Opatio ipsius est, qm permutat & alterat cibū. Passiones vero suæ faciunt accidere vehementiam læsionis propter multam sui sensationem, & propinquitatem suam ad cor. Stomachus autem diuiditur i duas sectiones: quarum prima est os stomachi. Secunda est concauum vel fundum eius. Et istæ quidem duæ sectiones sunt differentes in substantia, & operatione. In substātia quidē, quoniam in ore stomachi sunt nerui plures, quare ipsum est multæ sensationis: in fundo autem stomachi substantia carnosa est plus, quare est pauci sensus. In operatione quidem, quoniam vtræq; sectiones vel diuisiones stomachi operantur has duas operationes, scilicet appetitum & digestiuam. Verum vnaquæq; harum diuisionum stomachi appropriatur vni istarum operationum plus, quām alia: nam digestio appropriatur fundo stomachi, & appetitus appropriat ori ipsius: & licet fundo stomachi sit aliquid de appetitu, tamē minus q̄ ori stomachi; & licet os stomachi etiam digerat, tamen minus q̄ fundum eius. Hoc autem membrum, scilicet stomachus, infirmatur multis ægritudinibus, scilicet communibus, & propriis. Communes quidem sunt, sicut reliquorum membrorum similium partium, & officialium, & solutio continuitatis. Ægritudines autem similium partium accidunt in eo, quando accidit ei malitia complexionis. Et ægritudines instrumētales in eo accidunt, quum accidit ei apostema phlegmon, aut phlegmaticum, aut melācholicū aut almessera: & huiusmodi quidem sunt egritudines communes. Ægritudines vero propriæ sunt, sicut destructio digestionis, & diminutio eius, & corruptio digestionis, & destructio appetitus, & caninus appetitus & subuerso animæ, & singultus, & nausea, & vomitus. Et quibusdam accidit multotiens syncopis cordialis, & syncopis stomachalis. Et syncopis stomachalis accidit cum læsione oris stomachi, & accidit eis cum hoc spasmus, & suberth, & epilepsia, & egritudo nominata melancholia. Dixit Gale. Iam vidimus quosdam febrientes, quibus accidit spasmus subito, & non præcessit aliqua significatio manifesta, quæ demonstraret causam spasmi in cerebro: quumq; vomuerunt cholerā, remorum est ab eis nocumentum illud ex toto. Et quibusdam aljs hominibus accidit huiusmodi, & euomerunt humiditatem decliuem ad nigredinem: & quidam aljs vomuerūt rem similem aquę porri: & qui dam aljs comederunt cibum malum multum ⁊ qui remansit in stomacho, vnde ex hoc accidit eis subet. ⁊ Et in ore stomachi quorūdam aggregatus est chymus malus, vnde caufata sunt fommia mala, & somnus fastidiens, perturbatus, malus: & accidit eis vsus vel gues-

A fia litera, grauantē in ostomacho, vñ ex huc accidit eis subeth, donec vomuerūt & expellerit illud quo: & erat ex ore hensum in stomacho.

gues, id est, imaginatio melācholica corrupta. Et huius modi accidentia quæ diximus, accidunt quando cum læsione stomachi læsa fuerint membra alia, & læsio sit cum communitate. Illa autem quæ stomacho accidūt in se ipso, sunt destructio appetitus, & corruptio cibi, quādo remanet in ore ipsius. Cibi autem quorum natura est dominari in stomacho, (vel secundum aliam literam, est remanere in ⁊ stomacho ⁊ præcipue quando sunt difficilis digestionis, non habent naturam vt corrumpantur. Passiones autem stomachi ex matrice, quę accidunt prægnantibus, accidunt quidem quā do lædit ur membrum, & fortasse remanet vel putrefit chymus aliquis in stomacho, & facit accidere paucitatem appetitus, & nocumētum & debilitatem, ita vt ex illa læsione non existimetur posse describi qualitas illius passionis. Et fortasse adhæret stomacho chymus aliquis, & facit accidere nausęam. Et multotiens quidem retinetur in fundo stomachi chymus aliquis, & adhæret ei, & facit accidere vomitum. Et oportet scire quòd hic est differentia inter sermonem nostrum quum dicitur, chymus profundatus in stomacho, & inter sermonem quum dicitur, chymus fixus aut natans: quare scire debetis q̄ in stomacho sunt duę tunicæ: & ideo quotiens humor adhærer & inuisceatur inter duas tunicas, tūc dicitur q̄ in hoc chymus est profundatus: Quum vero fuerit adhærēs tunicæ intrinsecæ, tunc dicitur fixus, sicut fixio cibi cū re aliqua aspera non lęni. Sed quando chymus est retentus in fundo stomachi, tunc dicitur effusus in concauum stomachi. Et hæc quidem accidentia, & similia accidunt in ore stomachi: quare oportet vt tu consideres bona consideratione passiones accidentes per communitatem ad stomachum, & distinguas eas ab eis quæ accidunt in eo cum præcessione læsionis, vnde destruitur per eam operatio stomachi. Et distinctio quidem istorum accidentium præmissorum non est difficilis ei, qui exercitatus fuerit in arte. Et quandoq; occurrunt accidentia præcedētia propria; & oportet vt in vnoquoq; eorum dicam proprie sermonem conuenientem cum curatione ipsorum, & incipiam a passionibus, vel ægritudinibus communibus.

A fia litera, fundo ⁊ stomachi

De Malitia complexionis stomachi & ventris calidæ. Cap. II.

ACcidentia quę sequuntur malitiam complexionis stomachi & ventris calidam, sunt sitis plurima, & inflammatio: & ille cui accidit hoc, inuatur ferbus frigidis, & nocetur a calidis. Q. si fuerit ista malitia complexionis cum materia cholerica, oportet primo vt mundificetur materia cum medicina solutiua mundificante choleram cum vomitu, secundum eliuationem materiæ, & secundum facilitatem tolerāciæ infirmi. Q. si materia fuerit retenta in stomacho, & infirmus fuerit consuetus administrare vomitum, tunc oportet vt mūdificetur materia cum medicis vomitiuis post comestionem piscium recētium, & potū aquæ hordei cum syrupo acetoso. Si vero fuerit materia in fundo stomachi, & infirmus non fuerit assuetus vomere, tunc oportet administrare medicinam soluti uam, quæ sit ex hiera picra pondus drach. j, & ex kebulis, (vel secundum aliam descriptionem, & ex myroba lanis citrinis,) drac. ij. conficiantur cum sechanjabin, & detur in potu cum decoctione absynthij decocta cū prunis, & tamarindis, & fumoterræ, & zibib enucleatis ab arillis declinantibus parū ad acetositatem: detur ex ea multotiēs, donec mūdificetur stomachus mūdificatione sufficiēti. Q. si cholera fuerit transfimissa ad stomachum ex hepate & reliquo corpore, tunc ops phlebotomare venam: & post illud date in potu aquam casei factam cum syrupo acetoso cum myrobalanis citri nis, & scammonea assata in ventre vel i concauo cyto-

niorum, & cum sale indo, & zuccharo. Et cibetur cum cibis frigidis humidis, sicut alduragi, & cubugi, & pulis præparatis cum aqua granatorum, & aqua agrestæ: quoniam de natura pullorum est cum sua decoctione sedare caliditatem in stomacho, & extinguere eam. Et ex syrupis conuenit syrupus acetosus zucharinus, & aqua granatorum mus.orum, & aqua prunorum. Quòd si mala complexio calida fuerit absq; materia, tunc conuenit eis lac acetosum, de quo extractum est butyrum: & dentur eis in potu huiusmodi trochisci. Recipe spodij, sandalorum alborum, seminis cucurbitæ dulcis, seminis citrulli, seminis cucumeris, seminis portulacæ, omnium ana drach. quin quetrofatum siccarum drac. vij. camphoræ, danich. j. berberis, aut succi eius drach. vj. boli armeni drach. quatuor: tota summa est. x. conficiãtur cum aqua portulacæ, aut aqua cucurbitæ, & fiant trochisci quando que cum aldug vaccino, & quandoque cum aqua agrestæ, aut cum aqua acetositatis citri, aut cum robribes. Et emplastretur stomachus ab extra cum emplastris infrigidantibus humectantibus, sicut cortices vel rasura cucurbitæ, & portulaca, & altahaleb, et kalef, & sandali albi, & camphora, & aqua rosata, & similia: Et cibetur medulla citrulli, & cucumeris, & perficis, & granatis acetosis, & prunis, & quæ sunt illis similia. Et in summa oportet vt regantur regiminе infrigidante, & humectante.

Pullū natura sua sedant calliditat accidittē in stoma cho & extīguīt ea

Aldug. i. lac aceto sum, de quo extra ctum est butyrū.

De Malitia complexionis stomachi & ventris frigidæ. Caſ. III.

SIlæfio stomachi fuerit ex frigiditate absque materia in eo retenta, tunc oportet exhibere dethériaca drach. j. cum vino antiquo, aut fazaneam cum miua, aut candadicum, aut omorufiam cum aqua menthæ, aut muthridatum cum aqua masticis, & spica, & squinanto, & diamuschum amarum. Quòd si in stomacho fuerit chymus frigidus aggregatus, oportet primo mundificare chymum illum cum vomitu administrato post cibum subtiliatiuum, sicut pisces saliti, & raphanus; & potu pilularum stomaticharum, & pilularum factarum ex mastice, & aloe, aut pilularum de speciebus. Et post mundificationem corporis detur in potu oleum de kerua cum aqua radicum, & hieræ magnæ. Quòd si prohibet aliquid ab hoc, tunc detur oleum amygdalarum cum aqua radicum, & omorufia. Et confert eis hoc medicamen. Recipe masticis, trochiscorum rosarum, ana drach. iij. karabe, menthæ siccæ, marmacur vel marmauzi, ligni aloes crudi, ana drach. ij. exhibeatur in potu cum mia, aut cum vino antiquo odorifero, aut cum aqua anisi & masticis, aut cum aqua decoctionis caryophylorum. Et quandoque confert eis iuuamento manifesto syrupus de absynthio, & diacyminum, & confectio de piperibus, & zinziber conditum, & myrobalani ℈ kebuli conditi. ℈ Et conueniunt istis cibi omnes calidi, sicut aqua cicerum, & alcanaber, & passeres. Pulli vero columborum, quamuis sint calidi, tamen oportet eos euitare propter grauitatem ipsorum, & grossitiem eorum. Et sit potus ipsorum, vinum antiquum odoriferum, & chandicun, & aqua mellis facta cum speciebus, & vinum factum ex cibis, & melle. Et emplastretur stomachus cum rebus calidis odoriferis, sicut almisschen cum ambracan, & muscho, & xyloaloe crudo, & similibus. Et fricetur stomachus cum mace, & nuce muschata, & heal, & caryophyllis, & quæ sunt illis similia: (vel secundum aliam literam, & vaporetur stomachus cum aqua cariophyllorum, maeis, nucis muschatæ, heal, & quæ sunt illis similia.) Et vngatur cum oleo sambucino, & de ben, aut oleo costino, aut oleo de lilijs. Et in summa sit regimen eorum calefactiuum.

ab hoc. s. oleo de Kerua.

Marmacur. i. herba sancti Ioānis

Alia lit̃era, conditi cū melle & speciebus. Alcanaber. i. auis quæ apud venetos vulgares dicitur lodola.

Chandicun vel al chandicun est vinū coctū cum speciebus & zuccharo, appellatū clarea apud venetos. Almisschen. i. syrupus de ribo cydoniteꝰ cū aromatibus.

heal. i. melegete.

De Phlegmone in stomacho. Caſ. IIII.

IAm dictum est prius quòd non solum ægritudines similium partium, scilicet malitia complexionis cum materia & absque materia accidunt stomacho, sed etiam ægritudines officiales: & iam dixi mus cutam ægritudinum similium partium sufficienter. Aegritudinum autem officialium iam diximus etiam cognitionem ipsarum: curationem vero earum hic narrabimus. Et non est occultum quòd cognitio apostematum quæ accidunt in stomacho, & quæ accidunt in meri, est cognitio vna: verum cognitio eorum quę accidunt ipsi stomacho facilior est, quàm cognitio eorum quæ accidunt in meri: eo quòd stomachus magis & facilius est expositum sensui manus, quàm meri. Quando igitur accidit in stomacho apostema calidum, oportet vt administrentur in eius principio curationes infrigidantes vel res infrigidantes, postquam cum eis mixtum est aliquid de speciebus stypticis oppilantibus: quoniam si contentus fuerit rebus mollificantibus tantum, timetur perditio infirmi. In principio igitur apostematis calidi phlebotometur basilica consentiente, virtute, & ætate, & tpe: & post phlebotomiam detur ꝑ potu aqua solatri, & aqua endiuiæ sola, aut cum cassia fistula, si venter fuerit siccus vel stypticus: & administretur illud vsque ad diem septimum. In die vero octauo misceatur cum aqua solatri & endiuiæ, parum de aqua apij, & fœniculi cum pondere drach. ß. trochiscorum de rosis. Quòd si caliditas adhuc est permanens & apostema inflammatum, tunc oportet alienare apium & fœniculum, & dare in potu aquam endiuiæ & solatri cum trochiscis de rosis, & misceatur cum eo aliquid de succo absynthij, & mastice. Et cibetur in hebdomada prima cum mes excorticatis simul cum attriplicibus & portulaca, & cucurbita cum oleo omphacino, & oleo amygdalino. In secunda vero hebdomada cibentur cum mes decocto cum sicla, & lubleb, & in primis detur in potu aqua permixta cum iuleb, & aqua granatorum dulcium; & post maturationem cum syrupo acetoso zuccharino. Et emplastretur in initio, si fuerit in flammatio reperta, cum emplastris frigidis, sicut folatrum, plantago, rasura cucurbitæ cum farina hordei, & extremitatibus kalef cum violis siccis, & similibus. Quumque pertranserint dies septimus, & caliditas fuerit fedata perpetur, oportet vt misceantur cum his quæ diximus, summitates camomillę, seu flores camomillæ, & melliloti, & absynthij, & spicæ, & radices altheæ, & sandali rubei, & faufel, & crocus, & similia. dixit Gale. Ego consuetus sum administrare multum in apostematibus stomachi ceratum factum ex mastice, & aloe, & cera, & oleo nardino: & sit quantitas ceræ aure. viij. fs. dissoluatur cera in æstate cum oleo rosato, & in hyeme cum oleo nardino: & quantitas olei fit vnc. j. & fiat dissolutio ceræ cum oleo prædicto in vase duplicato. Quum ergo infrigidatur, permisceantur cum eo aloe & mastix contrita, & sit quantitas cuiusque illorum aure. j. & addatur parum in horis, absque quod pertranseat aure. j. fs. Si autem necessaria est fortis stypticatio, propterea q̃ stomachus sit debil is vehementer, non potens retinere cibum, tunc addatur in ceroto fucci agrestę exiccati aure. j. & proijciatur in ceroto prius iste succus, & post ipsum aloe & mastix: & in quibusdã horis loco succi agrestæ proijciatur succus absynthij: & in quibusdam horis ponatur vterque illorum. Et oportet vt addatur quantitas cerę, & olei secundum quantitatem eius quod additur de medicinis. Quñ ergo de medicinis aggregant. 3. iiij. proijciantur vel ponantur de oleo vnc. iiij. & de cera vnc. ij. Et q̃n prolõgat mora apostematis etinduratur, oportet vt vtat curatiõe et rebus multũ humectãtibus

Mes est speciēs guminis nota & vsitata valde in oriente.

cum

cum quibus fit aliquid aromaticitatis, & lenitatis, & resolutionis, vel & medicinis lenientibus, & resoluentibus secundum similitudinem emplastri de melilotorum hujusmodi species emplastrorū sunt multæ. Et huiusmodi emplastrum est conueniens cuilibet apostematis accidenti in visceribus sub mirach. Et quandoq; permixtio huius emplastri alteratur secundum varietatem loci in quo accidit, ita vt sit vna descriptio emplastri quod administratur in apostemate hepatis, & alia in apostemate stomachi, & ventris, & splenis, & alia lacertorum ventris: & tu inuenies has descriptiones diuersas in antidotario.

De Vomitu & nausea, & curatione ipsorum. Cap. V.

Nausea & vomitus accidunt ex materia aggrauante virtutem, aut sua quantitate, aut sua qualitate. Quantitate quidem grauat, sicut quando cibus est multus supra illud quod tolerat virtus. Qualitate vero, sicut qñ cibus est acetosus, acutus, amarus: vnde ex hoc non accidit digestio æqualis bona: aut quia cibus est mordicatiuus, lædens virtutem. Materia vero lædens secundum se, si fuerit in stomacho retenta & multa, facit accidere vomitum, licet homo non fuerit consuetus vomere. Si vero materia fuerit pauca, & non fuerit in fundo stomachi, immo fuerit retenta in interioribus vel in tunicis stomachi, & fuerit materia viscosa, fixa, annexa fortiter, tunc accidit ex ea nausea absq; vomitu. Et huiusmodi materia quando quegenerat̃ur in stomacho, & quandoque descendit aut effluditur ad ipsum ex aliquo membrorum, aut ex toto corpore.

De cura vomitus, & nauseæ.

Si vomitus acciderit ex debilitate virtutis stomachi, ita vt non possit retinere cibum, tunc oportet corrigere errorem accidentem in assumptione cibi, & minoretur quantitas cibi, aut mutetur qualitas eius, & reuertatur post illud ad confortationem stomachi cum medicinis contrariis malitiæ complexionis, propter quam debilitatur stomachus. Q. si vomitus & nausea fuerint propter malitiam complexionis, & humorem malum retentum in stomacho, tunc si ille humor fuerit phlegmaticus, oportet solicitudinem habere in digestione ipsius cum somno, & quiete, & prohibitione a cibo, & calefactione cum medicinis calefacientibus, quæ faciunt accidere digestionem, & cum medicinis solutionem, & mundificantibus stomachum. Q. si causa vomitus & nauseæ fuerit humor crudus viscosus, tunc misce bimus cum medicinis, quas diximus, medicinas incisiuas subtiliatiuas. Q. si humor retentus fuerit cholericus aut melancholicus, mundificabimus quod ex eo est subtilius & minus fluxum vel coarctatum, cum vomitu aliquando post potum aquæ hordei, & aliquando post potum aquæ calidæ secundum substantiam cuiusque eorum: Si enim fuerit grossior, & magis viscosus, tunc oportet mundificare illum post præcessionem eius quod subtiliat, & incidit illum humorem cū medicina facta ex aloe, præcipue si fuerit humor in fundo tunicarum stomachi, & fuerit fortiter fixus. Et ex huiusmodi humore quidam est calidus faciens sitim, sicut humor cholericus: & ex eo est acetosus, sicut humor melancholicus, & species phlegmatis acetosi. Et quandoque accidit quando non est debilitas in stomacho tantum, sed in ventre etiam; & quandoq; accidit multotiens, vt non accidat ab ore stomachi, immo a fundo eius, quando debile fuerit, vt non possit alterare cibos, & non possit eos expellere. Et quandoque accidit, dum non est debilitas in stomacho tantum, sed in ventre etiam, vt natura expellat superfluitates suas aliqua vice interius per secessum, quando stomachus fuerit fortior quàm venter: & aliqua vice superius, quando fuerit econtrario illius, scilicet quando os stomachi fuerit debilius quàm partes inferiores.

De Eructuatione. Cap. VI.

Eructuatio accidit propter ventositatem inflatiuam in stomacho, quæ eleuatur ad os, & euacuatur per superius: & huiusmodi ventositas significat humorem phlegmaticum in stomacho, a quo causatur euacuatio: aut significat debilitatem stomachi, quæ quidem debilitas quandoq; causatur ex humore vincente & ægrediente a quantitate naturali, & quandoque a malitia complexionis tantum. Et quando eructuatio est extra æqualitatem, tunc ipsa impellit cibum sursum, & prohibet digestionem. Et quando prohibetur eructuatio ne transmittatur vel expellatur extra, tunc retinetur in stomacho, & generat in eo inflationem. Et quando læsio est vehemens, tūc quum vides eructuationem sedari, & stomachum iam inflatum esse, & eructuationem iam prohibitā, oportet vt commoueas eructuationem, & remoueatur causa primafaciens eructuationem. Quòd ē causa illius ægritudinis non fuerit nisi phlegma, tunc ingenianidum est in expulsione, & mundificatione ipsius cum medicinis, quas diximus. Si vero causa fuerit debilitas, tunc oportet remouere malitiam complexionis, & humorem causantem debilitatem cum medicinis contrarijs. Et cura inflationis sit, sicut anisum, & cyminum, & mentha, & mastix, & caryofilli, & similia.

De Singultu. Cap. VII.

Singultus accidit in summa aut ex repletione, aut ex euacuatione, aut ex mordicatione, aut a malitia complexionis frigida. Et factus ex repletione, aut est ex cibo multo, assumpto supra quantitatem virtutis, aut propter humores in corpore stomachi. Et factus ab euacuatione, aut est ab euacuatione ægre diente æqualitatem, aut propter ieiunium longum. Ille autem qui sit ex mordicatione, aut est propter chymum attractum ad ipsum, aut ex assumptione rei calidæ acutæ, sicut potus vini antiqui & puri, & assumptio confectionis diapipereon, aut ex corruptione cibo rum, quum ipsi conuertuntur & declinant ad qualitatem mordicantem. Singultus autem accidens ex malitia complexionis frigida, aut est ex gulositate, sicut accidit pueris, aut ex frigiditate substantiæ stomachi, sicut in decrepitis, & illis qui patiuntur ægritudines chronicas. Et singultus quidem accidit, quando aggregantur partes stomachi omnes ad expellendū aliquid eis nociuū, & illud non obedit expulsioni.

De cura singultus.

Oportet vt curetur singultus, si fuerit a multitudine cibi dominantis super naturam, cum vomitu: & similiter si fuerit causa eius mordicatio aliqua. Si vero causa eius fuerit humor retentus in ventre, seu in stomacho, & fuerit natans, cum vomitu administrato post comestionem cibi cum raphano, & potu aquæ calidæ in qua decoctum fuerit anethum & sal. Quòd si humor fuerit profundatus i tunicis stomachi, oportet tunc vt euacuetur cum potu hieræ picræ, aut cum pilulis factis cum mastice & aloe, & pilulis de speciebus. Et si fuerit singultus ex repletione humorum profundatorum in tunicis stomachi, & propter malitiam complexionis frigidam, tunc curetur cum medicinis calefacientibus subtiliantibus, aut cum motu laboriosō: nam motus laboriosus eradicat repletionem, & absindit humiditates submersas in rugis stomachi, & euacuatur & resoluitur cum fiti. Et medicinæ calefacientes euacuant & resoluunt, sicut semen apij, & dauci, & cyminum, & anisum, aut zinziber, aut calamenthum, aut asparum, aut nardin, aut aristolochia rotunda, & acorus, & castoreum, quō-

do fumitur vnumquodque cum aceto squillitico, & quando emplastratur stomachus cum oleo antiquo. Et confertiuamẽto magno si sumatur castorei drac. ℈. costi, ℈ myrrhæ tantundem: fatrasilium drach. j. administretur cũ aqua fisimbrij, aut cũ aqua in qua de coctum fit calamentum montanum, ℈ anisum, ℈ mastix. Et quandoq; iuuantur cum corticibus fisticorum exterioribus rubeis, quando decoquuntur cum radice squinanti secundum partes æquales, & bibatur decoctio eius. Et similiter quando accipitur fatrasilium, & cyperi, ℈ cymini karmeni, ana drach. iij. teratur vnumquodq; per se, & detur in potu aure. j. cum aqua fisymbrij pondere drach. ij. cum vnc. j. cymini karmeni cum vino puro. Et experti sumus quòd conferunt cortices althalha, quando ♃ aduruntur ♄ & teruntur, & bibitur ex eo aure. j. cum aqua calida. ♀ si fuerit singultus ex ventositate grossa generata in stomacho a regimine valde gulosi, detur in potu ruta ficca, aut semen rutæ cum vino antiquo. ♀ si fuerit cum ventositate humiditas, detur in potu baurach cum aqua mellis. Et si euentus huius *ventositatis* fuerit ab humore grosso, viscoso, conuenit *vt detur* in potu squilla cum vino. Et huiusmodi *quidem* res nocent ei, cui accidit singultus *ex euacuatione*: quoniam indiget contrario eius quod *diximus*. Illis autem quibus accidit singultus ab *humore* cholerico mordicante stomachum, *conuenit* primo mundificare illum humorem *nocentem* cum vomitu facto cum aqua calida & seycheniabin; & post vomitum exhibeatur eis aqua hordei cum aqua granatorum dulcium, aut aqua cucurbitæ. ♀ si fuerit singultus ab *exiccatione*, tunc exhibeatur primo aqua calida cum oleo amygdalarum dulcium, & oleo violato; & post tribuatur aqua hordei, & aqua granatorum dulcium, & aqua cucurbitæ, & aqua citrulli. Et quandoq; iuuantur valde cum psyllio, & muccillagine seminis cydoniorum, quando bibitur cum oleo amygdalarum dulcium, & oleo seminis cucurbitæ dulcis. Et omnes medicinæ humectantes conferunt istis, quando sumuntur ab intra, & ab extra. ♀ si fingultus fuerit ab apostemate accidente in hepate, tunc illud quod conuenit eis est phlebotomia basilicæ primo, si indiget ea: & post ipsam aqua solatri, & enduiæ cum cassiafistula. Et si fuerit in stomacho inflammatio, exhibeatur eis aqua hordei cum seychaniabin, & emplastretur hepar cum emplastris conuenientibus apostemati hepatis, sicut emplastrum de duobus sandalis, & nominatum emplastrum de semperuiua.

fatrasilium .i. apij montani.

cortices althalha, cortices florũ da. ej. A.in litera, exiecantur.

De Inflatione stomachi, & cura ipsius. Cap. VIII.

VEntositates fumosæ seu vaporosæ quæ nominantur inflatiuæ, generantur in stomacho ex humoribus inflatiuis, aut ex cibis inflatiuis, de quorum proprietate est vt conuertantur ad ♄ corruptionem, ♄ & vapores a caliditate pauca. Frigiditas autem pura non habet proprietatem generandi vapores, neque subtiliandi, neque permutandi cibum. Caliditas ve ro vehemens ♄ dominatur super cibum, & subtiliat ipsum, & prohibet ne conuertatur in fumositatem, si cibus ipse non est ex eis, ex quibus est possibile, vt ex eis generetur fumositas: tunc enim generatur ex eo ventositas agitabilis, mota, nocens, quæ moratur hora parua, donec euacuetur per eructuationes nem vnam, aut duas eructuationes. Caliditas autem pauca quotiens operatur in cibis, operatur in eis ♄ operationem paruam, non completam, & non subtiliat eos subtiliatione vera, & tũc ęgritur ex eis inflatio.

A.fa litera, fisticum, neq; nucis cationem in stomacho, sed nucleam.

De cura inflationis stomachi.

Ventositates inflatiuas resoluunt medicinæ subtiliantes, calefacientes, quando miscentur cum oleo nardino tritæ, & clisterizetur cum eis: & illæ sunt, sicut cyminum, & semen fœniculi, & semen apij, & fatrasilium, & carui, & anisum, & keisium, & siseleos, & semen pastinacæ sylueſtris, & similia. Et si accidat in his membris officialibus frigiditas, (vel secundum aliam literam, & si in his membris læsis accidat frigiditas) tunc oportet miscere cum medicinis quas diximus, aliquid de ruta, & nigella, & granorum lauri, & castorei; & decoquantur ea cum oleo. Et si est cum dolore suspicio de apostemate, tunc caueantur medicinæ calidæ acutæ valde, & administrentur medicinæ temperatæ caliditatis & subtilis calefactionis, sicut illæ in quibus est virtus mollificatiua, administrando loco rutæ anethum, & miscetur cum eo adeps anseris & gallinæ: quoniam ista duo conueniunt, quando dolor fuerit fortis. Sed quando fuerit debilis paucus, tunc sedantia ipsum non sunt, nisi fomentatio cum milio; & propterea quòd huiusmodi fomentatio est leuis, ideo ipsa non nocet membris læsis, & ipsa melior est quam fomentatio facta cum sale. Et quando que datur in potu patientibus inflationem & punctionem causatas a ventositate, confectio de seminibus, quãdo bibitur cum vino: & theriaca, & fazanea, & mithridatum, & diacyminum. & cõfectiones factę cum calamento, & diapipereon: & similiter aqua in qua de cocta sunt anisum, & mastix, & origanum. Et quandoq; exhibetur in dolore accidente a ventositate grossa inflante, aristolochia rotunda, & suffuf factus ex semine anethi, & ameos, & semen rutæ, & mentha sicca, & castoreum, quoniam iuuamentum eius non est paruum. Illi vero cui accidit inflatio ex cholera nigra, tunc fomentatio cum aceto, in quo cocta sint polium, & camomilla, & maiorana, & rutha, & grana lauri, & daucus, & semen apij, confert valde.

De Destructione appetitus & diminutione ipsius, & de cura eius. Cap. VIIII.

DEstructio appetitus & eius diminutio accidunt a duabus causis, aut a malitia complexionis stomachi, aut ab humore retento in eo. Et malam quidem complexionem calidam significat sitis, & eructuatio fumosa, & eructuatio sitis cœnositati, vel & eructuatio habens saporem vel odorem similem cœnositati fœtidæ, & inflãmatio stomachi, & amaritudo oris. Complexionem vero malam frigidam stomachi significant contraria eorum quæ diximus; quoniam patientes non sitiunt, neque tolerant res frigidas, & acetidit eis eructuatio acetosa. Humor autem retentus in stomacho, & destruens appetitum, si fuerit cholericus subtilis, mordicat stomachum, facit nauseam & sitim. Si vero fuerit grossus viscosus, non facit ♄ nisi nauseam, quæ est communis duabus dispositionibus. ♄ Si autem fuerit retentus in concauo vel fundo stomachi, causat vomitum. Si vero fuerit annexus in rugis, profundatus in partibus vel tunicis stomachi, facit nauseam, & non facit vomitum, nisi in stomacho fit cibus multus.

A.fa litera, fertis, neq; naueā habet alterãti, & dominãti ci. for eructuãte, quare ipsa alterat cibum, quũq; ipsum alterauerit, subtiliat ipsum supra quãtitatẽ, vt nõ generat vapores. & si cibus nõ fuerit ibi nature a inflatiuus, tunc generãs ventositatẽ est cali ditas pauca, debilis, quæ operatur ibi cibũ,

De cura destructionis appetitus & diminutionis.

Illis autem quorum appetitus destruitur propter humores frigidos grossos, exhibeatur ex eo quod comeditur & bibitur illud, in quo est absterſio, & mundificentur humores illi per vomitum, aut per solutionem ventris. Si autem fuerit annexi fixi, oportet mundificare eos cum hiera picra, & cum pilulis de aloe, & mastice, & cum pilulis de speciebus: Et post mundificationem exhibeatur ad rectificandum malam complexionem diacyminum, & diapipereon, & kebulus ꝺditus, zinzi, conditũ, fecacul, & citrũ conditũ, & meliusillis est syrupus de absynthio. Quoꝝ autẽ appetitꝰ

destruitur

destruitur ex humoribus cholericis acutis, administrentur in curatione ea quæ temperant & sedant vel extinguunt qualitatem illorum humorum, deinde euacuet cũ myrobalanis citrinis, & fumoterræ, & decoctione absinthij, & diacytonidẽ facto cũ scammonea. Et si non indigemus ea exhibeatur aloes ; & post illud det ad pfortãdũ stomachũ decoctio absinthij, & spicę, & rosæ, & fumiterręę & tryfera minor cũ modico ligni aloes, & mastice contritis. In illis autem quorum appetitus destruitur propter debilitatem virtutis appetitiuæ, quoniam quęlibet virtus debilitatur propter mala complexionem membrorum in quibus ipsa existit, oportet postquam scitur qualitas malę complexionis, vt fiat curatio cum contrario eius ; Si enim fuerit complexio calida, curabimus cum rebus frigidis, præcipue præparatis cum aceto, sicut endiuia proprie fyluestris, & fumus terræ, & lactuca, & aqua granatorum muzorum, & aqua agrestæ, & aqua acetositatis citri, & quæ sunt illis similia. Et si est mala complexio frigida, curamus cum contrario, sicut vinum antiquum, & mirra, & eandicum seu alecandicum, & oliuæ conditæ cum aceto, & anisoꝫ & si est necessitas damus confectionem diapipereon, aut confectionem calamenthi, quoniam confert. Et ex eis quæ conferunt, est theryaca, & mithridatũ. Et melius istis est medicamen quod dixit Gale. in libro de regimine sanitatis, quoniam ipsum nõ tolum confert destructioni appetitus, sed etiã confert ei cuius stomachus non digerit. Et in summa dico quòd confert medicamen prædictum, & confortat stomachum & ventrem, cuius descriptio est. Recipe cytonioruꝫ magnorum boni odoris & pauceꝑon ticitatis, contũdantur, & exprimatur ex eis succus, & fumatur ex illo succo pondus vnius kisti romani, & misceatur cum eo tantundem de melle bono, & de aceto pondus kisti, j. ꝑ. decoquatur super prunas, removendo ꝑpumam ab eo, & addantur ei zinziberis vnc. tres : piperis albi vnc. ij. decoquatur donec fiat in substantia mellis. Et huiusmodi medicamen confert etiam ei, cuius hepar est debile. Et oportet vt scias ꝙ non conuenit vt exhibeatur hoc medicamen nisi ante cibum, & non nocet vt administretur post cibum, sed melius est administrare ante cibum per duas horas. Et si volueris in medicamine prædicto stypticitatem multam, tunc fiat illud cum succo cytoniorum ponticorum. ♀ si volueris exhibere ipsum ad malam complexionem calidã, oportet remouere ab eo zinziber, & piper. ♀ si volueris ipsum exhibere illi cuius complexio stomachi est mediocris, in quo non est aggregatus humor cholericus, neque melancholicus, oportet vt ponatur in medicamine prædicto quantitas media, zinziberis, & piperis. Sed illi cuius mala complexio stomachi est frigida, tunc administretur medicamen prædictum, in quo sit dupla quantitas piperis, & zinziberis. Et scire oportet quòd destructio appetitus est signum malum in ægritudinibus chronicis, præcipue in dysenteria chronica : quoniam in istis ♃ operatio ☽ humiditatis non multiplicatur, ita vt sit possibile ☉ ipsa aggregetur in ♂ re stomachi, ☽ & destruat appetitum eius : sed oportet quòd destructio appetitus in istis accidat ex mortificatione virtutis appetitiuæ. Et significatio fortis & sufficiens super mortificationem virtutis prædictæ, est quòd infirmus desideret cibum aliquem, qui quum offertur, vituperatur & renuitur ab ipso infirmo, ita vt non comedat de illo cibo desiderato aliquid. Et deterius hoc est, vt infirmus non appetat aliquid omnino. Et quandoque accidit huiusmodi mer accidens, scilicet destructio appetitus in potu, ita quòd infirmus non apperit bibere propter causam frigidam & humorem in ipso humidum, & ꝙ stomachus non sentit passionem accidentem in eo. Et quandoqꝫ diminuitur appetitus potus, quãdo non accidunt hæc accidentia secundum complementum.

Endiuia ꝓprie fyluestris, & alia olera frigida cum aceto ꝑparata maxime ꝓfrunt male ꝓplexiõi calidę stomachi, & excitant appetitum.

A ſta litera, ſuperfluitas. A ſta litera, ſtomachi ipſius.

De Appetitu canino, & cura ipsius. Cap. X.

Appetitus caninus non nominatur hoc nomine nisi secundum communicationem & similitudinem cum canibus, qui deficiunt plus diu timuum diuersum absq; saturitate. Et fit ægritudo hæc a tribus causis, aut ex mala complexione frigida accidente ori stomachi, aut propter chymum acetosum ag gregatum coarctatum in stomacho, aut propter euacuationem superfluum accidentẽ corpori. Et hęc quidem euacuatio accidit secundum plurimas dispositiones, aut propter debilitatem virtutis retentiuæ, quæ non potest retinere cibum sicut oportet, & propter illud expellitur sicut aduenit. Aut ex forti caliditate quæ finit & consumit cibum ; & huiusmodi caliditas non est in ore stomachi, sed in reliquo corpore. Et illa quidem caliditas quum accidit in ore stomachi, destruit appetitum ; sed cum ipsa acciderit in corpore toto, tunc est causa appetitus canini, secundum quòd diximus. Et quando huiusmodi consumptio & resolutio accidit, tunc virtus attractiua membrorum euacuatorum vel resolutorum attrahit ex membris sibi vicinis & cum ista membra fuerint euacuata, tunc fit attractio ex hepate ; & quum hepar est euacuatum, tunc attrahit a mesaraicis : & quum ipsæ sunt euacuatæ, tunc fit attractio ex stomacho : quumqꝫ stomachus sentit attractionem mesaraicarum ab eo, tunc illic causatur fames & appetitus. Et cum canino quidem appetitu qui accidit a mala complexione stomachi, aut a chymo retento in eo, quandoqꝫ accidit expulsio ſtercoris plurimi ; Sed cum appetitu canino accidente ab euacuatione corporis, non accidit expulsio ſtercoris plurimi, quoniam cibus transmittitur ad totũ corpus.

A ſta litera, vt cum rebus ſ re diſtillatarum, & plexionẽ caſtan. id hãc ægritudinẽ exhibeantur cibi

De cura appetitus canini.

In cura huius passionis oportet ♃ exhibere res quę rectificant malam complexionem causantem hãc ægritudinem. Quare oportet vt cibi ipſorum ſint ☽ pingues, & vinum multum efficacis caliditatis, ſicut vinũ citrinũ, & rubeum in quo non ſit ſtypticitas : huiuſmo di enim vinum virtutẽ habet iuuandi patientes hanc ægritudinem ex mala complexione frigida, aut ex humore profundato in ore ſtomachi, ſicut teſtatur Hippocra. in ſecunda aphoriſmorũ dicens : Potus vini ſanat famem. Et oportet vt præmittant in comeſtione ſua primo cibos groſſos, pingues, vnctuoſos, & ſint reliqui cibi mulræ vnctuoſitatis, & non ſit in eis acetoſitas, neq; ſtypticitas. Et præcipiatur vt bibant vinum antequam ſitiant, quoniam quando aſſiduatur hoc regimen, ſanatur hæc ægritudo : cum qua ſi accidat ſoluſio naturæ, confert electuarium alcanzi.

A ſta litera, & eius inſtãs eſt vehemẽtia ꝓtu t onis cibi accidẽs membris.

De Boliſmo græce bulimo. Cap. XI.

Boliſmus eſt fames ſuperflua ♃ ſ. deſtructio appetitus ſuperflua, & diminutio membrorũ corporis. ☽ Et hæc quidem fames non eſt fames accidens ſtomacho, ſed reliquis membris. Et ſignificat illud deriuatio nominis, quoniam liſmos ſignificat famem, & bu ſignificat magnitudinem ; boliſmus ergo ex denudatione ſua ſignificat magnitudinem famis. Et hæc ægritudo, & appetitus caninus communicant in conſumptione cibi, & paucitate ipſius : & differunt in hoc, ꝙ in appetitu canino eſt virtus fortis, & membra ſana ; & in boliſmo virtus eſt debilis, & appetit⁹ eſt proſtratus, & cum hoc accidit diminutio, & exiccatio & frigiditas, & debilitas oris ſtomachi.

De cura boliſmi.

In eo cui accidit hæc ægritudo in itinere, aut quocunq; alio modo, oportet vt confortetur virtus eius cum roratione aquæ frigidæ ſuper faciem ipſius, & aquæ roſatæ infrigidatæ, & odoratione bonorũ odoraſ.

rum, & cum his quæ habent virtutem augendi virtutem: ſicut vinum odoriferum antiquum boni ſaporis, & miſceatur cum eo camphora, & xyloaloes, & gallia muſchata, & ſyrupus almiſſuſen. Et ſuffumigetur contínue cum xyloaloe aromatico, & ambrachan; & liniátur iuncturæ ipſius cum aqua roſata, & aqua myrthi, & ſyrupo almiſſuſen, & caphora, & gallia, & muſcho, & croco, & xyloaloe, & roſis contritis, & quæ ſunt illis ſimilia. Et ſtringantur manus & pedes eorum, & excitentur pungendo maxillas inferiores, & trahêdo caſpillos ipſorũ, & aures eorũ. Quum ergo euáſerint a ſyncopi, tũc cibo exhibeat panis infuſus ſ vino pmixto, aut in re illi ſimili, quæ habet proprietatem confortãdi velociter. Et ſit ſtudiũ in reliquis curationibus eorum calefaciendo, vt remoueatur frigiditas corporis, & humectãdo eius ſiccitatem, & replendo diminutionem cum cibis conuenientibus, confortantibus virtutem debilem.

Linitio iuncturarum aqua roſata ſ fortat virtutem

De Appetitu comedendi lutum, carbones &c. Cap. XII.

A ſia ſitera, regis ſtomachi. A ditio, acetoſa.

HOmines quandoq; appetunt cibos malos, quũ fuerit in ſ ſtomachis ꝓ eorũ ſuperfluitas malas: & ſ ꝓ ex hoc malo humore q̃q; accidit mulieribus huiuſmodi appetitus, præcipue quando ſunt prægnantes, & deſiderant multotiens res acetoſas & ſtypticas: & quandoq; res acutas: & quandoque deſiderant cinerem, & lutum, & vaſa fictilia, & carbones & illis ſimilia. Et illud accidit in fine menſis ſecundi, & tertij ſuæ impregnationis. In quarto autem menſe ſedatur illud, quia pars illius humoris euacuatur per vomitum, & pars eius digeritur & reſoluitur. Prægnãtes etiam non nutriuntur tunc in primis mẽſibus nisi pauco nutrimento, quoniam appetitus earum ad cibũ eſt deſtructus: poſtea embryo nutritur cum illo humore. Embryo enim in primis duobus menſibus non attrahit de ſanguine matris: niſi parum: quũm vero eſt augmentatus, indiget attractione cibi multi: quare neceſſario res exquirit, vt attrahatur de illo humore aut prius retinebatur in ea cum cibis. Et iam in quibuſdã horis accidit hoc accidẽs in vitis, quando ad os ſtomachi ipſorum effunditur humor corruptus, quare oportet vt curentur cum re ſimili, qua curatur accidens mulierum prægnantium in primis duobus menſibus, ſcilicet vt mundificentur, & detur eis in potu ſolutiuum mundificans ſtomachum, ſicut pilulæ de hiera, & pilulæ de aloe, & pilulę de ſpeciebus, & ſunt meliores iſtis medicinis, quoniam virtutem habent cum hoc g̃ mũdificãt ſtomachum, augẽre virtutem eius. Decoctio conueniens ei qui comedit lutum, & corruptus eſt ſtomachus eius, & color eius eſt citrinus, & timetur ne ea dat in hydropiſim, cuius deſcriptio eſt iſta. Recip. corticum tenuium quæ ſunt ſuper ſ glandes ʒ drac. vij. aloes drach. xvj. eupatorij drach. vi. radicum ſquinanti drach. iiij. myrrhæ drach. ij. contundantur omnia, & decoquantur cum libr. ij. aquæ, donec diſſoluatur medietas, & detur in potu tribus diebus. Decoctio alia conueniens ei qui appetit lutum. Recip. corticum glandium, quas ſupradiximus, drac. iij. zibib enucleatorum ab arillis drach. vij. aniſi drac. iij. myrobalanorum kebuloꝝ. indoꝝ. belleticoꝝ. emblicoꝝ. oſiumaſi, drach. v. ſcoriæ ferri contuſæ infuſæ in forti aceto vini multis vicibus drac. x. coquantur omnia cum vino pontico pondere vnc. viij. & tantundem aquæ, & coquatur donec diſſoluatur medietas, coletur, & detur in potu in ieiunio per hebdomadã. Medicamen abſcindens appetitum luti. Recip. cardamomi minoris, & matoris, cubebarum, ómnium aũ. partem. j. zuccha ti tabarzet ad quantitatem omnium: ſumatur omni die ure. j. cum aqua tepida in ieiunio. Medicamen aliud abſcindens appetitum luti. Rec. cymini, carmeni, ameos, ana partes æquales: maſticetur in ieiunio, & deglutatur aqua eius, & poſt cibum etiam.

I ſuſ ad ſitim Inuentio colli ci dens roſato ſedat ſitim.

Alia ſitera, bone ſtomachi & infrigidatur ſi pedes, & oportet vt ſit ipſum ambo rũ infrigidatio, ſi aer fuerit calidus cũ aũ vehemẽter frigida. Et oportet vt ſedeat, ꝙ ſitis q̃ accidit ex exiccatione meri, cura.

De Multitudine ſitis. Cap. XIII.

QVandoq; accidit in quibuſdam horis appetitus mirabilis bibendi aquam, ſicut accidit appetitus ſuperfluus bibendi aquam, quando in tunicis ſtomachi fuerit humor retentus aut ſalſus, aut chorſericus, aut fuerit humiditas cui accidit ebullitio, & tũc accidit ſitis. Et illud qd plus eſt re alia facit accidere ſitẽ, eſt os ſtomachi, & poſt ipſum ſtomachus, & poſt ipſum meri, & poſt ipſum pulmo, & poſt ipſum hepar, & poſt ipſum inteſtinũ ieiunũ. Et ops vt ſiderẽt de ſiti, quæ accidit ex ſiccitate locorum, ex quibus tranſmittitur humiditas ad os ſtomachi: tunc enim cura ipſius ſit cũ ſomno, quoniam ſomnus virtutem habet humectãdi & ſiccũ ʒ. Sitis autẽ quæ accidit in ſomno ipſorum, cauſa eſt caliditas ciborũ comeſtorum, & curatio iſtorum ſit cum potu aquæ frigidæ. Quandoq; autem qui dam hoſtes deſiderant potiones malas, ſicut alij ab eis deſiderãt cibaria mala, & hoc ꝓp ſ ormitatẽ vel ſ quietẽ ʒ ad illud qd eſt in eis de humoribus, & de malitia complexionis dominantes: & hoc accidit illis in longo tempore cum malo regimine ipſorum, Inquit Gal. vidi homines qui ceciderunt in ſitim continuam, & mortui ſunt in ea, quoniam ipſi comederunt viperas ſitim facientes: & alij ex meſſoribus infirmati ſunt hac ægritudine, propterea ꝙ biberunt: vinum, in quo mortua erat vipera: & alij propterea ꝙ biberũt vinum antiquum, & inebriati ſunt: & alij, quoniam voluerũt tolerare ſitim: & alij, quoniã defectibi bi in nauibus aqua quam bibebant. Illi autem qui præſumpſerunt bibere aquam maris, ceciderũt in ſitim ſuperfluam plus q̃ alij: & quibuſdã exiccata eſt humiditas ipſorũ propter vehementem morſum, & mortui ſunt. Et nouimus hominem cui accidit febris aduſtiua, & non ceſſauit bibere aquam frigidam, & ipſe non abſtinebat a potu aquæ, & febris erat in augmento, & non ſanatus eſt, donec mortuus eſt. Et in ſumma ſitis fit aut propter caliditatem, aut propter ſiccitatem, aut propter ambo, aut propter humorem ſalſum, putridum, aggregatum in ſtomacho. Q. ſi accidat propter caliditatem tantum, tũc eius ſanatio fit cum rebus acetoſis, ſicut ſyrupus acetoſus zuccharinus, & aqua granatorum muzorũ, & prunorum, & aqua pyrorum, & rob duorum granatorũ, & ſimilia. Si vero fuerit ex ſiccitate ſuperflua, tunc cura eſt cum aqua frigida, & aqua hordei, & aqua cucurbitæ, & pyllio, & ſimilibus. Q. ſi fuerit ex caliditate & ſiccitate, tunc eius ſanatio fit cum aqua frigida, & aqua cucumeris, & lactuca, & cucurbita, & aqua hordei. Et conueniunt eis etiam pilulæ factæ ex ſemine lactucæ, & ſemine citruli, & ſemine portulacæ, & dragacanto, & ſucco liquiritię, & teneãtur in ore: & funda tur ſuper colla ipſorum oleum roſatum: vel vngantur caput & collum ipſorum cum oleo roſato ſ infrigidato, quoniam ſedat ſitim: & etiam infrigidentur pedes, ſi aer fuerit calidus, cum aqua frigida valde. Et ſitis qui dem quandoq; accidit ex exiccatione meri & caliditate pulmonis: & cura eius quę ſit ex exiccatione meri ʒ eſt ſomnus: & cura eius quæ accidit ex caliditate pulmonis, & cordis, eſt attractio aeris frigidi: & cura illius quæ accidit ex humore ſalſo ſ retento ʒ in ſtomacho, eſt potus aquæ calidæ.

De Malitia digeſtionis. Cap. XIIII.

MAlitia digeſtionis ſit aut ex læſione virtutis digeſtiuæ, aut ex errore accidẽte de foris. Et quę ſit ex læſione virtutis, aut ſit in ſubſtãtia ipſius aut propter ægritudinẽ accidentẽ in ea. Et error quidem accidens ab extra, aut eſt ex ſuperfluitate in ſtomacho, aut ex cibis comeſtis, aut ex temporibus anni.

Lęſio

Læsio autẽ subſtantiæ virtutis digeſtiuæ eſt aut ex malitia complexionis, aut ex ægritudinibus officialibus, ſicut eſt ſyncopelate, aut apoſtemate calido, aut phlegmatis eo, aut duro, & ſimilibus quę accidunt ſtomacho, quorum quædam ſunt ſimplicia, & quædam compoſita. Et omnis malitia complexionis quum eſt fortis, virtutem habet diſſoluendi virtutem. Si enim fuerit mala complexio calida, tunc corrumpit cibos, & corrumpit eos ad fumoſitatem ſecundum ſubſtãtiam & naturam ipſorum; quædam enim eorum corrumpuntur & permutantur ad odorem rancidum, & ad odorem cæno ſum putridum, & quædam ad odorem piſcis, & quædam ad odorẽ putredinis extranęæ horribilis, cuius eſſentia non compreheñditur. Et quando ꝙ accidit eis fitis ſuperfluа, & febris minuta. Q. ſi accidat malitia digeſtionis ex mala complexione frigida ſuperfluа tũc accidit deſtructio digeſtionis totalis; & tunc non accidit ſitis, neq; febris, & remanet illic cibus ſecundum diſpoſitionem ſuam, nõ alteratus; & non accidit eructuatio, neq; vomitus. Et ſi virtus digeſtiua impreſſerit in cibo operationẽ paucam, & nõ poteſt digerere ipſum & cibus in natura ſua fuerit declinans ad ęqualitatem aut ad complexionem frigidam, tunc accidit eructuatio acetoſa. Acetoſa autẽ eructuatio accidit aut ex frigore ſtomachi, aut ex phlegmate retento, aut ex cauſa ipſius cibi propter multam eius quantitatem, aut propter eius qualitatem frigidã; & huiuſmodi cauſæ quas diximus, nõ cauſant, niſi quum caliditas ſtomachi fuerit debilis ſuper cibum, ita vt non poſſit ipſum vincere & digerere, ſicut exempli gratia quando ſuper ignem debilem proijciuntur ligna multa, aut pauca humida. Si vero cibus in complexione ſua fuerit maioris caliditatis, & fuerit inflatiuus, tunc repletur ſtomachus ventoſitate fumoſa. Et ex complexione quidem calida & frigida lędit ur ſtomachus velociter, & accidit malitia digeſtionis; ex complexione vero humida, & ſicca, nõ accidit læſio ſtomachi, ita vt deſtruatur eius operatio, niſi in tempore longo: ex huiuſmodi enim humiditates ſequitur hydropiſis, & ex ſiccitate ſequitur ægritudo quę dicitur Debul, ideſt, extenuatio, & maraſmus. Et in omnibus iſtis ægritudinibus non digerit ſtomachus bene, propter nocumentum ſeu læſionem quæ accidit virtuti facienti digeſtionem in ſubſtantia ſua. Reliquæ autem ægritudines quæ accidunt ſtomacho inſtrumentales, non impediunt virtutem digeſtiuam, niſi a complemento operationis ſuę. Ægritudines vero ſtomachi compoſitę, ſunt corruptio, ſeu malitia cõplexionis; & omnium quidem ſtomachi ęgritudinum nocumentum ingreditur in virtute digeſtiua ipſius ſecundum duos modos. f. aut ex parte debilitatis ſubſtãtię eius, aut ex parte cauſę prohibentis ipſum a ſua operatione. Et ex his cauſis quas diximus, accidit ſtomacho vt prohibeatur a complemento digeſtionis, abſq; q accidat error ab extra. Et quando quæ accidit ſtomacho prohibitio digeſtionis, abſq; q accidatin eo læſio, aut propter multitudinem cibi & potus, aut propter malam qualitatem ipſorũ, aut horam acceptionis, aut malitiam ſui ordinis, aut propter ſuperfluitatem malã aggregatam in eo, aut propter cauſam ſomni. Malitia autem ordinis fit, ſicut quando homo comedit granata & cytonia, & poſt ipſa comedit olera pręparata cũ almuri, & oleo. Hora vero non conueniens eſt, ſicut quando homo accelerat ad comeſtionem cibi ante deſcenſionem & digeſtionem cibi primi, & ante exercitium in hora conuenienti. Mala autem cibaria ſi fuerint calida cholerica, faciũt eructuationem ſumoſam: Si vero fuerint frigida phlegmatica, faciunt eructuationem declinare ad acetoſitatem. Similiter ſi ſuperfluitas in ſtomacho exiſtẽs fuerit phlegmatica, facit accidere malitiam digeſtionis declinantem ad acetoſitatem; Si vero fuerit calida cholerica, corripit digeſtionem declinando ipſam ad fumoſitatem. Et ſimiliter exiſtima de ęgritudinibus ſtomachi; Si enim ęgritudo fuerit calida, tunc alterat cibos ad fumoſitatem, licet ipſi in natura ſua non fuerint calidi: quare tunc oportet vt cauſa faciens alterationem ipſorum ſit caliditas: ſi vero acetoſetur cibus, tunc cauſa illius eſt frigiditas. Verũtamen non eſt manifeſtum quãdoq; an illa malitia digeſtionis ſit ex mala complexione ſubſtãtiæ ſtomachi, aut ex humore malo retento in eo: & diſtincta cognitio illius habetur exhibendo ipſi infirmo medicinas cõtrarias in natura illi ſpeciei malę digeſtionis. Si enim ipſa declinat ad fumoſitatem, tũc exhibeatur ei panis, aut candarufium. Q. ſi acetoſatur, exhibeatur mel. Quumq; feceris illud, cõſideretur illud quod egreditur per ſuperius, & inferius. Si enim illud egreditur cũ humore cholerico acuto, vel calido, aut phlegmatico frigido, & cibus ſolum ſuſceperit digeſtionem paucam, tunc quando eſt in ſtomacho malitia complexionis calida, inflãmata, ignea abſq; humore, videtur panis & cãdarufium egredi alteratum alteratione pauca: Si vero humor fuerit corrumpens cibum, tunc videtur cibus mixtus cum illo humore declinans ad ipſum, vel delibutus cum eo: & hoc manifeſtatur in vomitu, pręcipue ſi vomitus fuerit facilis, & humor fuerit in fundo ſtomachi nam vomitus difficilis, laboriouſus, lędit ſtomachum, & debilitat eum, & attrahit humores ad ipſum. Q. ſi humor fuerit in tunicis ſtomachi, tunc facit accidere ſubuerſionem ſtomachi. Et itẽ rum ſi humor eſt calidus, facit accidere ſitim: Si vero eſt frigidus, facit accidere appetitum cibi. Et oportet vt bñ conſideret ſi hepar fuerit ſanum, aut nõ: Si n. fuerit ſanum, intrędatur ad cognoſcendũ an ſit ipſum a calido aut a frigido: & ſimiliter conſideretur de ſplene. Ita ergo ſit corruptio comeſtorum, & ita cognoſcitur.

fuerit corrumpẽs cibũ i. fuerit cauſa corruptę, & malę digeſtionis cibi &c.

Cura malitię digeſtionis.

Tarditas autem digeſtionis & eius poſtpoſitio accidit quum cibus fuerit in natura ſua tardę digeſtionis, aut fuerit multus in quãtitate per comparationem ad virtutem ſtomachi, aut ad quantitatem ſomni. Et quũ accidit deſtructio digeſtionis manifeſta abſq; corruptione, oportet tunc vt ſcias q virtus ſtomachi iam deficit, aut pꝛopter multum cibum per comparationẽ ad virtutem, aut propter ſuperfluam frigiditatem. Et oportet conſiderare in hac palliõe, ſi cauſa malitię digeſtionis eſt debilitas virtutis digeſtiuę, & tunc adminiſtranda ſunt ea quę confortant ipſam. Si vero ęgritudo inſtrumentalis fuerit cauſa malitię digeſtionis, tunc curetur ęgritudo agens illud, deinde reuertatur ad confortationem virtutis digeſtiuę. Q. ſi cauſa malitię digeſtionis non fuerint niſi cibi mali corrumpentes, fiat prohibitio ab eis, & loco ipſorum adminiſtretur cibi facilis digeſtionis. Q. ſi non fuerint cibi mali, tũc cauſa illius malitiæ digeſtionis eſt multitudo cibi quare tunc minoranda eſt ipſorum quantitas. Si vero nõ fuerit propter multum cibum, ſed propter horam non conuenientem, tunc adminiſtretur cibus in hora conuenienti, ſcilicet in hora qua cibus primus eſt cõplete digeſtus, & deſcenderit ex ſtomacho & ventre. Si vero fuerit malitia digeſtionis non propter illud quod diximus, ſed propter malum ordinem, tũc cibus exhibendus eſt ordine conuenienti: & eſt vt premittamus omnem cibum facilis digeſtionis, & lenitiui naturęt: & poſt ſumatur ex eo qui eſt ſtypticus ad aggregãdum & confortandũ os ſtomachi, pręcipue ſi fuerit de bile. Q. ſi fuerit malitia digeſtionis propter paucitatẽ ſomni, tunc procurandum eſt q dormiat infirmus. Si autem fuerit malitia digeſtionis propter humorem ali quem retentum in ſtomacho, conſiderandum an humor ille ſit phlegmaticus natans in ſtomacho, & mundificetur

Cibus facilis digeſtionis & lenitiuus naturæ eſt premittendus in ordine cibatiũ.

dificetur ille cum vomitu poſt comeſtionem raphani, & potum aquæ calidæ in qua decoctum ſit anetum, & ſal, & calamentum cum ſyrupo acetoſo ſquillitico. Si vero humor fuerit ſubmerſus vel imbibitus in ſtomacho, mundificetur cum pilulis de hiera, & pilulis de aloe, & maſtice, & cum pilulis de ſpeciebus: & quando facta fuerit mũdificatio ſufficiens, tunc adminiſtretur omne illud quod rectificat malam complexionem frigidam ſtomachi, ſicut diapipereon, & diacyminum, & diacalamentum, & candadicun, & diacytoniten: huiuſmodi enim calefaciunt ſtomachum, & ſubtiliant humores groſſos, & incidunt eos. Et quandoq; iuuan tur iuamento bono cum ſyrupo de abſynthio, præcipue ſi fuerit malitia digeſtionis ex debilitate ſtomachi: poſtea cõfortetur ſtomachus cum tryphera minore cum maſtice, & xyloaloe, & trochiſcis roſarum cũ carui, vel cum karabe, & aniſo cum miua. Si vero cauſa malitię digeſtionis fuerit humor cholericus calidus, oportet vt mundificetur ſtomachus cum *vomitu* facto cum aqua calida, & aqua hordei, & *ſyrupo* acetoſo: & detur eis in potu decoctio myrobalanorum citrinorũ, & fumiterre, & abſynthij. Q. ſi non fuerit materia calida valde, immo fuerit groſſa, adminiſtret hiera: quoniam eſt compoſita ex aloe & aliis medicinis aromaticis ſubtiliantibus, ſicut *cinnamomum*, ſpica, aloes enim mundificat choleram & confortat viſcera ſua ſtyptica tate: & aliæ *medicinæ* cum eo mixtæ adiuuant aloem ad operationem bonam, & ſubtiliandum humores, & aperiendum oppilationes, & confortandum virtutem expulſiuam quæ eſt in vaſis ad mundificandum ſuperfluitates, & ad expellendum eas. Et adminiſtretur etiã in iſtis decoctio abſynthij de per ſe, & cum hieraquoniam in decoctione abſ*ynthij eſt virtus ſtyptica*, & virtus mundificatiua: & *cum virtute mundificatiua* expellit humores malos, cum virtute vero ſtyptica conſtringuntur viæ latæ, & per hoc confortantur membra, & aggregantur partes ipſorum, ita vt confortet lacertos, & facit eos expelliere. Et Gale, adminiſtrat huiuſmodi decoctionem illi in qu dominatur humiditas, & vult eam mundificare, ſicut refert in libro de ingenio ſanitatis, vbi vult mundificare humiditates retentas in ſtomacho. Poſt mundificationem autem humorum cholericorum conſideretur ſi ſtomachus indiget conſortatione, & tunc oportet vt detur in potu lac vaccinum, a quo eſt extractum butyrum, poſtęs in lacte infuſi ſuerint ſtipites menthæ, & apij, & cortices citri, & ſiſymbrium: & poſtea in mane lac prædictum fuerit concuſſum in vtre, aut in alio vaſe concuſſione ſeu agitatione bona, & extractum fuerit ex hac concuſſione butyrum; & detur in potu ſecundum quantitatem virtutis infirmi cũ tortellis, & gallia, & xyloaloe puro. Si autem cum malitia digeſtionis fuerit ſluxus ventris, & illud quod dominatur in egeſtionibus ſit cholera, & acidat cum ea fitis plurima, tunc neceſſe eſt exhibere cõfectionem de ſeminibus cum rob cytoniorum puro. Q. ſi nõ fuerit humor cholericus, & fuerit ſtomachus frigidus, in quo generetur rugitus, tũc adminiſtretur confectio alchangi: & poſt ipſam exhibeatur in potu aqua accepta ex locis, in quibus eſt minera ferri. Et medicina melior cũ confectio alchãgi, eſt hoc medicamẽ, quod confert & rectificat debilitatem ſtomachi cum fluxu, cuius deſcriptio eſt hæc. Rec. granorum granatorum torrefactorum drach. x. tharathir drach. iij. galliæ bonæ, acacię, omnium ana drach. ij. granorũ myrthi drach. iij. maſticis drach. j. cyperi drac. ij. terantur & bibatur ex eo pondus drach. ij, cum rob cytoniorũ. Q. ſi accidat cum fluxu ventoſitas & rugitus, tunc adminiſtretur hæc confectio, quæ rectificat fluxum ventris accidentem cum ventoſitate & rugitu. Recip. granorum granatorum torrefactorum drach. xxx, grano rum myrthi drach. xv. cyperi, calami aromatici, cymi ni carneni iam infuſi in aceto vini, aut in agreſta, aut aqua ſumach torrefacti, aut galliæ, & tharathit torrefacti, (de quibus ſi alia deſcriptione, loco torrefacti habetur bdel lij) omnium ana drach. v. troch. de roſis drach. iiij. terantur omnia, & cribellentur: doſis eſt drach. iij. cum vino pontico, aut miua. Medicamen rectificans malitiam digeſtionis, & rectificans ſtomachum, & ipſum confortans. Rec. galliæ, maſticis, ameos, zinzibe, omnium ana drach. v. ſumach drach. x. granorum granatorum acetoſorum rubeorum drach. xl. terantur omnia, & adminiſtrentur.

De Vomitu. Cap. XV.

Vomitus quidem aut fit ſecundum ſemitam *crifis*, aut abſq; criſi: & vomitus qui fit ſecundum criſim, quandoq; eſt laudabilis, quando eſt causa euaſionis ab egritudine: & quandoque illaudabilis, quando eſt eõtrario illius. Vomitus autem abſq; criſi multas habet cauſas: quidam enim ex eo cauſatur ex multitudine cibi & potus, & ex fœtore aut malo ſapore rancido, aut alio ſapore horribili. Aut fit vomitus propter aggregationem ſuperfluitatum malarũ in ſtomacho, quę ſunt cholericæ acutæ, aut phlegmaticę frigidæ, aut melancholicæ: & huiuſmodi ſuperfluitates aut ſunt generatæ in ſtomacho, & tunc cõtinue lędũt: aut ſunt effuſæ ad ipſum ex membris aliis, & tunc non continue lædunt, ſed quieſcunt accidentia ſtomachi in hora donec aggregetur ſuperfluitas alia.

Cura vomitus cholerici citrini.

Cura vomitus facti ex humore cholerico acuto eſt, vt ſi fiat ſecundum ſemitam criſis, nõ abſcindatur, immo prouocetur vel dimittatur naturę, vt cum eo expellat ægritudinem: ſi autem *multiplicatur* & pertranſiens quantitatem, tunc oportet *abſcindere* ipſum, & reſiſtere cauſæ facienti ipſum. Q. ſi *vomitus* acciderit ex cholera citrina, & venter fuerit ſiccus, oportet vt lænatur primo cum clyſtere facto cũ camomilla, & violis ſiccis, & tribulis, & hordeo excorticato, & ſebeſten, & althea, & oleo ſiſamino, & penidijs, & zucchato tabarzet, & fiat illud vt attrahatur materia ad inferiora: & poſt adminiſtrarionem clyſteris exhibeatur in potu aqua prunorum, & tamarindorum, vt cum acetoſitate quæ eſt in eis, ſedetur cholera cũ lenitate vętris. Q. ſi non fuerit venter ſiccus, & vomitus fuerit ex choleri co humore, tunc oportet remouere *vomitum* cum potu rob pomorum puro, & rob agreſte puro, & rob granatorum puro. Q. ſi non timetur retentio naturæ, ad miniſtretur rob cytoniorũ, & rob de ribes, & rob acetoſitatis citri. & iuuatur cum hac decoctione. Rec. granorum granatorum acetoſorum drac. xx. maſticis. ʒ. j. decoquantur omnia cum lib. ij. aquę, donec remaneat medietas, & addatur parum xyloaloes pondus drac. ij. galliæ drac. j. & bibatur. Q. ſi non retinetur vomitus cum eis quæ diximus, tunc capiantur cortices ſiſticorũ rubei tenues, & decoquantur cum aqua, & addatur ei modicum muſchi (& in deſcriptione alia, modicum galliæ.) Q. ſi non abſcindatur, tunc exhibeatur in potu aqua extremitatum vitis: & ſi per hoc medicamen non ſedatur, & virtus infirmi fuerit fortis, & cum eo non fuerit febris, tunc phlebotoma baſilicam, vt ſedetur & quietet virtus & fortitudo choleræ, & eius ebullitio & inflammatio. Et nutriatur infirmus, ſi febris affuerit, cum cibo præparato cum ſumach, & coriandro humido & ſicco cum oleo abluto, & cum cibo facto cum acetoſitate citri, & limonum, & ſimilium, & cibo facto cum pomis, aut cum granatis, aut cum berberis. Q. ſi non fuerit illic febris, & virtus fuerit debilis, tũc oportet vt confortetur cum alduragi præparatis cum his quæ diximus, & exhibeatur ita vt infirmus ſugat ab eis aquam ipſorum, vel ſuccum carnis ipſorum.

Et emplaſtretur

Verificatio & hiera ſpoſtat, & eua cuati, & aloes in ea iuuatur ab aliis medicinis ſecum mixtis.

In decoctione abſynthij eſt virtus mundificatiua, & virtus ſtyptica, q̃ ſtoſtrictio mẽbra adiuuatipſa ad expellendum ſuperfluitates ab eis.

Cura male digeſtionis cum fluxu ventris cholerico aut nõ cholerico.

Aqua aſſumpta ex minera ferri confert debilitati ſtomachi cum fluxu ventris.

Tharath̃ eſt ſpuma terre, & in tritione eſt valde notũ & vſitatũ.

Medicamẽ præſtans fluxui vętris cum v̄toſitate, & rugitu.

Zucchat-tabarzet inciſtere pro materia cholerica.

Aqua prunor. & tamarindor. lenit ventrem, & ſedat choleram ſua acetoſitate.

Cortices ſiſticorũ tenues rubei extrahunt fortitudinem muſchi, & ſedãt vomitum.

Phlebotomia baſilicę reprimit choleram, & eius acuitatem & inflammationem.

Aldurag. i. franculini.

Et emplastretur stomachus cũ emplastro factoeũ aqua cytoniorum,& pomorum,& pyrorum, & rosarum,& extremitatum ramorum myrthi, & almissusen, & rosis tritis,& sandalis albis,& gallia,& ramich,& ladano, & xyloaloe pauco,& cãphora, & croco, & his sitibus.

Cura vomitus phlegmatici.

Si humor faciens vomitum fuerit phlegmaticus, & vomitus non fuerit continuus, non multum lædens naturam, vel non multum laboriosus naturæ, tunc si humor fuerit natans in concauitate stomachi, mundificetur stomachus cum vomitu facto cum decoctione anethi & salis & calamenti, cum syrupo acetoso facto cum aceto squillitico. Si vero humor fuerit adhærens imbibitus,mundificetur cum hiera picra,aut cum pilis de aloe & mastice,& cũ pilulis de speciebus; & post mundificationem cutetur cum his quę conferunt stomachum,sicut cum miua, & rob pomorum cum vino odorifero antiquo, & rob granatorum facto cum mel le colato,& menta,& vino. Et confert etiam hæc decoctio. Rec. granorum granatorum acetosorum drach. xxx. masticis, thuris,ana drach. j. ℈. mentæ, sisymbrij, asi. M. j. decoquantur cum duabus libris aquæ, donec perueniant ad medietatem; coletur, & proijciatur desuper xyloaloes crudi, gallię,ana drach. ℈. exhibeatur, vt ipsam bibat semper. Et confert etiam hoc medicamen. Reci. granorum granatorum acetosorum, mentæ,sisymbrij,foliorum citri recentium, & corticũ eius ana drach. xx. cymini carmeni drac. iiij. decoquantur & colentur, & proijciatur desuper ramich boni triti, drach. j. & detur in potu mane & vespere. Et syrupus de absynthio confert iuuamento magno, quoniam cõfortat & mundificat stomachũ; & similiter diamuschũ amarũ, & cõfectio de cyroniys. Cibi autem eorum sint facti cum aqua granatorum acetosorum, & coriãdro, & cymino, & mẽta, & ruta, & spica, & gariofilis, & cinnamomo, & nuce muschata, & galanga, & similibus. Et emplastretur stomachus cum emplastris boni odoris calidis, sicut gallia, & calamo aromatico, & spica, & mastice, & croco, & absynthio, & xyloaloe crudo, & gariofilis, & nuce muschata, & heil, & vino odorifero antiquo: cum syrupo almissusen, & gallia, & xyloaloe crudo, & similibus.

Syrupus de absynthio confortatet mũ dificat stomachũ.

Cura vomitus cholerici nigri.

Cura vomitus ex cholera nigra est, vt quando multiplicatur eius nocumentum super naturam, non oportet vt abscindatur. Q. si multiplicatur & pertransierit quantitatem & terminum, oportet vt attrahatur infestius cum clystere, in quo sit acuitas pauca; & emplastretur stomachus & splen cum emplastro facto de meliloto, & myrtho, & ladano, & vsneę cum vino parũ ponticO. Et detur eis in potu rob granatorum cum menta, & syrupus de fructibus. Et ad vltimũ curabimus vnãquamq; specierum vomitus ex cholera nigra, secundũ diuersitatem choleræ nigræ, cum medicina conueniẽti illi materiæ, & illi speciei vomitus ex cholera nigra. Si enim est vomitus cholerę nigræ genitæ ex adustione cholerę citrinæ, tunc curabimus cum his quæ diximus in cura vomitus cholerę citrinæ ; & permiscebimus seu variabimus curam & medicinas, secũdum quẽ apparet nobis diuersitas acuitatis cholerę. Et similiter regatur ille cui accidit vomitus ex adustione phlegmatis, cum rebus conuenientibus phlegmati, & secundũ diuersitatem grossitiei & subtilitatis eius, variabimus curam. Et quum abscĩditur vomitus, oportet vt detur in potu continue decoctio, in qua cadunt myrobalani kebuli, & indi, & epithymum, & sal indum, & agari cum, vt non aggregentur huiusmodi humores. Q. si cum hoc fuerit dolor splenis, administramus phlebotomiam basilicæ sinistræ, & medicinas conuenientes patientibus splenem.

De Vomitu sanguinis. Cap. XVI.

VOmitus sanguinis aut est ex stomacho, aut ex hepate. Et exitus sanguinis ex istis locis aut est propter rupturam, aut corrosionem, aut apertionem. Et ruptura quidem aut est ex causa intrinseca vel extrinseca. Et causa extrinseca est, sicut percussio, aut tensio vasorum,& casus,& vociferatio, & similia. A causa vero intrinseca est, quãdo materia lenit ad intra membrum quod est molle aut subtile, ita vt scindatur & rumpatur. Corrosio autem fit aut a superfluitate cholerica acuta, aut ab humore salso, baurachio. Et apertio quidem fit aut ex motu virtutis expulsiuæ; & illud aut propter superfluitates acutas & multas nocentes, aut propter debilitatem virtutis retentiuæ quę est in orificijs venarum, quando mollificata vel relaxata fuerint ab humiditate in eis existente: aut propter multitudinem materiæ dominantis & aggratiãtis orificia vasorum, & perducẽtis ipsa ad apertionem de necessitate, Inistis ergo dispositionibus confert & conuenit in principio phlebotomia basilicæ, deinde admittis trare quod abscindit sanguinem: fiat trochiscide karabe, quos scripsimus in cura spuri sanguinis, & aqua plantaginis, & albath bath cum bolo armeno, & terra sigillata; & etiam aqua pluuialis in qua infusum fuerit bolus armenus, & spodij. Et confert similiter hoc medicamen iuuatiuum vomitui sanguinis. Reci. gummi arabici drach. xv. karabe, corallorum, coriandrorum siccorum, spodij, rosarum, sumach, seminis rosarũ, balaustiorum, & eusilides, & amyli, omniũ aũ. drach. x. cornu cerui vsti, acaciæ ablutæ, boli armeni, terræ sigillatæ, omnium ana drac. vij. aluminis iameni drac. iij. (& ex hominibus sunt, qui addunt opij. drac. ij.) Summa medicina rum est. xvj. terantur omnia: & dosis est drach. iij. cum aqua aqua pluuiali, aut cum aqua portulacę. Et cibentur cum lentibus excorticatis decoctis cum aqua agrestæ, aut aqua sumach. Et emplastretur hepar & stomachus ab extra, cum emplastris frigidis, & syptycis, absc̃indentibus sanguinem.

A albathbat ẽ vgaptionis, fiant de carat infra Serapio l cap. de lubricitate stomachi et intestinorum.

De Fluxu ventris absq; ordine. Cap. XVII.

FOrtassis soluitur natura quandoq; vel sciter, & quandoq; tarde, & quãdoq; impulsionibus multis in numero, & quandoq; impulsionibus diminuti numeri. Et fortassẽ euacuatur cibus digestus, & fortassẽ euacuatur corruptus ex eo quod currit ad ventrem desuper, & ex eo quod generatur ipso. Quãdo autem euacuatio est supra cõsuetudinem, tunc est, aut propter grauitatem multitudinis eius quod recipitur supra stomachum, aut quoniam mordicat stomachũ acuitate sua, & congregatur seu vnitur stomachus propter illud ad expulsionem illius; aut propter viscositatem ciborum, & lubricitatem eorum, & propter quan do ambulat qui accipit ipsos succesiõne ℈ susceptionis eorum; aut propter debilitatem virtutis retentiuæ stomachi. ℈ Et si cibaria fuerint grossa pontica, tardantur in descensione. Et non est tarditas euacuationis fu perfluitatis, & anteeesio, propter debilitatem stomachi & intestinorum tãrum, sed propter debilitatem lacertorum qui sunt iuper stomachum. Et superfluitas fęcalis est minor per comparationem ad quantitatem comestorum, quando illud quod ex eis aduenit ad membra est additum super quantitatem. Et est plus quantitate comestorum, aut ex diminutione eius quod venit ad membra corporis, aut propter illud quod currit de super ad partes ventris. Et euacuationes continuę qui dem fiũt aut propter debilitatem aut mordicationem, & nos quidem iam multotiens diximus super debilitatem instrumentorum stomachi, quæ fit ex malitia cõplexionis. Et mordicatio fit, aut ex virtute venenosa quę est in comestis, aut ex corruptione eorum, aut propter superfluitatem acutam quæ currit ad stomachum aut

aſſ ſumach. aſſ i ana infuſum ſoe rit ſumach.

ex eo qũ currit ad ventrẽ desup. ℈ qũ pertit ad ſtomachũ aut ad intestina humor malus aut ex capite, aut ex hepate aut ex ſplene aut ex ipſomet, qve corrupit digestio.

A ſta litera, comeſtionis cop. aut pp debilitat ẽ, & comeſtionis fuerint diminuta ab eo qđ oportet: tũc ſuperfluitates eius fiũt diminutę & ita eo quod oportet.

aut pp debilitatẽ eius &c. Groſſa teraln arabica expondit, aut pp debilitatẽ eius, & extra tis rectitue i ſtomacho, & cõcita qũ ſunt diminuta ab eo qđ oportet pp ſuam paucitat, tũc ſuperfluitas ex ſe ſcalis minoratur ſeu ẽ pauca.

aut generatur in eo ſicut accidit in excoriatione & vlceribus malis, aut ex mollificatione lacertorum continentium anum: accidit enim aſcellatio abſq; voluntate. Et humectatur ſuperfluitas ſeu ſcx ſupra menſuram quando peruenit ad hepar res parua ex humiditate ſuci ciborum; & excitatur ſex ex contrario illius. Et eſt deſcctio ſeces velociter, aut propter multam choleram effuſam ad ſtomachū, quæ aduiuat ad euacuationem, aut propter debilitatem virtutis retentiuæ quæ eſt in ſtomacho, aut ex virtute illius expulſiuę q̄ eſt in ſtomacho & in inteſtinis: & ſit cōtrarium illius, ex cauſis quę ſunt contrariæ iſtis. Et eſt poſſibile vt retineatur natura ex aeris friguiditate etiam, quia tunc infrigidātur mēbra exteriora, & remanet venter abſq; nocumento, & excitatur natura: quia tunc caliditas fugit ad profundum corporis ex frigiditate quæ aduenit in exterioribus eius: & ſtomachus quando caleſt ſupra conſuetudinem ex retractione caloris ſupradicta, tunc fit digeſtio tum ex retractione caloris ſupradicta, tunc fit digeſtio æqualis, & pars chyloſa attrahitur ad hepar, & pars fæcalis expellitur ad inteſtina. Vnde natura non expellit per feceſſum, niſi partes fęcales ſecundum conſuetudinem naturalem.

ex aeris frigiditate fit. & quia frigus fortificat virtutē retētiuā & glandulas eatoē naturalem ad interiora vſi augetur. & ratio vtu fit digeſtiuę & retentiuę, iuxta dictū Hipp. V. tres vires ex hygiene candidi mus ſint natura &c.

De Lubricitate ſtomachi & inteſtinorum. Cap. XVIII.

LVbricitas ſtomachi & inteſtinorum non eſt niſi paſſio ſtomachi & inteſtinorum; & cum ea quidem accidit, vt cibi comeſti lubricētur velociter abſq; q̄ recipiant digeſtionem in qualitate ſua, & ſubſtantia ſua. Et fit illud propter vlcus exiſtens in ſuperficie ſtomachi & inteſtinorum, ex humore cholerico in eis aggregato: quare mordicat, & ſimilatur alcolæ fore exiſtenti. Cibi enim quando tranſeunt per loca vlcerata, tunc lædunt ea: vnde de neceſſitate expelluntur velociter: & ex hoc accidit fluxus illorum ciborū, abſq; q̄ recipiant principium digeſtionis. Et quandoq; accidit hæc ægritudo etiam ex debilitate ſtomachi, quando non poteſt tolerare cibum, & conuertitur ſuper ipſum, & expellit eum ante q̄ accidat ei digeſtio: & quādo accidit debilitas in inteſtinis omnibus, tunc delcendit cibus velociter ab ipſis omnib⁹. Et huiuſmodi qui dem debilitas accidit aut ex malitia complexionis ſimplicis, aut cum materia, ſed vt plurimū cauſatur ex frigiditate & humiditate. Quum autem accidit lubricatio ab vlcere, tunc accidit in ea ſenſus mordicationis. Q. ſi accidat ex debilitate ſtomachi & inteſtinorum, tunc non ſentitur mordicatio neq; nocumentum. Et in his quidē duabus ſpeciebus accidit diuerſitas; quoniam ſi acciderit in ſuperficie inteſtinorū propter humorem acutum in ſtomacho, & inteſtinis exeuntem, ita vt ad ipſa currat humor malus, tunc ſanatio eius eſt facilis cum cibis & potibus ſtypticis. Et ſi cum eis ſedatur illa mala complexio & diſpoſitio, tunc cura eſt facilis: Si vero illa mala diſpoſitio fuerit fixa, tunc illud ad quod primo perducitur æger, eſt dyſſenteria, propter quam accidit lubricitas int eſtinorum. Illa vero lubricitas quæ accidit ex debilitate virtutis retentiuæ, proueuit ex mala complexione, quæ nocet corpori, quod recepit hāc diſpoſitionem difficilis diſſolutionis, quare perducit ad hydropiſim faciliter: & illud quia hæc ægritudine cibus nō bene alteratur, vel digeritur, neq; expellitur, ſed corrumpitur, & humectatur, & anteq; natura expulerit ſuperfluitates ad extra, iam repletus eſt venter velociter humiditatibus aquoſis. Et Hippocrates eximius in ſexta particula aphoriſmorum: iam laudauit eructuationem acetoſam, quādo ipſa accidit in lubricitate inteſtinorum antiquat quando eructuatio prædicta nō præceſſerit ante, & eſt ſignū laudabile.

Dug vaccinis eſt lac, a quo p̄ceſſionē ſupra citpiā extractū eſt butyr & buiuſmodi lac fecundum plurimū eſt acetoſum. Chard eſt fructus arboris ægyptę, ex quo fuccinum fit vere acacia.

De cura lubricitatis ſtomachi & inteſtinorum.

Si fuerit lubricitas inteſtinorum & ſtomachi ex materia cholerica, tunc opor tet exhibere infirmo aquā agreſtę & aquā pomorū acetoſorum, & granatorū muzorum, & cytoniorum muzorum, & pyrorum ponticorum; & melioriſtis eſt ace toſitas citri, & rob ribes, vnumquodq; per ſe, aut cum trochiſcis de ſpodio factis cum ſemine acetoſę; & poſt hoc bibatur aqua hordei tortefacti decocta cū milio. Q. ſi non eradicatur ægritudo, & prolongatur, tunc exhibeatur eis dug vaccinum cum bolo armeno, & terra ſigillata, & ſpodio, & karabe, & roſis, & balauſtijs, & chard, & tharathit, & ſimilibus; & ſit quantitas dug vaccini libr. ſ. & ex iſtis medicinis drach. v. Et emplaſtir ſtur ſtomachus & venter & mirach cum emplaſtris infrigidātibus ſtypticis, ſicut cytonia, & extremitates myrthi, & folia pomorum, & folia balauſtiorū, & gallæ, & ſandali, & crocus, & lignum aloes, & ramich, & ladano, & ſimilia. Et fit cibus ipſorum milium, ſeu panicum decoctum cum oleo abluto, & cibarium ex lēti bus excorticatis decoctis cū aqua agreſtæ, aut cū aqua ſumach, aut cum aqua granatorum muzorum; & ſimiliter herba quæ dicitur acetoſa decocta cum oleo omphacino. Q. ſi non eſt illic febris, exhibeantur carnes aldaraę, & pullorum præparatorum cum agreſta, & cum ſumach, & coriandro ſicco. Q. ſi ægritudo fuerit mala complexio abſq; materia, tūc in principio rei adminiſtretur dug vaccinum cum ſpodio, & roſis, & ſemine acetoſæ, & berberis. Et quandoq; iuuatur cum lacte caprę decocto cum aqua pluuiali, ita vt conſumetur a quoſitas, & remaneat lac: & fit lac & aqua ſecundum partes æquales. Et adminiſtretur etiam hæc medicina lacte ſecundum modum alium. Recl. lactis caprę nouiter mulſi libr. ſ. aquæ ſumach libr. partem quartam, aquæ agreſtę tantundem: coquantur omnia ſimul cum lapidibus ignitis, aut ferro ignito, quouſq; perueniat ad medietatem, & miſceatur cum eo aquæ granatorum acetoſorum vnc. ij. & bibatur. Et empla ſtretur ſtomachus cum altbaleb, & raſura cucurbitę, & farina hordei, & balauſtijs, & roſis, & gallis, & huiuſmodi. Et quandoq; iuuatur etiam cum cerato facto ex cera albuta, & aqua agreſtæ, & aqua tolata recenti, & aqua portulacæ, & aqua albathbath, & eſt virga paſtoris: & aqua raſuræ cucurbitæ, (& in alia litera aqua cucurbitæ,) & quę iſtis ſimilantur. Et exhibeantur in potu apud ſomnum aquæ agreſtæ vnc. iij. & vnc. j. rob cytoniorum puri cum pſyllio, & ſemine acetoſæ torrefactis parumper, & gummi arabico, & bolo armeno & ſpodio. Et in ſumma dico, q̄ omne quod cōfert dyſenterię, confert huic ægritudini.

Lac caprę decoctum aqua pluuiali confert fluxui caldo.

Modus alius exhibendi lac caprarū decoctum cum lapidibus.

La. dictum decoctū cū lapidibus, aut ferro, q̄ſi ipſo la cte ſponſitur lapides ignitū, aſſeca lefactione faciunt feruere lac.

De cura lubricitatis inteſtinorum accidentis ex humore phlegmatico.

Si fuerit hæc paſſio ex phlegmate aggregato in ſtomacho & inteſtinis, tunc cura eius oportet vt fiat cum vomitu poſt comeſtionem raphani & ſimilium ex rebus acutis, & potu medicinarum calefactientium ſubtiliantium, ſicut theriaca magna, & ſaganea, & mithrida tum cum vino antiquo odorifero. Et melius his eſt ſyrupus factus cum abſynthio, & chādicun, & miua muſcata, & ſyrupus aceto ſus ſquilliticus, & cyperus, & maſtix, & ſquinantum, & calamus aromaticus, & galia, & nux muſchata, & caryoſillis, & abſinthium cum aq̄ myrthi, & aq̄ maiorane & ſiſymbrij, & almiſſuſen, & ſimilia. Et cibentur cum alcanaber, & paſſer ibus, & cum maſus aromatizato cum ſolijs citri & ſiſymbrij.

Chādicun vel alchaldicun eſt vinū codū cū ſpēbus zuccharo, & apud vulgares nominatur cirace

Syrupus aceto ſus ſquiliticus ſert ſicut lubricitatis a phlegmate.

Maſus eſt cibarij cū carnibus prepa ratum cum rebus acetoſis.

De cura lubricitatis inteſtinorum ex debilitate virtutis retentiuæ.

Oportet cum omni ingenio cōfortare virtutem retentiuam; & illud cum rebus ſtypticis ab intra, & ab extra: & incipiatur cū medicinis expertis factis ex gallis, & ramich, & calamo aromatico, & cypero, & maſtice, & ſemine apij, & cymini carmeni infuſo i acero, & gallis, & granis myrthi, & balauſtijs, & granis granatorum

Medicinę experti ad confortationē virtutis retentiuę.

ex aeris friguiditate fit ſtuatio aceto ſa eſt ſignū laudabile. R. Gallſigna tur a ſpoſa ad ſibi. Nā lubricitas eſt, q̄ſi cibus nō alteratur neq; rāſmutatur. Quādo ergo accidit eructuatio acetoſa, tūc cibus ſi alterat ur ad eructuationē pueni, q̄ ſi a acetoſitas ſit ex debili di geſtione, vſi ſignū ſicitur q̄ ſtomachus ſit imbecill & digerere. Sed ſteru ctuatio alterat ad eructuationem ſu mordi, tūc ſignificat fortiorē digeſtionē, q̄ſi ſi cructua tio ſumoſa ſit ex ſua bile vehemēti fortitere digerente & ſtrictione digeſtionē ſignificat vita nisit ſedetere adu ſtionem.

natorum acetosorum: & ſit doſis drach. iij. cum miua. Et ſi iſta non conferunt, adminiſtretur confectio alcaʒi, quum bibitur cum aqua alhauſegi humidi, aut confectio de ſumach, quando bibitur cum aqua karnub humidi: aut confectio granorum granatorum cum ſyrupo de cytonijs puro, aut confectio de granis agreſte, aut confectio de cytonijs: & confectio alcanzi, quando bibitur de vnoquoq; iſtorum cum ℞ de myrthoraut myrthus humida, quando coquitur cũ aqua frigida, aut aqua roſata recenti, aut cũ aqua ſumach, ℈ aut cum aqua karnub humidi, aut cum aqua granatorum, aut cum aqua cytoniorum. Et ſimiliter trochiſci de balauſtijs ℈ ferũ valde, & trochiſci facti de barba hircina. Et emplaſtretur ſtomachus cum myrtho, & aqua roſara, & miſſuſen, & cytonijs, & pyris contritis cum gallia, & ramich, & xyloaloe, & croco, & gallis, & roſis contritis, & balauſtijs, & calamo aromatico, & cypero, & vino pontico. Et magis iuuatium eſt emplaſtrum de abſynthio, cuius eſt hæc ſcriptio. Rec. abſynthij vnc. j. infundatur in vino per noctem, & i mane ℈ miſceatur cum eo ſuccus extremitatum ℈ ramorum myrthi, ladani, ramich: & infundatur in eo pannus lineus, & ſuffumigetur cum xyloaloe bono aromatico, & ponatur ſuper ſtomachum, & viſcera, ℈ poſtq̃ linieris hoc linimento ℈ Reci. myrthę, thuris maſculi, maſticis, acatiæ, aluminis, ladani, aloes, opij, radicis mandragoræ, ſeminis iuſquiami, omniũ ana drac. iiij. farinę hordei, roſarum tritarum, ſumach, gallię, balauſtiarum, euſtilides, gallarum, ſiefmemithe, litij, oſum ani, ℥. viij. terantoſia, & pticiantur cũ aceto, & aqua ſeu ſucco extremitatũ myrthi, ſi fuerit illic febris. Q. ſi nõ fuerit illic caliditas, pticiãt cũ vino antiquo, & ſyrupo miſſufen, & liniatur cum eo mira ch totum, & ſpõdyli dorſi, & dimittatur donec cadat per ſe, & eſt forte valde. Et melius eo etiam eſt emplaſtrum nominatum em plaſtrum ex floribus arborum, (vel ſecundum aliam literam, emplaſtrum ex fungis arborum) & emplaſtra conuenientia huic morbo deſcripta in noſtro antidotario. Et exhibeantur cibi ſyptici, ſtringentes vel confortantes ſtomachum, ſeu coadunantes partes ſtomachi, in quibus dominatur qualitas pontica; ſicut lentes excorticatę decoctę cũ aqua agreſte, aut aqua ſumach, aut aqua cytoniorum, & pomorum muzorũ cum giuſmar palmæ: aut milium decoctum cum oleo omphacino, aut acetoſa frixa: aut zirbegi, ſinõ fuerit illic febris & duragi, & pulli decocti cum eis quę diximus. Et ſimiliter duragi præparatum cum acetoſis, in cuius ventre poſitum fuerit cyminũ carmenum, & ſumach, & grana granatorum, & apium, & ruta, & coriandrum ſiccũ & ſimilia. Et ſimiliter rizum decoctum cum oleo omphacino, ſuper quod rizũ aſperſus ſit puluis ſumach. Et ſi forte infirmus abhorret huiuſmodi cibos, exhibeatur ei tortella abſq; zuccharo, & fauich granorum granatorum, & fauich nabach, & gobera de per ſe. Et detur eis in potu rob cytoniorũ purus, & rob de myrtho, & rob de ribes, & rob de agreſta purus. Et melius iſtis eſt ſyrupus de fructibus factus ex cytonijs, & pomis acetoſis, & pyris, & zarur, & nabach, & gobera, & granis myrthi, & ſumach.

A ſtruſſegi eſt arbor ſpinoſa, diuerſa a ſpinetis quæ producunt mora ſylueſtria.

A lia littera, myrthino, aut cũ aqua ſumach & aq roſata recenti.

Emplaſtrũ de abſynthio valde iuuatium.

A lia littera, in fine tur cũ eo extremitates. Panus & emplaſtrũ quę ſuffumigat eũ ligno aloe.

A lia littera, & ex eis quę ſequuntur diatę; experiuntio eſt.

Giumar palmę ſ medulla quędam exiens ex arboribus dactylor. tempore veris.

Zirbegi ſ ferculũ factũ cũ carne & rebus acetoſis.

Duragi in cuius ventre ponuntur ſyptica.

Rizum decoctũ cum oleo omphacino.

Nabach ſ fructus notus in Syria, ſ cipue in ciuitate Saida.

Syrupus de fructibus conferens ſtuxui ventris.

De Colirica paſſione.

Cap. XIX.

COlirica quidem paſſio cauſatur ex malitia digeſtionis, & eſt motus materierum corruptarum non digeſtarum ad ſeparationem vel ad exitum cum vomitu, & fluxu ventris motu forti & laborioſo: pars enim cibi quum non digeritur, quærit exitum per ſuperius, & quædam per inferius. Et tolerantia huius ægritudinis in eius inceptione eſt facilis: nam illi quibus accidit hæc ægritudo, tolerant euacuationem eius quod ram eſt corruptum: in fine vero quũ accidit ſtomacho & intestinis mordicatio, tunc dolores ſeu paſſiones ſunt difficiles, præcipue ſi fuerit paſſio in oreſtomachi: quoniam intestina etiam læduntur cum eo per communitatem. Et cibi quidẽ qui iam ſunt corrupti, deſcẽdunt ſeu euacuãtur, & ſunt acetoſi corrupti declinantes ad amaritudinem paruam, ita vt accidat in meri mordicatio, & dolor in ventre & intestinis ad quæ effundunt. Quumq; euacuati fuerit cibi, tunc poſt ipſos euacuatur aquoſitas pura, non permixta, ad quã ſequitur inquietudo & cataean, & extenuatur corpus parumper parumper, & alteratur diaria ſeu fluxus. Et quandoq; euacuatur quod ſimilatur lotur̃ carnis, a quo egreditur odor alzeume, id eſt, odor horribilis, putridus. Et ex hac liquefactione vel extenuatione fit pulſus mollificatus, debilis, & minorantur ſeu applanantur tempora, & acuitur naſus, & permutatur pulchritudo faciei, & fit ſimilis faciei mortui, & infrigidatur extrema, & ſupuenit eis ſudor frigidus, & ſpaſmus in manibus & tibijs. Et inſumma accidunt eis omnia, quæ accidunt ex euacuatione ſuperflua cauſata ex medicina ſolutiua. Et huiuſmodi ægritudo quidẽ eſt acutã, in qua non eſt tardandum, ſed accelerandum velociter in cura ipſius: & ipſa indiget medico prudenti, quem non terret accidentia mala diuerſa, quæ apparent: & qui audeat exhibere quandoq; fructus in cibo, & vinum, quando curatio ipſius non iuuat. Q. ſi non abſcinditur vomitus, & non ſubleuatur pulſus arteria rum propter extenuationem, oportet conſiderare, & ſi res aliq; fuerint non timoroſæ, non eſt timendum de vomitu, & de extenuatione arteriarum. Et accidit cuidam puero huiuſmodi paſſio, & permanſit arteria ipſius tempore longo abſq; pulſu, & corpus eius totum erat frigidũ: verum viuificata eſt virtus eius paulatim paulatim, & fortificatus eſt pulſus, & erat ipſe cum extenuatione pulſus debilis, & mirach ipſius erat vacuũ declinans ad ſuperius. Ex accidentibus autem difficilibus in hac paſſione eſt ſitis: quoniam non eſt poſſibile vt exhibeatur ex potibus quantitas ſufficiens ſiti ipſo rum patientium: nam totum quod bibitur, vomitu ex pellitur hora qua bibitur. Et exaccidentibus difficilio ribus q̃ ſitis & vomitus, ſunt vigiliæ: nam ſi infirmus dormit, iuuatur vehementer, & reſoluitur ægritudo. Huiuſmodi autem ægritudo ſecundum plurimum accidit in fantibus, ſed viris & ſenibus ſi accidit hęc ægritudo, perducit ad timorem, præcipue quando corpus eorum eſt groſſum, lenis carnis, & cooperit eos rubedo: quoniam ipſi ſunt præparati ad hanc liquefactionem & euacuationem. Et plurimum accidit hæc ægritudo in eſtate: illa vero quę accidit in autumno, eſt ma la valde & raro accidit i hyeme. Et colirica paſſio quæ accidit ex corruptione digeſtionis vice vna poſt aliam & illa quæ accidit poſt priuationem digeſtionis, multotiẽs eſt difficilis, & pprie ſuper illo cui raro accidit.

De cura coliricæ paſſionis.

In cura quidem coliricæ paſſionis, oportet vt expellatur illud quod corrumpitur: & fortaſſe mouetur natura ad vomitum, donec abſtergitur os ſtomachi. Quod eſt, quia hoc eſt iuuamentum reſoluens punctionem & mordicationem etiam, propter remotionem cauſæ quę facit accidere ęgritudinem: quoniam res extranea quę generatur ex cibo qui corrumpitur, facit accidere vomitum ſicut medicina quæ datur ad vomitum, & attrahit, & aſportat. Propter illud ergo totus vomitus fit propter vomitiuum, ſicut illis qui bibũt elleborum ſi bibant aquã in qua decoquatur baurach & vomunt ſedatur vomitus eorum: quoniam virtus medicinę vomitiuæ quæ attrahit res quæ egreduntur in vomitu, abluitur, & egreditur, & ſufficit dare in potu iſtis aquã calidam multam. Quando autem euacuatus eſt cibus qui corruptus eſt, oportet vt abſcindatur: Et cognoſcitur hoc in quãtum illud quod euacuatur, eſt viſcoſum, cholericum,

cholericum, vel amarum: & stomachus spasmatur, & attenuatur corpus, & minoratur pulsus, & est confesquens non secundum æqualitatem. Et propter illud oportet vt cooperiatur venter, & caleñt propter locũ, & propter oppressionem; & inungantur etiam lacerti: & ponatur super ventrem etiam emplastrum quod sumitur ex cytonijs, & cast, & misceantur cum eo flores vitis, & barba hirci, & acatia, & sumach, & balaustia, & cortices granatorum, & sauich de hordeo. Et detur Ipotu aq granatoꝝ acetosoꝝ, & aq cytoniꝝ, & aq pyroꝝ porticoꝝ, & aqua maloꝝ mactanorum vel montanorum. Et si desiderant aquam, da eis ex aqua frigida quantitatem vnc. j. ℈. postq infunduntur in ea flores vitis, aut rosę recentis, & spodium paucum, aut tor tellæ, aut sauich de granis granatorum: & ex omnibus oportet vt detur parum, ita vt nõ grauet. Si autem nõ quiescit vomitus, da rob granatorum cum aqua mentæ pauca, & gallia, & ingenia vt dormiat infirmus post potum horum, in domo temperati luminis & aeris. Et si das aliquid frigidum, tunc da ex eo parum, ita vt nõ lædat stomachum, & virtutes naturales. Et si expetant aquam calidam, iuuantur plus. Q. si ægritudo est ex illis quæ non tolerantur, & pulsus est ferinus, diuersus, separatus, & magnificatur frigus, & multiplicatur sudor, & singultus, damus ei ex vino quod est forte, ponticum, odoriferum, delectabile, parum cum aqua de cytoniꝝ, & medulla panis: & si ẽ possibile, forbeat illud calidum paulatim. Et si lædit eos sitis, da eis farinam sauich hordei cum aqua granatorum. Et si vomitus non stat, tunc oportet vt ponas in primis in inferiori parte ventris super vmblicum, quum tu das cibum, ventosas: Si autẽ nõ morantur super ventrẽ ipsum: tũc pone ipsas intra duas spatulas, & præcipe infirmo ventosis super ipsum stantibus, vt dormiat; & non ponas eas multum, vt non ingeatur locus, sed eradica eas, & muta eas, donec euentetur locus ex obuiatione aeris. Et quando multiplicatur mora cibi in stomacho, mollifica attractionem ventositatum paulatim: nam huiusmodi ingeniatio est iuuatiua, scilicet roratio aquæ, si cogimur peruenire ad eam; & situs iacendi commode & res delectabiles quæ attrahunt somnum & motus in lectica seu i cuna est ex eis, quæ delectant infirmum & compressio delectabilis manuum & pedum & olfactus rosarum, & myrthi, & vini, & pomorum, & cytoniorum, & pyrorum; & etiam linimenta dormire facientia. Q. si fortior fit solutio naturæ, tunc permisce amylum torrefactum cũ decoctione papaueris & galliæ. Spasmum autem qui accidit in manibus & pedibus & cruribus, oportet vt tu fedes cum pannis, quos submerge in lacte calido, & pone eos super lacertos in quibus est spasmus; & lini eos etiam cum ceroto humido. Et lædunt etiam a spasmo lacerti duarum manibularũ, oportet vt linias eos cum oleo calido. Q. si infirmus abhorret cibaria, donec ipse non accipiat etiam sauich, tunc oportet vt des ei fructus quos maiticet; & eligę ex eis illos qui sunt plus pontici & minoris aquositatis, sicut sunt mala acetosa, & mespila, & zaharur, & cytonia, & pyra, & vua appensa, & quę fer uantur cum succis vuæ: & masticet cũ eis etiam ramos eius: & si comedunt et iam ex eis quæ diximus, non est negandum. Et quando confortantur parumper, abluatur in die tertio: & similiter damus eis paulatim, donec redeant ad consuetudinem. (Alia litera, & cytonia, & pyra, & vua suspensa in domibus, & vua, retenta & suspensa i hydrijs coopertis: & comedatur vua predicta cum arillis suis. Et quando confortata fuerit virtus eorum, tunc in die tertio ingrediantur balneum; & vitaficetur virtus eorum cum cibis paulatim paulatim, do nec redeant ad consuetudinem.)

Et ꝙ seruant i succis vuę, exponit ab Arabicis, & fructus, qui seruatur in succo vuę, i in vino.

Sicut an, vua iposita in aq ebulliente ſ feruatur ex hoc, ꝙ humiditas cortic̃ minoratur, & ꝙ pisq̃ens cortex ipſe indurat ur vſ humid vua efficiatur, ſimiliter dicẽdũ de alijs fructib⁹, & ꝙ vua iposita i vino bul lẽti, & in hoc ẽt ſ cẽdũ experiẽtię.

De Diarrhia. Cap. XX.

Diarrhia fit quũ in corpore toto est repletio mul tafortis; & quandoq accidit etiam quando homo vtitur regimine bono, deinde commedit cibum salium, q̃ qui replens stomachum & intestina digeritur æqualiter, vel sicut oportet: verum ipse non habet viam ad penetrãdum ad reliquum corporis seu ad mẽbra corporis: & illud est quia cibus primus iam pcessit, & oppilauit venas, vnde cibus secundus nõ potest effundi ad mẽbra quare quũ nõ sit sparatus ad illã effusionem, tunc effunditur ad intestina, & expellitur ad inferiora humidus valde seu fluidus valde. Et ideo oportet vt consideres in hoc loco, & inspicias etiam an sit consuetudinis vt ipse retineatur, aut soluatur. Et nõ est quidem bonum vt ipse retineatur, immo melius est vt iuuetur ad eius expulsionem: quia in hoc est iuuamentum magnum: expulsio enim eius quod est in intestinis ad extra, & solutio repletionis quæ est in corpore, perducit de necessitate corpus ad temperamẽtũ. Et quandoq diarrhia chronica iuuatur etiam cum vomitu, præcipue quum natura inclinatur ad vomitum, vel exigit ipsum vomitum, sicut testificatur Hippocrates i libro aphorismorum. vbi inquit: Qui habet diarrhiam antiquã, & accidit ei vomitus per se ipsum, tũc liberatur a diarrhia: & illud fit propter conuersionem materiæ in partem contrariam, præcipue quando eua cuatur illud quod oportet euacuari.

Alia litera, secundum.

De Fluxu ventris accidente ex cerebro. Cap. XXI.

Hæc quidem species alia fluxus forsitan a multis medicorũ non cognoscitur, & nos hic eam manifestabimus: quia enim ex ventriculis cerebri descendunt viæ, ex quibus descendunt superfluitates generatæ in cerebro: quarum quędam descendunt ad nasum, & quædam ad guttur. Quum autẽ cerebrũ est forte & sanũ, tunc nõ generãtur in eo superfluitates multę, & non sentitur earum euacuatio. Sed quum cerebrum est infirmũ, generãtur in eo superfluitates quę quandoq descendunt ad nares, & quãdoq ad epiglottim, & ex epiglotti quandoq descendunt ad pectus & ad pulmonem, & quandoq ad stomachũ, & exinde ad intestina, vnde humectãtur ventres: (vel secundum aliã literam, vnde humectãtur superfluitates exeuntes.) Et quando huiusmodi dispositio prolõgatur spatio temporis, tũc dissoluitur virtus: post quam dissolutionem accidit phthisis; post quam succedit mors. In cura autem huius ęgritudinis, secundum præcepta Hippocratis, non oportet vt retineatur illud quod effunditur ad intra seu ad ventrem, immo alleuietur eius effusio: quãnon oportet vt retineatur humiditas quæ effunditur ad ventrem, neq; cum chistere neq; cum re alia: immo sit tota tua intẽtio, vt non effundatur ex capite res alia. Q. si non obsideat illud, vel non fit illud possibile, procuretur ad minus vt illud quod effũditur, sit modicũ.

De Passione quæ dicitur Materia ventris. Cap. XXII.

Hæc est passio illa quæ nominatur Materia ventris; & est ægritudo chronica, cum qua fortasse nõ accidit febris, neq; cum ea effunditur superfluitas plurima, sed res pauca, fœculenta, subtilis, cholerica: & non accidit illud in die multotiens. Extenuatio autem, & reliqua accidentia quę sequuntur solutionẽ, naturę, sunt communia reliquis istis ęgritudinibus. Et videtur ꝙ hæc ægritudo duas habet causas: quarum prima est corruptio accidens chymis in corpore existẽtibus, ita vt natura nõ nutriat ex eis: quare ipsi retro cedũt paulatim paulatim ad ventrẽ & intestina. Secunda vero causa est vlcus in stomacho & in intestinis, sicut vlcus alcolæ quod accidit in ore puerorum: quando enim hoc vlcus dilatatur, occurrit superficiei intestinorum

Cap. i. dicitur im mutatis.

norum intrinſecæ quare multiplicatur neceſſitas intestinorum ad expellendum illum humiditatem parum per parumper, & ideo accidit ex ea iſte fluxus ventris. Et differentia quidem inter iſtam paſſionem, & inter tochme, (vel ſecundum aliam literam, & inter coliris cam paſſionem) eſt, q hæc paſſio non eſt niſi paſſio in teſtinorum: colirica vero paſſio eſt multitudo comeſtorum multi nutrimẽti, & corruptio ipſorum. Et hęc quidẽ paſſio eſt chronica: colirica vero paſſio eſt ægritudo acuta. Et non oportet vt in hac ægritudine retineatur aliquo modo natura, immo intẽdatur in ea ad rectificationem humorum facientium ipſam: & curetur vlcus accidens in inteſtinis, quod ſanabitur cũ mũdificatione ipſorum cum aqua mellis, & ſimilibus: & poſt cum medicinis exiccatiuis.

De Solutione ventris, quæ fit cum periodis.
Cap. XXIII.

SCias q hæc materia nominatur Solutio ventris cum periodis: & eſt ægritudo longa accidẽs perio dice in die bus æqualis numeri notis, & deſcendit cum ea res plurima, & non ceſſat in ipſa punctio omnino: verũ quandoq; ipſa eſt vel permanet duobus die bus aut tribus, deinde redit diſpoſitio ad ſanitatem, & moratur ſecundum illam die bus multis circa. xx. dies, deinde reuertitur paſſio ad diſpoſitionem primam. Et cauſa quidem huius ægritudinis eſt, q totũ eius quod ex cibo penetrat, non finitur in nutritione corporis, neq; in euacuationibus aſſiduis quæ veniũt ei, & ideo accidit vt aggregentur ſuperfluitates, & repleantur venæ: & hęc ſuperfluitas vbicũq; accidit vt aggregęt in corpore, expellitur, & peruenit ad inferiora. Dũ ergo permanet habens hanc ægritudinem ſecundum hoc regimen, & non vtitur labore, neq; alijs euacuationibus, tunc oportet vt quies ſit quies vna: & illud quia quando cibi ſunt proportionati in quãtitate ſua ad euacuationem, oportet vt minorentur ſuperfluitates, aut multiplicentur ſecundum proportionem eorum. Q. ſi ac cidat in tegimine & in euacuatione mutatio aliqua, tunc accidit aut vt abbreuietur tempus, aut prolonges tur ſecundum quantitatem declinationis & mutationis, ita vt corpus velociter aut tarde repleatur.

De Materia alia quę facit accidere fluxum ventris chronicũ. Cap. XXIIII.

HÆc ægritudo alia chronica, quam dixit Ariſtra tes accidere in ventre, cauſatur quando homo comedit bene, & digerit digeſtione bona, & tamen corpus eius macre fit, & minoratur virtus eius die poſt diem, & deſcendit ex eius ventre quantitas proxima ei quod comedit bene digeſta. Et ſit hæc ægritudo, quando in orificijs vaſorum ſeu viarũ quæ peruenĩũt ad inteſtina, accidit conſtrictio ſeu oppilatio aliqua cũ apoſtemate, quod apud Græcos nominatur ſephiros: & eſt apoſtema durum, vnde cibus non poteſt tranſire ad reliquum corporis ſeu ad reliqua membra, licet ſit cõplete digeſtus: & illud quia meatus primi, per quos tranſit cibus, ſunt oppilati & cõſtricti: & propter illud, illud quã egredit ex corpore per feceſſum, eſt proximũ ei quod intrauit in ipſum: & propter hoc vinum ſolũ penetrat & effunditur ad membra, ſed cibi non effunditur niſi ad inferius. Cura autem iſtius ægritudinis eſt per illud quod aperit orificia vaſorum: & plurimi ex cibis poſſunt facere illud: & clyſteria acuta iuuant, ſi fuerit ægritudo declinans ad inferiora, ad locum cui occurrunt clyſteria. Q. ſi paſſio ſeu ęgritudo fuerit in inteſtinis ſuperioribus, vbi non perueniunt clyſteria, tunc oportet vt adminiſtrentur cibi potentes aperire orificia vaſorũ. Q. ſi paſſio fuerit ſuperius & inferius ſimul, tũc oportet vt curetur cum eis ambobus ſimul: & non dubites de extenuatione infirmi, & debilitate ipſius, in adminiſtratione clyſteris; quoniam quum tu adminiſtraueris illud quod oportet, tunc poſt parum temporis infirmus fortis fiet & impinguabitur.

De Fluxu alio, feliciet de fluxu phlegmatis muccoſi. Cap. XXV.

ISte fluxus alius accidit in inteſtinis: & eſt q infirmus inuenit & ſentit intra mirach ſuum quaſi frigus, & ac ſi in eo nõ ſit caliditas: & inflatur venter eius, & eius egeſtio egreditur parumper parũper poſt tempus, & deſcendit cum egeſtione phlegma muccoſum: & cauſa illius nõ eſt niſi generatio phlegmatis in inteſtinis. Et plurimum curationis huius ægritudinis fit cum clyſteribus: & illud quia ipſa abſtergunt & euacuant illud phlegma, & alterant complexionem inteſtinorum, & reducunt eam ad diſpoſitionem naturalem, ita vt non generetur in eis phlegma.

De Vlceribus inteſtinorum, ſeu de dyſenteria. Cap. XXVI.

VLcus ſeu excoriatio inteſtinorum, quæ nominatur dyſenteria, fit quando ad inteſtina currit virulentia calida ex vaſis, quæ ſunt ſupra ipſa: & hęc quidem virulentia currit aut propter corruptionem chymi in corpore, quando fortificatur natura, & expellit chymos extraneos permixtos cum ſanguine: aut propter debilitatem virtutis facientis ſanguinem in hepate, aut propter phlegmon i hepate, aut propter diſſolutiones & liquefactiones, quæ fluunt & reſudãt ex corpore ad hęc membra, ideſt, ad inteſtina: & quan doq; rumpuntur aut aperiuntur venæ in inteſtinis, q̃ſi multiplicatur ſanguis. Et hęc quidem paſſio ſimilatur ægritudini, quæ nominatur Hæmorrhois. Et differẽtia inter ambo eſt, quia hæmorrhoides non ſiunt, niſi cum apertione venarum quę ſunt inferius: dyſenteria vero cauſatur ex apertione venarum, quę ſunt in inuolutionibus inteſtinorum ſituatorum verſus caput ipſorum ſuperius. Et hæc quidem paſſio quæ fit ex debilitate hepatis, nominat Dyſenteria ſanguinea. Et cognoſcitur cauſa vnius cuiuſq; iſtarum paſſionum, quã do conſideratur qualitas corporis. Si enim dominans in corpore fuerit humor malus, & iam dimiſſa fuerit conſuetudo euacuationis, & cum hoc ſentit mordicationem aliquam, & præceſſerit ventris ſolutio alterata malæ qualitatis, tunc cauſa eſt corruptio cibi generati in corpore: quoniam ſi fuerit principium illius ex cholera citrina, tunc malitia eius eſt minor, & non ſignificat perditionem. Quòd ſi fuerit eius principium ex cholera nigra, tunc non ſanatur, ſicut dixit Hippocrates in quarta particula aphoriſmorũ, vbi dicit: Dyſenteria ſi a felle nigra inceperit, mortale. Et cauſa illius eſt, quia facit accidere cancrum in inteſtinis: quoniam cancer quando accidit in ſuperficie corporis, tũc eſt difficilis. ſanationis, aut ſanatur per hoc q eſt præparatum & diſpoſitum, vt ei applicentur medicinæ, & non eſt quidem conueniens vt ſanetur ille qui generatur in inteſtinis, non ex hoc ſolum q non applicatur ei medicamen quod ipſum tãgat, ſed etiã ex hoc, quia ſuperfluitates generatæ ex cibis mordicant continue. In dy ſenteria autem generata ex liquefactione corporis, virulentia quæ euacuatur in illa, eſt alterata in colore, & ſubſtantia, & odore. In ſubſtantia enim ſimila tur ſubſtantiæ pinguedinis liquefactæ in olla, quoniã eſt fœtida valde: & quando cum ea non eſt aquoſitas, tunc non eſt non equalis in ſuis partibus, ſed in omnibus ipſis eſt æqualitas, & in ea eſt groſſities. Quumq; proceſſerit ægritudo, tunc eius ſubſtãtia efficitur ſicut ſubſtantia ſeu vini, propter adustionem quę accidit ei: & ſuccedit eam febris hectica, quam patiens nõ ſentit. Quum autem proprietates ſeu condictiones liquefactionum quæ egrediuntur, in ſubſtantia, & in colore, & in odore mutantur ad diſpoſitionem naturalem, tunc eſt manifeſtum q̃ ægritudo iam declinat & minoratur:

Supra ipſa. f. inteſtina.

tatur; & ex ea non accidit perditio seu mors. Et plures quidem sunt illi, quibus accidit hæc passio ex apostemate hepatis, & fanati sunt, q̃ illi qui passi sunt hanc ægritudinem ex debilitate hepatis. Et illud quia pluri mi medicorum non possunt considerare debilitatem hepatis; & si considerant eam, tunc non considerãt corruptionem complexionis, propter quam debilitatum est hepar. Inquit Galenus: Cognoui multitudinem homi num patientium hanc ægritudinem, qui perierunt ex hoc, q̃ medici paruam cognitionem habuerunt de passione ipsorum. Vnde nesciuerunt cum qua medicina sanarent eos, & curauerunt multotiens propter acuitatem rei effusæ ad intestina, ex quibus expelleba tur vnctuositas aliqua; quumq; pertransisset tempus, descendit cum vnctuositate, seu euacuata est cum vnctuositate pars subtilis intestinorum, quæ dicitur Curati. Quumq; medici propter illam Curati, vterentur cura quæ conuenit vlceribus intestinorũ & recederẽt a cura hepatis, fuerũt causa mortis illorum, ægrorum. Et quoniam plures medicorum non potuerunt discernere ægritudines, propter quas accidit solutio sanguinea, ideo oportet vt de illa faciamus hic sermonẽ. Dico ergo q̃ sanguis qui expellitur inferius, aut per superius, & non iuuatur infirmus per aliquam istarum euacuationum sanguinis, quandoq; expellitur subito, & quandoq; præcessit eius euacuatio multis vicibus; & ista est quæ accidit multotiens; (seu, & ista est propter quam accidit multus sanguis) aut euacuatur virulenta aliqua alia mordicãs, propter quam causatur excoriatio & abrasio intestinorum. Q̃ si euacuatur aliquid de sanguine in aliqua horarum, & non præcessit res illa quam diximus, tunc oportet vt scias, q̃ aliquod ex vasis continentibus sanguinem est apertum cum studio seu conatu naturæ, vt expellatur res nociua quæ iam aggrauabat ipsam naturam; & illud accidit multotiens cum fortitudine, & quiescit velociter. Et quandoq; cum huiusmodi euacuatione sanguinis destruitur appetitus ifirmi, sicut aduenit illis quibus accidit euacuatio sanguinis ex debilitate hepatis. Et quandoq; fit huiusmodi euacuatio in principijs egritudinum hepatis, non multotiens, sed raro. Et quandoq; accidit frequentius in principio passionis hepatis, vt euacuet sanguis virulentus, subtilis, similis loturę carnis recentis. Et quandoq; accidit in principio ægritudinis hepatis euacuatio sanguinis, subito q̃n aggregatur corpore } A 3a littera, hepate. suppluitas cũ debilitate parua hepatis; & post tẽpus ceptionis egritudinis hepatis, q̃n destruit appetitus ex toto: tunc euacuat in aliqua horaꝰ sanguis mundus, seu bonus, paucus, & in hora alia euacuatur cholera rubea, & Curati itestinorum; & post illud sicut fex sanguinis, (vel secundum aliam literam, sicut fex vini) & illud significat magis super malam dispositionem hepatis: & post hoc, quando euacuatur illa superfluitas, & fuerit cum ea rasura intestinorum cum cholera, tunc cum ea propter ipsius acuitatem euacuantur partes intestinorum. Et quando euacuantur ex intestinis partes aliquæ magnæ, ita vt homo possit eas nominare carnem, tunc illud est mortale, sicut dixit Hippocrates i quarta particula aphorismorum; & illud quia in huiusmodi loco, & in huiusmodi vlcere, non est dispositio vt euacuetur caro, neq; fiat consolidatio. Et hic cognoscitur alia dysenteria, quę affirmatur esse sanguinea ex quinq; proprietatibus quarũ prima est, q̃ euacuatur sanguis ex corpore absq; dolore; Secũda, q̃ res quæ euacuatur a principio ægritudinis vsq; ad statum eius, fuit solum sanguis. Q̃ si in principio egritudinis euacuata est cholera, & Curati intestinorũ propter ipsius caliditatem, & post illam & in fine euacuatur sanguis, tunc scias q̃ est dysenteria cholerica: quoniam cholera quando euacuatur in intestinis, tunc ipsa pertransit & facit diarhiam: sed quum prolongatur tempus effusionis eius, & transi us ipsius per intestina, tũc abradit & excoriat ipsa, & facit ex eis descẽdere Curati. Et iste quidem transitus choleræ quando perseuerat, abradit, deinde tangit substãtiam intestinorum & excoriat eam, & egreditur tunc sanguis parumper parumper, & in fine descendunt partes intestinorum; & quando aggregatur ex illo vlcere sanies, tũc egreditur sanies illa. Tertia autem proprietas dysenteriæ sanguineæ est, q̃ si euacuatio illius sanguinis est cũ periodis, significat q̃ ipsa dysenteria est sanguinea: Sanguis enim quando euacuatus fuerit duobus aut tribus diebus, sedatur eius euacuatio quousq; aggregetur. Q̃ si euacuatio fuerit cõtinua absq; quiete, significat q̃ ipsa dysenteria est cholerica. Quarta vero proprietas est, q̃ si corpus minoratur & extenuetur, & nõ nutriatur, tunc illud significat q̃ excoriatio est sanguinea. Q̃ si non extenuatur corpus, tunc illa dysenteria nõ est sanguinea. Quinta proprietas est, quia si infirmus dicat, q̃ sentit dolorem in hepate, tunc est dysenteria sanguinea: Si vero dicat q̃ sentit dolorem in intestinis, tunc est cholerica. Et quoniam dysenteria est in intestinis gracilibus, aut in grossis, & discernitur hoc ex substantia eius quod egredit in hora euacuationis, aut ex permixtione eorum: ex parte enim substantiæ eius quod euacuatur, oportet vt consideretur, & inspiciat si substantia intestinorum quæ egreditur, est magna, grossa, tunc sciemus q̃ ipsa decidit ab intestinis grossis: & si est subtilis, tũc sciemus q̃ est ex intestinis gracilibus. Verum dicemus, q̃ si ex intestinis gracilibus euacuãtur cortices plurimi, seu magni, tũc in eis est vlcus magnum: & quandoq; est possibile vt euacuentur ex intestinis grossis cortices parui, q̃n in eis est vlcus paruum. Verum dico q̃ non est dispositio seu præparatio, vt cortices plurimi magni expellantur ex *subtilibus*, immo ex grossis, & econtra. Ex parte autem horę euacuationis considerandum; si enim accidit dolor in vmblico, & statim patiens euacuat superfluitates cõ dolore, tunc sciemus q̃ dolor est in intestinis inferioribus: & econtra si euacuatur post spatium longum, tũc dolor est in superioribus. Ex parte etiam permixtionis ſcis cum superfluitatibus fit cõsideratio: Si enim sanguis, & Curati, & corruptio fuerit permixta cum ſcce permixtione recenti, tunc sciemus q̃ vlcus est in intestinis superioribus; & causa illius permixtionis est spatium transitus magis longum permiſcẽs eas. Q̃ si illæ superfluitates non fuerint permixtæ cum ſcce, tunc sciemus q̃ vlcus est in intestinis inferioribus: quoniam spatium transitus est breuius, vnde non fit permixtio. Et hic quidem adducamus signum aliud; Si enim cum rasura expellatur pinguedo aliqua, tunc vlcus est in intestinis grossis: Si vero cum rasura nõ accidat egressio pinguedinis, tũc vlcus est i intestinis gracilibus; & *illud*, quia intestina gracilia ex hoc q̃ sunt *loco calido*, diminuuntur ex eis pinguedo ab *intestinis* vero inferioribus nõ deficit pinguedo propter frigiditatem loci, & ideo ab eis egreditur pinguedo. Et vltra prædicta dicamus signum aliud; quæratur enim ab infirmo de loco doloris in ventre: Si enim respondet q̃ sentit dolorem superius, tunc passio est in intestinis superioribus; & ecõtra in eo in quo sentitur dolor in inferioribus, tunc affirmandum est q̃ passio sit in intestinis inferioribus.

De cura dysenteriæ.

In cura dysenteriæ oportet primo considerare, an aliquid adhuc descendat ad intestina, & an illud quod descendebat iam sit abscissum, & an illud quod lædit intestina non sit nisi vlcus tantum. Q̃ si inuenitur res quæ adhuc descendit ad intestina, tunc oportet vt iniciatur ad causam, & ipsa abscindatur. Q̃ si causa eius q̃ descendit, fuerit apostema quod generatur ex cibis

in hepate

in hepate, aut in quibuſdam viſceribus, tunc intenda
tur ad curam eius cum medicinis conueniẽtibus: & ſe
cundum hanc ſemitam procedatur. Si fuerit in hepate
debilitas, propter quam fluunt materiæ ad inteſtina,
tunc ſit ſtudium in hepate, & intendatur ad rectifican
dum malitiam complexionis, quę eſt cauſa debilitatis
accidẽtis in hepate: & oportet quidem in liquefactio
nibus quę fluunt & expellunt ex corpore, vt deſtrua
tur cauſa faciens eas accidere, & deſtruere & abſcinde
re illam cauſam: poſt abſciſionem vero & prohibitio
nem cauſę ſupraſcriptę, opꝰ tũc vt innitatur ſuper curã
vlcerum, quę ſunt in inteſtinis: & regatur infirmus cũ
hac ſpecie regiminis, vt prohibeatur infirmus a cibis
duobus diebus, ſi eſt poſſibile eſt rum exigit neceſſitas.
Q. ſi erit nobis via poſt tres aut quatuor dies ad nutrię
dum infirmum cum lacte decocto, faciemus illud qm̃
eſt medicina conferens vlceribus inteſtinorũ, & oĩbus
materijs calidis, quę ſunt in ventre: & oportet vt proiſ
ciant in ipſo lacte lapides igniti facierẽs deſtruere ipſum
lac, donec deſtruatur plurimum humiditatis & aquoſi
tatis quę eſt in ipſo lacte: & melius ẽ ꝑ lapides igniti, ad
intentionem prędictam, eſt ruſtum ferri igniti, quia
in ferro eſt qualitas ſtyptica cõfortatiua. Et poſt illud
oportet vt exhibeatur infirmo panis madefactus cum
aqua granatorum acetoſorum: & poſt exhibeatur for
bitio ſpiſſa facta cum lacte: eſt enim cibus iuuatiuus, &
medicamen nobile. Q. ſi remanet materia fm̃ fuã di
ſpoſitionẽ, tunc intende ad curationem cum rebus cõ
fortantibus & prohibẽtibus, quarum ſpecies ſunt tres:
aut enim prohibent oppilando & ingroſſando humid
itates deſcendentes: aut faciunt illud fua ſtypticitate,
& aggregatione viſcerum, quę ſunt aperta pluſq̃ opꝰ
aut faciunt illud cum exiccatione ſua. Et tibi quidem
erit facilis cognitio vniuſcuiuſq; eorũ ſi enumerabo.
Sorbitio autem ſpiſſa fupra commemorata ſit ex cãda
ruſio, & nutrit nutrimento ſufficienti, & ſtringit, & in
groſſat: & fm̃ plurimum opꝰ vt ipſa decoquatur cum
pinguedine gallinę, & anſeris loco olei: & magis iuua
tiua ẽ illa pinguedo, eſt pinguedo capre, & pinguedo
hędit: & pinguedo etiam hirci caprini eſt melior ẽ pin
guedo capre, qm̃ pinguedo hirci eſt ex eis quę coagulã
tur valde. Et ſiant etiam ſimiles ſorbitiones ex rizo fm̃
hunc modum, qm̃ in rizo eſt virtus exiccatiua. Et ma
gis conferens ſorbitio ẽ illa, eſt quę fit ex panico, quã
do ſuper eam pulueriz atur gũmi arabicum torrefactũ.
Et confert etiam ſorbitio quæ fit ex ſauich hordei: &
quę fit etiam ex decoctione papaueris albi cum modi
co amyli torrefacti. Et ſimiliter etiam confert ſorbi
tio facta ex granis furgi ſecundum hũc modum. Sumatur ſumach. & infundatur i aqua pluuiali die ac nocte,
deinde exprimatur expreſſione bona, & proijciantur gra
na furgi in huiuſmodi aquoſitate expreſſa, & dimittan
tur infundi donec tingat, deinde fricent manibus frica
tione bona, deinde colef, & decoquat. & agiteturcum
ligno anethizqm̃ eius ſubſtãtia fiet, ſicut ſubſtantia lus
ſculi: deinde cõdi eã cum pauco ſale torrefacto, & pau
co oleo, aut pinguedine, qm̃ eſt delectabilis, iuuatiua.
Et fit etiam ſorbitio conferens ex pane ſicco, qui fit in
Alexãdria pro his qui itinerant ĩ mari: decoquit enim
vice cũ aceto permixto, & vice alia cũ aqua infuſionis
xylocaracte, aut cũ aqua decoctionis dactyloꝝ imma
turorũ, aut cũ infuſione ſumach. Et opꝰ vt decoquant
cũ oĩbus iſtis ſorbitionibus cytonia, & zarur, & pyrat
& qñq̃ permiſcef cũ eis aliquid modicũ de gũmi: & ſi
nõ eſt febris, tunc decoquant cũ ſorbitionibus pedes,
& ſint ſorbitiones factę ex rizo. Et ex eis quę cõferunt
fluxui, ſunt lentes, quę iam ſunt bis elixatæ, & in eis ſit
plantago, & condiant cũ aceto, & modico olei oliuæ,
qm̃ ſunt cibus pueriẽs. Et fit etiã cibus iuuatiuis ex tri
decocto cũ portulaca. Ex oleribus aũt quę cõuenũt,
eſt acetoſa, & caulis, qm̃ bis elixata fuerit. Carnes aũt
nõ exiſtimant quenientes eis qui patiunt vlcera inteſti
nog. Q. ſi firma fuerit paſſio, & pertranſierit tẽpus, vi
de neceſſitate exquirat adminiſtratio carnis, tunc me
lior ex carnibus eſt caro auiũ; ſylueſtriũ, qm̃ meliores
ſunt cẽ carnes quadrupedũ: & carnes quadrupedũ ſunt
meliores cẽ pisces: & laudabiliores ex eis ſunt, q̃ ſunt
leues, tenerę, facilis diſſolutionis, feu digeſtionis, & in
eis eſt aliqd ſtypticitatis; & habẽtes has ẽ ſtates ex aui
bus ſunt francolini, & perdices, & cubugę, & turtures.
Et ex quadrupedibus ſunt lepores, & gazelę. Et ex ani
malib⁹ maritimis & fluuialib⁹ ſunt pisces noſati ſabut,
poſtęq̃ elixati fuerint cũ aceto permixto, & decoquant
cũ granis myrthi, & ſpeciebus. Et eoum etiã qñ deco
quitur cũ aceto, & comedit, excitat materias effuſas ex
corpore: & ꝑfert etiã qñ permiſcef cũ eo aliquid de me
dicinis, quę conueniunt vlceribus inteſtinoꝝ, & colli
ricę paſſioni, & ponat vel coquat ſuper ignem lenem,
qui nõ habeat fumũ. Et illa quę conueniũt, vt cum eis
fiat decoctio, & aqua agreſtę, & fumach, & cuticęs gra
natorũ, & mora acetoſa, & balauſtia, & barbs hirtcina,
& quę ſunt his ſimilia: & oportet vt caueat a fructibus.
Q. ſi abhorret adminiſtrationẽ iſtaꝝ rer, tũc ꝑcede in
firmo vt comedat pyra, cytonia, & poma, & gubera, &
xylocaractas ſeu filiqs, & zarur, & granata acetoſa, &
vuã q̃ ꝑferuat i olla cũ ſuis arillis, & nabach ſiccũ, & cas
ſtaneas. Et opꝰ vt aq̃ bibiſi principio q̃ritudinis,
ſit aqua pluuialis, precipue illa quę cecideritvel ſꝑeua
ta fuerit in locis habẽtibus ſtypticitatem paucam: & ſi
huiuſmodi aqua non inueniatur, tunc exhibeatur aqua
fontium. Q. ſi virtus in fine rei fuerit debilitata, & ſto
machus fuerit relaxatus, tũc detur in potu ſyrupus de
cytonijs purus, & ſyrupus factus ex fructibꝰ ſtypticis.
Q. ſi non eſt febris, neque calor, detur in potu aliquid
parum de vino nigro ſtyptico commixto cum aqua.
Neceſſitas aũt vt vinũ declinet ad ſtypticitatem, eſt vt
exiccet, & aggreget. Iuuamentum autem vini nigri eſt
quia ipſum magis retinet naturam: & cum hoc oport
et vt vinum prędictum ſit permixtum cum aqua ſuf
ficienter: quoniam vinum pauce permixtionis leis per
mixtum cum pauca aqua commouet apoſtema, & in
flamationem cum ſua caliditate. Et ſimiliter oportet,
vt regatur patiens vlcera inteſtinorum. Medicinæ au
tem exhibendę oportet vt exhibeãtur in tẽpore oppor
tuno, & in hora i qua exigit neceſſitas, ipſas exhibere.
Errant enim illi qui dant in potu in principio ægritu
dinis medicinas prohibentes fluxum: & ſimiliter errãt
quando dimittũt infirmum donec debilitetur ex mul
tis euacuationibus, & fortius ſit vlcus, & tunc prope
rant abſq; proficuo ad exhibendum medicinas, quarũ
proprietas eſt vt conſtringant, ſicut dicit prouerbium,
Bonum conſilium poſt conſummationẽ litis. Quum
autem vlcus eſt in inteſtinis ſuperioribus, tunc admi
niſtrentur potiones conuenientes: ex quibus primo ex
hibeantur medicinæ ſimplices, & poſt eas, quum fue
rit neceſſitas, exhibeantur medicinæ compoſitæ: &
ego conuenumerabo duo genera ſimul, ſecũdum q̃ ſum
expertus: ex quibus eſt femen pſyllij, & gummi arabi
cum, & bolus armenus, quando fuerint torrefacta, cõ
ferunt valde ſumendo ex eis pondus drach. iij. cum ſy
rupo cytoniorum puro. Et confert etiam vlceribus
inteſtinorum graciliorum pſyllium, ſemen maru, & ſe
men portulacæ, ſemen plantaginis, ſemen roſarum, ſe
men acetoſę, ſemen altheę, oſum ſñ. vnc. ſ. ſpodij, & ci
moleę, & amyli, & gũmi, oſuꝫ añ. vnc. ij. boli armeni
vnc. vij. torrefiant torrefactione tpata, & de ex eo põ
dus drach. v. cum aqua plantaginis, aut cum aqua por
tulacæ, aut mucci llagine pſyllij, aut cum aqua in qua
infunditur gummi cum bolo armeno, aut cum aqua
pluuiali, aut cum ſyrupo granorum myrthi puro.

Lac decoctũ cum aſphodilus aut ferro ignito,

Cũ lacte, ſuppli quo exiſtit fit fer rũ ignitũ, aut lapi des igniti.

Sorbitio cẽdaruſti que modo parcitur & cidi vis.

Sorbitionis ex rizo vis.

Sorbitio ex panico.
Sorbitio ex ſauich hordei.

Sorbitio ex granis furgi.

Ex pane ſicco, i ex biſcocto,

Lentes bis cĩxa ſę conferunt. ho

Pisces decocti cũ aceto, & granis myrthi & ſ. ſpo. Cum decoctum cum aceto.

In olla i ĩ hydria magna bene os obturatum, & fit vua cũ ſuis race mis ſuſpẽſa i ea hydria aliquo ige nio: & ſtigs vsque rigẽſeruate multã quãtitatẽ vuę, cõ ſeruat eã i hydriis magnis, & pluri bus.
Emplaſtra ſupra ſcripta appet ĩ ter aquaporialis, aut aq̃ liſbis coſtis & conſeruata i hy driis terreis multi nic nouis, q̃ ha bẽt ꝓprietatem, maxime cõferat in ſtoma.

Quare i fluxu ſęcditor aliquodo pa rũ vini nigri ſtyptici cũ aqua per miſti.

Et si patiens habuerit febrem, dẽtur in potu trochisci de spodio cum semine acetosæ: & oportet vt dentur in potu cum aqua agrestę pura, aut cum aqua pomorũ: & in vesperis exhibeatur pyli ij torrefacti pondus .3. ij. cum bolo armeno, & oleo rosato. Q. si necessarię fuerint medicinę compositæ, tunc administrentur trochisci de balaustijs, & trochisci facti cum card, & trochisci diaseramaron cum pãpinis vitis, & fructus alhalhekih, idest, fructus mori syluestris, & rosa eius, & aquæ quæ decoctæ sunt cortices glandium existentes sub cortice exteriori glandium. Et decoctio radicis altheę confert valde vlceribus intestinorum: & secundum hunc modum fructus mori crudi immaturi, quando exiccatur, confert iuuamẽto manifesto vlceribus intestinorum. Et reuabarbarum etiam optime operatur in hac ægritudine. Si autem vlcera fuerint in intestinis inferioribus, tunc illud quod magis iuuat, est clyster: & oportet vt ipse administretur, quando punctio fuerit vehemens cum excoriatione, & fluxu languinis: tunc enim eligatur clyster ille qui sedat mordicationem, & qui glutinat, & adhæret cum facie intestinorum intrinseca, vt sit sicut velamen, & prohibeat ea tangi ab humoribus acutis, mordicatiuis, ita vt prohibeat nocumentum accidens ex transitu humorum acutorum super intestina. Et ex medicinis quæ faciunt illud, sunt medicinæ quas describemus. Clyster conferẽs fluxui languinis. Rec. rizi perfici drac. xxx, hordei torrefacti (vel fecum dum aliam literam, hordei excorticati) drach. xxx. rosarum siccarum drac. x. pinguedinis capræ non salitæ drac. xx. decoquantur cum tribus libris aquæ, donec dissoluatur rizum & hordeum, & coletur ex eo quantitas libræ, & administretur. Et si est illic inflammatio, oportet vt misceatur cum eo oleo rosari quãtitas vnc. j. & si non est inflammatio, non est necesse ponere oleũ rosatum. Clyster conferens dysenteriæ. Rec. fauich hordei, & rizi abluti multotiens, omnium ana vnc. j. balaustiorum, granorum myrthi, rosarum siccarum, omnium ana drac. v. corticum glandis interiorũ. 3. iij. foliorum myrthi humidi drac. xx. decoquantur cum tribus libris aquæ, donec remaneat tertia pars, & coletur ex eo libra media, & misceatur cum ea aqua foliorum pyli ij recentium, aut tertia pars libræ aquæ plantaginis, & proijciatur in ea vitellus oui assati, & diffoluatur cum vnc. j. olei rosati puri, & cum cimolea trita subtiliter & cribellata pondus drac. j. coralli combusti in vrceolo nouo lutato capite ipsius contriti, & cribellati subtiliter pondus drach. ß. ceruſæ plumbi, carthas combusti, plumbi adusti abluti, fucci barbę hircj, amyli torrefacti parumper, sanguinis draconis contriti cribellati subtiliter, omnium ana drach. ß. misceantur ea omnia post bonam cõtritionem, & clysterizabitur ex eis frigidis. Si autem fuerit solutio sanguinis solũ absq; punctione & absq; dolore, tunc administra aquam plãtaginis quantitate mediæ libræ cum albumine ouj nõ decocto, & bolo armeno, & amylo parum torrefacto, & succo barbæ hircinæ, & ceruſſa plumbi, omnium ana drac. ß. terantur, & cribellentur subtiliter: aut cum succo albathbatha seu albathbath, idest, virgę pastoris quantitate libr. cum acatia abluta, & sanguine draconis contritis, & subtiliter cribellatis, omnium ana .3. ß. aut cum aqua portulacæ, cum terra sigillata, & amylo, & karabe, & medansengi nutrito vel condito, & vitello ouj, & oleo rosato, & aqua hordei, fiat clyster cum oleo rosato, & bolo armeno. Et caue quũ clysterizas, ne ingrediatur ventus: & caue ex hoc etiam, quando exprimis vtrem clysteris cum tuis manibus vice vna, & non fiat illud vicibus pluribus, aliter nocebis: & nõ aperias digitos, sed aggrega eos super vtrem condeceter, sicut fit in folle aurificum. Et anteqũ intromittas cannulam clysteris, inunge eam cum oleo rosato, & ſimiliter inunge anum, vt ei non accidat læsio: & posteà clysterizaueris, calefac anum cum rebus præparatis ad illud: quoniam conferuat & cõfortat ne velociter egrediant medicamina impoſita in clystere, & fiat illa calefactio cum panno, aut spongia madefacta in decoctione rerum ſtypticarum, ſicut rubus ſeu arbor mori ſylueſtris, & myrthus, & gallæ, & cuppulæ glandium, & balauſtia. Q. ſi fuerit in intestinis corroſio, & fuerit illud quod euacuatur aliud a ſanguine, tunc neceſſarię ſunt medicinæ acutæ, ſicut medicinæ corrodẽtes, quarum virtus eſt vt faciant in eis accidere rem ſimilem, quam facit cauterium. Q. ſi negligens fueris, & tardaueris in cura vlceris, donec magnificetur, & fortius fiat tunc non confert adminiſtratio harum rerum. Medicinæ autem quatũ proprietas eſt vt efficiant hanc operationem, ſunt trochiſci de arſenico. Deſcriptio trochiſcorum de arſenico, qui adminiſtrantur in clyſteribus dyſenteriæ, quãdo illud quod egreditur, eſt ſanies ſolum. Rec. duorum arſenicorum vnc. iij. barbæ hircinæ vnc. ij. terantur, & cribellentur cum aqua arnoglo ſſæ, & fiant trochiſci, qui exiccentur in vmbra, & adminiſtrentur apud neceſſitatem: & ſumatur ex illis pondus mediæ drach. vſq; ad drach. ß. miſceatur cum rizo abluto multotiẽs cum aqua paſſularum tritarum cum ſuis arillis: aut cum aqua plantaginis, aut cũ aqua ſumach, & myrtho humido, & corticibus granatorũ, & roſis ſiccis. (Alia litera habet aliam deſcriptionem trochiſcorum ſupradictorũ. ſic videlicet. ℞. trochiſcos rum rubeorum, & citrinorum, omnium ana vnc. iij. calcis non extinctæ libram. ℈. carthas adusti vnc. j. acatiæ vnc. vij. fucci barbæ, hircinæ vnc. ij. terenda terantur, & conficiantur cum aqua plantaginis, & fiant trochiſci, & exiccentur in vmbra, & ſumatur ex eis a. 3. ß. vſq; ad drach. j. & miſceantur cum rizo abluto multotiens, & exiccato, & trito, & cribellato ſeu diſſoluto cũ aqua paſſularum tritarum cũ ſuis arillis, & fiat clyſter cum eo: aut fiat clyſter cum ſucco plãtaginis, aut cum decoctione ſumach, & myrthi humidi, & corticũ granatorum, & roſarum ſiccarum, & cuppularum glãdii, & quæ illis ſimilant.) Si vero dolor fuerit in intestinis ſuperioribus & inferioribus ſimul, ſicut multotiens accidit aut per ſe in intestinis, aut per cõmunitatem, tunc non oportet vt ſis contentus in clyſtere ſolo, immo ad das eis potiones: quoniãm confert, vt curam habeas de aliquo membrorũ intrinſeco, & non cures de alijs. Q. ſi dolor non fuerit niſi in intestino recto, vbi eſt poſſibile vt ad ipſum perueniant ſuppoſitoria ſolum tunc impone ſuppoſitoria facta ex istis medicinis. Suppoſitoria quæ conueniunt mordicationi, quæ accidit in intestino recto, & quæ cõferunt excoriationi ipſius & abſcindunt fluxum ſanguinis ex inferioribus. Rec. ſanguinis draconis, gummi arabici torrefacti, barbæ hircinæ, acatiæ, boli armeni, climoleę, ceruſæ plumbi, lithargirij, amyli torrefacti, cornu cerui adusti, omnium ana vnc. j. carthas combusti drach. v. climiæ argenti, drac. vij. terantur, & conficiantur cum aqua plantaginis, aut cum aqua portulacæ, & fiant glandes ſeu ſuppoſitoria ſimilia glandibus. Et quando confert iuua mento maximo, ſi emplaſtretur ſtomachus cum cytonijs, & cum casb, idest, dactylis immaturis, & corticibus granatorum, & acatia, & balauſtijs, quando cocta fuerint cum aceto, & cum eis mixta fuerint ſauich hordei, & rob agreſtæ, & roſæ ſiccæ, & ſimilia. Ego autem contero quoſdam trochiſcos conuenientes huic ægritudini cum aqua myrthi humidi, & linio cum eis locũ dolentem, qui quidem trochiſci nominantur trochiſci ſtellæ. Et mirabilius eis eſt vnguentum ſeu linimẽs tum nominatum almelezacha, quando cum eo linitur dorſum. (Alia litera habet, vnguentum ſeu linimentũ nominatum vnguentum alharuch.)

Card seu a'card eſt fructus arboris ægyptię, ex quo fructu eſt ſuſtus acacia.

Clyſter ꝓhibet in reſtiua tãgi ab vlceratis ab humoribus acutis trãſeũtibus ſuper ipſa.

Nota qñ in clyſteribus ponẽdi eſt oleũ roſatum, & quando non.

Quid ſit carthas 3 Eius declaratum eſt.

Nota ꝙ vbi hęc cuppu ę glãdiũ in arabico hęc girſt albeint, qđ eſt cortex ſubtilis circũuolutus teritus me dullę glãdii, ſicut albi declaratũ eſt & huiuſmodi qui dẽ cortex eſt ſepa tus a ſubſtãtia me dullę.

Rob agreſtę i em plaſtro ponitur.

De

De Zair. Cap. XXVII.

QVando vehemens fit defiderium hominis ad egerendum cum conatu forti, ita vt extẽ datur intestinum rectum, & anus inferius: & egrediatur in principio pinguedo mucosa, in qua post illud apparet Curati, deinde apparent in fęce pun cta sanguinis parua, & sanguis permixtus cũ fęce ipsa, tunc ægritudo est in intestino recto, & noũatur Zair seu Tenasmos. Et causa illi⁹ est superfluitas acuta, quæ currit & effunditur ad hoc intestinum ex superiori bus intestinis, vnde accidit æstio, & mordicatio in in testino recto, & fit stimulatio ad sæcellandum frequen ter. Aut causa tenasmi est propter apostema accidẽs hoc intestino, vñ ghaf appetitus infirmi ad sæcellãdũ.

De cura Zair.

In cura autem zair oportet vt intendantur tres res, scilicet retentio vel prohibitio illius quod currit de vi rulẽtia, & de humore acuto; & resolutio apostematis: & sedatio acuitatis, & ipsius æquatio. Quare oportet vt incipiatur primo cum fomentationibus factis cum spongijs infusis in oleo rosato permixto cum aliquan to vini, applicatis super mirach, & pectinem, & duo emunctoria seu duo femora. Et similiter fiãt ille fomẽ tationes in eo, quod est inter duos testiculos & anum: (vel fecundum aliam literam, in eo quod est a testicu lis vsq; ad finem ani.) Et prohibe infirmũ duobus aut tribus diebus a cibo, vt finiatur cauſæ materiei: & post illud exhibeatur parum de cibo, ſicut panis infuſus in lacte decocto. Et quum tu facis hoc, resoluuntur ſuper fluitates cholericæ corrumpentes, & reducitur corpus ad temperamentum. Et quandoq; iuuantur patientes cum forbitione facta ex rizo, & candarufo. Q. ſi vide ris euacuationes, adminiſtra milium t (vel ſecundum aliam literã. Q. ſi natura eſt ſoluta adminiſtra milũ.) Et ſi continuatur dolor, & perſeuerat in ſua diſpoſitio ne, tunc curetur cum curationibus conuenientibus, ſi cut clyſtere iuſto ex aqua hordei, quando permiſcen tur cum eo roſæ, & grana myrthi, & balauſtia, & cor tices glandũ interiores, & rizum, & extremitates myr thi cum vitello oui aſſati, & oleo roſato, & cærulſa, & amylo, & cimolea. Q. ſi fluat ex eo ſanguis, (vel ſecũ dum aliam literam. Q. ſi timetur ſuper zair) tunc mi ſceatur cum eis quæ diximus, ſuccus barbæ hircinę, & acatia, & bolus armenus, & clyſterizetur cum eo: & mundificetur ſeu lauetur anus cum aqua, in qua deco cta ſint extremitates myrthi humidi, & roſæ, & cortiſ fio fortis in ano leu apoſtema in ano, tũc curetur cum clyſtere, in quo ſit oleum roſatum tepidum: (vel ſecũ dum aliam literam, in quo ſit oleum ciſaminum torre factum) & prędicpe infirmo, vt expectet luper clyſterẽ. quoniã ex hoc reſoluitur apoſtema, & ſedatur dolor. Et quandoque iuuantur patientes cum fomentationi bus factis cum aqua, in qua decocta ſint fœnugręcum, & ſemen lini, & ſemen maluę, & radices altheæ: quo niam ex hac decoctione reſoluitur apoſtema. Et ſimi liter emplaſtrum factum ex caulibus elixatis cum vitel lo oui, & oleo roſato. Q. ſi accidat cum apoſtemate inflammatio, tũc fiat emplaſtrum ex ſolatro cum oleo roſato, & vitello oui: aut decoquantur roſæ, & lentes excorticatæ, & ſolatrum, & infirmus ſedeat in hac de cotionetaut ex rebus iſtius elixationis elixatis poſt ea rum contritionem fiat emplaſtrum, & miſceatur cum eo albumen oui cum oleo roſato, & confert iuuamen to maximo. Et gallæ, quando teruntur, & decoquun tur, & fit ex eis emplaſtrum, eſt forte in reſoluendo apoſtema quod eſt in ano, & ſphinctẽri: & ſi tu vis co ſtrictionem paucam, tunc decoque gallas cum aqua: & ſi indiges conſtrictione ſeu ſyppicitate vehementi, tunc decoque ipſas gallas cum vino pontico. Q. ſi apoſtema accidens in ano fuerit durum, quod græce nominatur Sephitos, tunc adminiſtra hoc medicamẽ. Recipe lythargyrij nutrimi, & cerußæ, & pinguedinis gallinæ, & anſeris, omnium ana drac. iiij. croci drac. i. vitelli ouorum numero. ij. olei amygdalarum quan tum ſufficit; terantur omnia in mortario, & adminiſtretur. Quod ſi accidat cum dolore inflammatio ve hemens, tunc adminiſtretur hoc linimentum quod deſcribam, & confert apoſtemati accidenti in ano, & ragadiis, & fedat caliditatem. Recipe plumbum adu ſtum ablutum, cerußæ, lythargyrij, vitellos ouorum duos, & olei roſati boni quantum ſufficit; & teratur in mortario, donec fiat ſicut forma vnguenti, & liniatur cum eo locus: & quidam addunt in eo cimoleam, & ſcoriam argenti. Et illi qui ſolum addunt cimoleam, torrefaciunt ipſam ſuper fartaginem, & aſpergunt ſu per eam aquam ſolatri, & permiſcentcum ea oleum ro ſatum, & vitellum oui. Quòd ſi anus egreſſus fuerit, & in eo acciderit vlcus, tunc adminiſtra primo ablu tiones factas cum vino pontico, aut cum aqua in qua decoctæ ſint gallæ, & cuppulæ glandium, & balau ſtia, & cortices granatorum, & roſæ, & quæ ſunt illis ſimilia. Medicamen conueniens ano, quando egre ditur, & cum eo fuerit vlcus. Recipe plumbum adu ſtum ablutum drac. iij. roſarum, fumach, ex vnoquo que drach. iiij. myrthę drach. ij. terantur omnia, & ap plicentur ſuper anum poſt eius ablutionem. Et quan doq; confert hoc ſuppoſitorium, cuius deſcriptio eſt. Recipe myrrhæ, corticum thuris, croci, & opij, & gal larum, capitum granatorum, & balauſtiorum, & gũm mi arabici torrefacti: terantur omnia, & miſceantur cum aqua myrthi humidi, & ſiantſicut glandes, & ſup ponantur. Q. ſi inferius fuerint ragadæ abſq; calidi tate & inflammatione, tunc adminiſtra hoc vnguentũ quod eſt expertum & 3ueniens ragadis in ano abſque caliditate. Recipe medullæ cruris vaccini vnc. i. picis romanæ vnc. ſ. cerußæ plumbi, & merdaſengi nutriti omnium ana drach. viij. ceræ colatæ vnc. j. olei roſati vnc. iij. imponatur cera, & pix & medulla ex oleo ro ſato, deinde proijciatur ſuper eum cerußa, & merdaſen gi in mortario, & teratur, donec ſit ſubtiliter pulueri zatum. Medicamen aliud nobilius eo. Rec. cinapri, & balauſtia, & cerußæ, & merdaſengi, partes æquales: & miſceatur ſeu diſſoluatur cum oleo roſato, & admi niſtretur. Medicamen aliud expertum. Re. medullę cruris vaccini vnc. j. fermenti alchir vnc. ſ. terãtur oia, vel miſceantur, & adminiſtretur, quoniam eſt experi tum. Et ſi infirmus indiget medicamine porabili, ad miniſtretur hęc confectio, quę dicitur cõfectio miche lera, aut ſuffuſ micheleta. ℞. naſturtij torrefacti, cymi ni carmeni infuſi facto die ac nocte, ſeminis porti tor refacti, maſticis, myrobalanog nigrog frixog cũ bu tyro vaccino, terantur, & aggregentur. Et q̃nq; fit hęc cõfectio vel ſuffuſalio modo. ℞. myrobalanog kebu log: bellericog, emblicog, oſium aã. ʒ. j. bulliant cum aqua cytoniog bullitione vna, deinde exiccet in vm bra, & frixen in fartagine cum butyro vaccino, donec exiccentur, deinde terantur; & ℞. ſeminis lini torrefa cti, ſemis porti torrefacti, & naſturtij, & maſticis oſium ana (vel ſm aliã literam. ℞. myrrhæ, thuris torrefacti, naſturtij, maſticis, ſemis porti torrefacti, oĩų aã ℥. ʒ. f. holi armeni. ʒ. j. dofis eius eſt. ʒ. iij. cũ rob cytoniog. Quidam vero hoſum faciunt hoc medicamen fm hũc modum. Recipe myrobalanorum kebulorum mun datorum a ſuis oſſibus drach. xx. infundantur in vino pontico die ac nocte, & in craſtinum exiccentur; & ſu matur de ſemine lini, & ſemine maru torrefactorum, drach. x. ſeminis naſturtij torrefacti drach. v. terantur omnia, & miſceantur cum aqua myrthi humidi, et ſiãt trochiſci, & ponantur in furno, donec exiccentur be

Spõgia infuſa in oleo roſato prius to cũ medico vi ni in fomẽtatio nibus eſt idonea.

Finiantſ cauſę ma teriei. i. ſupleat lo cũ euacuationis. R. e ſoluuntur ſup fluitates & ęg ab ſtinentia a cibo, & panis duri eius, & rectificationem ipſius.

Decoctio eſt qua anus eſt mundifi candus.

Medicamẽ con tra inens apoſtema ti accidẽs in ano.

Linimentũ pos nitens apoſtema ti accidẽti in ano & ſphincteri, & e dat caliditatem.

Medicamen pue niſs ano, cũ egre gitur, & cum eo fuerit vlcus.

Ex ſuppoſitorijſus deſcriptitio ap paret, qualiter ea pista granatorum diſſerant a ba'au ſtijs.

Vnguentũ ſedans ragadis in ano abſq; caliditate.

Alchir ſ. idẽ ſtaria nigra vt icoſa ſimi li 1363, & i Perſia em aqui & ſcatu tit ſicut ſorix, & hmãſibus ſtãtia iux ta locũ eis egredi tur, eſt ſiccã, & acũ ca ida. Quã vero inſtigãdatur efficitur ſic, ſcat pix, & multi vtun tur ea loco picis ſi pitroſis maribus. Et q̃ fermentum alchir, intelig ẽda eſt pars eius pura, & mũda, nõ valde dura.

ne, sed non comburantur, deinde extrahe eos: & dosis ipsorum est drac. iij. cum vino styptico, aut cum aqua tepida. Quòd si fuerit desiderium ascellandi, & cum hoc infirmus non ascelleat, & permaneat in sua dispositione, tunc administretur suffumigatio sulfuris taliter quòd infirmus sedeat super sedem perforatam ingeniose circundatam taliter, quòd odor sulfuris positi super ignem sub sede non perueniat ad os & ad nares. Quidam autem cum hoc sulfure apponunt adipem rerum capraruin. Quòd si permanet tenasmos diebus multis, & non sedatur desiderium ascellandi, tunc administretur clystere factus ex aqua oliuarum salitarum & sit quantitas aquæ prædictæ quantitas vnc. v. Quibus compleuerit illud, administra fomentationes conuenientes, quas diximus.

Dfuerfe defcriptiones Michelerie.

Suffumigiã fulfuris,

De Hæmorrhoidibus & de curatione ipsarum.

Capitulum. XXVIII.

HÆmorrhoidum tres sunt speciesquia quædam earum sunt longæ similes vermcis longis: (vel secundum aliam literam, similes raphano parvo) & quædam earum sunt latæ, rotundæ, quarum color est coccineus similis vuæ: & quædam earum similantur moro. Omnium autem deteriores & magis molestæ sunt illæ, quæ sunt de specie prima, scilicet raphaninæ, aliæ autem species sunt minoris malitiæ. Et deteriores quidem sunt illæ quæ sunt propinquæ veretro, ex hoc quòd quando ingrossantur, oppilant meatum vrinæ, seu transitum vrinæ. Illæ vero quæ sunt retro, sunt valde minoris malitiæ. Sed illæ quæ sunt supra anũ, & supra caput sphicteris, sunt ét malę. Et hę morrhoides quę ę sunt ira anũ, sunt difficilis curationis: quũ medicus cũ difficultate tangit & inspicit eas, & applicatio medicinaę fiup ipsas est difficilis. Hæmorrhoides autem quando sunt cęcæ, ita vt ex eis non currat sanguis, tunc est melius vt ę ex eis currat sanguis lædens membrum: quoniam ẽ exierit ille sanguis, sedatur dolor. Et oportet vt scias, quòd quando volueris eas aperire, tunc linias cum medicamine calido, aperitiuo, sicut fuccus buchor marien, aut succus cæpę acutæ, & quæ sunt illis similia. Et exhibeas in potu infirmo kebulos ẽditos, & nigros, frixos cum butyro vaccino. Et quandoq; iuuantur cum aqua porri, quan do bibunt eam cum oleo nucum: & quantitas aquæ porri sit vnc. ij. cum duabus drach. de oleo nucis: & sit plus & minus secundum complexionem corporis. Et similiter iuuant pilulę de bdellio, & tryphera minor, & micheleta iuuant, quãdo bibuntur. Et similiter hoc medicamen, cuius descriptio est hæc. Recipe myroba lanorum nigrorum frixorum cum butyro vaccino, & seminis fœniculi, omnium ana partem. j. terantur, & cribellentur, & cum eis misceatur de nasturtio quantum omnia, & fumatur ex eo omni die cochlearii vnii cum vncia vna vini permixti. Aut fumatur de scoria ferri contrita, cribellata drach. iij. (& secundum aliam descriptionem drach. viij.) nasturtij albi drach. ij. bis bantur omnia cum aqua porri quantitate vnius vnc. cum oleo nucis. Et emplastretur locus cum porris elixatis, frixis cum butyro vaccino. Et suffumigetur pars inferior cum radicibus capparum, cum semine porri, & radicibus coloquintidis cum aqua porri infusis, & postea exiccatis. Et confert etiam hæmorrhoidibus iuuamento mirabili suffumigium Gabrielis medici, cuius est hæc descriptio. Recl. de radicibus capparum & de radicibus apij, & de radicibus oleandri, & de radicibus spinæ longæ, (quæ nominatur spina, super quã cadit terenisabin) & almarut, i. radicibus aniudę, & radicib⁹ lilij, & de fructu anacardi, oium añ. ptes cẽ les: & fi vis, adde oleum iasminũ, & fiãt trochisci, quorum quilibet sit pondus drach. j. & apud necessitatem fumatur ftercus camæli cum trochisco vno ex prædictis, & sedeat infirmus super fumum illum a mane vsq; ad vesperas, donec exiccetur, & cadat. Suffumigium aliud ad hęmorrhoidas. Rec. radicum capparum, radi cum coloquintidis, radicum albelbasa, ideſt, harmel, alchali tinctorum, & vsnen persici, seminis maru albi, sarcocollæ, partes æquales: fiat suffumigatio. (In alia litera super descriptionem supradictam additur in ea, sinapis albi: & in alia descriptione additur, radix capparum, & granũ nil, & maru album, & sarcocolla partes æquales: terantur, & fiat cum eo suffumigatio.)

Aſbesbafa, ideſt, harmel.

Medicamen aliud expertum in hæmorrhoidibus, quæ ipsis currit sanguis, & in ano sunt bothor. Recipe lithargyrij, arseníci rubei, anacardi, partes æquales terantur vnũquodq; per se, & permisceatur: Quibus exigit necessitas, tunc fiat in terra foues profunda ad quantitatem palmi, & proijciantur in ea prunæ ignis, super quas pulueriz etur mixtura supradicta, & sedeat infirmus super hanc foueam. Suffumigium aliud ad hæmorrhoidas. Recipe radicis capparis, radicis coloquintidis, radicum harmel, granorum anacardi, hermodactyllorum, partes æquales: terantur grosso modo, & proijciantur super ignem, & fiat suffumigatio. Aut Reci. sarcocollæ, lithargyrij, corticis ligni moris, pellis viperæ, omnium ana partes æquales: & terantur, & fiat suffumigatio. Aut cum granis anacardi fosum fiat suffumigatio, quoniam cadet hęmorrhoides: aut suffumigetur cum bdellio. Quòd si accidat dolor in ano post casum ipsarum hæmorrhoidum, tunc sedeat infirmus ẽ vino facto cum alkadit: quoniam iuuat mirabiliter in sedando dolorem. Quòd si dolor fiat difficilis & vehemẽtior, tunc administra oleum expressum ex medulla chrysomelorum, & medulla perficorum, quoniam ẽ eo sedatio mirabilis. In eo autem in quo egreditur sanguis plurimus supra modum, tũc cõfert decoctio medicinarum styptic arum, ficut myrthus humidus, & fructus alhalheich, ideſt, mori, & balaustia, & cortices interiores glandium, & gallæ, & alumen. Et dentur in potu istæ pilulæ, quę conferunt hęmorrhoidibus, ex quibus fluit sanguis plurimus. Recipe myrobalanorum nigrorum, belliricorum, & emblicorum, omnium ana drach. x. limaciarum adustarum drach. vij. karabæ drach. iij. vitrioli drac. ij. bdellij drach. xx. dissoluatur bdellium cum aqua porri, & misceantur medicinæ, & fiant pilulæ: & dosis earum est a drach. ij. vsq; ad. iij. cũ aqua frigida & vino. Medicamen conueniens hęmorrhoidibus, ex quibus currit semper sanguis plurimus. Recipe scoriæ ferri, seminis porri, ameos, omnium ana drach. ij. fructus caparis ficci, (vel secundum aliam literam, granorum capparis siccorum) drach. iiij. terantur, & dosis eius est drach. j. cum vnc. j. aquæ porri, aut cum vnc. ij. aquæ tepidæ. Pilulæ quæ abscindunt fluxum sanguinis. Recipe myrobalanorum nigrorum, belliricorum, sirembleci, omnium ana drach. v. vitrioli drach. j. bdellij drach. ij. dissoluatur bdellium cum aqua porri, & fiant pilulæ, quarum dosis est drac. ij. Et si fuerit euacuatio superflua, & infirmus fuerit debilis, tunc cibetur cum eis in quibus est stypticitas pauca, & de eis in quibus non est superfluitas, ficut rizum, & panicum, & candarufum, & sorbitio facta cum granis granatorum, & passularum cum oleo amygdalarum, & succo porri. Qui autem habet hæmorrhoidas apertas, tunc curatio earum est contraria eis quæ diximus, & monuerit ipsum in contrarium, sicut ea quę prouocant mẽsirua. Quòd si voluerimus incidere hæmorrhoidas, & eas ligare, tunc oportet eas ligare cum filo ferici, aut cum alio filo forti, & dimittere vnam ex eis, sicut præcepit Hippocrates in sexta particula aphorismorum, vbi dixit: Qui curat hæmorrhoidas antiquas, & non dimittit vnam ex eis, tunc timetur, ne perducat aut ad hydropisim,

Alia litera, ipsę aperiatur, & fiuat ex eis,

Suffumigij Gabrielis medici.

Alkadi eſt grand ſimile butiro, aut ſicolor ſi, nonin Mecha, & cum eo ſt vini, artificiali ſinut in occidente ſit etruuſa cum in puls.

Pilulę conferentes hęmorrhoidibus, ex quibus fluit ſanguis.

hydropiſim,aut ad phthiſim. Quidam vero incidunt hæmorrhoidas cum medicinis acutis,& quidam incidunt eas cum ferro.

De Speciebus punctionis & de curatione earum. Caſ.XXIX.

PVnctio quidem accidit aut ex ſuperfluitatibus mordicatiuis acutis, aut ex ſuperfluitatibus groſſis viſcoſis,quas natura intendit expellere:& nõ poteſt: aut ex ventoſitate inflante & extendente. In punctione autem cauſata a ſuperfluitate acuta, oportet euacuare prius ſuperfluitates quæ cauſant punctionem præcictam: deinde adminiſtrare res contemperantes,ſicut pſyllium,& oleum roſatum. Quòd ſi punctio acciderit ab humoribus groſſis viſcoſis, tũc oportet adminiſtrare curationes ſubtiliantes incidentes, ſicut naſturtium ,& oleum oliuæ. Quòd ſi fuerit ex ventoſitate groſſa , tunc adminiſtrentur reſoluentia ventoſitatem, ſicut ſemen rutæ,& cyminũ, & ameos, & grana lauri,& eis ſimilia.

De Vermibus, & aſcaridibus. Caſ. XXX.

CAuſa quidem generans vermes eſt natura: quoniam ipſa vbicunque intenerit materiam præparatam , vt ex ea generetur animal , tunc non dimittit illam materiam, donec in ipſa introducatur forma ſubſtãtialis animalis,ad quam ipſa materia erat præparata , vt in ea recipiatur : & propter hoc generantur vermes. Nam quotiens natura inuenit materiam in inteſtinis præparatam ad generationem vermium , non prohibetur a generatione vermium. Et cauſa quidem materialis ipſorum vermium eſt phlegma ſolum: nam ſanguis licet ſit conueniens naturæ animalis, tamen non eſt conſuetudo, vt ipſe effundatur ad inteſtina pro generatione vermium,(vel ſecundum aliam literam, tamen ipſe non effunditur ad inteſtina.) Duæ autem coleræ , propterea quòd ambæ ſunt ſiccæ,ideo non ſunt diſpoſitæ, vt ex eis generentur animalia & vermes: immo interficiunt eos. Et ex hac cauſa generantur vermes in eis, in quibus cholera eſt pauca, ſicut pueri : & in eis in quibus egeſtio eſt alba : & in quibus multiplicantur humiditates ex gulositate , & malitia digeſtionis, & comeſtione ciborum groſſorum frigidorum. Et cauſa quidem prima vermium, & verior ſermo eſt , vt dicatur quòd huiuſmodi putredo generatur a caliditate. Species autem vermium ſunt tres: quidam enim eorum ſunt longi rotundi , & quidam lati parui: (vel ſecundum aliam literam, & lati) & quidam parui graciles, qui græcè nominantur aſcarides . Generatio autem longorum rotundorum eſt in inteſtinis gracilibus, ſcilicet in duodeno & ieiuno, & inteſtino reuoluto gracili. Lati autem generantur in monoculo, ſeu in orbo , & in colon. Parui vero & gracules generãtur in inteſtino recto ; & ego deſcribam cauſas huius rei. Iam enim oportet vt ſcias, quòd cibus quando recepit in ſtomacho digeſtionem & ſtomachus ſuſceperit ab eo neceſſitatem ſuam,tunc expellit reſiduum ac ſi ab eo excuſetur, vel ac ſi non indigeat eo:& hoc quidem quando expellitur, tũc oportet vt expellatur velociter , quoniam corpus ſecundario indiget cibo , quem natura attrahit ab inteſtinis, quorum tranſitus eſt longus inuolutus , vt cibus in eo retineatur tempore aliquo. Si enim deſcenſus cibi retineatur paruper paruper,tunc eſt conuenientius, vt cum eo nutriatur corpus, ita vt quando reſiduum cibi,quod ex ſtomacho expulſum eſt ad inteſtina, perueneritad inteſtinum rectum , non remanet in eo aliquid conueniens pro nutrimẽto:& propter illud, quia in inteſtinis ſuperioribus eſt humiditas multa,non attracta , ideo in eis generantur vermes magni. In inteſtino autem,recto,quoniam eſt humiditas pauca, ideo oportet vt ex ea generentur vermes parui. In inteſtinis autem groſſis illud quod putrefit, eſt plus, & in gracilibus eſt minus;& illud propter tres cauſas, quarum prima eſt, quòd res quæ effunditur ad ipſa inteſtina gracilia ex ſuperioribus eſt bona. Secunda cauſa , quia cibus non moratur in eis tempore longo, immo pertranſit & penetrat , quoniam venæ quæ ſunt in eis attrahunt cibum: & quoniam in eis non ſunt vaſa, ſicut inteſtinum monoculum,& colon. Et tertia cauſa eſt, quoniam uenæ per quas expellitur cholera, non effundũntur , vel non perueniunt niſi ad inteſtina gracilia , & huiuſmodi quidem cholera exuccat humiditates, & prohibet aducẽtum putred inis. In inteſtinis vero groſſis putredo eſt plus propter cauſas contrarias iſtis: cauſa enim prima eſt, quia res quæ peruenit ad ipſa inteſtina groſſa , eſt mala in ſui natura : ſecunda cauſa eſt , quia illa res multum moratur in vaſis , in quibus eſt, & etiam propter paucitatem venarum ab eis non attrahentium:& tertia cauſa eſt, quoniam cholera antequam perueniat ad ipſa , iam debilitata eſt in ſui natura: & etiam quia putredo exiſtens in inteſtinis groſſis eſt plus , & natura diuiſit humiditatem quæ eſt in eis, in partes paruas , vnde ex eis generantur animalia multa,quæ ſunt magnitudine ſua parua : & etiam propter multam caliditatem in numero ipſorum plurimo causato propter multam humiditatem putridã diuiſam. Lati autem vermes generantur lati,quoniam ipſi adſe inuicem comprimuntur & conculcantur . Si enim eſſent rotundi, non indigerent ſpatio magno, cum quo circundaretur corpus,& retineretur. Et ſit hoc corpus ex panniculo muccoſo , qui eſt in parte interiori inteſtinorum,quando dimittitur naturæ ſuæ , & putrefit: tunc enim efficitur iſte panniculus circumuoluens , & continens iſtos vermes. In inteſtinis autem gracilibus quia putredo eſt pauca ,propter cauſas quas hic diximus, & corpora quæ generantur in eis non diuiduntur in partes plurimas paruas, ſed in magnas longas, ideo nõ generantur in ipſis inteſtinis gracilibus , niſi vermes lõgi rotũdi. Vermes igit ſi lati ſunt deteriores q̃ vermes rotundi, ſed vermes graciles pui ſunt minoris malitiæ. Et quũ tu vis cognoſcere vermes ,& ſpecies ipſorũ,ſi dera illud quod ex eis egreditur : egreſſio enim ipſorũ non eſt manifeſta . Verum aſcarides ſeu cucurbitini, & graciles non poſſunt occultari, neq; permanere, imo ipſi egrediuntur velociter , & eorum egreſſio eſt a principio ſuę generationis:& illud,ppter quatuor cauſas: quarum prima eſt propter propinquitatẽ ad anũ; ſecunda propter amplitudinem inteſtini : (ex proprietate enim loci ampli eſt vt expellatur cum facilitate id, quod eſt in eo retentum : ſicut de proprietate loci ſtricti eſt, vt retineatur quod eſt in eo.) tertia cauſa eſt paruitas iſtorum vermium: & quarta cauſa eſt , quia iſtæ duę ſpecies vermium ſunt debiles, & alligatio ipſorum eſt debilis : quare non poſſunt firmari cum inteſtinis, ſicut poſſunt longi. Et vermes quidem longi rotundi morantur longo tempore in inteſtinis propter cauſas quatuor iſtis oppoſitas : & oportet vt eas manifeſtemus ex ſignis quę ſequuntur eos:quoniam ipſi non euacuantur velociter, neq; ſoluuntur. Oportet etiam vt conſideremus accidentia quę ipſos ſequuntur, quoniam mordicatio,& naufea,& punctio accidũt eis , in quibus generantur iſti vermes: attamen in iſtis accidẽtibus non eſt ſufficientia ad ſignificandum huiuſmodi vermes, quoniam quãdoq; eſt poſſibile vt ſint iſta accidentia propter humores cholericos retentos in inteſtinis . Propter illud ergo oportet adducere ſignificationes veras: & ex eis quæ ſunt proprie, ſunt quoniã malitia digeſtionis fuit continua in patiente; & alteratio coloris , & adminiſtratio ciborum groſſorum multa. Accidens autem magis proprium eſt , q̃ accidat mordicatio in inteſtinis , quando vermes indigent nutris

mentō, & non inueniunt aliquid, attrahunt quod est in intestinis, & suctio ipsorum mordicat intestina: & quum extenditur seu prolongatur nocumentum vermium, tunc alteratur pulsus, & fit parvus, diuersus, & infrigidantur exteriora corporis, & accidit eis stridor seu fricatio dentium, & commotio seu confricatio labiorum, & retinetur quandoque eorum anhelitus, & euomunt multotiens, & quandoq; ascendunt vermes ad stomachum, & egrediuntur per vomitum: & illi qdē, in qbus sunt vermes parui, sentiūt pruritū in ano.

De cura vermium.

Cura autem vermium propria fit per duas res: quarum vna est regimen, & alia est medicamen. Et regimen quidem est secundum duos modos, cum quantitate, & qualitate. In quantitate quidem est illud, cuius consideratio oportet præmittere de cibo, an sit multus an paucus. Qualitas autem diuiditur in tres diuisiones: quarum prima est ex parte causæ, quoniam causa faciens vermes non est nisi chymus frigidus, grossus, humidus: quare oportet vt cura fit cum eo quod est ei contrarium, & est cum eo quod est siccum, subtile, calidum. Secundo oportet vt fiat resistentia rei, quæ generatur ab illa causa, & est vt sit cibus habens qualitatem contrariam ei interficiens vermes. Tertio vt fiat cum eo quod contrariatur rei retinenti, seu rei retentę: qua re oportet vt sit cibus habens qualitatem abstersiuam, & lenitiuam ventris, ita vt quando transit, non moretur in intestinis. Et hæc quidem est cura facta cum regimine. Cura autem cum medicamine etiam fit tribus rebus, & est vt administrentur res calefacientes, subtiliantes: & quæ interficiunt vermes, & expellunt eos cum clysteribus: & cum emplastris, & cum suppositorijs impositis in ano, & sunt quæ attrahūt vermes. Illud autē quod attrahit eos, est aut dulce, aut pingue. Et oportet vt interfectio ipsorum vermium præcedat euacuationem ipsorum: quoniam ipsi non obediunt euacuationi, immo firmantur in intestinis in sua dispositione, & eorum dissolutio seu separatio ab intestinis est difficilis: & propter illud oportet vt interficiantur primo, & ponantur inter mortem, & vitam: & ipsi qui dem non interficiuntur secūdum plurimum, nisi cum rebus amaris. In interfectione autem vermium lōgorum rotundorum sufficiunt ablynthium, & sceha, & mentha, & lupini amari, & aqua eorum, & calamentū fluuiale, & cordumeni, & semen caulis proprie ☿ de balsera, ☽ & nigella etiam, quando comeditur, & quāndo ponitur super ventrem de foris: & folia perficorum quando teruntur & ponuntur super vmbilicum: & rubea, & hafce, & cyperi, & polypodium, & radix liliy cę lestis, & decoctio corticum granatorum dulcium, & acetosorum, & aqua kalef, & costus amarus, & cyminum, & capparis, & cortices radicis mori, & quæ sunt illis similia. In cura autem vermium paruorum administratur clyster cum succo calamenthi, & kitran cum decoctione pulpæ coloquintidis, & clyster factus cum decoctione absynthij, & aqua oliuarum salitarum, & muri. Vermes autem lati indigent curatione fortī, sicut sirachs, idest, filix, & costus amarus, & radices mori, & brengi, & cambil: & quandoq; componitur medicamen ex eis, quod confert vermibus cucurbitinis, cuius descriptio est hæc. Recipe costi amari, cambil, ana drach. iiij, nigellæ drac. ij, brengi excorticati, (vel secundum aliam literam, nasturtij,) drach. iij, sirachs, idest, filicis drach. iiij, turbith drac. x, terantur omnia, & cribellentur: & dosis eius est drac. iiij, cum lacte nouiter mulcto, aut cum aceto, aut cum muris; & patiens antequam bibat hoc medicamen, ieiunet per diem, & postea assumat absq; quòd odoret ipsum. Medicamen aliud expertum. Recip. medullam brengi, & turbith, (vel secundum aliam literam, medullam intrinsecam citri, & turbith,) & sirachs, idest, filicis, omnium ana drach. iiij, salis indi drach. ij, costi amari drach. vj, dosis eius est drac. v. cum lacte nouiter mulcto. Medicamen aliud expertum. Rec. sceha, lupinorum, brengi excorticatorum, cambil, omnium ana drach. v. turbith. ʒ. xv. dosis eius est. ʒ. v. cū lacte nouiter mulcto.

A fa ſtera, ęgyptij, quidicitur canabis.

Sirachs .i. planta, & dicit filix, & expertum est, q̄ radix eius exhibita interficit vermes.

Medicamen aliud, quod expellit vermes cucurbitinos absq; nocumento. Reci. radicem enulæ recentis, & contere, & exprime succum eius, & da in potu ex eo vnc. iij, & est expertum.

De Dolore ileos. Cap. XXXI.

DOlor quidem ileos accidit, quando intestina gracilia oppilantur, aut ex apostemate, aut ex stercore idurato, aut ex hūditate grossa, viscosa. Inquit Galenus quòd apostema absolute, & apostema durum nominatum Sephiros, ☿ ☽ poterit coarctare orificium seu meatum intestinorum, ita vt ex eo prohibeatur expulsio rei ad inferiora. Ab humi dit atibus autem non existimatur hoc accidere, quoniā stomachus dum permanet secundum suam dispositionem naturalem, attrahit de super a meri, & expellit ad intestina inferiora. Quando vero stomachus egreditur a dispositione naturali, tunc ascendit ad ipsum etiā aliquid ab inferioribus, & illud quia clyster quandoq; ascendit ad ventrem, ita vt egrediatur per os; & quandoq; stercus eleuatur ad ipsum os, & per id egreditur, q̄si egritudo ileos est mortalis. Et iā oportet vt scias q̄ stomachus in hac egritudine de se nō attrahit aliquid, quod ascendit ad ipsum ex intestinis, immo recipit qđ de necessitate ex intestinis ascendit ad ipsum. De natura enim intestinorum est, vt expellat res naturaliter ad inferiora. Sed in aliqua ægritudine, quando accidit motus horribilis seu fortis, incipiens ab inferioribus ascendendo superius, tunc expellitur quod in ipsis intestinis est retentum ad superius. Et similiter quando conculcatur in intestinis humor aliquis, & conculcatio huiusmodi seu retentio huiusmodi humoris prohibiti a fua descensione inferius, causat de necessitate vt ipse expellatur ad superiora. Et similiter quando retinetur in ipsis intestinis ventositas prohibita ab exitu inferius, tunc ipsa expellitur ad superiora. Et quādoq; accidit propter motus huiusmodi causa malitiæ complexionis, vt destruatur, scilicet virtus expulsiua, quare fit ileos. Et huiusmodi quidē dolor ileos est pernicio sus ex quacunq; causa proueniat, præcipue ille qui est fœtidus, & est ille cum quo stercus vomitu expellitur: & ille etiam cum quo anhelitus est fœtidus: & similiter ille cum quo eructuatio est fœtida: & ille etiam in quo egreditur ventositas per inferius fœtida: & ille similiter, cuius corpus totum est fœtidum. Inquit Galenus: Iam vidi multotiens hanc passionem, & non vidi nisi paucos homines ab ea euasisse. Et hæc quidem ægritudo non solum nominatur ileos, sed etiam nominatur græce Cudasis: & illud quando accidit in intestinis gracilibus apostema, ita vt oppilet intestina: (vel secūdum aliam literam, ita vt corrumpat intestina.)

A fa ſtera & aſa molle.

De cura ileos.

Cura autem ileos est, quoniam si fuerit apostema eadem, tunc phlebotoma venam primo: & post illud detur in potu aqua solatri, & alchechengi, & lubleb, & oleum amygdalarum dulcium, & cassia fistula mundata. Et emplastretur apostema calidum cum rebus infrigidantibus repercutientibus, sicut emplastrum factū de rosis, & sandalis, & saufel, & sief memithe, & farina hordei. Si vero fuerit apostema frigidum, tunc fiat emplastrum cum camomilla, & melliloto, & foliis caulium, & foliis lauri, & semine lini, & fœnugræci. Et si fuerit ex humore phlegmatico grosso, tunc detur in potu primo pilulæ factæ ex aloe, & masticæ, & pilulæ de serapino, & pilulæ alfabiar: & postea exhibeatur

beatur oleum de kerua cum hiera, aut oleum alchechengi cum aqua radicum. Quòd si fuerit ex stercore indurato sicut lapis, tunc administrentur primo clysteres lenes, & post eos quæ sunt fortiora: & sedeat infirmus in decoctione camomillæ, meliloti, & caulium: & commoueatur illud stercus cum fief. Et in summa dico, quòd omnia, quæ conferunt coliçe, conferunt etiam ileos. Illi autem, qui nõ poterit retinere cibum ex nausea, & subuersione animæ, oportet vt exhibeatur cyminum carmenum, & sumach, & syrupus granatorum factus cum mentha.

De Colica & curatione eius.

Cap. XXXII.

AEgritudines quidem quæ accidunt in intestino colon, non accidunt nisi ex apostemate, aut absq; apostemate, scilicet aut ex humoribus frigidis, grossis, retentis in spatio vel in concauo ipsius: aut ex chymis acutis, fixis in eo fixione vehementi: aut ex ventositate vaporosa, grossa, retenta in eo. Accidentia autem communia colicæ sunt nausea, & vomitus, & dolor difficilis, & retentio stercoris, & ventositatis, quæ debent expelli per inferius, & superius: & in istis accidentibus communicant dolor colicus, & dolor renalis: & ambo differunt per vehementiam & debilitatem doloris, & per locum in quo accidunt. Dolor enim colicus est vehementior, & maior & non est in vno loco, sed permutatur in locis pluribus: dolor autem renalis est stans seu permanens in loco suo, & accidentia omnia in eo sunt debilia cum hoc, quòd vrina in sui principio est aquosa, clara: deinde post illud fit grossa, habens sedimen: & in fine in ea sedimen est harenosum. Loquendo autem de colica, secundum se, seu singulariter dicamus, quòd quando colica est ex phlegmone, tunc cum ea de necessitate accidit febris, & dolor graus, & inflammatio, & sitis: & hæc quidem accidentia reperiuntur in eo, qui habet colicam ex chymis mordicatiuis cum dolore mordicatiuo, & accitate linguæ, & punctura ♃ seu acuitate vrinæ, & eius ardore cum chorda acuta, ♄ præcipue si præcesserint ad illud cibi & potus generantes choleram. Quòd si colica acciderit ex phlegmate vitreo, aut ex ventositate instante, tunc accidens commune in ea est frigiditas extremorum & pedum, & dolor cõtinuus, & fortis; & illud propter causas duas, scilicet, propter frigiditatem humoris, & tensionem corporis retenti in ipso intestino. Continuatio autem doloris est, quia illud quod retinetur, non est præparatum, vt cum facilitate euacuetur: quoniam grossitudo corporis retenti in ipso intestino, & spissitudo eius prohibet ne euacuetur: & si est ex humore grosso, vel & si causa colicæ est humor grossus, viscosus, tunc est grauitas cum tensione. Si vero causa est ventositas grossa, tunc cum ea non accidit grauitas. Et si egerit ex corpore res aquosa, tunc cum ea est ventositas, & supernatat super aquam substantia plurima similis substantiæ stercori vaccino.

A lia sitera, virge cum difficultate vrinę, & eius ardore.

De cura colicæ.

In cura colicæ quæ accidit ex phlegmone, oportet vt incipiatur primo a phlebotomia, si non fuerit prohibens eam: & si fuerit colica ex phlegmone parua, tunc fiat phlebotomia ex iunctura brachij: si vero fuerit magna, ita vt cum ea accidat difficultas vrinæ per communitatem veficæ, tunc oportet vt fiat phlebotomia de saphena: & post hanc detur in potu aqua solatri, & aqua alchechengi, & maluarum, & foliorum altheę cum cassia fistula: & administretur clyster ex aqua hordei, & oleo camomellino: & administretur ab extrema plasti um factum ex folijs violarum siccarum, & altheæ, & farina hordei, & oleo camomellino, & ex melliloto cum oleo violato. Quòd si fuerit dolor colicus ex humoribus acutis, tũc oportet vt curetur cum euacuatione humorum retentorum in intestinis, & cum æquatione & sedatione, primo cum aqua hordei & post cum rebus quæ sedant mordicationem: sicut est oleũ ♃ quo decoctũ est fœnugræcum, & althea cum adipe anseris. Q. si fuerit ex corruptione humoris plus timi retenti in concauo intestinorum, oportet vt detur ei potus medicamen factum ex aloe, & scammonea.

Q. si humores prædicti fuerint adhærentes, seu fixi in rugis seu in cellulis intestinorum, tunc exhibeat eis thiera picra, & cibetur cum cibis infrigidantibus, & sedantibus acuitatem humorum: & sit cibus ex eis qui non corrumpuntur velociter. Q. si accidat colica ex humore grosso frigido, aut ex vẽtositate instante, tunc curetur cum medicinis subtiliatiuis incisiuis, quarum caliditas seu acuitas non est fortis valde: quoniam caliditas fortis, quũ calefecerit humiditates grossas viscosas, virtutem habet generandi ventositatem grossam vaporosam: & hæc quidem ventositas quum accidit in concauo intestinorum, tunc facit accidere dolorem fortem. Et quia intestina sunt composita ex duobus panniculis, ideo si accidit inter eos humor fumilis istis, & tunc ipse potest permutari ad ventositatem grossam, quum resoluerit seu egerit in eum caliditas: & huiusmodi quidem ventositas est frigida, grossa, tarda motus, seu tardæ resolutionis: quumq; ipsa retenta fuerit inter duas tunicas intestinorum, tunc extendit eas, & causat dolorem. Et humor quidem ex quo generatur hæc ventositas, potest permutari ad aliud intestinum sibi cõtiguum: & ex istis duabus causis accidit iste dolor. Et si istis dantur in potu medicinæ quæ stupefaciunt & sedant dolores ipsorum, tunc egritudo post tempus augetur de necessitate, quia propter frigiditatem istarum medicinarum stupefacientium, & moram ipsarum in intestinis, insplanturnia gis ipsa intestina, & humores prædicti in eis existentes perueniunt ad grossitiem, & ad difficultatem resolutionis simul cum ventositate ab ipsis causata, ita vt huiusmodi ægritudo colica fiat difficilis, & non sanetur nisi in longo tempore. Quare in cura colicæ oportet medicum esse excellentissimum, & ingeniosum & expertum in arte, & oportet etiam vt medicinæ quæ in cura colicæ administrantur, non sint in vltimo gradu frigiditatis aut caliditatis. Illi vero cui accidit iste dolor colicus ex ventositate grossa, administretur in cura ipsius clyster factus cum oleo subtili, in quo decocta sint semina exiccatiua, resolutiua ventositatis inflantis, sicut cyminum, & semen apij, & anisum, & carui, & rutha, & similia. Et si coletur istud oleum cum aqua istorum seminum, & cum adipe ♃ anseris ♄ & adipe gallinę dissolutis, & misceatur cum clystere, erit conueniens. Et caue ne huiusmodi adipes sint salsti, aut antiq: possibile est enĩ vt administretur ille adeps ex eis, qui est recens. Quòd si non confert hic clyster, & permaneat dolor secundum quòd erat, tunc reiteretur hoc oleum, seu tũc reiteretur clyster cum hoc oleo ♃ in quo quandoq; additur butyrum, & castoreum, & opium: & sit quantitas olei cotilæ. i. & sit castorei, & opij, quod administratur per inferius clystere, ♄ quãtitas fabæ vnius, aut minus: quidam alij permiscent cum hoc clystere serapinum, & assam, & oleum de balsamo, & oleum ruthę. Et decoctio tribulorum, & carthami, & anethi, quãdo administratur in clystere cum oleo ruthę, confert iuuamento magno: quia virtutem habet resoluendi ventositatẽ. Q. si dolor fuerit vehemens, aut fuerit aliquid prohibens administrationem clysteris, tunc administretur loco ipsius suppositoria facta ex pulpa colocyntidis, & fele, & melle, & baurach armeno, & semine rutę. Et si vnxeris corpus cũ oleo rutę ań administrationẽ fomẽtatiõis factę cũ milio, ituuat.

A lia sitera, anatis.

A lia sitera, cũ quo quis quiescetur castoreum, aut euphorbiũ, & i fine capit, & tandẽ qđ affumitur de hoc oleo fit quãtitas vnc. ix. & quindẽ de castoreo aut de euphorbio & in fine de opio fit quantitas.

Suppositoria loco clysteris.

Et quandoq; iuuantur iſti iuuamento magno, ſumendo in potu oleum alkerua cum hiera picra diſſoluta cũ aqua decoctionis anethi, & aniſi, & maſticis, & ſemis ne apij, & ameos, & cordumeni, & ſemine rutæ, & dauco, & ficubus ſiccis mundatis, & ſimilibus. Et ſoluatur venter ipſorum omnibus tribus diebus cum pilulis de ſerapino, aut cum pilulis factis cum neremiſch. Et quãdoq; iuuantur cum iſtis pilulis in colica accidente a vẽ ſtate groſſa, & ab humore viſcoſo, frigido, vitreo. Rec. ſerapini, bdellij, opopanacis ſecacul, ſeminis apij, ameos, cordumeni, ſeminis rutæ, ſeminis anethi, zinziberis, piperis longi, omnium ana drach. ij. hierę picræ, turbith, omnium ana drach. x. pulpæ coloquintidis drach. vij. myrobalanorum citrinorum drach. v. ſeminis altheæ drac. iiij. Summa medicinarũ eſt. xvij. & doſis eſt drach. iij. cum aqua aniſi. Et cibus eius ſit in ſui natura ſubtiliatiuus, ſicut alleum, quoniam ipſe virtutem habet reſoluendi ventoſitates pluſq; reliqui cibi. Verum oportet vt exhibeatur, quando illic non eſt febris, neq; caliditas; quoniam proprietas allei eſt ſoluere, & remouere colicam. Et exhibeantur etiam ci barla ſeu decoctiones factę cum canaber, & gallo antiquo, quum venter eius fuerit impletus ex aniſo, & ſemine apij, & anethi, & cum decoctione facta ex porris nominatis alchafalut. Q. ſi fuerit colica ab humoribus groſſis, viſcoſis, tunc anticipabimus dando in potu medicinas quæ virtutem habent incidendi, ſubtiliãdi humores groſſos, ſicut oleum de kerua cum radicibus ſubtiliatiuis & calefacientibus, & hiera poſt illud, euacuando corpus cum clyſteribus acutis, factis ex cẽtaurea, & pulpa coloquintidis, & melliloto, & tribulis, & anetho, & fœnugręco, & ſemine lini, & ficubus, & furfure, & bdellio, & opopanaco, & ſerapio, & oleo alkerua, & oleo nardino, & felle tauri, & melle, & muſti. Et quandoq; confert etiam decoctio facta cum eus cumere aſinino, quando cum ea fit clyſter cum almuſti, & melle. Et quum adminiſtraueris illud, & non ſedatur dolor, tunc ſedeat infirmus in tina, in qua decocta ſunt camomilla, & melilotum, & ſiſymbrium, & ſuaſera, & ſampſucus, & anethum, & folia lauri, & caules; & inungatur locus doloris copioſe cum oleo nardino, & oleo camomellino, aut oleo ruthæ, aut oleo de liliis. Q. ſi accidat colica ex ſtercore indurato, tũc ciberur cum cibis humectantibus, & extrahatur fex cum clyſtere facto ex camomilla, & althea, & ſebeſten, & caſſia fiſtula, & oleo ſiſamino, & penidijs, & ſale, & nitro. Et detur I. potu decoctio paſſularum, & ficuum, & ſebeſten, & caſſia fiſtula, & hiera picra, quoniam cõfert omnibus doloribus colicæ. Et ſi non eſt illic apoſtema, tunc cum eo ſumatur etiam ſtercus album lupi; & quandoq; bibitur de per ſe, aut cum vino, aut cum aqua ſecũdum complexionem infirmi: & quando miſcetur cum turbith, & aniſo, confert: & quando etiam ſuſpenditur collo cum filo facto ex lana ouis decollatę ſeu mortuæ a lupo, aut cum modico de pelle eerui.

Filulę ad colicam accidẽtem a vẽtoſitate groſſa, & ab humore groſſo, frigido, vitreo.

Stercus lupi vtile eſt colicis.

TRACTATVS QVARTVS
habet triginta capitula.

Capitulum primum de debilitate hepatis.
Capitulum.ij. de apoſtematibus hepatis.
Capitulum.iij. de lapideitate quæ accidit in hepate.
Capitulum.iiij. de exituris quæ ſiunt in hepate.
Capitulum.v. de oppilatione hepatis.
Capitulum.vi. de malitia complexionis, & inceptione hydropiſis.
Capitulum.vij. de hydropiſi.
Capitulum.viij. de hydropiſi cum febre.
Capitulum.viiij. de icteritia.
Capitulum.x. de ægritudine ſplenis.
Capitulum.xj. de icteritia nigra.
Capitulum.xij. de apoſtematibus quę ſiunt in renibus & veſica.
Capitulum.xiij. de exituris quæ ſiunt in renibus.
Capitulum.xiiij. de vlceribus quæ ſiunt in inſtrumentis vrinæ.
Capitulum.xv. de duritie quæ ſit in renibus.
Capitulum.xvj. de debilitate renum.
Capitulum.xvij. de diabete, & eſt vrinę multitudo cum vehementia ſitis.
Capitulum. xviij. de diſtillatione vrinæ, & retentione eius.
Capitulum.xviiij. de generatione lapidis.
Capitulum.xx. de cautela a generatione lapidis.
Capitulum.xxj. de illis in quibus generatus eſt lapis & magnificatus.
Capitulum.xxij. de frangendo lapidem, & adminiſtratione alethirni, & eſt inſtrumentũ quo mingit ille cuius retinetur vrina, & nominatur alkazenari.
Capitulum.xxiij. de dolore iunctuarum, & dolore ancarum, & podagra.
Capitulum.xxiiij. de curatione doloris iunctuarum, & dolore ancarum, & podagra ſecundum communitatem.
Capitulum.xxv. de curatione doloris iunctuarum proprie.
Capitulum.xxvj. de curatione doloris ancarum, & iſchiaticæ proprie.
Capitulum.xxvij. de podagra accidente ex humore ſanguineo proprie.
Capitulum.xxviij. de podagra accidente ex humore cholerico calido proprie.
Capitulũ.xxviiij. de podagra facta ex humore phlegmatico proprie.
Capitulum.xxx. de cautela a dolore iunctuarum, & podagra.

De debilitate hepatis. Capitulum primum.

DEBILITAS quidẽ hepatis fit propter aliquam malitiam complexionis dominantem aut in ſubſtantia ſua, aut in inſtrumẽtis eius, aut ex materijs rentis in venis ipſius. Et hepati inſunt quatuor virtutes, ſcilicet virtus quæ attrahit ſuccoſitatem ciborum poſt digeſtionem ex ſtomacho & inteſtinis, & virtus, quæ retinet illam ſuccoſitatem donec alteret & tranſmutet ipſam, & virtus digeſtiua quæ ponit ipſam, vel quæ facit ipſam permutari & trãſmutari in ſanguinem, & virtus expulſiua quæ expellit ſuperfluitates extraneas generatas in ipſo hepate. Q. ſi debilis fuerit virtus attractiua, tunc fæces fiunt leues; nam ſi fuerit ſtomachus debilis, tunc fœces ſeu egeſtiones deſcendunt indigeſtæ: Si vero ſtomachus fuerit ſanus, tunc egeſtiones ſeu fæces ſunt digeſtæ. Q. ſi accidat in virtute retentiua nocumentum, ita vt cibus non moretur in hepate vſq; ad horam in qua completur eius digeſtio, tũc illud quod ex eo pertranſit ad membra, eſt non digeſtum, & apparet tunc altrehel, ſeu tebegi in totum corpus. Et quando corrupta fuerit virtus immutatiua ſeu digeſtiua, tunc quandoq; permutatur cibus qui vadit ad hepar, ad qualitatem horribilem: & quandoq; permanet ſecundum naturam ſuam tempore longo, abſq; q recipiat digeſtionem: & quandoq; digeritur media digeſtione. Et deterior harum trium diſpoſitionum eſt corruptio prima, ſeu nocumentum primum: & illud quia ſanguis conuertitur in malum humorem in huiuſmodi diſpoſitione, & peruenit ad corruptionem communem: & diſpoſitio

Altrehel ſiu tebegi eſt tumefactio ſtercticæ, ſeu ſimilis caceſię.

dispositio secunda est minoris nocumenti, q̃ prima: tertia vero dispositio est minoris malitiæ, q̃ amb̃e duę primæ, quoniam in ea permutatur cibus ad speciem ruffedinis de speciebus sanguinis: & sequuntur duas species precedentes solutio ventris, & vomitus species rum multarum diuersarum in substantia & colore: & sequitur speciem tertiam euacuatio similis toruæ carnis animalis ex propinquo tempore decollati. Et quãdo corrumpitur virtus expulsiua in hepate læso, tunc illud quod peruenit ad reliqua membra de sanguine, est sanguis non mundus: & sequitur ipsam malitia complexionis, & accidentia alia: quare corrumpitur, quod apparet de corpore. Et hæc quidem sunt ægritudines quæ accidunt ex malitia complexionis. Malitia autem complexionis aut est calida, aut frigida, aut humida, aut sicca: aut composita ex istis ad inuicem: Verum si est calida, tunc spissa gignit sanguinem, & cõburit ipsum, & sequuntur illud liquefactiones, & principium illius est liquefactio in humoribus, & postea caro ipsius hepatis exoriat, & liquefit, & fluit, & euacuatur ex parte stomachi cholera vehementis fœtoris, valde grossæ substantiæ, viridis in suo colore: & accidit vomitus cholericus, & destructio appetit⁹ cibi omnino, & vel secundum aliam literam, destructio appetitus cibi fortis valde, & fitis vehemẽs, & febris fortis. ⁊ Si autem malitia complexionis est frigida, tunc ipsa facit sanguinem grossum, difficilem in cursu, & in exitu suo: & solutio ventris quæ venit ex stomacho, non est consequitiua, neq; multa, neq; fœtida: & est appetitus cibi fortis valde, & fitis diminuta: & in principio infirmus est non febriens, & quum processerint dies, inuadit eum febris: quoniam corrumpitur sanguis qui est in hepate. Malitia autem complexionis sicca facit humores vehemẽter siccos, & magis grossos: & facit corpus asperum, & siccum, & fuscum, & ponit faciem permutatam, & exiccat fœces, & minorat eas: & illud quia fœces in huiusmodi dispositione descendunt siccæ, & sequitur ad illam fitis. Ad malitiam vero complexionis humidam hepatis, sequitur contrarium istarum dispositionum, & contrarium harum causarum: & illud quia non est cum ea fitis, neq; natura constricta, neq; apparet in corpore color fuscus, neq; extenuatio, neq; facies corrugatar, sed facit humores subtiles valde plurimæ aquositatis: & propter illud est fæx etiam humida. Et quum ita sit, apparẽt signa super malitiam complexionum simplicium quæ dominãtur in hepate, quas quũ tu sciueris, exilis signis erit tibi possibile, vt scias complexiones hepatis compositas. Nunc ergo loquamur de rectificatione istarum malarum complexionũ. Dico ergo q̃ oportet vt sint nobis duę intentiones, in cura malitiæ complexionis existẽtis in hepate. Prima intentio est ad contrariandum speciei malitię complexionis, quæ dominatur in hepate. Secunda intẽtio est ad confortandũ ipsum hepar cũ medicinis aromaticis, quæ miscentur cum rebus quæ administrantur interius & exterius: q̃, sicut diximus multotiens, nõ oportet vt sit studium nostrum in destruendo causam facientem ægritudinem solũ, led etiam in conseruando substantiam ipsius membri læsi, præcipue quando ægritudo fuerit in aliquo membro principali, cui inest operatio communis, sicut hepar proprie. In cõmunitatibus autem oportet vt consideretur huiusmodi accidentia, & vnicuiq; eorum describatur cura conueniens. Particulariter autem loquendo, dicendum q̃ hepar est læsum propter malitiam complexionis calidam, tunc administrentur res infrigidantes, & extinguentes caliditatem ipsius exterius & interius, & exhibeatur infirmo aqua hordei, & omnes species endiuiæ, & propriæ quæ ex eis est amara. Et illud quia in hac licet non sit caliditas apparens, tamen in ea est apertio oppilationũ sufficiens: & hęc est illa quę est necessaria in omnibus ęgritudinibus hepatis. Et cõfert etiam lactuca, & olus iamenum, & cattriplex, & blitis seu sicla, quando preparata fuerit cum aceto. Et si virtus fuerit debilis, & indigeat nobili cibo, tunc detur caro pullorum, & francolinorum, & gallinarum iuuenum: & alienẽtur species calidę pro condimento in omni fua preparatione seu decoctione: & conueniunt ei pisces aldradadi, idest, pisces petrosi. Et ex fructibus conueniunt granata, & poma, & cytonia, & vua, & zarur, & pyra: verum administretur ex eis parum, quoniam multotiens nocet administratio stypticorum cõtinua. Et emplastretur hepar ab extra cum emplastris factis cum floribus vitis, & folijs rosarum recentium, & semperuiua, & myrtho humida, & quę sunt illis similia: Sed cum eis misceant aliquid de folio indo, ⁊ ⁊ & spica aromatica cũ cera, & oleo cytoniorũ, & oleo tacto cũ arbor masticis, & oleo myrthino, & oleo de floribus dactylor: & cũ his opẽ vt cures malitiã cõplexionis calidę. Si vero dominatur super hepar malitia complexionis frigidæ, tunc oportet vt exhibeatur panis infusus in vino, & candicun, & caules decocti tribus vicibus, (vel fm aliã literam, & caules in eo decocti tribus vicibus,) & con diatur cum speciebus aromaticis. Et exhibeatur ex carnibus illę quę sunt velocis digestiõis, sicut albagel seu cubugi, & aues paruę. Pisces autem oportet vt penitus prohibeatur, & similiter omnes fructus. In mala autẽ cõplexione hepatis hũida aut sicca, q̃si cauſatu ex materijs aggregatis i hepate, opz vt iciplatur cum regimine conuenienti, & eligantur res quæ virtutem habent humectandi, aut exiccãdi absq; q̃ appareat calefactio, aut infrigidatio ipsarum: & ista administratur in principio. Nam quãdo magnificata fuerit ægritudo & prolongata, tunc ista adiuuant materiam humidam, & perducunt eam patientis eã ad hydropisim carnosam: & in alia mala dispositione hepatis sicca cum materia, adiuuant materiam siccam: & quũ talis dispositio maiefuerit prolongata, perducit ad debul, & ad eminentiam vmbilici. Et in summa, quãdo prolongatur huiusmodi dispositiones, nõ est eis curatio: & h est eis cura, tunc humida est magis proxima vt sanetur q̃ sicca, tunc humida est magis proxima vt sanetur q̃ sicca. Et secundum hunc modum oportet vt cogites & consideres in curatione malarum complexionum hepatis compositarum: quoniam quum tu acceperis rationes exhuiusmodi cauſis, quas diximus, possibile est vt tu resistas vnicuiq; speciei malarum complexionum compositarũ: resistẽtia artificiali, & ingeniosa, & prudenti.

De Apostematibus quæ accidunt in hepate.

Capitulum secundum.

APostemata quæ accidunt in hepate, quędam accidunt in gibbositate ipsius, & quędam in cõcauitate eius. Et illa quidem quæ sunt in ipsius gibbositate, sunt facilis cognitionis per sensum, præcipue quãdo apostemata sunt magna, & lacerti qui sunt super ventrem, sentiuntur repleti. Q. si apostema fuerit in concauitate hepatis, tunc cognoscitur per accidẽtia quæ ipsum sequitur: & sunt grauitas in latere dextro, & tullis parua, & color linguæ in principio est rubeus, & in fine denigratur: & destructio somni, & sitis, quæ non sedatur: & vomitus choleræ citrinæ similis in principio vitello oui, deinde in fine efficitur ficut ærugo æris: & cum hoc accidit dolor, ita vt mirach infirmi attrahatur superius: (vel secundũ aliam literam, ita vt infirmus attrahat rotam sui mirach ad superius) & quandoq; peruenit dolor vsq; ad furculam, & extenditur ad inferiora vsq; ad terminum hypochondriorum. Et ista quidem accidẽtia sunt communia apostematibus gibbi hepatis, & concaui ipsius etiam: verum apostemata quę fiunt in gibbo hepatis, diuersificantur & distinguuntur ab apostematibus quæ fiunt in concauo

Causa pp quã cauſatur fluxus diuerſorum colorum.

Vſi cauſatur fluxus liquoſi cibus humor, & imbrotũ, & ſubſtantię hepatis, & fluxus cholericus ſtatuit viridis.

A lia litera, & ſitis vehemẽs, fluxus ſit q̃ venit a ſtomacho nõ ſucceſſibus, ſeu cõtinuus, neq; ſ pluvinus, neq; ſtridꝰ & eſt appetitus cibi fortis valde, & ſitis diminuta, & in principio infirmus eſt non febriens, ſed quũ exercitandi uit dies iuadit cũ febris.

A lia litera, & mattice.

Candicun. i. vinũ cocũ cũ zuccharo & aromatibus.

A lbagel ſeu cubugi eſt ſpes pdicis, q̃ bſt roſtriꝰ & pedes tubuoꝝ, gioſa, ta coturnix.

Nota de endiuia amara vtiatur.

cauo eius, quoniam dolor in apostemate gibbi fit fortior apud anhelitum, & excitatur tussis plus, & extenditur in eo dolor vsq; ad furculam dextram plus, taliter vt sentiatur, ac si ipsa extraheretur ad extra: in apostemate vero quod est in concauo hepatis, dominatur destructio appetitus, & nausea, & vomitus choleræ, & vehemens fit sitis: & aduenient hęc accidentia, quę diximus, ei, in cuius hepate est apostema nominatum Almessera, cum febre vehementi, acuta, adustiua, & siti vehementi. Si vero fuerit apostema calidum in hepate, absque q̃ hepar fit debile, tunc venter stringitur: Si autem apostema est cum debilitate hepatis, aut debilitate stomachi, tunc non constringitur venter. Et neq; fit apostema illud in carne hepatis sola, immo fit etiam in panniculo circundante ipsum hepar, & in lacerto, qui est super ipsum. Et differentia quidem inter illud apostema quod est in hepate, & inter apostema quod est in lacerto, est per figuram apostematis ipsius, & per qualitatem doloris: quoniam apostema quod est in lacerto supra hepar, non est nisi in longo protensum. Si enim fuerit in lacerto extenso in longum, tunc eius extensio etiam est in longũ: & si fuerit in lacerto transuersali, & lacerto latitudinali, tunc eius extensio est adlatus. Et figura quidem apostematum quæ sunt in hepate, est declinis ad rotunditatem: & similiter figura apostematis quę est in carne ipsius, & dolor est grauis. Et si apostema est in panniculo circundante hepar, aut in instrumentis quæ sunt in eo, tunc dolor est acutus.

Et in apostematibus hepatis calidis in principio, si virtus est fortis, & corpus est repletũ, tunc indiget euacuatione: & si consentit ad illud ætas, & hora, & consuetudo, tunc phlebotomia venam basilicæ iunctuæ dextræ: & post hoc mensura regimen cum studio: & illud quia si hepar est apostematum, necessarium est regimen conueniens in cibo & potu & medicinis, quæ virtutem habent aperiendi: hactamen condictione, q̃ pdicta nõ sint viscosa in substantia sua, neq; in qualitate fua sint mordicatiua, q̃m mordicatiua mordicant membꝝ apatum, & cõmouent seu stimulat ipsum. Et propter hoc exigit necessitas administrãdi medicinas subtiliantes absq; mordicatione lædente ipsum membrum apostematum: & propter hoc oportet administrare res, quæ aperiunt & abstergunt absq; mordicatione: & huiusmodi quidem proprietas reperitur in aqua mellis: verum tu scis q̃ omne dulce est non aperitiuum oppilationum hepatis & splenis, immo est oppilatiuum & ingrossatiuum. Quare oportet administrare aliquid quod cõueniat apostemati hepatis absq; nocumento: & huiusmodi non est nisi aqua hordei, quoniam ipsa abstergit absq; mordicatione: & ex medicinis est syrupus acetosus. Aqua vero granatorum, & pomorum, (vel secundum aliam literam, Granata vero & poma) & reliqua quę sunt styptica, quia aggregant & oppilãt meatus, ex quibus currit cholera, ideo addunt in apostemate, & in magnificatione eius, præcipue si apostema fuerit in concauo ipsius hepatis: & illud, quia omne quod mordicat & oppilat, auget nocumentum in apostemate concaui hepatis. Si autem apostema fuerit in concauo hepatis, tunc nocumentũ est minus, q̃ sit in dispositionibus quas diximus: quoniam res quæ fumuntur, alterantur anteqũ perueniant ad gibbum hepatis. Et quando apostema fuerit in gibbo hepatis, tunc confert aqua hordei: & proximæ ei sunt medicinæ, quarum proprietas est prouocare vrinam prouocationeme diocri, sicut aqua in qua decoctæ sunt radices apij. Si vero cum apostemate accidrit inflammatio multa, tũc detur in potu aqua solatri, & aqua endiuiæ cum syrupo acetoso: & quum processerit tempus, & maturatur apostema quod accidit in gibbositate, tunc administra medicinas quæ prouocant vrinam prouocatione forti, sicut assarum, & spica romana, & apium montanum, & myrrha, & flores iuniperi, & daucus, & herba eupatorij, & absynthij, & chamepithyos, & similia. Et quandoq; ingreditur in hoc trochisci de berberis, (vel secundum aliam literam, & trochisci de berberis etiam cuerunt hoc cur su.) Si vero apostema fuerit in concauo hepatis, tunc administrentur medicinę quę soluunt naturam, & minceantur in cibis eorum sicla, & lubleb: & quum est hora declinationis apostematis, tunc administra medicinas fortes, sicut aloes, & agaricum, & turbith, & myrobalani citrini, & similia: Et euacuetur etiam corpus cũ clystere, & incipiatur cum eis clysteribus quæ sunt cũ aqua mellis, in qua permixta sunt sal, & nitrum, aut baurach. Et in declinatione ægritudinis, præcipue si remanserit aliquid de apostemate duro, tunc permisce cũ clystere medicinas fortiores q̃ istæ, sicut hyssopus ficea, & calamẽtum, & pulpa coloquintidis, & centaurea minor: huiusmodi enim virtutem habent resolue di. Signum autem q̃ lapideitas seu duricies remanst in hepate & in splene, est q̃ medicus neglexit dispositionem amborum, & exhibuit infirmo comestibilia viscosa, & non dedit ex medicinis quę aperiunt & abstergũt. Emplastra autem & cerata quæ ab extra sunt applicanda, sunt composita ex medicinis mollificantibus, aromaticis, stypticis: & incipiatur primo cum cerato facto ex oleo rosato: & similiter emplastra, quæ habent hanc virtutem, facta ex duobus sandalis: & emplastrum factum cum semperuiua: deinde in fine admistra cerata & emplastra fortiora: & sit materia medicinarum quę administrantur ab extra in principio, farina hordei, & dactyli non cõplete maturi, & cytonia, & mastix, & absynthij, & rosæ, & camomilla, & melis lotũ, & semen lini, & cera, & oleũ mastichum, & oleũ de cytonijs, & oleũ rosaũ: & in fine admistretur storax liquida, & radix lilij, & oleum nardinum, & oleum camomellinum. Q. si iam remanserit aliquid de duritie in hepate, tunc oportet vt curetmus ipsum per ea quæ parum post dicemus. In apostemate autem hepatis calido, quod est almessera, conferunt istæ eędem medicinæ quæ diximus: quoniam iuuamẽtum earum est etiã commune ei. ℣ Cura autem propria eius est, quia si almessera prędictum ☽ fuerit in concauo hepatis, tunc administretur medicinę quę euacuant choleram cum facilitate. Q. si fuerit in gibbo, oportet vt administretur ea quę prouocant vrinam cum facilitate. Et quando in infirmo febris fit fortis ex assumptione harum medicinarum, tunc oportet vt non cibes ipsum cum eis in quibus non apparet caliditas, immo exhibeatur cibi infrigidantes, qui non faciunt accidere oppilationes, sicut aqua hordei, & quę sunt illi similia.

Alia floreza, illud autem quę est apritiuum vnicuiq; eor, est quoniam si apostema.

Nota de aq̃ meli. & de aq̃ hordei virtutes.

Nota q̃ Serapi. in fra de cura ictericię citrinę ab assate, administrat aquã in eilis subtilis .i. aquã mellis tacta cũ iuuo meile & nulla alĩ. thutur modi qđ aq̃ mellis guocat vrinã, & aq̃ oppilationes, q̃ pq̃ pauca dulcedine sua nõ est apta oppilare sicut illa q̃ est multũ dulcis.

De Lapideitate seu de duritie hepatis, & de cura ipsius. Cap. III.

SCias q̃ apostemata dura seu melancholica q̃ sunt in hepate, pprietatẽ hẽnt vt curentur in principio cũ emplastris mollificatiuis, cũ q̃bus pmixtę sunt medicinę q̃bus curãtur apostemata hepatis sanguinea calida, (vel sm̃ aliam literam, q̃ permixta fuerint cum medicinis, quę conueniunt apostematibus phlegmatícis in hepate.) Et quum prolõgata fuerit ęgritudo diebus multis, & morata fuerit diebus multis illa durities tunc non est possibile vt ipsa curetur, sicut dixit Gale, in tractatu suo ad Glauconem: quia ad huiusmodi duritiem de necessitate sequit hydropisis. Et illi quibus accidit hęc ęgritudo, moriũtur velociter cum solutione naturę: & illud, quia orificia venarum per quas trãsit cibus ex concauo hepatis ad gibbum eius, quando fuerint oppilata oppilatione notabili, tunc reuertitur cibus de necessitate ad inferiora ventris: & ex eis quibus accidit hęc ęgritudo, sunt qui moriuntur in tempore

porelongo. In illis autem qui sanãtur, intẽtio in curatione eorum non est, nisi vt aperiantur meatus hepatis & absterg antur: & hęc quidem est intentio curationis istorum. Et quia in membris in quibus accidit apostema durum ex humoribus grossis, viscosis, profundis in corporibus eorum, quandoq; accidit de necessitate apostema frigidũ, ideo necessarię sunt res quæ habent virtutem subtiliandi, & incidendi grossitiem humoꝝ, & resoluendi quod ex eis est subtiliatum, & sunt illa quę sunt calida, subtilia. Modus autem tertius est intentio tertia est, vt disponatur membrum induratum ad recipiendum istas medicinas quas diximus: quoniã si non rectificatur membrum ad recipiendum eas, tũc resolvitur materia subtilis, quę facit accidere duritiem & remanet grossum, quod hic durum fiet lapides, super quos accensus est ignis: & propter resolutionẽ præ dictam remanet membrum durum ex dominio ficcitatis in ductæ super mẽbrum. Verum iste modus, seu hæc intentio est cõmunis etiam membris aliis, & proprie hepati. Quare oportet vt super ipsum dominetur medicinæ quæ virtutem habent calefaciendi & subtiliandi: quoniam hepar est ficut humiditas congelata. Et materia medicinarum quibus complẽtur intentiones, iam dicta est in præcedentibus, & nunc hic commemorabimus aliquas earũ. Ex medicinis igitur simplicibus quæ subtiliant grossum, & aperiunt, & absterg unt, est herba absynthij, (vel secũdum aliam literam, est flos absynthij) & granum alben, & assara, & species spicæ, & crocus, (vel secundum aliam literam, & assarum, & sisymbrium, & crocus) & mastix, & grana agni casti, & radix rubeæ tinctorum, & radix peoniæ, (vel secundum aliam literam, & stipites peoniæ) & herba eupatorij, (vel secundum aliam literam, & succus eupatorij etiam confortat hepar) & oleum de spica, & oleũ de mastice, & radix centaureæ minoris, quando bibitur, & ponitur in emplastris exteriusẽ & radix plantaginis, & folia eius ficcatẽ & fortius, & melius est semẽ eius & cortices radicis lauri, quando ex eis bibitur cum vino aromatico quantitas aureimedij, (vel secundum aliam literam, quantitas trium vnc.) & decoctio lupinorum amarorum, & farina eorum, quãdo cum ea fit emplastrum ab extra: & radix serpentariæ, & polium etiam, quoniam ista absterg unt & mũdificant reliqua corpora, & subtiliãt humores grossos, viscosos: & polium, & reubarbarum, & lacca, & chamædrys incidit humores grossos: & agaricum etiam virtutẽ habet aperiẽdi, & mundificandi. Camomilla vero exterius emplastrata resoluit cum facilitate plus, q̃ reliquæ medicinæ. Ex medicinis autẽ compositis quæ magis conferunt, est dialacca, & diacurcuma, & athanasia, & diascostum: & oportet vt scias q̃ nulla istarum confectionum compositarum confert malæ complexioni hepatis calidæ, immo confert malæ complexioni hepatis & humidæ, & compositæ ex vtrisque. Q̃ si in eis fuerit aliqua mala complexio declinans ad caliditatem, tunc medicamina prædicta non conferunt, nisi malæ complexioni cõpositæ, in qua dominatur humiditas, & caliditas in ea est pauca. Et confert huic ægritudini etiam oleum de kerua cum decoctione eupatorij: & etiam oleum amygdalarum dulcium cum aqua radicum. Emplastra autem quę ponũtur exterius ad mollificandum duritiem, sunt ficut bdellium, & medullæ, & pinguedines, & quæ eis similantur: & oportet vt cũ eis misceantur medicinæ mollificatiuæ, quę prouocãt vrinam, ficut daucus, quod est semẽ baucię sylueſtris, & fœniculus, & apium sylueſtre, & anisum, & semen apij, & siseleos, & omnes medicinæ quas ante diximus. Et conferunt etiam res quæ conueniunt debilitati hepatis, & confortant ipsum, sicut flos vitis, & rosæ, & oleæ facta ex eis.

Medicinæ simplices conferẽtes hepati.

Daucus quid sit.

De Exituris seu de apostematibus quæ aggregant sanies in hepate. Cap. IIII.

QVando in hepate est exitura quæ iam aggregauit sanies, & indiget apertione, tunc aperitio cum ferro est difficilis valde, & timorosa perducens ad perditionem. Quare oportet vt studium tuum sit de necessitate in eruptione huiusmodi apostematis, & misceatur in emplastris farina hordei, & cius decoctæ, & stercus columborum, & hyſopus, & calamẽtum, & aqua hordei, & farina hordei decocta cum melle. Et administretur semper medicinæ quæ prouocant vrinam, vt declinet sanies ad renes & vesicam: quoniam conuenientius est vt euacuetur sanies cum vrina: quoniam egressio sanei cum vrina melior est, quàm eius egressio cum egestione, & cum vomitu. Quare oportet vt detur infirmo per aliquot dies de cocto assę sola, aut decoctio hyſopi sola, aut decoctio calamenthi fluuialis, aut decoctio centaureæ, aut decoctio prassij. Et hæc est medicina experta etiam in apostematibus duris in hepate: (vel secundum aliam literam, & hęc est medicina probata cum experimento in dubelati) Rec. tararaxacon ficci pondus drac. j. feminis maru. drach. j. ſ. fœnagręci contriti drach. j. denturin potu omnia cum. vj. vnc. lactis asinini, aut caprę in ea dem hora mulctę, cum drach. vij. zuccheri. Et si natura fuerit stricta, sumat eam cum pilulis de aloe, aut cum clystere. Et quum erumpitur extura, & videris sanieꝫ iam declinate versus renes & vesicam, tunc caue ab eis quæ faciunt eam exire versus vesicam multum, & abeis quæ addunt in acuitate materię, vt non lædatur vesica, & lædantur membra cum læsione ipsius facta per communitatem. Immo exhibeantur eis de semine basilicæ, & de semine citrulli excorticatis, & dragacanto, & penidijs, & radice liquiritiæ, & quæ sunt illis similia. Et cibetur cum cibis leuibus temperatæ cõplexionis, sicut aqua melis bullita bullitione leui, cũ qua permixtũ sit aliquid de amylo, & lac cuius aquositas iam est exiccata per impositionem lapidum in eo ignitoꝝ, & qua forbilia, & molochia, & malua elixata cũ decoctione hordei, aut cãdarufij, & aq̃ hordei decocta cum melle, & aq̃ hordei decocta cũ iuubis. Et q̃nq; indiget administratione lactis cũ vino dulci. Et pępe infirmo, vt comedat pisces petrosos quos, mollis carnis, & carnes auiũ teneras. Et si euacuat sanies ex vętre & intestinis, tunc opꝫ vt administret cibaria, q̃ nõ ꝓstringũt naturã, neq; humectãt multũ, sicut cãdarufiũ cũ syrupo pomoꝝ antiquo, aut cũ syrupo cytoniꝝ facto cũ melle, & oua recentia forbilia, & lac nõ coctum, & tri, & sorbitiones temperatæ. Q̃ si cum iſtis fiat eruptio in panniculo hepatis, ita vt euacuetur materia inter panniculum & intestina, in loco vbi aggregatur aqua in hora hydropisis, tunc administretur curatio cũ ferro: & mellius est vt fiat perforatio parua ad latus ĩguinis dextri. ❡ Quum autem egreditur sanies, curabimus hepar cũ emplastris & reginimibus conuenientibus: apertionẽ vero curabimus cum emplastris conuenientibus. ❡

Alia littera, & accidit q̃nq; fiat eopis qua, donec egrediatur farina & vtilis pũlsus egre diatur. Et cũ egredi tur saule, nõ negligatur hepar cũ emplastri. conuenientibus, & super locum apertionis ponantur ea quę conſolidant.

De Oppilationibus accidẽtibus in hepate. Capitulum quintum.

CAuſę quidem oppilationum accidẽtium in hepate, sunt humores grossi, viscosi, adhærentes in orificijs venarum diuisarum in hepate ex vena, quæ nominatur porta. Et accidentia quæ sequuntur ipsam oppilationẽ, sunt grauitas, & dolor ablq; febre. Et huiusmodi dolor ablq; febre fit, quando aggregatur ventositas grossa in hepate non habens exitum. Quum ergo accidit oppilatio, tũc prohibetur pe aertatio eius quod effundit ur, & tranſit ad membra, & aggregatur replẽio in mesaraicis, quæ sunt venæ graciles, quæ oriuntur ab hepate in concauo eius. Et ex hac etiam oppilatione nõ fecurat ur infirmus ab apostema

te

epartium, in quibus aggregantur illæ superfluitates: aut non fecuratur a putredine humorum qui sunt multiplicati in eo, ad quam quidem putrefactionem sequitur febris proculdubio: & ppter hoc oportet vt solicitudo fit de hepate vehementi studio cum medicinis habẽtibus virtutem incidendi viscositatem humorum, & subtiliandi grossitiem eorum, & aperiendi & abstergendi, aut mundificandi; & non cum bibitis solum, sed etiam cũ his quæ applicantur ab extra. Medicinę autem, quæ bibunt & conferunt huic ægritudini, sunt syrupus acetosus factus cum aceto fquillæ, & eupatorium cum decoctione lupinorum amarorum, & decoctio radicum capparum, & radicum squinanthi, & radicis fœniculi, & radicis apij, & radicis lilij cẽlestis, & masticis, & anisi, & reubarbarum, & lacca, & rubea tinctorum, & fœnugræcum, & cassia lignea, & passulæ mundatæ ab arillis, & ficus cum oleo amygdalarum dulcium, & amararum. Agaricum autem cum succo eupatorij non est minoris apertionis & mundificationis, ꝙ ea quæ diximus; & similiter herba absynthij, & succus eius; & polium, & radix rubeæ, & spica, & succus centaureæ minoris, & gentiana, & acetum squillitieum, & syrupus factus ex eo. Ex medicinis autem compositis conueniunt dialacca, & diacurcuma, & cõfectio hepatis lupi nominata athanasia, & trochisci de absynthio, & trochisci laccæ, & trochisci de reubarbaro, & trochisci anisi. Et quum volueris mundificare hepar, & aperire vias strictas quæ sunt in eo, absq; ꝙ calefaciat aut infrigidet ipsum, tunc medicina nobilis conueniens ad hoc est firachs, idest, planta filicis, quoniam sapor amarus dominatur in ea valde. Et etiam medicamen factum cum chamæpitheos; cuius virtus est proxima ad firachs: & non est mirandũ ꝙ chamæpithys sola confert malæ complexioni hepatis, & confert etiam si misceatur cum radice endiuiæ syluestris. Et confectio facta de spica etiam confert valde, cuius descriptio est hæc. Recipe spicæ nardi romanę partes, iij, absynthij partem j, terantur, & cribelentur, & conficiantur cum melle despumato, & detur in potu. Spica autem nõ habet virtutem apparentem in huiusmodi egritudine hepatis, immo virtus eius est vt cum ea curetur hepar, quod iam infrigidatum est, & induratum. Et non est iuuamentum paruum in trochiscis de absynthio, & trochiscis de lacca, & trochiscis de reubarbaro, & trochiscis de anisо; & similiter i medicamine facto ex reubarbaro, quãdo bibitur cũ aqua apij montani. Et quidam alij dant in potu lac camelarum cum medicinis, quas diximus; verum lac prædictum sit lac camelæ, quæ depascitur seu nutritur cum fœniculo, & apio, & endiuia, & sceha, & camomilla, & alachoen alba, & radicę squinanthi. Et quãdoq; iuuatur etiam cum solutione naturæ facta cum hiera picra & polypodio, & agarico, & absynthio, quando accipitur de eo cum anisо, & assaro, & reliqua quæ prouocãt vrinam. Oppilationi autem antiquæ cõfert administratio phlebotomiæ ex manu dextra, quando extrahitur sanguis ad quantitatem necessariam. Et conferunt exterius emplastra facta cum farina lupinorum, & polio, & rubea, & seminibus prouocãtibus vrinã. Et hæc est regula in curatione oppilationũ quę sunt i hepate.

Confectio athanasia licitur confectio facta cũ adipe lupi.

Alachoē albũ qd fit, lege in repertorio nostro sub Aukcen.

A ha ſiſtera, & primũ, qđ apparet ex eis. Tebegi & alterel, id eſt inflatio ſeu tumefactio, de q̃ ſupra dictum eſt.

De Cacesia, seu de malitia formę, quę præcedit ad hydropisim. Cap. VI.

Cacesia quidem, seu malitia formæ, est dispositio quæ præcedit hydropisim: & sequuntur ad eam ista accidentia, quę narrabimus: ꝙ quorum primũ ☽ est tebegi, & alterehel in corpore toto, & proprie in digitis manuum & pedum, & in facie, & color corporis totius declinat ad albedinem fuscam. Et post hoc accidit etiam corruptio digestionis cibi, & vehemẽtia appetitus, & mollificatio corporis totius, & oculi eius efficiũtur mollificati, & inflati, seu palpebrę oculorum efficiuntur tumefactæ; & accidit solutio naturę absq; ordine. Quãdoq; enim soluitur venter supra mẽsuram, & quandoq; seu vice alia constringitur. Et minoratur vrina, & sudor. Et sequitur ad illud grauitas motus, & pigritia; & generatur in vẽtre vẽtositas multa, & inflatio in duobus testiculis, & ☽ apostemantur gingiuæ. ☽ Q. Is accidat in corpore vlcus, tunc ipsum est difficilis consolidationis propter malitiam humoꝝ contentorum in eo, & corruptionem humiditatum, quæ effundunturad ipsum locum.

A ha ſiſtera, accidit inflatio in gingiuis.

De cura Cacesiæ.

Cura autem cacesiæ, seu malæ formæ, non existima tur ꝙ fiat cum medicinis tantum quæ euacuant, ſicut fit in aliis ęgritudinibus: quoniam illis, quibus accidit cacesia ex prohibitione sanguinis q̃ currebat inferius ab hęmorrhoidibus ex consuetudine, post incisionem cum ferro, aut medicamine alio aperiẽte ipsas hęmorrhoidas; & fit rẽ illis q̃ remouẽtur a forma sua, & ab habitudine sua sana, pp aggregationẽ superfluitatũ malagn in corporibus ipsorum, oportet vt i istis ambobus fiat phlebotomia, & euacuetur ab eis sanguis secundũ mẽsurationem in tribus, aut quatuor diebus; (vel secundum aliã literam, vt fiat phlebotomia diuidẽdo ipsam in tribus aut quatuor diebus.) In reliquis autẽ ab istis duabus dispositionibus, non oportet vt phlebotomẽtur vena omnino, nisi dominetur materia aggregatain corpore, & cõsentiat ad illud ętas, & tempus, & regio, & regimen, & virtus, & quæ sunt istis similia. Et istis quidem, quorum præcessit rememoratio, conueniẽtius est vt administretur euacuatio cũ hiera picra ante euacuationem sanguinis per phlebotomiam, & post ipsam etiam; quoniam hiera picra euacuat superfluita tes malas horribiles naturæ plus, q̃ extrahat rem propriam, & conuenientem naturæ. Et tib i quidem ineſt, vt administres etiam reliquas medicinas alias soluti uas; & oportet vt post euacuationem administres exiccatiuas foluentes seu incidentes humiditates retẽtas in membris. Et ex eis quæ conferunt istis iuuamento magno, est balneatio cum aquis salsis, & aluminosis, & baurachijs, & sulfureis; & exercitium temperatũ prope mare seu i locis maritimis. Et vomitus quidem ante cibum confert etiam plus, q̃ omnia quę diximus. Et iuuatur etiam clystere acuto liquefactiuo. Et oportet vt conuertatur studium nostrum plus in prohibendo, ne aggregetur in corpore infirmi aliquid ex superfluitatibus; & hoc quidẽ fit & completur, administrando semper illud quod soluit humiditates extraneas, ſicut pilulę factę de pulpa coloquintidis, & polypodio, & agarico, & epithymo, & scammonea, & aloe, & reliqua quæ euacuant humiditates extraneas. Et curatio quidem communis, quę confert huic dispositioni propriæ, est illud quod dicemus in fermone de hydropisi.

Hiere picre vis.

De Hydropisi. Cap. VII.

Hydropisis quidem accidit aut ex hepate, quando infrigidatum fuerit in frigidatione vehemẽtia: aut propter multum sanguinẽ frigidum aggregatum i toto corpore: aut propter frigus superfluũ, quod habet virtutem infrigidandi hepar: aut propter frigus hepatis, aut propter apostema durum accidens in eo, aut propter malitiam complexionis subito aduenientis: vt quando bibitur aqua frigida multa non in sua hora, & illud est ex eis quæ infrigidant membra, vnde infrigidatur hepar per communitatem eorum. Et membra quæ ☽ infrident hepar, aut hoc operantur ex hoc ꝙ infrigidant venas, quæ sunt in gibbositate eius primo, vnde totum hepar ex hoc alteratur in spatio tpis longo, sunt ſicut pulmo, & velamen diaphragma, & renes: aut sunt mẽbra q̃ infrigidãt venas q̃ sunt in concauo, & huiusmodi mẽbra sunt ſicut pulmo, ☽

A ha ſiſtera, frigidẽdo venas, q̃ ſunt in gibbositate hepatis, mutant pęcquetter tpũ hepar in ſpatio tpis lõgo, ſunt ſicut pulmo, & velamen, & renes. Mẽbra vero q̃ infrigidãdo venas, q̃ ſunt i concauo hepatis, ꝙ ſequuntur infrigidãte hepar, ſunt ſicut ſplen.

& stomachus, & intestina: quoniam ex consuetudine eorum est, vt ex eis perducatur frigus nō temperatum ad hepar. Et sit etiam hydropisis ex euacuatione sanguinis superflui, sicut fluxus menstruorum superfluus, & sicut fluxus hæmorrhoidum superfluæ quantitatis: nam ex huiusmodi fluxu sanguinis superfluo infrigidatur hepar, & debilitatur. Et multotiens fit hydropisis etiam ex grauitudinibus acutis: vertum non fit nisi cū medio egrediente ab æqualitate. Nam ab ægritudinibus prædictis multoties accidit mala complexio calida & ficca, dissemperata, dissoluens virtutem eius, vnde accidit hydropisis. Species autē hydropisis sunt tres: quarum vna caulatur ex multitudine humiditatis subtilis, quæ aggregatur & conculcatur inter velamen seu panniculum nominatum baritaron, & inter intestina: & alia species fit ex ventositate, tertia vero species fit, quando corpus totum videtur sicut mortuum tam inflatum. Et prima quidem species nominatur Ascites, & secūda Tympanites, & tertia Hyposarca seu carnosa. Et in omnibus speciebus hydropisis inflatio pedū est accidens communes: & illud, quoniam caliditas innata in eis est debilis, & vapores nō penetrant in eis ad extra corpus: & propterhoc, illud quod peruenit ad pedes secundam viam cibi, resoluitur illic, & mutatur ad superfluitates malas. Q. d. si dixeris, quare nō inflantur manus: dicemus, quoniā manus sunt propinquæ cordi: & quoniam cor est fons caloris naturalis, ideo manus iuuantur a calore naturali, & non consequitur in eis hęc corruptio. Et etiam quia manus facilius & plus mouentur q̄ pedes, ideo propter motum plurimum resoluitur quod ad eos peruenit. Et etiam dicamus, q̄ vapores grossi qui generantur in hydropicis, expellun tur naturaliter ad inferiora, vnde faciunt pedes tumefactos seu inflatos. Et diarrhia quidem est accidens proprium hydropisis, & quæ accidit in locis vacuis viscerum, quando accidit eis apostema. Et quandoq; accidit hydropisis ex hoc, q̄ in huiusmodi locis est malitia complexionis praua, & significant illud dolores, qui sunt firmati in vmbilico, & vētre, & in anchis, seu in ilijs, ita vt non remoueantur, neq; per euacuationē factam cum medicinis, neque cum re alia. Aut accidit diarrhia propter apostema melācholicum durum, qđ fit in eis: & illud quia cibus non peruenit ad hepar propter coarctationem, quam in eis facit accidere apostema, & repletio venarū quibus fit penetratio. Et de necessitate, quādo grauat cibus super intestina, tunc ipsa expellunt cibum ad locum inferiorem: & adiuuat ad illud etiam mordicatio accidens ex comestione ciborum, quæ incitat ad expulsionem. Hydropisis autem accidens ab apostemate hepatis, significatur per commotionem tussis, & paucitate eius quod egreditur de fæcę, & ficcitate eius. Q. d. si cum tussi fuerit sputum, tunc nō speratur sanitas infirmi, sicut dixit Hippocrates septima particula, vbi dixit: In omni hydropico, cui accidit tussis, non speratur sanitas: quia hoc signifi cat q̄ pulmo iam est repletus istis materijs: & propter illud morietur velociter, quoniam anhelitus ipsorū est constrictius & difficilis, vnde sit præfocatio. Et differentia quidem inter hydropisim accidentem ex hepate, & inter speciem hydropisis quę fit ex locis vacuis viscerę est, q̄m inflatio quę accidit ex hepate descendit sub digitis, seu cędit digitis cōprimētibus super istatio nem, & remanet locus eius profundus, & post parum temporis reuertitur ad dispositionem primam: & non fit ita in specie alia, quia causa inflationis illic est phlegma, & causa in hac specie secunda est ventositas. In hydropisi autem quæ fit propter membra anhelitus proprie, (vel secundum aliam literam, quę fit propter apostema in membris anhelitus) accidit tussis proprie, & inflatio crurium etiam, & maxime quando ægritudo est ex pulmone. In alijs autem speciebus hydropisis omnibus, si est in aliquo viscerū apostema, tunc oportet vt studium nostrum fit primo ad rectificationē apostematis cum rebus, quas diximus in præcedentibus: & administrentur emplastra, & potiones conuenientes, donec resoluatur apostema & maturetur. Q. si nō fuerit apostema in aliquo vi scerum, tunc fit studium nostrum in ipsa ægritudine, administrando quę ei cōueniūt. Et in omni specie hydropisis communiter administrentur res quæ euacuant, & exiccant, & incidūt, administrando ipsas interius & exterius proprie in hydropisi ascites. Q. si non est possibile administrare medicinas, aut quia tempus non consentit, aut quia infirmus terretur ex eis, tunc oportet vt administretur curatio cū ferro, & m̄ spensum tpis, & ętatis: & nō euacuet aqua vice vna, sed paulatim paulatim, vt nō prosterna tur virtus. In hydropisi aūt carnosa, si ceptio eius, seu causa ipsius fuerit pp̄ abscissionē cursus sanguinis, q̄ solebat currere ex hęmorrhoidibus, aut ex prohibitione sanguinis menstruorum, aut ex causis alijs repletionis, tunc oportet properare in eadem hora ad extractionē sanguinis. Et sicut quando proiciūtur ligna multa humida super ignem, & ex hoc ipse fit proximus vt extinguatur, tūc ex rebus magis iuuatiuis est, vt ab eo remoueantur ligna: similiter in caliditate naturali, quando existimatur q̄ ipsa extinguatur propter multitudinem sanguinis frigidi, grossi, tunc maius iuuamētum in ea est, vt euacuetur sanguis in quocunq; tempore anni, si fuerit possibile. Post extractionē vero sanguinis, oportet vt administrentur omnes species euacuationū aliæ quoniam superfluitates dominantes sunt ex fixa in omnibus membris corporis: quare ipsæ indigent omnibus speciebus euacuationum. Et ideo oportet administrare euacuationem per vomitum, & per solutionē ventris, & cum gargarismis, & cum resolutibus super fluitates, & aperientibus porositates corporis: & nos dicemus qualitatem administrandi ea. Illud autem quod oportet primo præmittere, est q̄ vtantur exercitio: (quoniam ipsum est eis magis iuuatiuū q̄ res aliæ) sicut vectari cum facilitate absq; labore vehemētitimo fit infirmus iacens super illud quo vehitur, & non sedens: & post illud ambulet parumper super terram planam, in qua sit puluis aut harena. Et assiduentur in firmo fricationes crurium, & manuum, & totius corporis cum vnctionibus, & absq; inunctionibus: quoniam superfluitates seu humiditates grossæ quæ sunt in infirmo, subtiliantur cum huiusmodi fricationibus & resoluuntur. Et oportet vt medicus prudens mensuret q̄titatem motus seu exercitij, & qualitatem ipsius secundum virtutem eius, & secundum q̄ infirmus toleret, & secundum quantitatem necessitatis. Deinde post exercitium redeat ad administrandum calefactiones: quoniam iuuamentum earū in hydropicis est iuuamentum magnum: & si fol fuerit calidus, tunc oportet vt eligatur calefactio cum eo: quoniam calefactio ipsius penetrat ad profundum corporis penetratione æquali, ita vt exiccet quasdam superfluitates, & attrahat quasdam earum ad superficiem corporis, & subtiliat quasdam earum, & præparat eas ad velocem resolutionem, & viuificat corpus, & euigilat virtutem vitalem in corpore ipso, & augmentat caliditatem naturalē: q̄m caliditas folis per naturā suā operatur illud in oībus corporibus, in quibus est vita sensitiua, & vita vegetatiua: caliditas enim solis etiam facit nasci plantas, & nutriteas, & maturat fructus, & generat humores: & propter hoc facit redire corpora, in quibus iam caliditas innata est facta debilis, ad fanitatem. Et locus quidem in quo infirmi calefiunt a sole, oportet vt non sit ventosus, neq; habeat ventos flantes: & sit hora in qua calefiunt, apud tranfitum solis supra caput perpē

A alia litera, ex hoc q̄ apostema coarctat seu cōgerit ibi loca vacua filachi, & causa hoc etiam est malitia cōplexionis quę non sępa ratur ab hydropisi & quę accidit in illis locis.

A alia litera, spatę.

Frictiones subtiliant & resoluunt humiditates grosses

Nota iuuamenta mirabilia ex calefactione solis, q̄s infirmus exponit radijs solaribus.

diculariter

dicularitert;& oportet vt capita ipſorum ſint cooperta. Oportet etiam vt fiat illud ſuper harenam,in qua infirmus ſit iacens,& cooperiat reſiduum corporis eius;nã quãdo illa harena calefit a ſole, tunc exiccãtur & exuccantur humiditates. Et quando currit ex eis ſudor ex calefactione,oportet vt inungãtur cum oleo vice vna, & vice alia teratur nitrum rubeum aſſatum contritum cum ſale aſſato ,& pulverizetur ſuper corpus. Calefactio autem in balneo humectat ,& facit corpus acquirere humectationem & mollificationem; & patiẽs qui dem hanc ægritudinem non indiget calefactione humectante,ſed calefactione exiccante. Et oportet vt vir tur balneatione cum aqua ℥ ℈ in balneo, quando indiget quiete ex labore exerciti,aut ex angu ſtia calefactionis. Adminiſtratio autem ablutionis cũ aqua maris frigida , & natatio in ea fit poſt diminutionem ægritudinis;nam cum adminiſtratione harum rerum duplicat,& magnificat iuuamentum. Et in ablutione quidem cum aquis thermarum reſoluuntur ægritudines hydropicoꝝ, quando peruenerit ægritudo ad terminum ſuum ſeu ad ſtatum ſuum. Et oportet vt ex aquis thermarum eligantur acutiores ſeu calidiores ea rum, & fortiores, ſicut illæ in quibus eſt baurach , aut alumen,(vel ſecũdum aliam literam, in quibus eſt viri tus baurach ,& aluminis.) Ex cibis autem exhibeantur illi qui ſunt facilis digeſtionis , & qui non grauant ſuper ſtomachum,& facili is eſt eorum deſcenſus, abſq; ꝙ conuertantur ad aquoſitatem velocem ; ſicut panis altanur, in quo poſita ſunt aliqua ſemina reſolutiua vẽtoſitates,ſicut ſemẽ fœnicули,& ſemen apij, & anij, & ameos. Et oportet vt prohibeatur a comeſtione panis multi;& illud quia licet panis fit confectus in bonitate vltima, tamen nõ eſt poſſibile vt abſoluatur a groſſitie tritici,& ab oppilatione eius; & propter hoc h eſt poſſibile,comedatur panis cum menſura, & pondere, & nõ ſaturetur cum eo , & exhibeatur panis cum aqua cicerum. Si autem patientes voluerint comedere aliquid ex oleribus,concedantur eis olera ſylueſtria, quę ex eis ſunt calida,ſicut ſiſarum, ideſt, alfengialus, & calamẽtum,& folia carui, & baucia,& apium, & reliqua olera calidaſubtiliatiua;& ꝑceditur in gbuſdam horis etiam, vt comedant aliquando ex aſparagis, & ficla, & molochia , & porris nabathi. Et comedant ex auibus ſylueſtribus,ſicut ſunt franculini,& coturnices habentes roſtrum & pedes rubeos, & turtures , & alcanaber, ideſt,lodula, & quæ ſunt illis ſimilia. Et comedant ex animalibus ambulantibus , ſeu quadrupedibus , ſicut hœdi,& pedes porcorum ſylueſtrium, & gazela, & alsdabha;& decoquantur iſta cum quibuſdam ex ſpecies bus quæ ſubtiliant ; & ſi infirmus deſideret comedere huiuſmodi aſſata,nõ eſt malum. Et dentur ex piſcibus petroſis paruis, quoniam in iure iſtorum piſcium non eſt aliquid de ſuperfluitate , (vel ſecundum aliam literam, quoniam in iure iſtorum eſt pauca ſuperfluitas) ſi proiiciatur in decoctione aniſum, & cinamomum,& piper. Et prohibeantur a comeſtione granorum ſeu leguminum, maxime patiẽtes hydropiſim vt pnitem quia ipſa legumina multiplicant ventoſitatem . Et comedant in ſecũda menſa fitticos, & vuam, & dactylos paucis vicibus . Vinum autem non oportet vt bibatur omnino ante cibum , neq; ℈ poſt ipſum, ℈ immo expectari debet poſt comeſtionem tempore longo,de inde bibant de vino veteri,claro,ſubtili;quoniam huiſmodi vinum prouocat vrinam, & conſeruat virtutem , & auget caliditatem innatam . Sitis autem eſt ex maioribus medicaminibus,& magis iuuãtibus hydropicis,ꝙ omnes alię medicinæ . Nunc autem redeundo ad alia iuuamẽta particularia , dicamus ꝙ vomitus in principio huius ægritudinis eſt ex iuuamentis nobilibus,aliquando adminiſtratus ante cibum, & aliquãdo poſt cibum;& conuenientior eſt ille qui fit poſt comeſtionem raphani. Et oportet vt adminiſtretur vomitus aſſidue ſeu frequenter , antequam fiat aggregatio humiditatum , & multiplicatio ipſarum ; & antequam debilitetur virtus , & antequam attrahatur miſcrach ad inferiora,reſiſte cum vomitu ; quia humiditates quando fuerint multiplicatæ , tunc difficilis fit vomitus,& tunc curationes reſoluentes ſeu medicinæ reſoluentes nõ poſſunt ſoluere ægritudinem;& propter illud oportet redire ad adminiſtrationem medicinarũ quæ educunt aquam, quarum quędam educunt materiam aquoſam & extraneam cum vrina,& quędam cũ ſolutione ventris. Et medicinæ quidẽ ſimplices quæ educunt materiam cum ſolutione ventris, ſunt ſuccus herbæ nominatæ achthi,& eſt alfachartin, quia huiuſmodi ſuccus euacuat hydropicum cum virtute, quando bibitur ex eo quantitas vnc.iij, ℈, & folia eius (vel ſecundum aliam literam. Et medicinæ quidem ſimplices, quæ educũt materiam cum ſolutione ventris, ſunt mezereon, & ſuccus eius, quãdo exhibetur de eo pondus aur. iij,& folia eius) conferunt quando emplaſtrantur recẽtia ſeu humida ab extra ſuper locum inflatum; quia reſoluunt humiditatem, & ſtringunt & inſpiſſant corpora quę iam ſunt mollificata. Et confert etiã hute diſpoſitioni aqua herbæ nominatæ cacholi,ideſt, ſolbanella , quando ſumitur ex ea quantitas libr. ℈, cum zuccharo aleiſar. Et confert etiam olus nominatũ mẽdaria,& eſt alchechengi hortulanũ;& aqua alchechengi ſylueſtris , Et quidam alij adminiſtrant aquam lilij rubei, (vel ſecundum aliam literam . Et confert etiam olus nominatum mezereon , & aqua alchechengi. Et alij adminiſtrant ſuccum ireos cœleſtis , (vel ſecũdum aliam literam,ſuccũ radicis lilij cœleſtis;& tubal æris etiam,ideſt,& ſcoria ſeu ſquamma æris etiam confert, quando ex ea ſumitur pondus drac.j. cum vino bono quoniam expellit aquam etiam expulſione ſufficienti. Et ſimiliter operatur æs uſtum etiam;& oportet v ſit, quod accipitur de tubal æris,ideſt, de ſquammis æris, quantitas danich.iiij,vſq; ad drach.j, & ille qui eſt for tis,aſſumat de eis aur.j. Verum ambo ſunt nociua ſtomacho : quapropter oportet vt miſceatur ante eorum exhibitionem cum quibuſdam rebus cõ ferentibus ſtomacho. Et ſuccus cucumeris aſinini,& ſuccus coloquintidis etiam euacuat euacuatione ſufficienti;& ſimiliter ſcammonea;& ſimiliter etiam vinum dulce , quando in eo infuſa fuerit pulpa coloquintidis . Et ex eis quæ euacuant aquam citrinam hydropicorum , eſt mezereon infuſum in aceto,& exiccatum: & alfebram etiã; & euphorbium, quando ſumitur de eo pondus aur.j. cum melle deſpumato , euacuat aquã citrinã, & phlegma . Et ſimiliter armoniacum , quando ſumitur de eo circa aur.ij, cum aqua mellis. Et ſerapinum; & ſemen verticæ,quãdo excorticatur & miſcetur cum melle deſpumato,& deglutitur,quoniam euacuat aquam, vel oportet ne tangat linguam,& epiglottim, vt non adnatat. Et iam dixerunt quidam medicorum,ꝙ caro ericij confert patientibus hydropiſim, quando exiccatur & teritur & bibitur ex ea. Et omnia quæ ex iſtis diximus euacuãt aquam hydropicorum cum ſolutione vẽtris.

Illa vero quę euacuant ipſam aquam cum vrina,ſunt ſicut calamenthum, quãdo decoquitur cum aqua mel lis,& bibitur:& aſſarum,& ameos,& apium montanũ & radix apij domeſtici,& ſylueſtris;& apium , & baucia,& mu,& ſu,& acorus,& ſpica inda, & ſpica romana,& polium,& ſileleos,& chamæpithys,& ſemen foeniculi & apij ſylueſtris,& hortulani. Et oportet vtquã doque permutentur adinuicem, exhibendo quandoque aliquod iſtorum , & quandoq; aliud eorum:quoniam illud quod confuetur homo accipere multotiẽs, efficitur ſicut cibus , & non ſicut medicina ; & corpus

non

A æa litera, falſa.

Alianur eſt ſpẽs hordi,& panis de coctus i eo ẽ magis laudabilis, Panis mutta eo mettito ꝓbatur, quia licet panis ſit optime cõfectus, tñ nõ abſoluitur a groſſitie tritici,& ab oppilatiõcei».

In iure piſciũ petroſoy eſt pauca ſuperfluitas.

A lia litera, cum cibo, Iuuamenta vini cum ſubtili.

Cacholi eſt herba quæ apud italos eos nominatur ſoldanella. Zuccharũ aleiſar quid ſit, declaratum eſt a ibi,

Nota ꝙ hanc ſententiã dixit Serap ſupra cap. de cura anhelitus ſparati.

non patitur ab eo quod eſt ſibi conſuetum. Et oportet etiam vt iſtæ medicinæ terantur optime, quantum ſit poſſibile: q̃m quando medicinæ accipiuntur optime contritæ, tunc facilius penetrant & perueniunt ad localæſa, ita vt in eis profundentur. Iſtæ igitur ſunt medicinæ ſimplices, ex quibus quandoq; componuntur medicinæ aliæ iuuantes valde hydropicis, & ex quibus quidem medicinis quãdoq; efficiuntur pilulę, aut confectiones, aut puluis contritus: & ex eis ſunt quæ adminiſtrantur cum lacte camelarum. Ex pilulis autem quæ conueniunt iſtis hydropicis, ſunt pilulę Filagrij, & pilulę de ſerapino: & meliores iſtis ſunt pilulæ de hiera, & pilulę de febrũ, & pilulæ de ſirachs, ideſt, de ſilice, & reliquæ pilulæ quæ conueniunt huic ægritudini ex illis, quæ ſunt ſcriptæ in Antidotario huius libri. Ex confectionibus autem cõfert dialacca magna & parua, & confectio inda nominata alchelchelengi, & athanaſia. Et ex medicinis contritis in modum puluueris, eſt medicamen Filagrij, cuius deſcriptio eſt hęc.

Rec. ſcoriæ æris ſeu ſquammæ æris, foliorum mezereon, aniſi, omnium ana partem. j. terantur, & exhibeatur illi cuius virtus eſt debilis, põdus drac. j. & illi cui virtus eſt fortis, exhibeatur pondus drac. j. ß. Deſcriptio alia. Rec. corticum æris pondus drach. j. teratur, & miſceatur cum medulla panis, & fiant pilulæ, & deglutiantur: euacuant enim aquam cum fortitudine.

Deſcriptio alia. Rec. æris aduſti pondus drac. iij. ruthæ. M. p. fimi columborum pondus drach. j. & pagſalis communis, exhibeatur totum hoc cum vino. Si autem infirmus non recipit, & non obedit, & prolongatur ægritudo, damus lac camelarum diebus multis, & præcipimus infirmo vt abſtineat a cibo & potu, ſi eſt poſſibile: & damus etiam cum lacte camelarũ aliquid de vrinis earum cum myrobalanis citrinis, & aniſo, & ſemine apij, & ſale indo, & quæ ſunt illis ſimilia: quumq; exhibuerimus hoc tribus diebus, tunc exhibeantur pilulę de ſerapino. Q. ſi virtus fuerit debilis, & infirmus non tolerat medicinas magnas, & euacuationem multam, tũc dabimus in potu lac camelarum cum pondere drach. ℥ iij. ℈ ſerapini. Quidam autem adminiſtrant in hydropiſi, & proprie carnoſa, vtrinam capræ rubeę cum ſpica aromatica: & quidam adminiſtrant ſolutiuum nominatum brengi. Abextra autem op℥ vt adminiſtrentur emplaſtra quę reſoluunt illud quod eſt in viſceribus, & leniũt omnia membra quæ ſunt in concauitate corporis totius, & quæ euacuant humiditates exiſtentes in panniculis, ſicut emplaſtrum factum cum gũma pini, & ratinegi, ideſt, raſa, & cum baurach, & adipe vacce, & medulla cruriũ, & ammoniaco, & farina thuris, & quæ ſunt illis ſimilia. Et conferunt etiam limaces nõ aduſtæ contritæ cum ſuis conchiliis, & ponuntur ſuper vẽtrem hydropicorum, ita vt adhæreant annexione, qua fit difficile auellere eas: quoniam exiccant exiccatione ſufficienti: & oportet vt dimittantur, donec cadant per ſe. Et tunc quibusdam ventrishydropicorum cum ſtercore vaccino ſolo cum fecaniabin, & præcipiunt eos dormire in ſole. Et ſunt qui adminiſtrant linimentum cum ſtercore ex prarum ſingulariter, aut cum medicinis conuenientibus eis. Q. ſi in hepate fuerit aliquid apoſtematis, tũc oportet vt fiat emplaſtrum ex foliis abſinthij, & ramis alben, & ſpica, & croco, & floribus vitis, & maſtice, & meliloto, & camomilla, & oleis aromaticis. Et poſtea ſio in reliquis membris, fiat emplaſtrum cum ſemine lini, & fœnugręco, & farina lolij, & paſſulis mundatis, & farina fabarum, & q̃ ſunt illis ſimilia. Et quia ex infirmis ſunt qui non tolerant medicinas ſolutiuas & prouocatiuas vrinæ, euacuantes aquam hydropicorũ, immo eligunt ſuper illas medicinas bezel, ideſt, apertionẽ ventris ſui, ideo oportet vt loquamur in hoc parum. Nos iam vidimus multos, quibus facta eſt bezel ſeu apertio ventris ſuprадicta, & non euaſiſſe niſi paucos. Iſti enim poſt bezel vſi fuerũt motu, & exercitio, & virtutes eorum erant conſtantes permanẽtes, & cor pora ipſorum nõ erant extenuata multum, & propter illud euaſerunt, ſicut puto. Quapropter non oportet vt adminiſtretur bezel, niſi in corporibus quorum vir tus eſt fixa, & ſanitas eorum eſt ſanitas ſufficiens, non declinans ad macieẽtiam & malitiam: verum oportet quando curantur hydropici cum bezel, vt primo animaduertamus eos de vehementia paſſionis, & de periculo mortis, quæ ſolet accidere in bezel ſeu in apertione ventris ſuprадicta.

A ſtia litera, d.

A lchachonĩ, ideſt, ſoldanella.

De Illis qui habẽt hydropiſim cum febre. Capitulum octauum.

Si hydropiſis eſt cum febre, non oportet vt adminiſtrentur res quæ calefaciunt, neq; exterius, neq; interius, neq; cum cibis & potibus: immo oportet vt detur infirmo aqua ſolatri, & aqua alchechengi, & aqua alchacholi cũ lacca abluta, & reubarbaro, & croco, & myrobalanis citrinis, & confert proprie ſpecies endiuiæ amaræ. Et non oportet vt dentur in potu confectiones ſolutiuæ, neq; medicinæ calefacientes multæ caliditatis: quoniam ipſæ augmentant febrem, & fortificant ſitim, & adurũt viſcera apoſtemata. Et illud quia hydropiſis quæ ſit ex ægritudine calida, non eſt poſſibile vt ſit niſi cum apoſtemate ſanguineo nominato phlegmon: & propter illud non eſt eis ratio, quo niam non eſt poſſibile in eo vt adminiſtrentur calefacientia, neq; infrigidantia: quia infrigidantia nocent hydropiſi, & illa quę calefaciunt, excitant vel augumẽtant febrem: & propter hoc oportet vt curentur iſti cũ rebus temperatis, poſtq̃ reſiſtitur ei quod ex vtriq; eſt maius: (vel ſecũdum aliam literam, cum rebus temperatis, & contrarietur rei magis dominãti.) Q. ſi febris fuerit magis vincens, adminiſtrabimus res infrigidantes: quia ſi febris fuerit quieta, & caliditas facta ſit naturalis temperata, tunc fortificabimus virtutem altera tiuam generantẽ ſanguinem, vt generetur ſanguis laudabilis, vnde propter illud ſanatur hydropiſis. Nam febris nõ eſt poſſibile vt deſtruatur, niſi cum eo quod ei reſiſtit: & hydropiſis non ſedatur omnino, donec ſe detur primo caliditas extranea: quoniam caliditas etiã quum prolongata fuerit, poſſibile eſt vt ſit cauſa generationis hydropiſis. Oportet ergo vt cõſideres omnes cauſas quæ fuerunt præcedentes, & quæ ſunt præſentes: quumq; conſideraueris malam complexionem dominantem, tunc eius curatio eſt magis præmittenda, & præſumenda. Et non audias conſilium quorundam qui cõueniunt in hoc, q̃ oportet calefacere omnes hydropicos: hoc enim non eſt verum: nam cognoui multos qui paſſi ſunt hydropiſim a caliditate, & ſanati ſunt cum curatione infrigidantium: & iam certificatum eſt illud ei qui conſiderat cum intellectu, q̃ illud eſt poſſibile, vt fiat ſicut dictum eſt. Nam ſi contemperantia & fixio virtutis eſt cauſa ſanitatis, tunc manifeſtum eſt q̃ corruptio complexionis eſt cauſa debilitatis virtutis: & quando accidit in hepate caliditas egrediẽs ab equalitate, tũc debilitat virtutem eius immutatiuam, ita vt non poſſit mutare cibum in ſanguinem ſecundum q̃ oportet, quare nunc accidit hydropiſis: & quando curamus curatione extinguente eum infrigidantibus, ita vt membra omnia redeant ad equalitatem, & refrenata fit caliditas præter naturalis, tunc generatur in hepate ſanguis conueniens abſq; impedimẽto aliquo. Iam ergo oportet, ſicut diximus, vt ſtudium noſtrũ, ſit ſemper in conſiderando cauſam facientem ægritudinem, & ei contrariando ſecũdũ canonem Hippocratis, vbi dixit, q̃ curatio non fit niſi per contrarium.

De

De Icteritia. Cap. XIX.

Icteritia quidem non est nisi victoria choleræ citrinæ in toto corpore, & non dominatur hæc cholera, nisi aut quia corpus non est mundum ab ea secundum quod oportet, aut quoniam ipsa generatur supra mẽsuram, aut ex aggregatione duarum rerũ simul. Et cau sa prima non est, nisi aut ex ægritudine quæ accidit in hepate, aut in felle: & illud, quoniam hepar quando apostematur aut induratur sicut lapis, aut fuerint oppilati meatus eius, ita vt materiæ oppilent meatus, per quos transmittitur cholera ex felle, (vel secũdum aliã literam, ita vt materiæ oppilent & coarctent meatus, per quos in ipso hepate penetrat cholera,) tunc de necessitate quando sanguis permiscetur cum cholera, penetrat ex felle ad omnia membra corporis, vnde accidit icteritia. Et fortasse totum corpus fellis lædit. Et fortasse accidit in vno meatuũ eius, scilicet aut in meatu superiori, in quo recipit cholerã ab hepate: aut in inferiori, in quo defecãt cholera ad intestina: & vnusquisq; eorum lęditur aut propter debilitatem quę consequitur eum ex malitia complexionis, aut ex re apostemante, seu ex aliquo apostemate accidente in eo, & prohibet a penetratione: & illud quia meatus superior quando debilitatur & oppilatur, ita vt nõ attrahat cholerã ab hepate, & mundificet ipsum ab ea, tunc chomera permiscetur cum sanguine, & spargitur in reliquũ corpus. Et secundum hanc formam etiam fit in meatu inferiori, quando cholera nõ expellitur per hunc meatum inferiorem ad intestina secundum consuetudinẽ naturalem, tunc ipsa cholera reuertitur ad superiora, & spargitur in reliquum corpus. Et in ipso corpore fel lis quandoq; accidit illud, quod accidit in vesica recipiente vrinam, quando fuerit repletum supra mensuram: tunc enim fel extenditur ex multitudine choleræ quæ in eo est aggregata, & debilitatur ita vt non possit expellere choleram ad inferiora, sed ipsa ascendit ad superius superfluæ econtrario rei naturalis. Et quãdoq; accidit icteritia ex passionibus splenis etiam: & illud quando splen apostematur & debilitatur, ita vt non possit attrahere superfluitates melãcholicas ad ipsum: tunc enim illę superfluitates permiscentur cum sanguine, & vadunt in omnia membra, vnde efficitur icteritia nigra. Q; fi accidat etiam ægritudo in vase mundificante choleram citrinã, tunc accidit icteritia permixta ex colore nigro. Hæc igitur est res choleræ, quando non euacuatur propter debilitatem mundificantis.

Causa autem propter quã generatur cholera plusq; oportet, est aut propter aliquam læsionem in hepate, aut in venis, aut in vtriusq; simul: aut propter aliquid quod peruenit ad vtraq; deforis; & illud quidem quia quando in hepate fuerit malitia complexionis vehementer calidæ siccæ, aut in venis, aut in vtriusq; simul: ita vt mutetur sanguis qui est in eis ambobus ad choleritatem, tunc accidit necessario icteritia ex sanguine cholerico, qui effunditur ad membra. Illud autem qđ accidit deforis, aut ẽ ex comestis, aut ex medicinis, aut ex venenis; & illud quia comesta dulcia pinguia proprietatem habent vt conuertantur ad choleram; & secundum hanc formam sunt medicinæ calidæ, quando assumuntur assidue. Venenum autem quãdo peruenit ad corpus, corrumpit omnes humores qui sunt in eo, & alterat eos ad acuitatem vehementem: verum omnia quę diximus de istis causis, non faciunt icteritiam, nisi secundum accidens. Quandoq; autem accidit icteritia secundum semitam crisis, absq; q causa eius sit aliquid ex his quæ diximus, quando natura expellit cholerã ad exteriora corporis: & si fit hæc icteritia in principio ægritudinis ante digestionem, tunc illa est malavalde, sicut dixit Hippocrates i quarta particula aphorismorum. Icteritia in febribus ante septimum, mala. Si autem appareat icteritia post digestionem, significat consummationem egritudinis, & mundificationẽ corporis, & fortitudinem naturæ. Et tibi quidem inest vt scias differentiam inter vtranq; secũdum hunc modũ: quoniam quando accidit icteritia in febre, & resoluitur febris apud apparitionem eius statim, tunc crisis illa est bona: at quando remanet febris post apparitionẽ eius, & non resoluitur, tunc icteritia non est nisi secundum viam accidentis, & non secũdum modum crisis. Et ad icteritiam quidem quę accidit ex phlegmone in hepate, aut in meatibus mundificantibus choleram, sequitur grauitas in latere dextro, & febris. Ad icteritiã vero quæ accidit ex oppilationibus, sequitur grauitas absq; dubio, sed febris fortasse non sequitur. Et similiter si accidit in latere dextro adustio absque grauitate, tunc significat corruptionem complexionis illorum membrorũ. Verum omnes istæ species icteritiæ, quas diximus, fiunt subito: illa vero quæ accidit ex malitia cõplexionis venæ, aut ex comestione ciborũ, augetur, sm dies paulatim paulatĩ. Et tibi qdẽ inest vt scias differentiã inter icteritiã quæ fit ex hepate, & iter illã q fit ex felle, fel ex chysti fellis, considerando vrinã, & fæces: quia si egestio est tincta cum cholera, tunc ægritudo non est in chysti fellis, seu in meatibus eius, sed in hepate. Quòd si egestio est alba, tunc significat q meatus mundificantes choleram sunt oppilati. Et si vrina fuerit remanens secundum colorem suum naturalem, tunc læsio non est in hepate: & si fuerit cholerica, tunc significat læsionem hepatis: sicut si vrina est nigra, aut declinans ad nigredinem, significat læsionem splenis. Et egestio etiam facta in icteritia ex splene non est multum alba. Et multotiens accidit istis siccitas, & constrictio naturæ.

De cura icteritiæ.

Si accidit icteritia secũdum semitam crisis, tunc nõ est vehemẽs necessitas curationis cum medicinis: quia sufficit in curatione eius ablutio cum aqua dulci calida temperate, & inunctio cum aliquo ex oleis subtilibus tiis resoluentibus, sicut oleum camomellinũ, & oleũ anethinum, & oleum de lilijs. Si autem icteritia accidit ex apostemate calido, scilicet sanguineo in hepate, tunc est necesse vt extrahatur sanguis ex vena basilica manus dextræ: quoniam in apostemate hepatis non est aliquid magis iuuatiuum, sicut extractio sanguinis: & post huiusmodi euacuationem exhibeatur in potu aqua solatri, & aqua endiuiæ, & aqua cuscutę cum syrupo acetoso, Quum ergo apparet digestio in vrina, tũc oportet vt accipiatur ex aloe bono cum aqua olerum, quæ diximus, & succo eupatorij: & fit quantitas vniuscuiusq; istorum quæ dantur in potu, secundum virtutem infirmi. Et confert etiam eis aqua hordei cũ quibusdam rebus, quæ prouocant vrinam cum facilitate, sicut radix apij, & aqua mellis subtilis, idest, aqua mellis facta cum multa aqua. Et ponatur super hepar exterius emplastrum factũ ex duobus sandalis, & emplastrum semperuiuæ. Si autem icteritia acciderit ex malitia complexionis hepatis, aut venarum eius, aut malitia complexionis vtriusq; simul, tunc curatio est cũ medicinis quæ diximus in capitulo hepatis; & euacuetur cholera cum decoctione myrobalanorum citrinorum, & fumoterræ, & absynthio, & cum prunis, & ramaridis, & passulis enucleatis, & agarico, & turbith, & hiera picra, & sale iido, & herba gałet, & radice apij, & radice fœniculi, & quæ sunt illis similia. Et confert eis aqua casei coagulati cum syrupo acetoso, quando accipitur cũ myrobalanis citrinis, & sale indo, & zucchаro alhelsar; & vrãtur post illud balneationẽ, & medicinis quæ prouocant vrinam. Si vero icteritia acciderit ex oppilatione, tunc cõfert administratio rerum quæ abstergunt in primis, & aperiunt oppilationes hepatis:

Aqua cuscutę cũ syrupo acetoso cõfert in apostemate calido hepatis.

Aqua mellis facta cũ multa aqua offert apostemati ingratis, & non optimat, quia est pessimi dulcedinis.

Aq casei facta cũ syrupo acetoso, & iter fiat, scribitur a Dioseo & cibatur ibi. A rabiei ex cibus hẽtur, & aq casei facta cũ syrupo acetosissimo gis a git & abstergit, & aq casei facta cũ cum coagulo

hepatis; ſicut ſunt trochiſci de aniſo, & ſemen apij, & amygdalæ amaræ, & aſſarum, & abſynthium, addendo eis turbirh, & agaricum, & ſal indum, & fiant ex eis pilulæ, quæ ſumant. Et cibetur, & denſin potu ea quę currunt hoc curſu, & quę incidunt & ſubtiliant humores groſſos: & poſt illud adminiſtrentur medicinæ eua cuantes choleram. In illis autem qui non iuuantur cũ potu medicinarum ſoluentium, oportet vt redeas iterum dando in potu vice ſecunda medicinam efficaciorem cũ precedens, & ſit forte aperitiuum, & ſolutiuum ſit forte, ſecundum tolerantiam virtutis. Et in hac ſpecie icteritię confert etiam vomitus; quoniam per mortum laboriosum, quem facit accidere vomitus, aperiuntur oppilationes. Et confert etiam eis quibus accidit icteritia ex oppilatione, capparis conditus cum aceto, quando comeditur; & fœniculus, & ficla, & apium, & carnes animalium ſylueſtrium præparatas cum aceto ſquillitico, & aniſum, & cyminum. Et bibatur vinũ ſubtile, quod eſt medium inter antiquum & recẽs ſeu nouum; quoniam nouum generat oppilationes, & humores groſſos: tantiquum vero conuertitur ad cholerã velociter. Et cauеant in omni ſuo regimine a faturitate, & a paucitate digeſtionis. Cholera autem quando multiplicatur ex ſuſceptione comeſtorum, aut medicinarum calidarum cholericarum, tunc oportet vt euacues ipſam choleram cum medicinis ſolutiuis, & cum regimine temperato. Illi autem quibus aduenit icteritia ex mala complexione calida, oportet vt nutriatur cum cibis qui infrigidant & humectant cum equalita te, ſicut aqua hordei; quia cum ipſa vltra æqualitatem ſuam eſt etiam abſterſiua & apertiua, & non oppilat, præcipue quando cum ea miſcetur aliquid de aceto. (vel ſe cundum aliam literam, ſicut aqua hordei; quoniã ipſa cum temperamẽto quod eſt in ea, proprietatem habet abſtergendi, & aperiendi, & non oppilandi, præcipue quando cum ea miſcetur aliquid de aceto.) Et confert iſtis etiam aqua cucurbitæ aſſatæ, quando bibitur; & aqua endiuię ſyluеſtris, & piſces petroſi decocti cũ aceto & apio. Et ſimiliter in hac diſpoſitione cõferunt carnes pullorum, & alduragi, ideſt, franculinorum, decoctæ cum aqua agreſtæ, & aqua granatorum acetoſorũ cuꝫ apio, & medulla citruli, & medulla cucumeris etiã.

Aqua hordei abſtergit, & aperit, & non oppilat, præcipue quãdo ea miſcet pa rum aceti.

Piſces petroſi decocti cũ aceto & apio, cõferũt icteritię exoppilatiõi.

Panis autem, qui conuenit eis qui habent icteritiam aliquam, eſt panis magis fermentatus, abſq; q̃ ſit mundus a furfure: quia tunc eſt facilis deſcenſionis a ſtomacho, & velocis digeſtionis. Et confert eis ex carnibus caro eritij. Et ex medicinis confert illud, in quo eſt virtus quæ ſubtiliat, & aperit, & prouocat vrinam: & ex medicinis quidem ſimplicibus quæ habent hanc proprietatem, & conueniunt patientibus icteritiam abſq; febre, ſunt gentiana, & pdiſi, & coſtus, & ariſtolochia, & polium, & centaurea, & arthanita, & ſimilia. Illis vero qui habent icteritiam cum febre, cõferunt acetoſa, & endiuia, & ſolatrũ, & ſemen attriplicis, & ſuccus abſynthij, & radix rubeæ, & capillus veneris; & iuuamẽ tum iſtorum omnium in icteritia eſt iuuamentum magnum. Et confert etiam folia raphani, & aqua eius nõ eſt infra folia ipſius tiuuamẽto. Et raſura cornu cer ui, quando ea ea bibitur pondus. 3. ſ. cum quantitate vnc. iij. vini permixti, confert icteritię iuuamento magno. Et amygdalę amarę decoctę cum aqua hordei. Et ſulfur quando teritur, & puluerizatur ex eo in ouo ſorbili, & bibitur, confert. Emplaſtra autem quæ adminiſtrant in latere dextro, oportet vt ſint ex herba abſynthij, & floribus ſquinãti; quoniam reſoluit apoſtemata, & aperit oppilationes. Medicinæ autem ſolutiuæ quæ conueniunt ad icteritiam, ſunt aloes, & ſcammonea, & ſuccus cucumeris aſinini, & agaricum, & elleborus niger, & myrobalani citrini, & ſimilia illis. Q. ſi dominatur cholera nigra, tunc conuenit eis epithymũ & lapis armenus, & myrobalani nigri, & polypodiũ, & ſimilia. Et quandoq; ex eis fiunt pilulę, quas nũc de feribam, ꝛc. agarici. 3. vij. hierę picræ, ſeminis cuſcutæ, omnium an. 3. vj. myrobalanorum citrinorum, ſemis nis attriplicis, oſium an. 3. v. epithymi, & myrobalano rum nigrorũ, oſium an. 3. iiij. ſalis indi, ſeminis raphani, ſcammoneę, oſium an. 3. iij. aniſi, ſeminis apij, & fœniculi, oſium an. 3. ij. Summa medicinarum eſt. xiij. tes rantur, & cribellentur, & commiſceantur, & impaſten tur cum aqua pluuiæ, aut cum aqua foliorum raphani non decoctorum: ſumantur, & fit doſis earum pondus 3. iſ. aut parum plus ſecundũ virtutem patientis. Et ſi mundificatur corpus a cholera, & nõ eſt in hepate, aut in felle ægritudo, & remanet ioculis, & in reliquo corpore citrinitas: oportet vt curetur cutis cũ oleis, & inũctionibus, quas diximus, in balneo, & cum ablutione facta cum aqua dulci. Citrinitas vero oculorum curat cum medicinis fortibus, quæ profundãtur, & quæ natribus attrahuntur, ſicut in caputpurgio ſunt; ſicut ſuccus arboris mariæ, & ſuccus cucumeris aſinini, quãdo miſcetur vnuſquiſq; eorum per ſe cum lacte, & cum eo fiat caputpurgium. Et confert etiã ſuccus ſiclæ. Et omnia iſta eradicant citrinitatem, & euacuant choleram groſſam annexam capiti, & extrahunt eam.

De Splene. Cap. X.

In ſplene quidem quãdoq; fiunt ægritudines diuerſæ, ſicut fiunt in hepate: quoniam in ſplene q̃nq; accidit debilitas, & quandoq; in hora alia accidit apoſtema. Et in ſplene etiam ſunt quatuor virtutes, ſicut in hepate: quarum vna eſt quæ attrahit ſanguinem melãcholicum ab hepate: & ſecũda eſt virtus digeſtiua, quę digerit hũc ſanguinem, cum quo nutritur: & tertia eſt virtus, quæ expellit ſuperfluitates melãcholicas ad ſtomachum. Quarta vero eſt virtus retentiua, qua retinetur ſanguis groſſus melãcholicus effuſus ad ipſum, donec digeratur. Et dum iſtæ virtutes permanent ſecundum ſuam diſpoſitionem naturalem, tunc corpus mũdificatur a ſuperfluitatibus melãcholicis, ſicut oportet & ſplen etiam eſt ſanum, nec in eo eſt ægritudo. Quando autem debilitatur vna iſtarum virtutum, tũc ingreditur nocumentum ſuper operationem quæ complet per eam; quia ſi debilitatur virtus attractiua quæ eſt in eo, tunc ſanguis effunditur ab hepate in totum corpus abſq; q̃ ſit mũdus: & propter illud denigratur corpus, & accidit ab eo icteritia nigra, ſicut diximus in ſermone de icteritia. Et ſi debilitatur virtus muratiua ſeu digeſtiua quę eſt in eo, tunc fecundum quantitatem qua mutatur eius humor melancholicus, qui effunditur ad ipſum, ſunt accidẽtia in corpore; quia ſi eſt deciuis ad acetoſitatem, facit accidere virtutem appetituam cibi ſuperflue, præcipue quãdo effunditur ad os ſtomachi: & ſi declinat ad aduſtionem, tunc facit accidere triſtiam melancholicã, ſeu melancholiam melancholicã: & fortaſſe facit accidere nauſeam, & ſubuerſionem ſtomachi: & fortaſſe facit accidere accidentia alia multa, ſecundum ſpeciem cauſarum aliarum, vel ſecũdum diſpoſitiones alias multas. Quando autẽ debilitatur virtus retentiua in ſplene, tunc ad illud ſequitur euacuatio humoris melancholici non digeſti, quãdoq; pervomitum, & quandoq; per ſolutionem ventris, ſecundũ declinationem ſuperfluitatis & quantitatẽ eius. Et iſta quidem accidentia quandoq; accidunt ex vehementia virtutis expulſiuę, quãdo natura expellit humorẽ hũc & euacuat ipſum ſecundum ſemitam mundificationis quando multiplicatur in corpore ſupra menſurã, ſicut diximus; q̃ accidit etiam in hepate, quãdo pro ipſius mundificatione expellit ſanguinem peccantem in quãtitate, aut qualitate. Et diſcernitur inter vtrunq; per ſuperfluitates quę continuantur cum eis, quas facit accidere natura; & per facilitatem tolerãtię eius qui habet

Filule que val de conferunt ictericis.

Panis qui magis eligendus

hanc ægritudinem: & iterum per malitiam euacuationis ipſarum, ſeu per malitiã eius quod egreditur in eua cuationibus. Debilitas autem virtutis expulſiuæ quæ eſt in ipſo ſplene, facit accidere diminutionem appetitus: & illud quia ſuperfluitates melancholicæ effundũtur ad os ſtomachi ex ſplene naturaliter, vt excitent appetitum, & moueant eum: ideo quãdo abſcindituir iſta ſuperfluitas melancholica, ita vt non effundatur ad os ſtomachi ſecundum naturam, & ſecundum conſuetudinem, tũc debilitatur appetitus. Apoſtemata autem quæ accidunt in ſplene, non ſunt ſecũdum plurimum niſi dura lapidoſa, propter groſſitiem humoris qui venit ad ipſum: & fortaſſe fit in ipſo ſplene etiam apoſtema calidum, quia in ipſo ſunt arterię multæ continentes ſanguinem calidum valde. Et quandoq; exẽditur, & coarctatur ſplen, & opprimitur etiã ex vẽtoſitate inflatiua quæ retinetur in eo. Et iam cognoſcuntur apoſtemata quę accidunt in ſplene, per tactũ proprie, quia propter duritiẽ ipſorum occurrit eis tactus velociter. Et in quibuſdam horis ex dolore qui accidit in furcula, & in ſpatula ſiniſtra: quia quãdo dolet diaphragma dolet ſplen: quoniam panniculus inuoluens dolet per communitatem: & dolor peruenit ad furculam & ſpatulam, quando aſcendit dolor ſecundum ſemitam cõmunitatis. Quapropter omnes quibus ſplene eorum accidit dolor propter apoſtema magnũ, anhelãt anhelitu veloci, & frequenti, interciſo, ſicut pueri, quando ploranti: (vel ſecundum aliam literam, anhelant anhelitu duplo interciſo, ſicut pueri quando ploranti. quia pectus quãdo dilatatur, mouetur cum eo ſplen apoſtematum: & propter illud dolet etiã: & ppter hoc quieſcit pectus inter illud quadam quiete ſpatio quodam, quãdo addit in dilatatione, ſeu quando augetur pectoris dilatatio, donec impleatur quod diminutum eſt: & propter illud duplatur ſeu duplicatur attractio aeris. Et apoſtemata quidem facta in ſplene cognoſcuntur etiam ex grauitate, quę accidit in latere ſiniſtro vbi eſt ſplen: Si enĩ apoſtema fuerit apoſtema calidũ, ſ. phlegmon, tunc accidit ebulitio, & dolor, & grauitas, & extenſio; & ſi apoſtema eſt durum, tunc loco ebulitionis & doloris & inflammationis, accidit grauitas, & durities fixa. Communitas autem ſplenis & hepatis in dolore, quando dolent, (vel ſecundum aliam literam, & quando dolet hepar cũ dolore ſplenis) facit ex hoc accidere hydropiſim, ſicut diximus ante. Et ventoſitas quæ inflat ſplenem, & apoſtemat ipſum, & opprimit, cognoſcitur per hoc quòd huiuſmodi apoſtema expellit tactum, & cognoſcitur per tenſionem accidentem abſq; grauitate.

De cura apoſtematum ſplenis.

Quia ægritudines quæ fiũt in hepate & ſplene, ſunt ſimiles propter ſimilitudinem iſtorum duorum membrorum, ſ. vnius eorum ad alterum, ideo ſignificationes amborum ſecundum plurimũ ſunt ſignificationes vnæ & eędem, & curationes etiam ſunt ad inuicẽ proximæ: verum oportet vt medicinæ cum quibus curaſ ſplen, ſint fortioris virtutis: quoniam cibus ipſius ſplenis eſt groſſior, q̃ cibus hepatis: quando comparatur cibus ſplenis ad cibum hepatis. Et propter hoc medicinæ quæ conueniunt ſpleni, ſunt amaræ, & miſceturcũ eis acetum, & miſcetur cum eis etiam aliquid ex ſtypticis, vt conſeruetur operatio membri. Nam de conſuetudine ſplenis eſt, vt attrahat ad ſe fæcem ſanguinis ab hepate. Quando ergo non poteſt attrahere illam fæcẽ ſanguinis, tunc effunditur ad reliquũ corporis ſanguis non mundus, ſeu non colatus; & propter hoc oportet, vt conſeruetur virtus ſplenis, ita vt attrahat illud quod eſt puerit, & aſſimilatur ei de cibo; & propter hanc operationem virtutis attractiuę prędictam ſpargitur ad reliquũ corpus ſanguis mundus, iam colatus; & eſt poſſibile etiam vt expellat ſuperfluitates, quæ in eo generãtur ad ventrem, ita vt egrediantur per inferius cum ſuperfluitatibus ciborum. Si autem ſpleni accidat oppilatio, oportet vt adminiſtrẽtur res, quas diximus in cura oppilationis hepatis; & addantur in eis res fortes: & ſecundum hanc formam facies etiã in corruptione ſeu malitia complexionũ in eo. Et oportet vt adminiſtretur in eo res illæ, quas diximus in ſermone de ipſo hepate, & addamus in virtute ipſarum. In cura autẽ apoſtematum calidorum quę ſiunt in ſplene, oportet vt incipiamus a phlebotomia venę baſilicę manus ſiniſtrę, deide exhibeatur infirmo in potu aqua ſolatri, & aqua apij, & aqua extremitatum tamariſci, & aqua extremitatum kalef, & aqua foliorũ algarab, & aqua endiuiæ cum aqua foliorum ſeu extremitatum capparis humidi, & ſyrupo acetoſo. Ad ventoſitates autem groſſas, quæ extendunt ſplenem, & apoſtemant ipſum, & ingroſſant ipſum: & ad tebegi ſeu tumefactionem quæ accidit in eo, oportet vt incipiatur ab inunctione cum oleo de abſynthio, deinde ponatur deſuper vnguentũ factum ex alumine, & ſulfure, & nitro, & glutine tereb inti, & pice, & opopanaco; & ſimus ſolliciti vt ſit virtus ſtyptica, pontica, vincẽs magis in rebus quibus vtimur i curatione, & ſit virtus reſolutiua minor. Si autem apoſtema eſt durum ſicut lapis, oportet vt ſit virtus reſolutiua in medicinis quæ adminiſtrantur, magis vincens, & virtus ſtyptica ſit minor. Illę autem medicinæ ſimplices quę habent hanc naturam, ſunt ſicut flos ſalis, quando deforis fit emplaſtrum cum eo. Et offert etiam apoſtematibus mollibus, & ventoſitatibus groſſis, fomentatio facta cum furfure decocto cum aceto, & alumine: (vel ſecundum aliam literam, cum aceto, & anetho) quia de natura furfuris eſt, vt reſoluat, quod eſt in ſplene reſolutione mirabili, & mundificat etiam ſplenem. Et confert etiam fomentatio cum aceto vini fortis, in quo decocta ſunt ruta, & calamentum fluuiale, (vel ſecundum aliam literam, calamẽtum ſylueſtre) & vinea, & baurach. Et ex eis quæ conferunt valde, eſt fomentatio cum aceto, in quo decocta ſunt folia capparis recentia, & caulis, (vel ſecundum aliam literam, folia capparis recentia, & ſulfur) & folia agnicaſti, & nux cupreſſi, & fructus tamariſci, & ſimilia. Quòd ſi non fuerit illic calliditas, proijciantur in fomẽtatione ammoniacum, & bdellium: & poſt illud adminiſtrentur emplaſtra facta ex ficubus iam decoctis cum aceto, & contritis permixtis cum meliloto, & ruta, & nitro. Et confert ventoſitati proprie factæ in ſplene ventoſa ſuper ſplenem applicata cum flamma ignis in ea exiſtente: attrahit enim attractione vehementi. Et confert etiam ei qui ſentit vẽtoſitatem ſub ſplene hoc medicamen, cuius deſcriptio eſt hæc. Recipe naſturtij albi, (vel ſecundum aliam literam, naſturtij babilonici,) drach. xxx. teratur, & cribelletur, & conficiatur cum forti aceto vini, & fiant ex eo trochiſci ſubtiles, parui, & exiccentur in furno, aut ſuper patellam, ita vt exiccentur & non comburantur, deinde terantur iſti trochiſci, & cribellentur, & miſceantur cum eis grano rum agnicaſti drachmas. x. fructus tamariſci drachmas quinq; ſcolopendrię drachmas ſeptem; vnumquodq; iſtorum teratur, & cribelletur; & doſis prædictorum ſimul permixtorum eſt drach. tribus: cum ſyrupo acetoſo. Lapideitas autem ſeu induratio facta in ſplene, non ſit niſi ex ſanguine groſſo aggregato in ſplene, ſeu in apoſtemate ipſius, Et non eſt poſſibile vt hoc euacuetur velociter, neq; faciliter reſoluatur: & ppter hoc idiget medicinis ſubtiliatiuis & inciſiuis, abſq; q̃ ſit ei calliditas manifeſta: quoniam ille humor annexus, ſeu adhærens augetur & ingroſſatur, & ex contrarieta te iſtarum medicinarum exiccatur & induratur: & propter hoc diximus, vt in medicinis quę adminiſtrantur

Cura apoſtematis calidi ſplene.

AlKalef & al garab q̃ ſint dictum eſt ali bi in ſumma noſtra.

Cura ventoſitatis groſſę in ſplene.

Cura apoſtematis duri.

Mirãdum de flore ſalis.

Nota de furfure.

Ventoſa ſup ſplenem cum igne applicata.

Cauſa lapidei tatis ſeu duri tiei ſplenis.

Iſtarũ medicinarũ. (in qui bus eſt, mani feſta calliditas

ad ſplenem, miſceantur duo genera ſimul, ſcilicet, amarum & ſtypticum. Et quandoq; miſcentur cum iſtis medicinis aliæ medicinæ quæ ſunt conuenientes naturæ ipſius ſplenis, (vel ſecundum aliam literam, quæ ſunt conuenientes in rectificatione eorum) & fiat ex eis emplaſtrum, & vnguentum, ſicut pix, & galbanum, & cera, & quæ ſunt illis ſimilia. In aceto autem, & in ſyrupo acetoſo, & proprie in aceto ſquillitico, & in ſyrupo facto ex eo, iam præceſſit ſermo. Et in cura ſplenis indurati ſicut lapis, non adminiſtratur primo acetum & ſyrupus acetoſus, niſi q̃m ex proprietate ſua eſt ſubtiliare & incidere humores groſſos, & viſcoſitates ipſorum, abſq; q̃ calefaciant. Et nõ op3 vt ſis cõtentus ſup illud, quo curaſt durities ſplenis cũ medicis fortibus defor is tantum, ſed cures etiam interius, q̃m ſplen tolerat illud faciliter. Medicinę autẽ ſimplices quę habent hanc proprietatem, ſunt cortex radicis capparum, & ſcolopendria, & fructus tamariſci, & extremitates ei⁹, & kalef, & grana agnicaſti, & acorus, & fuc cus cẽtaureę, & chamedryos, & chamępytheos, & ammoniacum, & decoctio lupinorum amarorum, ſ. oia enim iſta, q̃n permiſcentur ꝫ cũ aceto ſquillitico, aut cum ſyrupo acetoſo ſquillitico, & dantur in potu, præſunt ſpleni indurato ſicut lapis, iuuamẽto manifeſto. Et q̃nq; etiam cõfert medicamen quod nominat chaſi chaduchu. Et q̃nq; confert etiam althil ſylueſtre, & fructus tamariſci, & granum alborin, & praſſium cũ aqua in qua extinctum eſt ferrum ignitum: reſoluit enim duritiẽ ſplenis valde. Et ſimiliter operatur hoc aqua, q̃ bibitur ex ea ſola, ʒ. iii. permixta cum aceto. Et chamedrys etiam diſſoluit duritiem ſplenis. Et ex medicinis quibus cõpoſitis quę confrunt, ſunt trochiſci de capparibus, & alij trochiſci, quos deſcripſimus in vltimo tractatu huius libri; & theriaca de quatuor rebus etiã confert cum hac decoctione, quę iuuat ſplenet icos val de. ℞. ſeminis agnicaſti, & fructus tamariſci, & ſtorum mori ſylueſtris, & foliorum capparum, & fructus eius, & calamenthi ſiuuialis, & herbæ eupatorij, & abſynthij, omnium ana drachmas decem; (vel ſecundum aliam literam, & herbæ eupatorij, & abſynthij, & ſtœchados, omnium ana drach. x.) rubeæ drachmas v. la ceræ, ʒ. iiij. rauedſeni, ʒ. iiij. nucis cupreſſi, ʒ. xx. Sũa medicinarum eſt. xiij. decoquatur cũ forti aceto vini, & coletur, & det ex eo in potu, ʒ. ij. in ieiunio. Decoctio alia ad apoſtemata ſplenis. Sumatur ſcolopendria ſola, & decoquatur cum ſucco foliorũ tamariſci, & detur ſi potus: & aqua aſulę elixata, & bibatur: aut accipiatur ſula, & abluatur cũ aqua duabus aut tribus vicibus & decoquatur cum aqua decoctione bona, & coletur illa aqua, & ex ea detur in potu pondus lib. ſ. cum, ʒ. j. ſyrupi acetoſi: aut ſumatur radix capparum, & ſemen agnicaſti, & infundantur (vel ſm aliam literam, ſumat radicis capparum, & radicis agnicaſti, & infundantur ambę) in aceto forti de vino die ac nocte, deinde exiccentur, & dentur ex eo omni mane, ʒ. iij. cum ſyrupo acetoſo. Et ex eis quę conferunt etiam iuuamento magno, eſt hoc medicamen. ℞. ſcolopendręa. ʒ. v. polij, ʒ. iij. ſucci abſynthij, ʒ. ij. ſpodij, & laccę, ana. ʒ. iij. reubarbari. ʒ. ij. croci. ʒ. j. terantur, & cribellẽtur, & detur ex eo pondus. ʒ. ij. cum ſyrupo acetoſo. Q. ſi reſoluit lapideitas ſplenis cũ iſtis rebus quas diximus, adminiſtrando eas ſm q̃ op3, & ſit ſanitas, nõ op3 adminiſtrare medicinas fortiores eis. Arſi remanet durities ſplenę, op3 vt ponatur ſuper ſplenem etiam ventoſa cum ſcarificatione, & phlebotometur vena guides lateris ſiniſtri; & confert etiam cauterij, quando cauterizatur ſplen in quinq; locis, aut ſex, & conſeruamus locũ cauterij tempore longo, vt non conſolidetur. Illi autẽ qui tolerant hanc curã cauterij, nõ indigẽt alia curatione. Q. ſi infirmus non tolerat ignem, tunc adminiſtrẽtur medicinæ acutæ loco cauterij, ſicut ſunt emplaſtra facta cũ ſinapi, & corticibus radicis eupatorij, & radicibus capparis, & nitro, & calce nõ extincta, & aceto, & his ſimilibus. Et iam probatum eſt experimento in curatione lapideitatis ſplenis hoc medicamen, & eſt vt ſumatur charta caprina ad menſuram ſplenis, & liniatur ipſa cũ melle crudo, & puluerizetur ſuper ipſum ſinapis non contritum. & emplaſtretur cum eo ſplen, & di mittatur q̃tum tolerat infirmus, deinde abluatur cum aqua tepida. Q. ſi nõ reſoluitur lapideitas ſplenis per adminiſtrationem huius medicinę, tunc oportet vt de mus lac camelarũ cum iſtis pilulis. Pilulæ quæ dãtur ſpleneticis cum lacte camelarum. ℞. hieræpicræ, myrobalanorum citrinorum, turbith, oſum añ. ʒ. x. agarici, foliorum algarab ficcorũ, oſum añ. ʒ. vij. ſcolopẽdrię, fructus tamariſci, oſum añ. ʒ. v. polij, & aniſi, & ammoniaci, & bdellij, oſuꝫ añ. ʒ. iij. ſalis īdi. ʒ. ij. Sũma ℈. xij. terantur medicinę ſiccæ, & infundatur ammoniacum cum aceto vini, & terantur, & miſceantur cum medicinis, & fiant pilulæ, & dẽtur ex eis ʒ. ij. cum lacte camelarum: & op3 vt camela paſcatur cum aniſo, & apio, & foliis algarab, & ſalicis, & tamariſci, & radice ſquinanti, & ſeeha, & quæ ſunt his ſimilia. Cibi vero qui conueniunt duritiei ſeu lapideitati factæ in hepate, conueniunt etiam lapideitati factæ in ſplene: verũtamen diuerſificantur in multitudine, & paucitate. Si autẽ magnificantur oppilationes, ita vt nõ poſſit ſplen attrahere illam fæcem quæ eſt in ſanguine ab hepate, tunc apparet icteritia nigra: ex quo remanet illa fæx in ſanguine, quæ cum eo ſpargitur in totum corpus, vnde generatur icteritia nigra. Medicamen aliud conferens lapideitati ſplenis. ℞. climię, pyrethri, ſpicę, cardui, vel pulueris thuris, oſum ana partem. i. terantur, & cribellentur, & decoquantur cum aceto, & ponatur ſuper ſplenem. Et ſumantur primo de cera. ʒ. ij. & de oleo, & aceto ad q̃ſtitatem neceſſariam, & decoquatur. & vngatur cum eo latus. ſiniſtrũ: deinde ponatur ſuper ipſum ex medicamine primo decocto cum aceto, & linito ſuper chartam caprinam, & ponatur ſuper ſplenem q̃ſtitate horæ vnius, aut plus: deide remoueatur, & cooperiatur corpus infirmi cum pannis, donec ſudet, deinde ſedeat in tina: nam quum tu feceris illud tribus diebus tunc ipſe minget ſanguinem, & ſanabitur.

A lia litera, vnumquodq; eiimiſſorum quando exhibetur.

Ventoſa cum ſcarificatione ſuper ſplenẽ.

De Icteritia nigra, & cura ipſius. Cap. XI.

QVia icteritia nigra q̃nq; accidit ex læſione hepatis, & quandoq; ex læſione ſplenis, ideo op3 vt cõſideremus & ſciamus, qualiter ponenda ſit differentia inter icteritiam quę accidit ex paſſione ſplenis, & inter illam icteritiã quę accidit ex paſſione hepatis. Dicamus ergo q̃ non ſcimus illud, niſi ex iſtis ſignis: nam quando icteritia eſt vehementis ingredinis, tunc ipſa eſt ex ęgritudine ſplenis: & ſi eſt icteritia leuis nigredinis, tunc ipſa eſt ex læſione hepatis. Significationes vero ſecundæ ſunt, quia ſi egeſtiones ſunt nigræ vehementer, tunc ęgritudo eſt in ſplene: & ſi egeſtiones ſunt paucæ nigredinis, tunc hepar eſt læſum: quia fæx ſanguinis non euacuatur niſi ex hepate, ex ſplene vero euacuatur humor melãcholicus: & propter illud egeſtiones in doloribus ſplenis ſunt vehemẽtioris nigredinis. Et ſignificationes quidẽ tertiæ ſunt, quia ſi ſplen eſt læſus durus, ſignificat q̃ icteritia accidit ex eo: & ſi non eſt durus nec̃ læſus, tunc hepar eſt cauſa faciens icteritiam. Et hinc eſt alia ſpecies icteritiæ, & eſt illa quæ eſt compoſita ex cholera citrina, & melãcholia, & ſit q̃ iſta duo membra ſimul ſunt læſa. Et qa iã manifeſtauimus di'iam ĩter icteritiã nigram, q̃ accidit ex læſione ſplenis, & inter illam quę accidit ex læſione hepatis, ideo dicamus nunc de curatione eius.

De curatione icteritiæ nigræ.

In principio quidem icteritiæ nigræ incipiemus a phlebotomia basilicæ manus finistræ, & postillud eua-
Decoctio myrobalanorū, & epithimi cōmendāda
cuabimus cum decoctione facta secundum hunc modum. Rec. myrobalanorum citrinorum mūdatorum drach. xx. myrobalanorum nigrorum drach. x. kebulorum drac. vij. radicis apij, radicis fœniculi, omnium ana drach. x. fumiterræ drach. vij. fructus capparis, scolopendriæ, omnium ana drach. v. hellebori nigri, drach. j. polypodij drac. iiij. passularum enucleatarum drach. xx. prunorum numero. xxx. iuiubarum numero. xx. tamarindorum drac. xx. Summa medicinarum est. xiiij. decoquātur cum lib. v. aquę, donec remaneat libra, & coletur, & proijciantur super eam calidam epithymi cretensis drac. v. & confricetur manibus, & colletur ex ea lib. ß. cum pondere drac. j. hierę picræ cum aur. j. agarici, & tantundem turbith. Et quādoq; oportet euacuare eos multis vicib⁹. Et si fuerit debilitas virtutis, aut aliud ex prohibentibus exhibitionem illius, & fuerit illic febris, & caliditas suppliat, dabimus aquā solatri, & aquam endiuiæ, & cuscutæ, & aquam fœniculi, & apij, & aquam foliorum tamarisci & extremitatum algarab, & aquam foliorum staphani cum syrupo acetoso. Q. si non fuerit illic calditas, oportet vt exhibeatur lac camelarum post euacuationem sufficientem factum cum decoctione supradicta, & sumatur lac cū myrobalanis nigris, & epithymo, & sale indo, & zagarico. Q. si lac nō adfit, oportet vt exhibeatur aqua casei cum medicinis, (vel secundum aliam literam, Q. si non iuuat lac camelarum, tunc exhibeatur loco ipsius aqua lactis cum medicinis,) quas diximus, & fiat aqua calei cū syrupo acetoso facto cū radicibus apij, & radicibus fœniculi, & radicibus ſgnāti, & anisi, & polio, & scolopendria, & fructu capparis, & fructu tamarisci, & semine fœniculi, & semine apij, & ſisibus. Et cibet cū pullis præparatis cum aceto & apio, & carnibus hœdi, decoctis cum aceto, & cappatibus conditis cum aceto, & melle mundo. Et bibāt syrupum acetosum factum secundum q̄ descripsimus. Et ponatur super splen ab extra vnum ex emplastris conuenientibus huic speciei icteritiæ; & nos dicemus ea in tractatu vltimo.

De Apostematibus renum, & vesicæ. Cap. XII.

Apostemata quidem quæ sunt in renibus, sequuntur dolor & punctio in locis vacuis; verū si apostema est in ſubſtantia renum carnosa, tūc cum dolore sentitur grauitas ī loco; & si est apostema in panniculo circundante eos, aut in concauitate ipsorum, aut ī vijs vrinæ ramificatis ab ambobus renibus, tunc dolor est acutus; & sequitur ad illud, q̄ infirmus non potest stare erectus, neq; ambulare; & si est ei motus voluntarius, aut non voluntarius, sicut sternutatio aut alius ex illis qui sunt eis similes, tunc infirmus clamat, & conqueritur, & angustiatur, & non est ei facile dormire super ventrem ſuum, immo plurimum quietis eius est in resupinatione ſuper dorſum, quia membra quibus accidit apostema, magis diligunt quietem membrorum læforum, q̄ſ q̄ ipſa ſtent ſuſpenſa; (vel secundum aliam literam, quia membrorum apostematorum quies est, vt sint accubata, & quieta, vt non sint suſpēſa:) & propter hoc plurimum quietis ſiſtorum est in resupinatione ſuper dorſum ſuum. Et dolor qui accidit ex apostemate renum, quandoq; declinat ad hepar, & quandoq; ad ilia seu ad anchas, & ad vesicam, & ad virgā; quia si apostema est in rene dextro, ex hoc q̄ est propinquus hepati, existens in eo quod est inter extremitates eius, fit ſenſus doloris in loco, in quo est hepar. Et si apostema est in rene ſiniſtro, tunc extenditur dolor versus inferiora. Et quando apostemantur ambo renes simul, tunc peruenit dolor per cōmunitatem cum eis vſq; ad vias vrinæ, quæ quidem viæ ex vtriſq; renibus oriūtur; & ex illo loco peruenit dolor ad vesicam: (vel secundum aliam literam, quę quidem viæ ex vtriſq; renibus oriuntur, & ex istis vasis feu vijs quæ terminantur in vesicam, peruenit dolor ad ipſam vesicam.) Et quando ipsa vesica læditur, & tunc cum ea lædunt nerui, seu dolori nerui continuati cū collo ipſius, & cum virga; & fic ex dolore vefice per communitatem dolet etiam virga. Et nō exiſtimatur q̄ deſcenſus huius do loris, & nocumētum eius, vſq; ad hūc locum ſentiatur ſemper, aut frequenter, immo cum in tercisione & ſeparatione temporis. Et quandoq; dolēt cum eis etiam anchæ, & infrigidantur extremitates membrorum, proprie crurium & pedum. Vrina autem in principio est ſubtilis aquoſa, & in fine efficitur rubea. Et quia apostemata renum velociter indurantur, seu lapideſcunt, ideo ex eis sunt quæ penitus non habent curam, ſed firmantur & prolongantur, & liquefaciunt corpus, & extenuant ipſum. Quum ergo corpora peruenīunt ad hanc diſpoſitionem, ſubtiliantur anchę, & liquefunt corpora eorum, & ſpaſmantur, & debilitatur crura; & ex eis apostematibus sunt quę peruenīunt ad aggregationem ſaniei; & nos narrabimus ſermonē ſuper collectionem ſaniei in renibus poſt hoc parum per. Apoſtemata autem quę accidūt in vesica, cognoſcuntur ex dolore qui accidit in loco veſicæ, & ex tenſione & attractione quæ accidunt in anchis & pectine, (vel ſecundum aliam literam, in loco veſicæ, & ex contractione quæ ſentitur in anchis, & pectine,) & ex inflammatione vehementi, & vomitu ſpecierum choleræ non permixtarum, & ex difficultate vrinę ſequente ad illud, & ex aſthmate & ſiti vehementi, & ex frigore manuum & pedum, quæ exiſtimātur non calefieri. Et iſta quidem accidentia ſecundum plurimum accidunt iuuenibus, (vel ſecundum aliam literam, & iſta quidem ægritudo ſecundum plurimum accidit iuuenibus) & eis qui sunt infra eos, ſicut illi in quibus nascuntur pili in pectine. Et ad hęc duo membra, ſcilicet renes & veſicam, quando apoſtemantur, ſequuntur febris, & ſoda, & vigilię, & rubedo oculorum & faciei, & lęſio a rebus calidis ex cibis & potib⁹ & medicinis.

De cura apostematum quæ accidunt in renibus, & vesica.

In principio quidem ſi in corpore est repletio ſanguinis multi, & virtus, & ætas, & tempus, & quæ sunt illis ſimilia cōſentiunt ſuper illud, tūc oportet vt phlebotometur vena cauſa apoſtematum calidorum accidentium in duobus membris: & poſt euacuationē ſanguinis, non ſufficit vt ſciamus demonſtrationē ex mēbris læſis tantum, ſecundum q̄ oportet nos facere, ſed ex diuerſitate doloris accidentis in vtriſq; etiam; quia iſtis duobus membris ſimul eſt virtus operationis, q̄ mundificat ſuperfluitates aquoſas permixtas ſanguini qui eſt ī venis. Et propter illud oportet declarare, qualiter ſit iſta aquoſitas retenta in venis, quæ ſunt in corpore toto. Si enim fuerit calida, tunc prohibetur admiſtratio medicinarum calidarum, quæ prouocant vrinam, & mundificāt. Euacuatio autem ſuperfluitatum, eſt commune iuuamētum reliquo corpori: verum medicinę calidę quæ prouocant vrinam, & euacuant ſuperfluitates, ſunt nociuę renibus & veſicę valde: & illud quia vrina trāſit per hęc duo membra. Et propter hoc nocumentum accidens ex acuitate iſtarum medicinarum eſt maius, q̄ iuuamentum quod ſequitur ex mundificatione earum. Apoſtemata autem, ex quibus ſiunt dolores in iſtis membris, non ſiunt niſi ex ſanguine qui reſudat in eis: quare oportet vt precedat conſideratio, & ingraſſan ſanguis inſpiſſatus ī ipſo apte ſit ſubtilis, cholericus, (vel ſm aliā lra⁹, an ſanguis retentus

Cum rad cū paſſion: veſ ę, & virgę.

tus in ipsis membris prędictis sit subtilis, cholericus,) an grossus melancholicus, an viscosus phlegmaticus, an sit vacuus ab istis qualitatibus, sed sit species natura lis remanens secundum dispositionem naturalem. Et post illud oportet considerare in qualitate, & quantitate, & paucitate ipsius, & multitudinem pssitudinis eius: quia si est subtilis in qualitate, diminutus vero in quantitate, & fuerit eius pssitudo pauca, (vel secundum aliam literam, & fuerit eius resudatio pauca,) tũc curatio est facilis cum pauca euacuatione, seu cum pauco medicamine euacuante, aut per id quod operatur natura solũ per se absq; medicinis. Si vero fuerit multus, grossus, vehemẽtis pssitudinis, tunc indigent medicinis quę subtiliant & aperiunt cum virtute: verum plures medicinarum quæ habent hanc condictionem sunt calidæ; & administratio medicinarum calidarum velociter nocent apostematibus: & propter illud oportet vt eligantur medicinæ, quæ incidunt & subtiliant absq; mordicatione & labore, donec euacuentur ista membra apostematæ: & hoc est, sicut aqua mellis, cum qua si permiscetur illud quod est conueniens secundũ speciem apostematis, & magnitudinem eius, perueniatur ad illud quod intenditur absq; labore & nocumento. (Quantitas aũt eius quod bibitur, oportet vt ponatur per mensuram speciei humoris mali permixti cum sanguine; quia natura huius infirmitatis necessitat prohibitionem eius qd bibitur, donec remaneant mẽbra apostemata quieta, quum non sit aliquid magis inuatiuum, neq; magis cõueniens eis q̃ hoc. Et quum operatio istorum membrorum sit nõ voluntaria, & propter illud non sit possibile prohibere eam, & conseruare eam ita vt quiescat, ideo oportet considerare de humoribus retentis in eis. Si. n. humor est aquosus, tunc minuimus ex potu, quantum est possibile, & reditus ad reliquas curationes, q̃ fiũt cũ rebus ab exira. Et si est in venis retẽtus humor malus, calidus, acutus, mordicatiuus, tunc oportet vt detur ex eo quod bibit, illud quod fit multum conueniens: quia si humor mordicatiuus acutus fuerit permixtus cum multo potu conuenienti, minoratur ex eo nocumentum membrorum apostematorum: quare oportet vt exhibeantur in hac hora etiam propter malitiam humoris forbitiones subtiles, contemperantes malitiam humoris, & sedantes acuitatem eius; & ponimus illud quod bibitur, proprie aquã dulcem claram; & ponimus reliqua regimina, secundum q̃ exigit apostema calidum, & febris; & facimus illud vsq; ad horam digestionis: & quum viderimus apostema iam maturatum, tunc damus medicinas prouocantes vrinam. Et si indiget natura solutione ventris, non oportet vt leniamus eam cum medicinis solutiuis, immo leniamus eam cum clystere proprie facto cũ aqua, in qua decocta sunt althea, & malua, & semen lini, & fœnugræci, & oleo sisamino. Et confert etiam aqua hordei subtilis, quando cum ea fit clyster cum oleo in quantitate, qua non coarctentur, neq; lædantur membra læsa, neq; grauent super eam. Et quum lenieris natura, tunc pone super locum ipsum lanam inunctam cum oleo calido, in quo decoctũ est anethum; aut oleo in quo decocta est althea. Et emplastra oportet vt fiant ex farina iam decocta cum aqua mellis; & post matura tionem etiam oportet vt misceatur cum emplastris alsefera, i. vitis alba, & poliũ, & champępithyos, & chamędrijs, & flos quinãtiz; & sint de farina ptes quatuor & de medicinis quas diximus, pars vna; & decoquatur farina cum vino dulci, aut cum aqua mellis. Et si apostema est in ipsis renibus, oportet vt ponantur emplastrum, similiter & reliquæ curationes, posterius, ppriesi vero apostema fuerit in vesica, ponantur anterius. Et quando ęgritudo pertranserit dies primos, & apparet in eo crisis laudabilis, tunc quando administrantur ea quæ conueniunt, vrina est multa grossa, & sedimen bonum: & si non est vrina secundum hunc modum, immo est subtilis, aquosa, clara, luminosa, tunc scias q̃ ægritudo est difficilis curationis, & q̃ ipsa extenditur ad dies multos, & perducitur res aut ad collectionem sanies, aut ad lapideitatem.

Nota q̃ tenes nõ oppilitur neq; leditur ab aq̃ nutritiis & a rebus dulcibus, sicut lęditur hepar, quia ad ea transmittuntur vię latę, per quas sanguis nutritius cum super fluitatibus grossis & viscosis transit ad ipsas vẽas, vbi fit colatura, & segregatio sanguinis a partibus sanis fugientibus.

De Exiturisin renibus. Cap. XIII.

EXitura seu collectio saniei in renibus quandoq; significatur ex tensione, quæ est in locis vacuis, & sequitur eam dolor ancharum: & quando iacet in firmus super vẽtrem, seu super faciem suam, sentit grauitatem in renibus læsis, quasi resgrauis sit suspensa in eis; & accidit ei febris erratica absq; ordine, & sequitur illud inflammatio multa vehemens, & horripilatio & vrinæ color est color ignis inæqualis. Quum ergo maturatur exitura & disrumpitur, minorantur ista accidentia quę diximus diminutione, quę indiget vt manifestentur significationes fuæ: nam si apostema fuerit saluum, cognoscitur ex albedine saniei quę euacuatur ab eo, & mundificatione eius, & æqualitate grossitudinis eius, & q̃ non est fœtidi odoris, & dolor tunc & febris quiescunt quiete completa. Eruptio autẽ seu aperti o apostematis, si fuerit in loco, qui vicinatur vesicæ, tunc est magis proxima ad saluterm, & infirmus facilitet tolerat eam. Si autem eruptio saniei non est versus vesicam, immo ad intestina, tunc hæc eruptio est deterior prima, & difficilior super infirmum in hoc, vt toleret euacuationem saniei: verũ facilior est q̃ illa quæ erũpitur ad loca vacua, & minoris malitiæ, & facilior in euacuatione saniei. Sed deterior ista omnibus & difficilior est, vt remaneat sanies in renibus, & non euacuetur, & tunc necessarius est medicus prudens in euacuatione eius, aut cum cauterio aut cum incisione.

De cura exiturarum in renibus.

In curatione quidem exiturarum in renibus, oportet vt adiuuetur natura cum omni ingenio ad maturationem exiturę, & ad eius apertionem, cum medicinis quæ administrantur extrinsece & intrinsece: & exhibeantur res quæ maturant & aggregãt saniem; & post maturationem exhibeantur res quę virtutem habent aperiendi, & mundificandi saniem cum vrina. Et illa, quę conferunt in principio, sunt vaporationes continuę cum spongijs; & emplastra facta ex farina, & sicla, & decoctione ficuum cum aqua mellis. Q̃ si volueri mus addere ẽ virtute emplastriplus q̃ hoc, miscebimus in eo absynthium, & radices lilij cœlestis, & radices alsafera, & mezereon. Et exhibebimus ab intra medicinas quę prouocant vrinã, sicut semen agnicasti, & acorus; hæc enim duo adiuuant ad eruptionem exituræ, & euacuationem saniei cum vrina. Q̃ si non erumpitur exitura cum istis, oportet vt administretur clyster acutus, & non tardemus etiam in administratione fomentationum & emplastrorum, quę diximus, postq̃ addiderimus in virtute ipsorum, & continua administratione eorum. Et quum erumpitur exitura, tunc administra medicinas quę virtutem habent mundificandi saniem cum vrina, sicut decoctio fœniculi, & apij. Et quando q̃ sequitur collectionem saniei inflammatio vehemens, quę est in loco, tunc enim oportet administrare clyster quia sedat & infrigidat inflãmationẽ, sicut aqua hordei subtilis, & lac, & sessio in aqua calida. Quumq; euacuata fuerit sanies tota, tunc oportet vt solicitudo sit de esse vlceris, donec consolidetur cõsolidatione forti velociter: nam fi cadit tarditas, fit ęgritudo cui non est curatio.

Semẽ agnica sti, & acorus adiuuãt ad eruptionẽ & euacuationem saniei cum vrina.

De Vlceribus quæ fiunt in renibus, & in membris vrinę. Cap. XIIII.

VLcera quidem quę fiunt in membris vrinę, aut fiunt in renibus, aut in vesica, aut in vijs vrinæ. Et accidentia quidem communia quę sequuntur ad huiusmodi vlcera, sunt, vt currat cum vrina sanguis, & sanies multa, & accidit patientibus difficultas vrinę, ita vt prohibeatur illud quod currit. Q. si absciditur illud quod currit, erit inter ista accidētia propriæ differentia in situ, & operatione, & speciebus solutionis vēris, & in virtute. In situ quidem seu in loco, quoniam si est vlcus in renibus, tunc est sensus doloris posterius, & in anchis, & alchatin. Et si vlcus est in vesica versus duo emunctoria, tunc dolor sentitur anterius versus pectinem. Et si vlcus est in vijs vrinæ, tunc dolor est in medio. Differentia autem in operatione est, quoniam si cum dolore est difficultas vrinæ, aut distillatio eius, tunc vlceratio est in vesica. Et si defœctus vrinæ est secundum æqualitatem absq; læsione, & absq; difficultate, tunc vlcus est in renibus. In specie vero eius quod euacuatur, est differentia, quia si vlcus est in renibus, egrediuntur cum vrina squammæ, & fila carnosa, & vrina est temperata in grossitie. Et si vlcus est in vesica, egrediuntur ex eo cortices similes pāniculis cum vrina fœtida. Et si vlcus est in meatibus vrinę, tūc cortices quę descendunt cum vrina, descendunt absq; odore fœtido. Et discernuntur istę species per virtutē, quoniam vesica sentit sensu forti, & renes sentiunt sensu debili pauco, & meatus vrinæ sensu mediocri. Et propter illud etiam sunt dolores qui fiūt in vesica, acuti, vehementes, extensi; & qui fiunt in renibus, sunt secundū aliam formam ab hac, quia ipsi renes sunt quasi sentientes dolorem cum grauitate, (vel secundum aliā literam, quia ipsi renes quasi sentiunt grauitatem;) & illi dolores qui sunt in vijs vrinæ, sunt similes doloribus qui fiunt in vesica. Dolores vero qui accidūt cum vlceribus in vijs, sunt leuiores, & minoris tensionis & malitię. Sanguis autem qui currit cum vrina, si fuerit eius defœctus post succession̄em ægritudinis quæ præcessit, significat q̄ in membris vrinæ est aliqua corrosio; & si accidat subito & absq; causa manifesta, tunc sit cursus eius est multus, significat excoriationem in instrumentis vrinæ, quæ sunt in renibus; (vel secundum aliam literam, significat eruptionem quorundam instrumentorum quæ sunt in renibus;) q̄ si cursus eius fuerit aliquid post aliquid, significat apertionem orificiorum venarum. Et est possibile vt sit euacuatio sanguinis, & saniei in vrina ex quibusdam membris superioribus, & cognoscitur hoc, quia egressio sanguinis, & saniei sunt permixta cum vrina permixtione vehementi. Sanguis autem & sanies currentes vel egredientes absq; vrina, significant q̄ vlcus est proximum canali virgæ, aut in ipsa virga, aut in vesica; & discernitur inter ista per sensum doloris. Et oportet vt scias, q̄ vlcus quod est in vesica, est difficilis curationis, propter illud quod currit de superfluitate aquosa, acuta, falsa semper: vlcus vero quod est in renibus, est facilis curationis, quoniam substantia renum est carnosa, & ideo velociter sanatur: sed vlcus accidens in vesica est difficilioris sanationis, propter affluationem eius quod currit ex superfluitatibus, quas diximus; & etiam quia substantia corporis vesicę est neruosa, & vlcus in membris neruosis est difficilis sanationis valde: quoniam cum difficultate in huiusmodi egreditur caro, & licet generetur caro ibi, tñ vlcus est difficilis ꝓsolidatiōis.

De cura vlcerum accidentiū in membris vrinę.

In inceptione quidem oportet vt mundificetur vlcus mundificatione sufficienti cum medicinis, quarū proprietas est abstergere & mundificare saniem, & sordes aggregatas in ipsis vlceribus; deide fiat permutatio ad tes facientes detumescere, & stypticitatem inducentes incarnatiuas. Et si vlcus est sanum, sufficit curatio, & mundificatio cum rebus leuibus, sicut semen maluæ cum melle, aut semen citrulli, & semen bateq̄ cū aqua mellis, aut semen althææ cum aqua mellis, aut mel ipsum permixtum, aut decoctum cum decoctione quarundam medicinarum prouocātium vrinam cū equalitate vel cum quiete, ficut decoctio facta cum radice apij, & semine fœniculi, & squinanto: aut aqua squinanti, & aqua fœniculi, Q. si non iuuatur hac curatione sicut oportet, tunc exhibeatur capillus veneris cum aqua mellis, & vitellus oui: & iam dissolutus cum decoctione ; dulcis aut gummi a terebinti, postęq̄ cum aqua dissoluta fuerit & colata: aut farrafalian, idest, apium montanum cum vino odorifero. Et ex eis quę mundificant huiusmodi vlcera cum nobili virtute. sunt radices lilij cęlestis, quando terūntur & fumuntur cū aqua mellis; & similiter decoctio prassij, & hyssopi siccę exhibita secundum hanc formam: (vel secundum aliam literam, & similiter prassium, & hyssopus ficca exhibita secūdum hanc formam.) Illud autem quod confert vlceri saluo, est emplastrum factum ex farina hordei, & thure, & oleo de alcanna, & oleo arboris masticis; & etiam emplastra facta cum farina alcheſi, idest, orobi, decocta cum vino, & melle aut cum rosis siccis, & lētibus, & melle, & granis myrthi, & cum quibuſdam rebus quas diximus: quia ita omnia prohibent putrefactionem vlceris. Et oportet vt ponas emplastra super alchatin super loca vacua. Et dum vlcus remanet ita q̄ non consolidatur, si infirmus non tolerat abstinentiam a comestis, tunc ciba ipsum cum carnibus auium montanarum, quæ non sint pingues, & sint frixæ, aut assatæ. Ad mundificationem autem vlcerum conuenit sorbitio facta ex orobo, cuius grana iam sint dissoluta, (vel secundum aliam literam, ex farina orobi iam absterſi seu mundificati,) & grana orobi facta seu preparata in sorbitione secundum hanc formam; & confert etiam iuuamento non paruo sorbitio facta ex hordeo, & amylo, & farina alhauari, idest, farina ex frumēto abluto decocta cum lacte, & tridecocta cum pingedine gallinæ. Q. si vlcus est malum in natura suą, (& hoc scitur ex fœce quæ euacuatur ex eo, & ex viriditate illius quod euacuatur seu egreditur ex eo, & ex fœtore ipsius, & ex inquietudine infirmi, & paucitate tolerantię eius, & paucitate iuuamēti eius cum medicinis, & ex vehementia doloris apud euacuationem) tūc indiget duobus generibus curationis ab extra, & ab intra: quarum vna fit ex medicinis vehementis mundificationis & exiccationis, & altera ex medicinis stypticis exiccatiuis, quæ prohibent vlcus perambulare ad loca multa. Et propter illud oportet exhibere res quæ bibuntur, scilicet orobum cum vino dulci; & ab extra administretur emplastra facta ex farina orobi decocta cum vino, & melle. Et confert vlceribus quæ perambulant & spargūtur, etiam clyster, de quo diximus ante, quòd confert rasuræ intestinorum. Ex cibis autem oportet vt cibentur cum eis qui sunt temperati, & extinguentes, sicut aqua hordei; & olera temperata, sicut malua, & attriplices, & portulaca, & cucurbita, & citrulli, & batheca matura, & lactuca decocta, & quæ sunt illis similia. Post mundificationem vero saniei, & mundificationem vlceris bonam, oportet vt administrentur res iuuantes, quæ incarnant & glutinant vlcera, & da in potu rob agrestæ, & succum barbæ hircinæ, & terram sigillatam, & corallum, & reliquas medicinas quę habent virtutem stypticandi & incarnandi, & mis ceatur cum eis etiam amylum, & dragacantum, & semen cucumeris, & semen bateche, & semen althęę vt perueniat ad profundum cum facilitate. Et conferunt ad illud etiam cortices radicis mandragorę, & pauer

A lig: literā, d ſolutus cum vino.

Alcheſi, idest, orobus.

pauer nigrũ,& semen iusquiami,& apium: & proprie si ex vlcere currit aliquid virulentum, aut fuerit dolor vehemẽs valde. Et oportet vt misceatur cum eis etiam vna ex medicinis, seu aliqua ex medicinis acutis, velocis penetrationis, vt perueniat ad loca læsa cum agilitate & facilitate, & vt non lædantur cum eis membra, in quibus penetrãt: & istæ medicinæ sunt, sicut semen apij,& daucus, & apium montanum, & reliqua his similia. Ex medicinis autem compositis conferentibus in hoc, ppriesunt trochisci Dioscoridis, & trochisci Andromachi,& trochisci Asclepiadis, & hoc medicamen quod nunc narrabo. Medicamen ad vlcera in membris vrinæ. Rec. seminis barbaceæ, citrulli, cucumeris, & cucurbitæ dulcis: omnia ista semina sint excorticata:& seminis papaueris albi,& nigri,& gummi amygdalarum,& dragacathi,& amyli,& seminis portulacæ,& seminis maluæ, & seminis altheæ, & laccæ ablutæ,& rauendẽsẽ,omnium ana,3.v. Spodij.3.vij. boli armeni drac.x. granorum pini magnorum excortcatorum, seminis alchechengi montani, omniũ ana drac.iij. succi liquiritię,zucchari rabarzet,pfyllij,omnium ana drach.xx. Summa medicinarum est numero.xxj. terantur reliquæ medicinæ, & misceantur cum eis pfyllium,& zucchari, & exhibeatur ex eis drac.v. cum vino cocto,aut cum iulebi: & si bibatur cum lacte asinæ erit magis iuuatiuũ. Si vero vlcus fuerit in canna virgæ,seu in canali virgę, tunc oportet vt in ea iniiciatur aqua plantaginis cum oleo violato,aut ex fiel al bo facto ad dolorem oculi, postęq; dissolutum fuerit cum lacte mulieris,aut cum albumine ouí subtili. Si autem accidãt in vesica,aut in canali virgę, vlcera propinquitemporis, tunc inijciemus cum humiditatibus quas diximus,amylum,& hęmatites,& cimoleam,aut cerussam,aut merdasengi nutritum,aut calcem infrigidatam ablutam. Si vero vlcera funt antiqua, tunc indigent mundificatione forti. Confert ergo eis vt inijciãtur trochisci Andromachi, & tro chisci facti cum cartchas adusto, postęq; fuerit dilioluti cum aqua hordei,aut lacte mulieris. Et si accidat eruptio sanguinis ex vesica, tũc inijciatur in virgã fuccus plantaginis, aut aqua virgæ pastoris,aut portulacæ,aut aqua decocta cum fumach,& myrtho,& rosis: & pone desup exterius &c. (vel secundum aliam literam, & detur in potu ab intra bolus armenus,& terra sigillata: & pone desuper exterius) terram sigillatam,& gummam,& semen portulacæ,& dragacanthum,& balaustium,& rosas,& cornu ceruinum adustum,& succum barbæ hircinę: aut inijcie in virgam trochiscos quosdam abscindẽtes sanguinẽ. Et pferunt etiã ifti trochisci quos dicã, iuuamento magno. Rec. aluminis iamen.3.j. tragacathi.3.ij. gummi drac.ß. sanguinis draconis,balaustiorum,omnium ana drach.ß. Summa medicinarum est numero.v. conficiantur cum aqua portulacæ, & exhibeantur. Trochisci alij ad hanc ægritudinem. Rec. dragacanthi, seminis papaueris,terræ sigillatæ, succi barbæ hircinæ, gummi prunorum nigrorum, karabe, omniũ ana partes æquales:terantur, & conficiantur cum aqua portulacæ. Et sedeat infirmus in aqua in qua decoctæ sint medicinæ sytypticæ,& myrthus recens, & balaustia,& gallæ,& nux cupressi,& rosę siccæ,& cortices granati rũ,& radix alhausegi,& quæ sunt illis similia. Et post natur super duo inguina emplastra ex lenitibus excoriticatis,& cytonijs,& pomis,& pyris sytypticis,& gallis & granis myrthi; terantur ista omnia contritione bona,& misceantur cum eis rosæ tritę,& papauer tritum opti me cum aqua myrthi humidi, & emplastretur cũ eo. Qz si infirmus non tolerat grauitatem emplastri, tunc fac ei linimentum secundum hãc formam, ꝛ. fusmach sylueſtris,radicis alhausegi, prunorũ sylueſtriũ decoquantur decoctione bona,& quando remanserit ex aqua aliquid modicum, coletur,& proijciatur desu per gummi cõrtium, balaustia.rob agrestæ,& acatia, & amylum,ita vt fiat sicut substantia mellis, & liniantur duo emunctoria,& pectẽ, & alchatin cõtinue: & quotiens deficcatur primum linimentum, tunc reiteretur linimentum seu linitio alia. Qꝛ si patientes vlcere in membris vrinæ indigẽt euacuatione, tũc oportet vt vtantur vomitu,aut solutione ventris. Et si indigent vomitu,& diligunt vt ipse vomitus non sit eis difficilis,tunc sumant multũ ex cibo, & vtantur eo quod incitat vomitum,sicut res dulces vnctuosæ, vt non ingrosseturseu difficulterur vomitus;& quum volũt vomere,oportet vt fumant ex his quæ excitãt vomitum, sicut res dulces,& barbeca matura. Si autem illud non reperitur,sumatur semen batheręe,& teratur,& misceatur cũ melle,& decoquatur, & detur de eo, & post exhibeat in potu decoctio multæ dulcedinis. Et ego qui dem nõ laudo vomitum propter euacuationem repletionis tantum, sed puto qꝫ homo quando vtitur vomitu continue, sanatur ab vlceribus quę sunt in renibus, sanatione completa, & a doloribus alijs, seu passionibus alijs,qui sunt in eo. Et oportet vt caueant, quantum fit possibile, ab omnibus motibus, quia inter res omnes non est aliquid magis nocens vlceribus cꝫ motus: & propterillud, quãdo affiduatur otium & quies sanatur & consolidatur vlcus. Et non oportet vt vtãtur coitu penitus, quoniam coitus omnibus speciebus vlcerę est nocius. Et qñ prolõgatur tẽpus, & generit febris gętę cõpleta, & extirpa fuerit pfolidata, seu ulcꝰ fuerit pfolidatũ, tunc comedãt carnes hœdi, & galline; & si desiderant aliquid ex fructibus ficcis aut humidis, tunc sumant ex amygdalis dulcibus torrefactis cũ mel le, & grana pini, & passulas, & sfiticos, & auellanas, & alcasb, ideſt, da clylos nõ complete maturos: & caueãt sibi a ficubus ficcis cautela completa, quoniã fant ma li, & nocent vlceribus. Ex fructibus autem humidis cõmedãt poma, & pyra, & zarur, & cytonia, & melones, & citrullos maturos. Hæc ergo sunt, quibus oportet curare vlcera in membris vrinæ.

Medicamen ad vlcera in membris vrinæ.

Trochisci ad sanguinẽ curandum vrinã.

Iuuantes vomitus in passionibus renũ

Zarur est species mesisę valde nota in Syria.

Sermo de generibus lactis, quæ conueniunt istis ægritudinibus.

Iam peruenimus ad sermonem de lacte, quẽ sit con numeratum ex rebus quibus curantur vlcera, quę sunt in istis membris; & iuuamentũ quidem in lacte est val de nobile & multæ efficaciæ. Dico ergo qꝰ ordines generum lactis sunt tres: in quorum vno est lac subtile, sicut lac asinę: & in secundo ordine est lac grossior eo, sicut lac vaccæ: & in tertio ordine est lac mediocre inter ista duo. ☿ ♄ Qꝫ si videris vlcus, quod est in istis membris, indigere mundificatione, (& hoc cognoscitur ex eo quod euacuatur cum vrina) oportet vt exhibeatur infirmo lac asinæ; quia est vehementioris mundificationis vlcerum,& plus paratum vt facilis fiat consolidatio eorum, & cum hoc contemperat & ęquat superfluitates q̃ currunt ad ea,& rectificat ipsas. Et proximum huic etiam in virtute est lac æquarum, seu lac equinum; quia substantia huius est substantia subtilis. Si vero vlcus non indiget mundificatione,& corpus fueritliquefactum seu extenuatum, ita vt indigeat viuificatione cum cibo, tunc oportet vt exhibeatur lac vaccinum;quia cum hoc qꝫ nutrit corpus nutrimento sufficienti,& viuificat corpus, regimen eius est facile,& ipsum impinguat corpus, & contemperat superfluitates quæ currunt in membris in quibus sunt vlcera, & sedat acuitatem & caliditatem inuentam in eis. Et si necessitas vocat ad ambas res simul, ita vt corpus indigeat viuificatione, & vlcus sit non mundum, oportet vt exhibeatur lac capræ: quum ipsum sit mediocre inter ista duo genera lactis prędicta, & fit possibile vt faciat operationẽ in vtrisq;, seu ut faciat ambas

A lia litera, sicut iacet apra

operationes. Et iam oportet, antequam exhibeatur lac caprinum, vt sit studium nostrum in mundificatione corporis cum rebus quæ non nocent & excitat vlcus. Et quando damus ipsum non oportet vt exhibeamus aliquid ex cibis aut ex medicinis, donec ipsum digeratur digestione completa, & descendat ex stomacho. Quantitas autem lactis oportet vt sit vnc, iiij, aut, v. & plus eius sit vnc, viij, & damus cum eo quasdam medicinas, quas diximus ante, ex eis quæ cõueniunt ad mũdificationem & confolidationem vlcerum, sicut draga canthum, & gummi, & amylum, & corallus, & karabe, & semen malvæ, & similia. Et quandoq; misceturcum eis etiam aliquid ex medicinis velocis penetrationis, vt faciat eas penetrare, sicut anisum, & semen apij, & daucus. Q. si lac tardatur in stomacho, oportet vt cum eo exhibeatur aliquid salis.

De Duritiæ quæ accidit in renibus.

Cap. XV.

QVando in renibus accidit apostema melancholicum, scilicet lapideum, durum, tũc nõ est cum eo dolor, immo infirmus sentit gravitatem vehementem *suspensam in* rene infirmo: (vel secũdum aliam literam, immo sentit infirmus sicut ali quid graue *suspensum in rene* infirmo:) & secundum plurimum est illa grauedo retro, & a parte iliorum. Et sequitur ad huiusmodi dispositiones debilitas in duobus cruribus, & stupor duarum ancharum. Vrina vero quæ euacuatur ab istis, est paruæ quantitatis, valde subtilis in qualitate indigesta: quia renes quando debilitantur, & coarctantur meatus qui sunt in ambobus, tunc nõ attrahitur aquositas *ex venis* sicut oportet: & illud quod attrahitur, etiam non alteratur, sicut alterabatur prius. Propter hoc ergo quãdo penetrat aquositas cum sanguine ad mẽbra, facit in eis accidere molitiem, & principium hydropisis. Et propter hoc oportet vt curetur huiusmodi cum rebus, quæ leniunt durities, & quæ resoluũt apostema paulatim paulatim: & accipiamus in curatione eorum cerotũ, quod diximus ante: & adminiſtremus etiam fomẽtationes, & vnctiones, sicut oportet: & adminiſtremus etiã clysteremlenitium: & demus eis ex illis quæ bibuntur ex medicinis, quę prouocant vrinam paulatim cum facilitate & quiete. Et in summa, oportet vt curentur cum rebus qs diximus aſi, donec liberẽt, seu euadãt ab hydropisi.

De Debilitate renum. Cap. XVI.

SI accidit vt amplientur meatus, in quibus colatur aquositas quæ *effunditur* ad renes, ita vt ipsi attrahant aquositatem, & nõ possint alterare eam, seu, & nõ possint colare eam, immo ingreditur cum ea aliquid de sanguine, aut de humiditate alia grossa, tũc isti patientes dispositionem prædictam non sentiunt dolorem; & si sentiunt, est dolor paruus valde. Et descendit cum aquositate aliquid ex sanguine, & de humiditatibus aliis grossis, ita vt in vrina, quando descendit in quibusdam horis, refideat, & eleuetur super eam ali quid simile spumæ maris: & hoc fit, quando venę sunt salvæ seu sanæ. Et si venæ fuerint debiles, tunc nõ residet in vrina aliquid, neq; apparet ĩ eo digestio; & cum sa in hoc est, quia cibus non permiscetur cũ potu, neq; conuertitur ad sanguinem. Et quandoq; expellit natura huiusmodi superfluitates ex corpore toto, & ex hepate ad renes: (vel secundum aliam literam, quia cibus non permiscetur cum potu, neq; alteratur ad sanguinẽ propter debilitatem virtutum membrorum corporis, quæ sunt supra renes. Et quandoq; expellit natura huiusmodi superfluitates ex corpore toto, & ex hepate ad renes secundum viam mundificationis.) Et nobis inest vt distinguamus inter hoc, & hoc ex eo quod sequitur detrãquilitate & difficultate post euacuationem: & etiam ex hoc q; corpus aut debilitatur, aut nõ debilitatur; quia si euacuatur vrina permixta cũ similibus, vel cum huiusmodi superfluitatibus secundum semitam mundificationis, tunc ad huiusmodi euacuationẽ sequitur iuuamentum magnum, & tranquillitas, & remotio inquietudinis. Si autem est defectus superfluitatum prædictarum propter debilitatem renum in ipsis, aut amplitudinem meatuum, tunc accidit contrarium illius. Et si fit euacuatio ex operatiõe naturę, tũc non debilitatur, neq; extenuatur cum ea corpus: & sit secũdum plurimum cum reuolutionibus seu periodis determinatis, sicut fit illud ĩ apertione orificiorum venarum quæ sunt in ano, scilicet in hæmorrhoidibus.

Sed ille defectus, & euacuatio superfluitatum supra dictarum, si caufatur a debilitate renum, tunc corpus extenuatur post tempus, præcipue si illud quod euacuatur ex eo, fuerit sanguis euacuatus absq; ordine. Melior igitur & nobilior curatio debilitatis renum, est trãquillitas & quies; quia motus dilatatmeatus, & excitat illud quod currit. Et oportet vt patientes etiam accipiant ex cibis qui sunt stypтici, sicut pyra, & cytonia, & zarur, & dactyli crudi, & dactyli non complete maturi, & lentes, & rizum, & reliqua quæ sunt illis simila. Et vinum eorum fit decoctum, nigrum, põticum: (vel secũdum aliam literam, & bibant vinum nigrum ponticum. Et prohibeantur ab omnibus quæ prouocant vrinam penitus, & a coitu; quoniam rarificat poros. Et medicentur intrinsecus & extrinsecus cum rebus faciẽtibus stypti citatem, prohibentibus sanguinẽ quas diximus ſſermone de euacuatione sanguinis. Et sint ea quæ bibunt, sicut succus virgæ pastoris cum bolo armeno, & gummi. Et ponantur super pectinem, & super emunctoria deforis, emplastra & linimẽta fascia cum fauich, & cum dactylis non bene maturis, & cytonijs, & succis stypticis retinentibus sanguinem: si cut illud quod fit ad diarrhiam, & sputum sanguinis.

Et in fine sumant in potu lac ouinum: quia ipsum est iuuatiuum valde in regimine corporum extenuatorũ, & conualescentium; quoniam impinguat corpora eorum, & acquirit eis iuuamentum magnum. Et oportet vt accipiatur cum eo etiam aliquid ex medicinis. Et adminiſtrentur etiam istæ ęgdem res, quando incipit huiusmodi euacuatio cũ acuitate ex parte naturæ, & remanet diebus multis, & debilitat corpus, & extenuat. Q. si hæc ægritudo accidit cum reuolutionibus seu periodis, phlebotoma venam ante horam periodi: deĩde adminiſtra res, quas diximus. Et si hoc nõ accidit nisi subito absq; hora determinata, oportet vt resistas ei statim, vt non attrahat vehementem malitiã, & debilitatem virtutis, & principiũ malę cõplexionis.

De Diabete, & est multitudo vrinæ cum vehementia sitis. Cap. XVII.

REnes etiam infirmãtur ægritudine, cui sunt tria nomina: quia nominatur Dipſacos cuius intentio est sitire faciens, quoniam accidit cum ea sitis vehemẽs. Et nominatur etiam Diabetes, & eius intentio est penetratio ex hoc, q; penetrat in eo illud qd' bibitur, & egreditur, & non figitur. Et nominatur etiã congregatio aquæ, quoniam vrina reperitur semper in vasis, seu in vrinalibus. Et hęc quidem ægritudo fit, quando debilitatur virtus retentiua in renibus: & ex hoc etiam, q; virtus attractiua quæ est in ipsis, attrahat attractione vehemẽti, donec accidat ex hoc sitis vehemẽs & ppter illud fit hęc ægritudo ex duabus causis, scil. ex debilitate virtutis retentiuæ, & ex vehementia virtutis attractiuę in renibus. Et causa debilitatis virtutis retentiuæ in ipsis renibus, est multitudo materiæ quæ attrahitur ad ipsos: quia quando grauantur renes ex multitudine eius quod ad ipsos attrahitur, nõ figitur, seu nõ firmatur virtus retẽtiua propter pondus illius: (vel secundum aliam literam, non figitur virtus retentiua

tiua ad tolerandum ill am multitudinẽ materiæ aquo-
fæ) & quando lęsa fuerit ab illa, tunc mouetur virtus ex-
pulsiua, propter debilitatẽ caufatam ab illa multa ma-
teria grauante, vnde excitatur & euacuat illam. Et eau-
sa quidem vehementis virtutis attractiuæ, quæ est in
renibus, est caliditas egrediens extra æqualitatem: (vel
secundum aliam literam, non figitur virtus retentiua
ad tolerandum illud. Et similiter etiam virtus expulsi-
ua, quando aliquid grauat super eam, expellit illud & euacuat. Et causa quidem virtutis attractiuę vehemen-
tis in renibus, est caliditas extra æqualitatem. Iam ergo manifestauimus qp virtus attractiua confortatur, & fit fortis a caliditate; & hæc caliditas aut est cum materia, aut pura absq; materia, quum in renibus est mala complexio calida ficca tantum. Et hæc quidem egritudo similatur ægritudini lubricitatis intestinorũ, in inceptione appetitus, & in veloci euacuatione. Sicut, n. cibi in lubricitate intestinorum euacuantur sicut recipiũtur; similiter hic etiam fiid quod bibitur, est aqua mellis, aut fyrupus acetosus, aut vinum decoctum, aut aqua, euacuatur sicut bibitur præcise, non mutatum. Et diuersificatur quidem diabetes a lubricitate intestinorum in hoc, qp lubricitas intestinorũ accidit ab egritudine ventris, & totius corporis; diabetes vero fit ab ægritudine duorum renum tantum. Et in hoc, qp appetitus in lubricitate intestinorum appetit cibum tãtum & in diabete appetit potum: & euacuatio lubricitatis intestinorum fit cũ appetitu canino quandoq; in quo quidem appetitu canino fit euacuatio, & resolutio occulta, non sensata: & in diabete fit euacuatio sensata, quæ est urina: (vel secundum aliam literam, quoniam lubricitas intestinorum non fit nisi ab ægritudine stomachi, & totius corporis: & diabetes ab egritudine renum tãtum.) Et in hoc etiam differt, quia appetitus in lubricitate stomachi est ad cibum, & in diabete ad potum: & in appetitu quidem canino ad cibũ fit euacuatio, & resolutio non sensata: sed in appetitu diabetis euacuatio est sensata, quæ est urina.

De cura diabetis.

Quia hæc ægritudo fit ex malitia complexionis calidæ sicc̃, sicut diximus, ideo oportet vt fit studium in his quæ contrariantur malæ complexioni prædictæ: & ponamus curationem nostram huius egritudinis secundum hunc modum, ita vt instigidemus renes instmos, & fortificemus eos, & acquiramus corpori æqualitatẽ. Et quia corpus de necessitate exiccatur, propter multitudinẽ eius quod euacuatur de humiditatibus, oportet vt exhibeatur ex potibus plus q̃s fit quantitas consueta, & non dimittatur stare omnino. Et exhibeat tur ex cibis quæ sunt difficilis conuerſionis, vt nõ subtilientur, & calefiant velociter, & adurantur, quoniam hepar q̃n fuerit salidũ calidũ et cũ qua exiccat, natura quũ attrahit, & finitę fuerit humiditates cibogr̃uc̃ ne cessariũ est vt exhibeatur illis cibi multę grossitudinis, sicut sorbitiones factę ex tri, & hordeo, & candarusio, & aqua hordei cum cucurbita, & cucumere, & citrullo, & aquæ illis similantur. Et sint omnia quę bibuntur aqua cucurbitæ allatę, & aqua granatorum acetosoꝝ, & aqua prunorum, & rob de ribes, & rob cytoniorũ purus, & rob de agrestа. Et ex medicinis quæ conferũt istis, sunt pfyllium, quando accipitur cum aqua citrul li, & cum lacte vaccino de quo extractum est butyrũ, & sauich nabach, & trochisci de spodio cum aqua cucurbitæ, aut aqua granatorum. Et conferunt etiam isti trochisci iuuamento manifesto. Rec, acatiæ drach, ij. rosarum siccarum drach. iij. balaustij drach, iiij. gummi drach. j. dragacanti drach. ß. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum muccilagine pſyllij, & exhibeatur cum aqua frigida. Et oportet vt caueant fibi a medicinis prouocantibus vrinam, immo ingenietur, vt attrahat materia ad illud, quod apparet de cute proprie, vt euacuetur per sudorem. Et ab extra administretur super duo emũctoria, & super alchatin, emplastrũ factum ex farina hordei, & aceto, & oleo rosaro. Et cõferunt etiam extremitates vitis, & cytonia, & poma, & extremitates kalef, & portulaca, & virga pastoris, & semperuiua, & altahaleb, & quę sunt illis similia. Q̃s grauant super ipsum emplastra, tunc fiat linimentum secundum hanc descriptionem. Rec. thuris drach. ij. acaciæ drach. iiij. succi barbæ hircinę, ladani, ramich, omnium ana drach. ij. terantur, & cribellentur, & conficiatur cum aqua myrthi humidę, & liniatur cum eo. Et in summa omnia emplastra extinguentia, conferentia ad diarrhiam cum inflammatione multa, conferũt etiam huic ægritudini. A. altahaleb est mucsus aquę.

De Distillatione vrinæ. Cap. XVIII.

SCias q̃placertus annexus collo vesicę quando extẽditur, aut distillatio vrinæ. Et debilitas istius fit aut ex ægritudine instrumentali, aut ex mala complexione. Et quum sit de proprietate vesicæ, vt accidant in ea omnes species malitiæ complexionis, tunc illud, quod plurimum accidit in ea assidue, est malitia complexionis frigidę; & propter illud quando debilitatur virtus retentiua ex malitia complexionis quam diximus, non potest tolerare grauitatem superfluitatum, nec spatio breui, immo expellit eas cum distillatione paulatim paulatim. Et fit etiã distillatio vrinæ ex acuitate qualitatis vrinæ ipsius: quia quando accidit in renibus egritudo aliqua, acuit vrina, aut ex materia acuta, aut ex sanie quæ currit ex membro alio ad venas, aut ex humore malo aggregato in venis, ita vt mordeat acuitate sua, & tunc egreditur vrina ante horam necessariam. Et quandoq; accidit distillatio vrinæ etiam propter vlcus accidens in instrumẽtis vrinæ. Cum difficultate autem vrinæ fi fuerit dolor, tunc non sit, nisi aut propter apostema, aut propter coarctationẽ faniei, aut propter vlcus, aut propter malitiam complexionis non ordinatę, aut ex ventositate inflatiua grossa. Si vero cum difficultate vrinæ non fuerit dolor, tunc causa in illo est aut ex diminutione sensus ipsius vesicæ, aut ex debilitate virtutis expulsiuæ quæ est in ea; & ambo q̃d, aut ex mala cõplexione frigida. Et apparet in omnibus istis dispositionibus tẽpo in vesica, sicut accidit, vt extendatur collum vesicæ etiam propter humiditates grossas, aut sanguinem grossum congelatum, aut lapidem oppilantem collum vesicæ, quare accidit difficultas vrinæ. Q̃s difficultas vrinę accidat absq; inflatione aut tensione, significat oppilationem in renibus aut in vijs vrinæ; & hoc non accidit nisi ex aliqua ęgritudinũ quas diximus, & ex accidẽtibus & ſignificationibus commemoratis. Sanguinem autem cõgelatum cognoscimus ex eruptione quæ præcessit sanguinem, & ex accidentibus propriis quæ sequuntur illud: quia sanguis aliquando congelatur &c. (vel secundum aliã literam, Sanguinem autem congelatum cognoscimus ex urina sanguinis, quę iam præcessit sanguinem, & ex accidentibus propriis quę sequuntur ad illud: quia sanguis aliquando coagulatur) nõ in vesica solum, sed in stomacho etiam, & in intestinis, & in pectore. Et accidit patienti paruitas anhelitus, & citrinus color, & par uitas pulsus, & duricies eius, & sequitur ad ipsum nausea, & angustia, & extenuatio: a quibus quidem accidentibus non euadit patiens nisi raro, quotiensc̃unq; in membris suis intrinseciis coagulatur sanguis, & nę congelatus in quantitate similis sanguisꝙ. Malitiã autem complexionis debilitantem ueficam & instrumenta alia, tibi liquet vt cognoscas per existimationem ex ſignificationibus, quas tibi diximus multotiens.

De

De cura distillationis vrinæ.

Distillatio quidem vrinę si fuerit propter acuitatem suam, aut propter acuitatem alicuius humoris qui curit cum ea, administrabimus res contemperantes, sicut aqua hordei, & lactuca, & endiuia, & cucurbita, & malua, & quæ sunt illis similia. Et iuuatur patientes etiam cum ablutione aquę dulcis calidæ, & inunctione cum oleo rosato. Et prohibeatur ipsi ab omnibus rebus calidis acutis: & conferuentur cum cibis, & potibus, & tráquillitate, & quiete, & paucitate tristitię: & rege eos regimine sedante acuitatem, & contemperante ipsam: & da eis in potu assidue pyllium cum oleo rosato. Q. si causa distillationis vrinæ fuerit mala complexio frigida, ex qua debilitatur virtus retentiua in vesica, administretur potus vini, & alia calefacientia, sicut cōfectio anacardina, & hiera picra etiam, & hiera Gale. Et conferet eis tryphera minor, quādo misceatur cum fazanea, & glandibus, & thure. Et confert etiam iuuamento manifesto hoc medicamen. Recī. granorum myrthi, glandium, corticum thuris, cymini carmeni, omnium ana partem. j. terantur, & dentur ex eo drach. iij. cum vino antiquo. Aut Rec. extremitatum myrthi ficci, aluminis, foliorum alcannæ, thuris. balaustiorum, glādium, omnium ana partes æquales: decoquantur cum vino, & exhibeatur ex eo vnc. j. in mane: & hoc etiam confert sanguini currenti ex renibus, & vesica. Confert etiam hoc medicamen. Rec. glandes, & infundantur in aceto vini die ac nocte, deinde frixentur in sarta gine, & terantur, & sumantur ex eis drach. x. & ex myrobalanis kebulis, & emblicis, & bellericis torrefactis, omnium ana drach. vij. & ex corticibus thuris drac. v. & ex granis myrthi drach. x. terantur, & cribellentur, & dentur ex eis drach. iij. cum aqua, in qua extinctum sit ferrum ignitum. Et confert etiam hoc medicamen quod confert eis qui mingunt de nocte in lecto, iuuamento valde conuenienti. Rec. myrobalanorum kebulorum, emblicorum, belleicorum, omnium ana drach. x. glandium infusarum in aceto vini die ac nocte, & postea torrefactorum drach. vij. thuris masculi, enulæ, storacis siccæ & liquidæ, corallorum, omnium ana drach. v. myrthi drach. iij. (vel secundum aliam literam, myrrhæ drach. iij.) conficiantur cum melle, & sumantur ex eo in potu drac. iij. Et ex eis quę nos fusmus experti, sunt istæ pilulæ. Rec. myrrhæ, castorei, costi, hafce, corticum interiorum glandium, pyrethri, omnium ana partes æquales: teranter, & conficiantur cum aqua myrthi humidæ, & fiant pilulę, & exhibeantur ex eis apud somnum pondus drac. j. ōc plus vel minus secundum virtutem, & quæ ei similantur. Quidam vero dant nigellam; & quidam alij semen ruthæ.

Medicamen conferens eis q̄ mingūt in lecto,

Pilulæ ad distillationē vrinę.

Q. si distillatio vrinę est ex vlceribus in membris vrinæ, curetur cum rebus, quas diximus in sermone de vlceribus existentibus in instrumentis vrinę. Et quando est difficultas vrinæ, tunc si est ex apostemate, aut lapide coarctante meatus vrinæ, & oppilante, & faciente accidere difficultatem vrinæ, oportet sedare dolorem effundendo aquam calidam, in qua decocta sint camomilla, & anethum, & radix altheæ: & inungamus assidue cum oleo tribulorum, & oleo chamæmellino.

Lapidem vero curamus cum rebus, quę comminuit lapidem, & cum his quæ dicemus post. Et similiter si meatus fuerint oppilati ab humiditate grossa, & visco sa habente fæcem & fedimen, tunc oportet vt medicēmur cum rebus quę aperiunt & abstergunt cum fortitudine, sicut mu, & fu, & anisum, & spica odorifera, & semen apij, & apium montanum: aut exhibeatur semen raphani sylueſtris (& in alia litera, loco raphani sylueſtris habetur rapæ sylueſtris) aur. j. cum aqua petroselini, & aqua apij, & aqua fœniculi, postę bullierint, & colātur de vnoquoq; vnc. ij. Et cibetur pane cū aqua raphani decocto, & aqua cicerum nigrorum. Et cura ipsorum etiam est cum confectionibus calefaciēbus & subtilrantibus, sicut confectio nominata fazanea, aut quædam confectiones prouocantes vrinam. Et confert eis etiam squilla, & syrupus acetosus factus ex ea. Et medicētur ab extra cum aquis calidis, in quibus decocta sunt folia lauri, & agnicasti, & sisymbrium, & camomilla, & anethum, & melilotum, & fœnugræcū, & caules alnabathi, & harmel, & fimus columbinus. Et emplastretur cum emplastris factis ex fœnugræco contrito, & galbano, & ammoniaco. Et cōfert etiā pro prie illis in quibus ægritudo est ex phlegmate grosso, hoc medicamen. Rec. granorum lauri, anethi, omnium ana drach. x. melliloti, farinæ cicerum nigrorum, camomillæ, omnium ana drach. x. feminis baucię fyluę stris, seminis raphani, seminis apij hortulani & montani, omnium ana drach. vij. amomi drach. x. terantur, & cribellentur, & misceantur cum aqua caulium nabathi, & oleo de lilio, & oleo balsamino: & emplastrentur ilia, & pecten. Et posti det i potu aqua apij, & aqua foliorum raphani, postę bullierit, & colata fuerit: aut decoctio anethi cum oleo amygdalarum dulcium. Et inungantur duo ilia cum oleo de scorpionibus. Et si causa difficultatis vrinæ fuerit sanguis coagulatus, tūc oportet vt exhibeantur medicinæ comminuentes lapidem cum syrupo acetoso facto cum melle: & bibat infirmus assidue syrupum acetosum prædictum, quoniam acetum scidit, & mel sua caliditate resoluit illud quod incidit acetū: & propter illud est valde iuuatiuū sanguini coagulato. Difficultas vero vrinę facta in fœtibus, oportet vt curetur inungēdo pectinem, & duo emunctoria cum oleo anethino, aut oleo chamęmelli no, aut oleo rutaceo, aut oleo raphanino. Et si retinetur natura, oportet vt lenias eam cum clystere facto ex decoctione fœnugręci, & altheæ, cum oleo chamęmel lino: & sedeat infirmus in tina in aqua, in qua decocta sunt camomilla, & radix altheæ, & tribuli. Et confert eis etiam radix altheæ sylueſtris, quando decoquitur cum oleo cucumeris asinini, & inungantur cū eo ilia, & pecten. Et si causa difficultatis vrinæ fuerit ifflatio, & vētositas grossa, tunc exhibeatur de super oleum de kerua cum aqua radicum, & inūgantur ilia, & pecten cum oleo balsamino, aut oleo iasimino, aut oleo de spica. Et injiciatur in virga ex istis oleis solum, aut cum aliquanto castorei, & aqua ruthæ, & musco, & quæ sunt illis similia.

Oleum de scorpionibus ad difficultatē vrię ex phlegmate grosso.

De Generatione lapidis, quare in pueris lapis generatur in vesica femper, & in senibus generatur in renibus eorum, & in veſicis puellarum forſitan nō generatur lapis. Cap. XIX.

Materia quidem ex qua generatur lapis, est humor grossus, crudus, qui descendit ad renes & veſicam cum aquositate, quę attrahitur ex sanguine in venas. Et causa quidem efficiens ipsum lapidem est caliditas, quæ quidem secūdum plurimum est caliditas ignea, & quandoq; est caliditas temperata. Et causa fœda instrumentalis, pp quam fit, est amplitudo meatuum superiorum, & strictura meatuum inferiorū quæ quidem fortasse est naturalis, & fortasse est propter ægritudinem, quæ accidit post. Humor autē grossus, crudus supradictus, qui generatur aut ex gulositate, aut ex nimietate cibi, sicut fit in pueris, aut ex debilitate virtutis digestiuæ, sicut fit in senibus, descendit ad renes, & veſicam cum vrina: & caliditas existēs in istis membris est ignea aut propter aliquam malā complexionem accidentem eis, aut propter illud quod de cholera currit ad ipsa, aut propter phlegmon accidens in eis. Et si virtus expulsiua fuerit vehemens, & vię in quibus euacuat vrina sunt ample, tunc vrina quę euacuat est

A lia litera, q̄ſiq; est naturalis & q̄ſiq; fit ex fortitudine quę accidit eis opilāte, q̄s est generatur humor aliqui grossus aut ex gulositate, aut ex nimietate cibi, sicut fit i pueris aut ex debilitate virtutis digestiuæ, sicut fit in senibus tūc e ffūdit humōr humor cū vrina ad

renes et uesicã,& q̃ calliditas quę est in istis membris fuerit acuta ignea quę sup̃ malã ꝓpter actionẽ de facili re ꝓsolubilẽ seu renoꝝ debilẽ, q̃ fit accidere ex choleꝛa effa sa ad ista membra, aut ex aqate calidoꝝ ita accidẽte, tũc ſi ſtuꝰ expulſuꝰ ſua ſi ſtis membris fuerit fortis , & tenuitas ſi quis eſt in urina, fuerit ampli, uꝛina ſi groſſa, ſi uero tenuis fuerit ſtricti, ſi uero tenuis fuerit ſtricta, uiæ ſi uero debiles, oꝑoꝛtet ut uꝛina more tur ꝛpe aliquo , & expulſuꝰ pulſatim pauſatim, & oꝑoꝛtet ſi fine ut expulſa fuerit, q̃ ſi ea q̃ ad ſuſtinẽdã ſtricturã uiæ, & moꝛe ſilicis groſſum, & ſic eaꝝ ipſius q̃ ex uuoꝛa exiccaꝝ, & aduſtę a calliditate loci, et puꝛitie ſeu coagulatę ad ſuſtinẽdam lapideam,

eſt groſſa: Si uero uiæ fuerint ſtrictæ, & uirtus eſt debilis, tunc de neceſſitate tardatur tempoꝛe aliquo, & eua cuatur paulatim paulatim illud quod eſt ſubtile colatũ per reſudationem in fine, & illud quod eſt groſſum, fæcale, remanet in membris ꝓædictis. Quapꝛopter quã do huiuſmodi reſiduum lõgo tempoꝛe moꝛatur in eis exiccatur, & aduꝛitur a ꝛehementia calliditatis quæ eſt in iſtis locis , & efficitur ei ſubſtantia lapidea : } & propter hoc inuenimus ſemper in eo, quod euacuatur de uꝛina in principio aductus lapidis, granula harenoſa, dura, quando exhibetur infiꝛmo aliquid ex medicinis comminuentibus lapidem , & pꝛouocantibus uꝛinam; aut uꝛina cum foꝛtitudine ſua expellit materiã induratam , & expellit humoꝛem aggregatum in iſtis membꝛis: (vel ſecundum aliam literam, aut natura ſtimulata ab acuitate illoꝝ granulorum harenoſoꝝ mouet, & expellit ipſa, & humoꝛes aggregatos in iſtis membꝛis.) Et iſta granaharenoſa quando remanent ſpatio temporis, & vniuntur ad inuicem, & adhæꝛent, aggregatur totum groſſum, & ſex quę eſt in uꝛina cum eo quod pꝛæceſſit, & coagulatum eſt , & fit lapis habẽs quantitatem in magnitudine . Et quandoq; accidit in aquis thermarum, & in uaſis ſi quibus calefit aqua omnidie, ſimile huic lapideitati & coagulationi, quando reſidet in aqua gꝛaue ſeu aliquid fęcale, & accꝛeſcit a calliditate quæ eſt in ea, coagulationem & coadhæꝛentiã continuam , & tenetuꝛ ſeu firmatuꝛ illud quod reſidet & coagulatuꝛ, & hoc, quando remanſeꝛit tempoꝛe alio quo, induratuꝛ & magnificat ſicut lapis. Iſtæ ergo ſunt cauſæ generationis lapidis. Generatio autem lapidis in pueris in eoꝝum veſicis, & in ſenibus in eoꝝum reni bus, ſit ſecundum q̃ naꝛꝛabo, (vel ſecũdum aliam literam, Et quãdoq; inuenimus ſimile huic in aquis thermaꝝum, & in uaſis in quibus calefit aquas quoniam ſuꝑfluitas groſſa quæ in aqua ꝛeſider in paꝛte inferioꝛi uaſis, coagulatuꝛ a calliditate calefaciẽte aquam, & paꝛtes illius ſuꝑfluitatis adinuicẽ cohæꝛent, quæ quũ permanſeꝛint tempoꝛe extenſo, magnificãtuꝛ & induꝛantuꝛ, & ſiunt lapis. Hæc ergo eſt cauſa generationis lapidis. Generatio autem lapidis in pueris in eoꝝum veſicis, & in ſenibus in eoꝝum renibus fit, ſecundum q̃ naꝛꝛabo.) Operationes enim naturales omnes in pueris ſunt foꝛtiores, & calliditas naturalis in eis eſt foꝛtioꝛ & plus, q̃ groſſitudo humoꝛum qui deſcendunt ad ꝛenes eoꝝum liquefacti & diſſoluti: & diſſolutio quidem ipſoꝝ humoꝛum groſſoꝝum , & uiꝛtus operationis ꝛeꝛnum penetꝛat in eis cum facilitate, vnde humoꝛes pꝛædicti expelluntuꝛ ab ipſis ꝛenibus ad veſicam velociteꝛ Et quoniam veſica ipſa eſt fꝛigida in complexione ſua ex quo eſt neꝛueoſa, pauci ſanguinis, & cum fꝛigiditate ſua etiam in ea eſt ꝛaꝛitas multa, & cõcauitas in qua aggꝛegat ꝛeliqua groſſities ſeu omnis groſſities, quæ peꝛuenit ad ipſam, ideo groſſities fæcalis pꝛædicta coagulatuꝛ, & induꝛatuꝛ in ea ſecundum ſemitam quam dximus. Et ex eis quæ a diuuant ad hoc etiam , eſt viſcoſitas illius ſuꝑfluitatis, & groſſities eius: quoniam humiditas in pueris eſt plus, q̃ quantitas uiꝛtutis calliditatis eoꝝum naturalis. In ſenibus autem quia eſt contꝛaꝛium eius, quod diximus in pueris, ideo generatio lapidis fit in ꝛenibus ipſoꝝum ſenum; quoniam humiditates groſſæ effuſæ ad ꝛenes eoꝝum ſunt magis coagulabiles, & magis conglutinabiles, & ſolidabiles propter debilitatem operationis ꝛenum ſuoꝝum, & propter debilitatem operationis calliditatis innatę eoꝝum. Et propter hoc non effunduntuꝛ ſuꝑfluitates groſſæ ad veſicam ipſoꝝum, immo ꝛemanent in ꝛenibus coagulatę, non liquefactæ & non ſparſæ, quæ in ſpatio temporis conuertuntuꝛ in ſubſtãtiam lapideam , ſicut diximus. Et illud, quia ſicut accidit in ꝛebus ab extꝛa, quãdo vo lumus liquefacere aliquid de materia groſſa, ſicut cera pix, gũma pini, tunc huiuſmodi ſi calefiant & diſſoluãtuꝛ a caliditate, effunduntuꝛ & cuꝛꝛunt cum facilitate: ſi autem nõ ſubtiliantuꝛ & non calefiunt, non cuꝛꝛũt, ſed ꝛemanent in loco ſuo. Similiteꝛ dicatuꝛ de diſpoſitione humoꝛum groſſoꝝum, quando ſubtiliãtuꝛ & diſſoluuntuꝛ a caliditate ſufficienti, aut non ſubtiliantuꝛ, ſeu non diſſoluuntuꝛ a caliditate debili. Cauſa autem digniоꝛ in generatione lapidis eſt groſſities vrinæ: caliditas enim temperata quandoq; ſufficit in generatione lapidis, quia aqua thermaꝛum quãuis ſit tepida, tamen in ea apparet generatio lapidis ſeu lapideitatis .

Et cauſa quidem groſſitiei vrinæ, eſt multitudo eius quod ſumitur ex cibis groſſis i natura ſua, & comeſtio eoꝝum in non ſua ꝛoꝛa, qua oꝑoꝛtet ; & propter illud ſufficit in pueris, quãdo ſunt ex illis qui ſugunt lac, ma teria cibi, quo cibantuꝛ ad ingroſſationem vrinę eoꝝ. Q. ſi fuerint maiores hac quantitate, tunc guloſitas, & motus egrediens ab æqualitate , ſeu ab ordine poſt acceptionem ciboꝝum cum ꝛebus quas diximus de cauſis quæ ingroſſant vꝛinam. In illis autem ſi quibus iam completa eſt adoleſcẽtia ſua, multa comeſtio ciboꝝum frigidoꝝum, groſſoꝝum, eſt cauſa groſſitiei vrinę, & generationis lapidis in eis, ſicut teſtatuꝛ in illo qui multi plicat comeſtionem caſei recentis. Veꝛum non oꝑoꝛtet vt oꝑinetuꝛ q̃ groſſitudo vꝛinæ ſit cauſa ſufficiens in generatione lapidis, immo quando eſt cum caliditate ignea egreſſa ab æqualitate. Cauſa autem in hoc, q̃ hæc ægꝛitudo non accidat puellis, eſt, quia collum veſicæ eſt bꝛeue amplum, & eſt pꝛopinquũ vulvaæ; & pꝛoper hoc penetꝛat in ipſo vꝛina groſſa cum facilitate. Quare huiuſmodi vꝛina non ꝛetinetuꝛ, & non taꝛdatꝛ & hoc quidem pꝛohibetuꝛ in pueris maſculis ex longitudine colli veſicę, & ex ſtꝛictuꝛa ipſi⁹, & ex calefactione a caliditate igneaꝝ quare ſuꝑfluitas groſſa i veſicis puerorum coagulatuꝛ, & conuertituꝛ in lapidem. Et cognoſcimus hoc ex euacuatione vrinę aquoſæ, & ex ſedimine harenoſo exiſtente in ea , & ex motu ꝑtinuo in canali virgę, (vel ſecundum aliam literam, & ex pꝛuritu continuo in canali virgę,) & tenſione eius, & molificatione ipſius ſupra menſuram, & ex dolore qui accidit in anteꝛioꝛi paꝛte iliorum verſus inferioꝛa pectinis. Et quandoq; accidit cum dolore difficultas vrinæ etiam, quando lapis cadit in collum veſicæ, aut in foꝛamen canalis virgæ. Et diſtinguimus quidem inter lapidem generatum in ꝛenibus, & inter illam qui generatuꝛ in veſica peꝛ magnitudinem & ſubſtantiam: quoniam ille qui fit in ꝛenibus, eſt minoꝛ, & lenioꝛ; & non fit minoꝛ niſi pꝛopteꝛ paꝛuitatem concauitatis quæ eſt in ꝛenibus, & quoniam non eſt poſſibile vtextendatuꝛ multum pꝛopteꝛ ſpiſſitudinem coꝛporis ipſoꝝum ꝛenũ & quoniam lapis ipſe nõ exiſtimatuꝛ ꝑmaneat in eis tempoꝛe longoꝛ; & factus eſt mollioꝛ ꝑopteꝛ pauciꝛ tatem moꝛæ ſuæ. Lapis autem qui generatuꝛ in veſica eſt maioꝛ, & vehementioꝛis duꝛitiei, quia concauitas, q̃ eſt in veſica, eſt maioꝛ, & extenſio eius etiã eſt maioꝛ ꝑopteꝛ ſubtilitatem eius, quę ſimilatuꝛ panniculo, & quoniam ipſa veſica eſt neꝛuoſa, moꝛatuꝛ in ea lapis tempoꝛe longo.

Notæ q̃ ex ſpũ decera & ꝑce, nascũtur q̃ ſiue humẽ q̃ non diſſoluitur a caliditate tãc ꝓnamſin loco ſuo, & nõ eſt ſũdatur, ſimiliter hũiditates groſſæ ea loca, q̃ non diſſoluitur a caliditate tedebũtẽ ſũ, ideo nõ eſt ſũdatur ad veſicã, ſed remanent in renibus. In pueris aũt, qa caliditas eſt fortis & pꝛeſt, ſũ ſubtiliat humoꝛes groſſos, & diſſoluit eos & facit eos ſũdos effundi a renibus ad veſicã, ſicut dicũt decera, & ꝑce, qa qui a caliditate ligũt, effunduntuꝛ, & cuꝛꝛũt de loco ad locum.

Cap. XX.

De cautela ne generetur lapis.

Q Via iam ſcimus cauſam generationis lapidis, ideo non erit nobis difficile ſcire, qualiter homo caueat, ne generetur lapis. Et quia generatio huius lapideitatis fit ex duab⁹ cauſis, ſcilicet ab humoꝛe groſſo, viſcoſo, peꝛmixto cum aquoſitate, quę attrahitur a ꝛenibus: & fit etiam a caliditate ignea, quę aduꝛit hunc humoꝛem & exiccat ipſum; tunc quã do nos expellimus ſeu abſcindimus has viꝛaſq̃, & deſtꝛuimus eas, abſcinduntuꝛ cauſæ ambaꝛum ſimul, & abſciditur etiam lapidis generatio. Et abſciſſio earum fit ꝑ cautelam & cuſtodiam acauſis facientibus eam,

&

& per deſtructionē rei ex qua generatur, & eradicatio ne ipſius. Nam humoris groſſi generatio prohibetur ante omnem rem paucitate cibi, & cautela a malitia digeſtionis: quia de proprietate ſatietatis, & malitiæ digeſtionis abſq; dubio eſt attrahere hanc ęgritudinem. Et ſi accidit, & iam incipit hæc ægritudo, vehementer excitat eam ſatietas & malitia digeſtionis: quare oportet cauere, & cuſtodire poſt illud ab oibus rebus groſſis, viſcoſis, quarum proprietas eſt firmari vel adhærere membris: (vel ſecūdum aliam literam, ab omnibus rebus viſcoſis, groſſis, quæ ſunt præparatæ adhærere loco, & generare lapidem.) Quaſpropter oportet prohibere administrationem omnium cibariorum factorū cū lacte, & ouis duris, & ſimilia: & tri, & alchathaif, & alzelabie, & alfeludegi: & oportet vt caueat omni cautela a caſeo recenti proprie. Et non ſis contentus in cautela a piſcibus recentibus, & nocent eis etiam carnes auium degentium in lacunis cęnoſis, & carnes quadrupedum proprie vaccarum, & caprarum ſylueſtriū ſeu montanarum, & quæ ſunt illis ſimilia. Et ſecundū hanc formam nocent etiam fructus difficilis digeſtionis, ſicut poma, & perſica cruda, & caro citri, & q̄ ſunt illis ſimilia. Et cuſtodiantur etiam a motu laborioſo inordinato poſt cibum, & a comeſtione panis azymi, aut panis fermentati qui non eſt bene coctus. Et ſimili ter a vinis vehemētis nigredinis, groſſis: ipſa enī adiuuant multum ad generationem lapidis. Illud autem quod aggregatum eſt ex groſſo humore, & incipit coagulari, oportet vt euacuemus, & ſolutione educamus ipſum cum cibis & medicinis, quę non ſunt vehementis calefactiōis: quia illud cuius calefactio eſt fortis, addit duritiem in materiam groſſam, & iuuat ad generationem lapidis. Et propter illud quādo cauemus ab administratione iſtarum rerum, adminiſtramus ī primis vomitum poſt comeſtionē multis vicibus: deinde poſt illud exhibemus decoctionem abſynthij potatione cō tinua multis diebus, & damus eis ex cibarijs quæ ſunt pauci nutrimenti, quæ non ſint difficilis digeſtionis: & damus etiam cum eis aliquid ex oleribus prouocantibus vrinam aperituis, mūdificatiuis, ſeu abſterſiuis, ſicut baucia recens, & apium, & anethum, & fœniculū & endiuia ſylueſtris, & calamenthum montanum, & fluuiale. Et conferunt etiam carnes auium montanarū non multæ pinguedinis, & medulla cucumeris, & medulla bathecæ, & ficus recentes, & ficcę, & vua alba: & vtantur vino tenui, ſubtili, albo, cum aqua fontis dulci, clara: quoniam aquæ turbidæ, lacunales cęnoſæ, & fluuiales cænoſæ & fœculentæ, & illa in qua eſt ſapor horribilis & extraneus, adiuuant ad generationem lapidis. Et oportet etiam vt adminiſtretur quandoq; decoctio pulegij, & polij, & chamæpitheos, & virgæ pa-

Radix altil, radix gramini. Sabertuma, & arbor granotum, quę im pinguant.

ſtoris, & radix altil, ideſt, graminis, & decoctio radicis alhaſcech, ideſt, tribulorum, & capillus veneris, & ſcolopędriæ, & ſeminis altheæ, & faberiuma, & eſt arbor granorum alſemene, ideſt, granorum quæ impinguāt, & cymini ſylueſtris: omnia enim iſta prohibent generationem lapidis magni, & frangunt lapidem parum & extrahunt ipſum cum vrina. Et oportet etiam vt miſceamus cū iſtis rebus aliquid ex medicinis calidis prouocantibus vrinam, vt attrahatur cum aduentu curſus vrinæ harena parata ad generationem lapidis: & quandoq; frangit lapidem: (vel ſecūdum aliam literam, harena parata ad generationem lapidis, aut lapis iam cōminutus.) Et confert huic intentioni decoctio apij, & ſeminis citrulli, & ſeminis melonis, & acetum ſquillitici cum, & ſyrupus acetoſus factus cum eo. Et oportet vt decoquatur iſta decoctio, quam diximus, cum aqua iuuatiua ſupradicta: & quādoq; decoquimus eam, & damus in potu cum vino ſubtili, aut cum ſyrupo acetoſo facto cum ſquilla ſeu cū decoctione eius. Et etiam adminiſtretur exercitium temperatum, & fricetur totum corpus, & proprie alchatin fricando quandoq; cū oleo & quandoq; abſq; oleo, & quādoq; cum medicinis reſoluentibus, quæ abſtergunt, ſicut ſabrotanum, & fæx combuſta, & nitrum. Et nō oportet vt tardemus in lenificatione naturæ & incipiamus cum medicinis quę euacuant, & ſoluūt cum facilitate in omnibus diebus.

Q. ſi non apparet in renibus caliditas ignea, & non fuerit in corpore materia groſſa multa, & non fuerit quod prohibeat adminiſtrationem medicinæ fortis, audebimus mouere materiam, & ſoluere eam cū euacuatione, & obedientia medicinæ in attractione ſua, & dabimus medicinas quæ ſoluunt cum virtute abſq; inflammatione, & abſq; timore. Et hoc quidem eſt regimen conueniens in prohibēdo humores groſſos, ex quibus generatur lapis, & in mundificādo illud quod iam ex eis eſt aggregatum in corpore, abſq; caliditate apparente. Caliditas autem ignea quę efficit lapidem, non eſt niſi aut ex apoſtemate calido ex genere almeſſere, aut ex genere phlegmonis exiſtentis in renibus, aut veſica: aut fit huiuſmodi caliditas extranea propter illud quod comeditur & bibitur ex rebus vehementis calefactionis, ſicut comeſta & bibita calida: aut ex medicinis calidis extra temperamentum adminiſtratis ab extra & ab intra, quādo prolongatur ægritudo in iſtis membris: aut propter laborem vehementē ſucceſſiuū. Quapropter oportet, quando curamus quoſdam eorū eo, quo curatur apoſtema calidum, ſicut phlegmon & almeſſera, & eryſipilas: vt mutemus medicationem in quibuſdam eorum, ſicut mutamus acceptionem ciborum & potuum calidorum acutorum quæ ſumuntur, & minoramus in quibuſdam eorum medicinas calidas, quę adminiſtrantur interius & exterius, & in quibuſdam eorum proijcimus eas, & dimittimus earum adminiſtrationem, ſicut in patiente laborem vehemētem continuum. Quum enim fecerimus illud, reuertitur caliditas quæ eſt in renibus ad æqualitatem, & prohibetur generatio lapidis. Si autem huiuſmodi caliditas ignea efficiens lapidem, cauſata fuerit a malitia complexionis inductę ab apoſtemate calido, & fuerit hoc apoſtema non durum, oportet vt leniamus, & extinguamus cum ceroto facto ex oleo roſato, aut oleo chamæmellino cū aqua endiuiæ, aut lactucæ, aut ſemperuiuæ, & virgæ paſtoris, & portulacę, & adminiſtramus emplaſtra cum raſura cucurbitæ, & farina hordei, & althaleb, ideſt, muſco aquę, & ponemus ſuper locum apoſtematis ; & ex cibis adminiſtrabimus aquam hordei cum ſeſaniabin. Et oportet vt miſceatur cum rebus, quę ab extra adminiſtrantur, acetum, quoniam ipſum adiuuat ad penetrationem, & apparet eius operatio, & iuuamētum. Si autem apoſtema eſt calidum cum aliquantula duritie, oportet vt adminiſtremus res lenientes duritiem, & reſiſtentes inflammationi ſeu refrenantes inflammationem. Illa vero quæ habent hāc proprietatem, ſunt camomilla, & anethum, & olea facta ex eis, & althea, & fœnugrægū, & ſemen lini, & medicamen factum cum muccillaginibus nominatū diachylon. Hoc ergo eſt, quod adminiſtratur in pricipio.

In fine vero quando apparet in apoſtemate maturatio, & lenita fuerit illa durities, tunc nos damus medicinas quæ prouocant vrinam interius, & miſcebimus cum rebus quæ adminiſtrantur ab extra, ea quę leniūt & reſoluūt cum æqualitate, ſicut ammoniacum, & gēma pini, & ſtorax, & pinguedines, & medullæ, & reliquæ medicinę lenientes: & miſcebimus cum eis caſtoreum, & myrrhā, & nitrum, & oleum balſami, & quæ ſunt illis ſimilia. Q. ſi cauſa malitię complexionis calidæ ignęæ fuerit continuitas adminiſtrationis medicinarum exterius & interius, tunc ſi inueniemus viam ad dimittēdum adminiſtrationem earum extoto, erit

rectius

rectius q̃ aliud. Q. si vocat necessitas ad administrãdũ eas, oportet vt inquirantur medicinæ alig, quarum proprietas sit efficere operationem suam absq; calliditate apparente, aut oportet minuere de medicinis calidis, & administremus eas omni die; & laborem seu nocumentum continuum a quo caueatur malitia complexionis calidæ, oportet vt permutemus ad contrarium eius, ita vt administremus quietem, & tranquillitatem & ocium, & regimen temperatum & cõuenies & iuuatiuum. Cibi autem & potus grossi tardæ digestionis, qui secundum plurimum sunt causa generationis lapidis semper, si non abscindantur, & nõ ponamus in eis regimen lanum, secundum q̃ conuenit speciei malitiæ complexionis, tunc corruptio ex eis maior est, q̃ iuua mentum cum medicinis conuenientibus; quia comesta & bibita sumitur omni die necessario, sed vsus medicinarum non debet semper homini administrari. Q. si est possibile illud in quibusdam hominibus, tas men non est in medicinis virtus iuuatiua, quæ opponatur & resistat regiminiocuo; (vel secũdum aliam literam, tamen non est in medicinis virtus iuuatiua, quæ cum oppositione sua resistat regimini nociuo.) Ita ergo oportet cauere a generatione lapidis, vt ipse non generetur omnino; & si generatur, non moretur, necq; dimittatur magnificari omnino.

Quare magis in nigrũdum eit cum regimine cibi, & potus, q̃ in regimine medicinarum.

De Cura eorum, in quibus lapis generatur & magnificatur. Cap. XXI.

IN illis quidem, in quibus generatur lapis & magnificatur, necesse est in principio vt consideremur ſignificationes, quas ante diximus. Si enĩ ipſæ ſignificant ægritudinem & locum ipſum, & poſt hoc fuerit nobis manifeſtũ, q̃ lapis in renibus eſt i loco vno proprie, a quo nõ permutat, (& hoc cognoſcit ex aſſiduitate in quietudinis infirmi, & ex hoc q̃ nõ ſit quies doloris) tunc nõ oportet vt præſumamus ſuper extractio nem lapidis, neq; ſuper mũdificationem eius cum medicinis prouocantibus vrinam, & frangentibus lapidẽ niſi in primis leniamus adminiſtrando vaporationes, & emplaſtra & cerota ſeu vnguenta mollificantia ſolutiua. Verum ante eorum adminiſtrationẽ etiam oportet vt facias illud cum vehemẽti cautela, quia nõ oportet vt adminiſtrentur multæ res quæ mollificant & leniunt, vt non diſſoluatur, ſeu vt non debiliteturvirtus membri taliter, vt non poſſit expellere a ſe illud, quod in ipſo eſt extraneum, aut elongare illud a ſe. Et oportet vt non tardetur in hoc, ſeu & oportet vt nõ deficias i hoc, & proprie ſi fuerit manifeſtum quod aliquid de materia peruenit ad membrum læſum ex humore malo in corpore, aut ex membro alio apoſtemoſo, aut læſo ab aliqua alia ægritudine cum materia. Si autem lapis non eſt fixus in loco vno, (& ſcitur hoc ex vehemẽtia doloris vice vna, & quiete eius vice alia) & non currit ad membrum læſum aliquid de materia, conferunt adillud vaporationes cum ſpongiis infuſis in aqua, & oleo: & caleſiat, & comprimatur, & inungatur fricando ſtatim cum eo quod narrabimus, & ponatur ſuper locum doloris. Et fecẽdum hanc formam etiam inungatur vehemẽter cum oleo rutaceo, poſtq̃ cum eo permixtæ fuerint gallæ contritæ, (vel ſecundum aliam literam, ſemen vrticæ contritum) & camomilla. Et ſi fuerit illic aliqua frigiditas vehemens, tunc oportet vt miſceatur cum oleo caſtoreum. Et confert etiam emplaſtrum factum ex oleo iam decocto cum lapa & aggregato cum oleo chamęmellino; & emplaſtrum ex pane factum ſecũdum hunc modum; & emplaſtrum etiam factum ex farina tritici decocta cum aqua, & oleo ſiſamino, & ſale, confert iuuamẽto magno valde. Et oportet vt continuetur mutatio emplaſtri hora poſt horam vt non infrigideturq; & caleſiat ab extra, vt remaneat calida tas in eo, dum permanet ſuper locum. Et oportet, vt adminiſtrentur iſta emplaſtra, & fomentationes, & inunctiones vehementes, & effuſiones oleorum proprie ſuper ſtrictũram dorſi, & ſuper locum vacuum ventris & ſuper ilia, & pectinem: quia huiuſmodi loca quando mollificantur, tunc dilatantur meatus, qui ſunt in eis, & facilior fit egreſſio lapidis, quando expellitur cũ virtute medicinarum prouocantium vrinam. Quòd ſi dolor fuerit vehemens, & non ſedatur cum adminiſtratione iſtarum rerum, tunc conuertamus nos ad res quæ ſunt cum cortice mandragoræ, & papaueris, & iuſquiamo, & opio, & miſcemus in emplaſtris ex eis, quæ præmiſſa ſunt deforis partem; & damus in potu etiam medicinas cõpoſitas lenitiuas doloris, ſicut Phi lonium, & quę ſunt ſimilia. Et poſt adminiſtrationem medicinarum mollificantium, quando ponitur ſuper locum ventoſa vacua, tunc mutat lapidem ſtatim permutatione mirabili, & ſedat acuitatem doloris: (vel ſecundum aliam literam, quando ponitur ſuper locum ventoſa vacua, tunc facit deſcẽdere lapidem velociter, & ſedat acuitatem doloris.) (Alia litera habet, quando ponitur vento ſa vacua ſuper locum, frãgit lapidem ſtatim fractione mirabili.) Et oportet in principio, vt ponatur ventoſa prope renes: deinde poſt illud facias eam deſcendere paulatim paulatim, & dirigas eam ad anteriorem partem, & ad inferiorem verſus grauitatẽ in loco, vbi infirmus ſentit dolorem. Et quandoq; ſentit infirmus dolorem in duobus ilijs, quãdo attrahitur lapis verſus viam vrinæ, & propter magnitudinẽ eius, aut aſperitatem ipſius non poteſt pertranſire in eis, immo ſtat, & retinetur in ipſis, & facit accidere dolorem vehementem: & tunc oportet ſedare dolorem faciendo illum ſedere in aqua fœnugræci, & althææ, & anethi, & camomillæ, cum qua permixtum eſt oleum, vt ſedetur dolor, & facilis fit deſcenſus lapidis. Si autem natura reſtringitur, tunc oportet vt ſolliciti ſimus in ſanificatione eius, vt non perducatur infirmus ex difficili dolore lapidis, quando tenetur in vijs vrinę, & in veſica, ad paſſionem vehementem, & ad ſyncopim, & ad pœnam laborioſam ex duritie lapidis. Et faciamus ſolutionem naturæ cum clyſteribus, quando infirmi nõ tolerant adminiſtrationem medicinarum ſolutiuarũ; & fiat clyſter ex quibuſdam rebus lenibus, & effundatur in eo oleum ſiſaminum, & adeps gallinæ recẽs, aut oleum anethinum, aut oleum althææ, aut pinguedo anatis, & oleum de fœnugræco quia iſta omnia molli ficant corpora, & ampliant poros eorum, & meatus ipſorum. Et iuuatur etiam per clyſterem factum ex decoctione fœnugræci, & ſeminis lini cum quibuſdam adipibus, & quibuſdam oleis, quæ diximus. Quumq; infirmus quieſcit parumper a dolore cum fomentatio nibus, & oleis, & emplaſtris, quæ diximus, tunc eſt neceſſe ut abſtineamus ab iſtis medicinis propter cauſam quam diximus, & ſimus contenti &c. (uel ſecundum aliam literam, tunc eſt neceſſe, ut abſtineamus a medicinis quæ ſoluunt, propter cauſam quam diximus, & ſimus cõtenti) adminiſtrationeclyſteris, q̃ fit cũ oleo anethino, aut oleo chamæmellino, & oleo althææ, & adminiſtratione ceroti ſeu unguenti facti cum ſuccis, & radicibus, quę diximus. Et oportet ut menſuremus & ponderemus illud, quod de unaquaq; iſtarum rerum proijcitur, & horam adminiſtrationis earũ meſura artificiali, ita ut ſi perſeuerat & prolõgatur dolor, prolongamus etiam nos horam adminiſtrationis eaq̃ & ſi prolongatur dimiſſio doloris, tunc ſecundum meſuram illius redimus ad adminiſtrationem medicinarum frangentium lapidem, prouocãtium urinam, donec egrediatur lapis. Iſtæ igitur res ſunt, quæ conferũt lapidi, qui generatur in renibus proprie. Si autem eſt illic ægritudo alia, aut aliquod accidentium, oportet, ut incipiamus cum eo, quod opponitur, & reſiſtit diffi

Ventoſæ in principio ſunt appoſitæ properanter, deide inferius ge ſcendendo verſus ilia, & verſus inguina, in parte an terioriſui. aspidi candę vbi eſt dolor.

Adeps gallinę recens magis mollificat q̃ adeps vitulinus recens.

Abilliis medicis, q̃ mollificatiuis, propter cãm quã diximus de ne ex ea mollificati, & debiliteter, virtus membri, ſicut ſupra dictum eſt.

A medicinis quę ſoluũt, propter cãm q̃ diximus. Et cauti ditate medicinarum ſolutiuarum, ne virtus ne ex hac cauſa debilitate inducta exiceretur materia lapidis, & induretur. Alia litera, adipibus quos.

ctiliori & vehementiori eorum, permiſcendo cum rebus quæ conueniunt lapidi, etiam illud quod conuenit illic ægritudini aliꝰ: quia quandoq; accidit cum lapide apoſtema, quare magnificatur dolor: & fortaſſe accidit vt fiat. Propter illud ergo oportet, ſi accidit dolor ex apoſtemate, vt incipiatur a phlebotomia venæ, ſi firmus eſt ſanę virtutis, & multi ſanguinis. Q. ſi prohiber ab illa aliquid, oportet vt incipiatur cum emplaſtris, & oleis, & fomẽtationibus, quę diximus ante, vt adiuuent ad maturationem apoſtematis, & ad reſolutionem reiaiciuus ex eis quæ ſunt retentę in eo, aut quod effunditur ad ipſum. Quum ergo maturatur apoſtema, oportet vt miſceantur etiam cum rebus quæ ad miniſtrantur, ab extra & ab intra medicinæ lenitiuæ cum aliqua re ex medicinis reſolutiuis, & accipiamus comparationem quantitatis adminiſtrationis earum ex ſpecie ſubſtantiæ eorum. Quia ſi materia eſt multa, ſidiget reſolutione. Et ſi eſt dura, difficilis reſolutionis, oportet vt illud quod proijcitur de medicinis lenitiuis cum emplaſtris, & lenimentis, ſit maior quãtitas, ꝙ de medicinis reſolutiuis. Et ſi fuerit res ecntrario illius, ita vt ſit materia retenta in loco lenis, facilis reſolutionis, oportet vt miſceatur de medicinis reſolutiuis plus & de lenitiuis minus. Et ſi oportet, adminiſtrabimus etiam de medicinis prouocantibus vrinam, & ſoluentibus naturam, donec mundificetur corpus mundificatione ſufficienti. Et ſi cognoſcitur ꝙ illic eſt ventoſitas groſſa retenta, quæ addit in dolore, tunc cum iſtis medicinis quæ frangunt lapidem, commiſcendæ ſunt res reſolutiuæ ventoſitatum, ſicut ruta, & aniſum, & anethum, & cyminũ, & carui, & nigella, & ameos. Et quã doq; eſt poſſibile, vt quando permiſcentur iſta, permiſceatur cum eis farina decocta, & fiat ex eis emplaſtrũ: & eſt poſſibile, vt decoquantur iſta etiam cum oleo, & aqua in qua decoctum eſt iſtud emplaſtrum, quod diximus, & vt demus ei in potu de illa aqua cum gelenia bin de melle. Et quandoq; etiam decoquũtur cum aliqua ex rebus, quas diximus etiam conuenire ad frangẽdum lapidem, & ad prouocandum vrinam, & detur in potu ex decoctione earum. Q. ſi in veſica eſt lapis magnus, tunc forſitan non fit dolor difficilis vehemens, quia non coarctatur propter concauitatem veſicæ, & propter raritatem ſeu extenſionem eius: verum quando peruenit lapis ad collum veſicæ, & ad cannam virgæ, non poteſt penetrare in eis, & infirmus tunc peruenit ad propinquitatem perditionis propter ſyncopim, & vehementiam doloris, qui ſequitur ad hanc leſionẽ. Et quoniã veſica eſt vehementis frigoris in natura ſua & pauci ſanguinis, ideo ipſa indiget tũc curatione fortioris: & propter illud oportet vt fedeat infirmus ſuper decocta cum anetho, melliloto, & camomilla, & radice altheæ, & ſemine lini, & fœnugræci, & ſpica, & capillis veneris, & foliis agnicaſti, & medicina nominata duas vnizi, & eſt virga paſtoris, & ſampſuco, & fuaſera, & roſis: & liniatur ſeu embrocetur locus læſus cũ quibuſdam oleis lenitiuis, mollificãtibus, ſedantibus dolorem, & permiſcemus ex iſtis oleis cum linimentis quæ ſunt cum cera & adipibus. Et quandoq; liquefacimus galbanũ, picem, & ammoniacum cum quibuſdam iſtorum oleorum, & linimus cum eius. Et melius quod adminiſtratur I hoc, eſt bdellium. Et oportet vt miſceatur cum iſtis emplaſtris capillus veneris, & folia virgæ paſtoris, & folium, & polium, & altheæ, & radix ſcolopendrię, & radix althi, ideſt, graminis. Et demus in eo quod bibitur, medicinas fortes frangentes lapidem, & prouocantes vrinam. Mel autem cum aqua dulci in principio ſedat dolorem accidentem propter lapidem in renibus & in veſica, & poſt paululum temporis fit fortis, & difficilis dolor plus, & corroboratur quoniam mel cum aqua calida mollificat mẽbra læſa.

Propter illud ergo quãdo volumus adminiſtrare &c. (vel ſecũdum aliam literam, & radix althi, ideſt, radix graminis. Et demus ſeu miſceamus in eo quod ipſi bibunt, medicinas fortes frangentes lapidem, & prouocantes vrinam. Balneatio autem cum aqua dulci ſedat dolorem accidentem ex lapide generato in renibus, & veſica in principio: quumq; proceſſerit tempus, eſt citur dolor difficilis: quoniã de natura balnei eſt mollificare membra læſa. Et propter illud quando volumus adminiſtrare) hoc oportet vt adminiſtremus illud cum cautela vehementi per aliquos dies cum embrocheis, & oleis, quę habent proprietatem conferuandi vir tutem in membris, ſicut oleum de lilijs, & oleum de al canna, quando decoquitur in eis vtriꝙ ſpica inda, & cum eis fit embrocatio. Q. ſi lapis in tranſitu ſuo in ter renes & veſicam, facit accidere vlcus in meatibus vrinę, oportet vt exhibeatur in potu lac cum melle de coctum, & adminiſtretur regimen conueniens ei, qui habet vlcera. Quumq; peruenerit lapis ad radicem virgæ, & moretur illic, ita vt adhereat, & non poſſit exire oportet vt ingenietur ad egreſſionem eius, & ad ipſius attractionem cum alehatatir minuto ſeu tenui: aut cũ quodam alio inſtrumento ad hanc rem conuenienti. Q. ſi non egreditur cum hoc, oportet vt ſcindatur locus deſuper in longitudine, donec extrahatur. Et ſi nõ eſt neceſſitas magna, & labor ſeu dolor difficilis facilis ſeu inducens ſuſpicionem de morte infirmi, oportet, vt caueamus, & abſtineamus ab huiuſmodi ſciſſione membri: quoniam locus ſciſſuræ qui eſt in curſu vrinæ ſeu in meatu vrinæ, ſecundum plurimum conuertitur in fiſtulam, & ex ea currit vrina. Hæc ergo eſt cura eius, qui habet lapidem paruum, cuius egreſſio ſperatur cum vrina, quando generatur in veſica: (vel ſecũdum aliam literam, Hæc ergo eſt cura eius, qui habet lapidem paruum, cuius egreſſio non eſt poſſibilis cum vrina, quando generatur in veſica.) In illis autem, in quorum veſicis generatur lapis magnus, & nõ confert adminiſtratio medicinarum frangẽtium lapidem, ſed quia ipſi defiderant velocem curam & velocem ſanitatem, oportet vt fiat curatio cum ferro ſcindente, & extrahente lapidem, & poſt extractionem lapidis ſit ſolli citudo completa de loco ſciſſuræ, donec conſolidetur & figilletur.

Nunc autem eſt neceſſe, ut cõmoremur omnes medicinas ſimplices cõferentes eis qui habent lapidẽ, & poſt hoc ſequi faciamus aliquas medicinas compoſitas multotiẽs expertas & approbatas. Et oportet quidem ut ſcias, ꝙ medicinæ quę frangunt lapidem in ueſica, frangunt ſeu euacuant etiam lapidem qui eſt in renibus. Et nos etiam ſcire debemus ꝙ medicinæ quæ operantur in lapide ueſicæ, ſunt fortiores ꝙ medicinę quæ operantur in lapide renum: quoniam lapis generatus in ueſica eſt maior & durior, ꝙ ille qui generatur i renibus. Et ſcitur hoc ex ſermone Galeni in quar to ſimplicium, ubi dixit ꝙ lapis iudaicus in cura lapidis renum, quando teritur aut fricatur ſuper cotem, & datur in potu, cõfert uade. Sed nos experti ſumus hũc lapidem in lapide ueſicæ, & non contulitin lapide ure ro renum inuenimus operationẽ uadle fortem in hoc lapide iudaico. Vnde ex hoc concludimus & affirmamus, ꝙ illud quod operatur in lapide renum operatione forti, operatur in lapide ueſicæ operatione debili. Et illæ quidem medicinæ quæ conferunt lapidi renũ, ſunt in primo gradu medicinarum frangentium lapidem cum æqualitate, & ſunt ſicut radix althi, radix graminis, & ſcolopendria, & ſemen ſaberiuma, & eſt planta ſeu arbor granorum quę impinguant, & ſemen altheæ &c. (uel ſecundum aliam literam, & ſemen ſaberiuma, & eſt planta cuius folia ſimilantur foliis plantaginis, & eſt ſpecies adrium) & ſemen altheę, & capillus

Duaſunt id. vga ſ. ſaſtoris. Suaſera eſt herba odoriſera calida, quę ingreditur in electuarios acutis, ſecundum q̃ ſcribitur in libro de benefagi albam capitulo proprio.

Medicinę ſimplices ad lapidem renum.

R adix tribulorum fyluestrium.

lus veneris,& virga pastoris,& cyperus,& radix tribulorum fyluestrium,& cyminum fyluestre,& semẽ cucumeris,& bathecæ,& aqua decoctionis radicum pentaphylon,quod est agnus castus.(vel secundum aliam literam, radicum pentaphylon, & est habens quinq; folia) & aqua ferrariorum, & acetum fquilliticum, & aqua decoctionis ficiæ. Et medicinę quidem fortiores omnibus istis sunt hæ quæ inuentus in spongia,& chamæ pithys,& mescara mesię,ideſt, pulegium,& polium,& aqua ciceris,nigri,& radix afparagorum, & bdellium, & semen cyperi ęgyptij,& radix cannę, & fitharagi in dum,& cortex radicis laur, & lapis qui fit in renibus, & est ex eis quæ vicinantur in virtute lapidis inuenti in spongia:& vitrum combustum,& lapis iudaicus,& grana alcolb, quę est medicina idasseu,& grana alcolt, ideſt, milium solis. Et cum omnibus istis sunt etiam re liquæ medicinę,quas prędiximus, & sanguis hircinus, quando teritur & exiccatur & bibitur cum geleniabin melino, & cinis scorpionum. Melior autẽ & fortior omnibus istis medicinis non ad frangendum lapidem in renibus tantum, immo ad frangendum lapidem factum in vefica, est auis quę græce nominatur trugulus dutis, & hæc est minor reliquis auibus præter auẽ quę nominatur regulus: quia ista auis est maior parum illa aui,quæ dicitur regulus. Et color quidẽ huius auis nominatę trugululduris est medius inter cineritium, & citrinum, & habet super alas suas pennas aureas, & rostrum eius minutum,& in cauda eius sunt puncta alba & mouet eam semper, & fibilat, & est pauci volatus: (vel ẽm aliâ literâ, & fibilat semper, & est parui volat°,) & habitatio eius est in in parietibus,& cęsijs vel rubis: & plurimum videtur in hyeme. Et virtus eius est mira bilis in frangendo lapidem,& in prohibendo illũ,qui timetur vel suspicatur generari: Et iuuamẽtum huius auis in eo,qui indiget administratione ipius,est dupli catum seu plurificatũ: quia quãdoq; exhibetur ipsum corpus eius, & quandoq; exhibetur cinis eius permixtus cum pipere,& folio indo:& quãdoq; sumitur cum vino cocto clari coloris:& fortasse sumitur eius confẽctio cum melle: vel quãdoq; sumitur ipsa cõfecta cum melle. Et oportet vt scias, q; medicinæ quæ leniunt seu frangunt lapidem in vefica, frangunt etiam lapidẽ in renibus:& medicinę quæ frangunt lapidem in renibus,non omni hora frangunt lapidem in vefica. Et cõueniens est vt cum medicinis frangẽtibus lapidem misceantur etiam medicinæ aliæ, quarum proprietas est prouocare vrinã multam, grossam: & huiusmodi quidem sunt, ficut radix rubeæ, quando teritur & bibitur & cortex radicis capparis. Si autem non est in corpore humor quem necesse sit euacuari & egredi cum vrina,tunc oportet vt cum medicinis, quę leniunt lapidẽ misceantur medicinæ aliæ prouocantes vrinam, sicut acorus, & baucia fyluestris,& asparum,& ameos, & semen apij,& semen fœniculi, & anisum, & chaisun, & fiseleos, & semen agnicasti,& fquinãbum, & cordumeni,& apium montanum,& mu,& fu,& reliqua quæ simulantur istis. Et cantharides sunt huiusmodi generis etiam, sed in administratione istarum necessaria est ve hemens cautela. Et hic sunt medicinæ aliæ, quæ mouent virtutes naturales: & oportet vt ex eis misceantur cum medicinis quibus isti curantur, sicut scordeon,& chamædrys,(vel secundum aliam literam, sicut scolopendria, & chamædrys) & chemaidachi, & est genus camomillæ,& extremitates alfefara. Et hic sunt medicinę aliæ, quę proijcuntur cum istis medicinis,& non sunt in natura sua velocis penetrationis, fed figuntur, & confortant & faciunt tardare medicinas quæ frangunt lapidem, donec huiusmodi medicinæ agant in lapidem, quando prolongatur mora ipsarum: & sunt, fiscut ʒ ispuma polypodij. ʒ Et quæ sunt contraria istis,

Sitharagi qd fit. declarati c̃ in suruma nostra.

A lia litera, gũma pini, & sicut spuma amygdi.

sunt piper,& folium indum, quia faciũt penetrare medicinas frangẽtes lapidem veloci penetratione,& acutate cursus, secũdum q̃ in natura sua sunt subtiles. Spica autem aromatica,& amomum, & calamus aromaticus,& cordumeni, & reliquæ medicinæ aromaticæ, cum sua abstersione & prouocatione vrinæ faciunt lacrari membra vrinę virtutem conseruantem, quod est in eis de virtute innata: & propter hoc miscetur etiam ex illis aliquid de medicinis quas diximus, propter illud quod est in eis de iuuamento, & de bonitate odoris medicinarum quæ bibuntur.

Medicamen ad frangendum lapidem expertum sublime, Rec, feminis melonis excorticati,& colt, ideſt, milij solis, vitri adusti, dauci, partes æquales: teruantur, & cribellentur, & detur in potu ex eo drach. j. cũ aqua decoctionis cicerum nigrorum.

Aliud ad hoc expertum, Rec, lapidis qui inuenitur in spongia, scolopẽdrię, capilli veneris, seminis altheę, apij montani, omnium ana partes æquales: terantur, & cribellentur, & dentur in potu ex eo drach, iij. cum aqua raphani, aut cum aqua apij.

Aliud ad lapidem vesicæ, Rec, simi columbini, simi galli, condiſi, partes æquales; terantur, & detur in potu cum aqua raphani, aut cum aqua calidæ (vel secũdum aliam literã, Rec. simi columbini, stercoris galli, vitri combusti, condiſi, partes æquales; detur in potu cum aqua raphani, aut cum aqua calida.)

Aliud ad lapidem. Rec. condiſi drac. j. simi columbini drac. j. ſ. scarabeorum, ℈. j. ſ. (vel secũdum aliam literam, stercoris columbini drach. j. ſ. cantharidum. ℈. ſ.) terantur, & detur in potu cum vino.

Aliud ad lapidem in renibus, & vesica, Rec. capillorum veneris drach. ij. teratur, & bibatur cum aqua raphani, aut cum aqua apij.

Aliud bonum ad lapidem renum, & vesicę. Rec. se minis melonis, cucumeris, citrulli excorticati, omniũ ana drach. v. (vel secundum aliam literam, Rec. seminis melonis, bautiæ, citrulli excorticati, omnium ana drach. v.) seminis raphani, seminis rapę fyluestris, dauci, apij montani, omnium ana drach. ij. seminis apij, ſe minis fœniculi, omnium ana drach. iij. granorum mahaleb drach. iiij. stercoris vaccæ pascentis inuoluti cũ oleo sambucino drac. v. terantur, & dentur ex eo drac. tres: cum aqua apij, & cum aqua foliorum raphani bullita, & colata.

Grana mahaleb sunt grana similia granis seu me dullis ossium cerasorum, & sunt nota in Syria, & nascuntur cum sambadis & aliis odoriferis.

Decoctio ad lapidem in vesica sublimis. Rec, milij solis contusi drach. xv. capillorum veneris drach. vij. scolopendriæ drach. v. tribulorum drac. x. dauci, apij montani, ana drach. iiij. ficuum semi, seu ficuum albarum numero. vij. decoquatur cũ libr. iiij. aquæ, donec remaneat libra. j. & bibatur omni die tertia pars libræ post exitum ex balneo: (vel secundum aliam literam, donec remaneat libra, & bibaẽ post exitũ ex balneo.)

Decoctio alia ad frangendum lapidem in vefica, ℞. scolopendriæ vnc. j. granorum mahaleb excorticatorum vnc. ſ. fundatur super ea ex aqua, quantum submergãtur ipsa, & superfluat digito vno, & decoquatur bene, & coletur, & ex illa aqua sumatur in potu quantitas cadi vnius, vel scutellæ vnius.

Nota ℈ in quadã litera. A rabica, affirmatur hoc medicamẽ demahaleb excorticato & cęt. simul cũ aliis medicaminibus, contentis in hoc cap. affumpti de fe ex libro chaldeo, quare &c.

Confectio ad lapidem in renibus. Reci. granorum mahaleb excorticatorum contritoꝝ aur. j. croci aur. j. aristolochiæ contritæ aure. ſ. conficiantur cum melle desꝑumato, & dosis eius est drac. iiij. cũ vno sublimi.

Confectio alia ad lapidem frenibus, & vesica, & ad difficultatem vrinæ. Reci, medullæ granorum mahaleb, nigellæ, omnium ana drac. v. castorei, storacis ma defactæ cum oleo balsamino, omnium ana drac. ij. terantur grana mahaleb, & nigella, & inuoluantur cum oleo balsamino, & storace, & commisceatur cum melle desꝑumato, & exhibeatur potio eius: dosis eius est drach.

drach.ij. cum aqua cymini, & aqua rutæ, & raphani, & est medicamen sublime & expertum.

Aliud ad lapidem in renibus. Rec. seminis raphani granorum milij solis, partes æquales, terantur, & com misceantur cũ oleo iasmino, & exhibeatur ex eo quãtitas auellanæ cum vino bono.

Confectio de scorpionibus

Confectio de scorpionibus frangens lapidem in ve sica. Rec. scorpionum adustorum drac. iij. ℈. gentianæ drac. ß. ℈. zinziberis drac. ß. piperis, piperis longi, om nium ana drach. ij. ℈. radicis alcachengi drac. v. ℈. ca storei drac. iiij. terantur, & cribellentur, & misceantur cum melle, & conseruetur per sex mẽses, deinde admi nistretur, & dosis eius in vitro est scropu. j. in puero. scropu. ℈. cum aqua apij.

Confectio alia de scorpionibus frangens lapidem, & præseruans illum qui vritur ea, ne generetur lapis in ipso: Capiantur scorpiones. x. viui, & ponantur in olla figuli noua, & liniatur olla cum massa tritici, quæ olla ponatur in furno calefacto cũ lignis seu stipitibus anethi calefactione bona: (vel secundum aliam literam, calefacto cum ramis vitis calefactione bona) deinde exterahatur cinis totus ex furno, & ponatur in eo olla coperta, & linita cum pasta, & obruatur os furni bene, & dimittatur tota nocte, deinde in mane extrahatur olla, & dimittatur, donec infrigidetur, & sumantur scorpiones, & feruẽt in vase vitreo: teratẽ ex eis duo kirath, & exhibeantur in potu cum chandicuntipli enim frangunt lapidem, & operantur in illo operatione mirabili, & educunt cum vrina lapidem in fructa confractũ.

Chãdicum est vinum coctũ cum aromatibus, & nascharo, appellatum apud italos clarea.

Aliud frangẽs lapidem. Rec. baurach armeni. ß. v. teratur, & conficiatur cum melle, & dissoluatur cũ succo raphani pondus vnc. ij. & detur ex eo in potu omni bus tribus diebus.

Aliud medicamen ad hoc sumptum ex libro decem tractatuum. Rec. assari, & rubeæ, & seminis apij, omnium ana drach. ij. anisi, dauci, acori, granorum balsami, dragacanthi, seminis melonis, omnium ana drac. iij. terantur, & cribellentur, & misceantur cum melle, & exhibeatur cum aqua raphani.

Medicamen siccum narratũ in decimo miamir con ferẽs lapidi. Rec. granorum balsami, lapidis inuẽti in spongia, & calamenti sylueſtris ficci, seminis maluæ, & bedarugi ficci: (vel secundum aliam literã, calamenthi sylueſtris ficci, seminis granati sylueſtris, & est granum alcolcol, & bedarugi ficci) partes æquales: teran-
Granum alcolcol,
tur, & cribellentur, & conseruentur, & exhibeatur ex eo cochlearium cum vncia vini permixti.

Medicamen de sanguine hirci ad dolorem renum, & lapidem, & non est ei simile, & est mirabile valde: quoniam frãgit lapidem, ita vt mingatur, & prohibet alium generari, & exire facit lapidem fractum cum vrina, & etiam sedat dolores, qui sunt i renibus, si sunt ex apostemate in renibus, aut ex lapide. Et modus confi ciẽdi huiusmodi medicamen de sanguine hirci est iste. Quando vua incipit denigrari, sumatur olla noua figuli, & effundatur in ea aqua, & bulliat donec auferat ab ea terrestreitas: deide decolletur hircus, & sumatur de medio sanguinis qui egreditur ex eo in olla, (& non accipiatur sanguis primus, neq; postremus ipsius,) & dimittatur huiusmodi sanguis medius inter illũ sanguinem, qui primo & postremo egreditur donec coagulatur, postea incidatur in partes paruas eo existẽte in cõcauitate ollæ, & cooperiamus ipsum cum reti stricto, aut cum panno subtili raro, & dimittatur sub cælo, donec recipiat radios solis, & lunę: & dimittamus ipsum, donec exiccetur bene: & caue ne ei superueniat humectatio ex rore. Deinde teratur bene, & seruetur, & detur ex eo cochlearium. j. cum vino dulciaquæ quietem doloris: (vel cochlearium aliud literam, cochlearium. j. cum decoctione aquæ permixtæ cum aliquo dulci,) Nã tu miraberis ex operatione eius, & hoc nos sumus experti. Dixit Philagrius in pluribus suorum sermonum: Oportet vt huiusmodi hircus sit iuuenis in ætate sua circa quatuor annorum, & proijciamus in hoc medicamine folium indum, amomum, & spicam, vt bonificetur odor eius.

De Extractione lapidis, & curatione eius cũ alchatir, idest, cum firinga. Cap. XXII.

QVia necessitas quandoq; vocat ad extrahẽdum lapidem cum scissura, & fortasse nõ est rectum, vt fiat illud in omni hora. (Quandoq; enim est illud necessarium, quando retinetur vrina, vt facilis fiat eius egressio cum alcatatir:) & quãdo ipsa vrina retenta fuerit propter lapidem qui cecidit in collo vesicę, & oppilauit eum, aut propter sanguinem congelatum qui facit illud simile: ideo oportet vt loquamur de hoc sermone abbreuiato. Sciendum est ergo q̃ vbicũq; generatur lapis, tunc eius extractio cum ferro est valde timorosa, perducens ad angustiam maximam. Verum quidam antiquorum præceperunt lapidem renum extrahi cum ferro incidente, retro super latus duorum iliorum in loco renum: Ego autẽ video q̃ hæc audacia est difficilis vehementer, & administratio istius curationis est maxime periculosa, & suspecta de morte. In extractiõe vero lapidis generati in vesica, quando administrat curatio eius cum scissura, nõ est in illa operatione angustia, & timor similis illi quo niam quandoque euadunt quidam ex illis, quibus extrahitur lapis per incisionem. Ex eis enim sunt, quorũ vulnera consolidantur: & ex eis sunt, in quibus remanet in loco per quem lapis extrahitur, via, ex qua currit vrina semper: quoniam illi in quibus aperitur cum incisiõe locus iste ab ęq; apostemate magno, euadũt, & consolidatur vulnus eorum. Reliqui autem indigent eo quo conualescant. Difficultas autem curationis, & facilitas eius ĩ illis, a quibus extrahitur lapis cum incisione, non est nisi secundum quãtitatem ętatis, complexionis, & magnitudinem lapidis, & figuram eius. Nam pueri sanantur cum facilitate propter humiditatẽ corporę eorũ innatã, & facilitatẽ cõsolidationis vulnerum eorum, & propriẽ in illo, cuius ętas est, xiij. annorum: quia tolerãtia eorum est plus propter virtutes eorum. Illi vero qui sunt in ætate cõsistenti, propter multitudinem sanguinis in eis, & complexionem suã calidam, vnde faciliter aduenit eis apostema calidum, cũ difficultate sanant. In senibus vero, seu decrepitis, quorum caliditas est diminuta, & sanguis diminutus, non existimatur q̃ consolidetur eorũ vulnus. Et parte autem magnitudinis, & paruitatis, & figurę lapidis, dicendum q̃ lapis magnus est difficilis retentionis, & egressionis, seu extractionis: paruus autẽ lapis cum difficultate sentitur, sed eius extractio est facilis, quando scitur locus eius: (vel secũdum aliam literam, & egressio eius est facilis, quãdo scindit ur locus eius:) & ęqua lis ĩ magnitudine est medius inter hos duos. Et iterum lapis rotũdus est facilis egressionis, & serratilis est ecõtrario illius, & oblõgus in collum vesicæ cum difficultate aduenit seu ingreditur, & cum apostemate est ingressus inter ius in collum veſicæ, est facilis egressionis. Illi autem in quibus lapis fit asper, magis tolerant dolorem accidentem ex incisione ferri, & eius extractionem, & per illud faciliter sanantur: quoniam consueti sunt tolerare illos dolores, & apostemata. Illi autem in quibus fit lapis lenior, sunt secundum contrarium istius. Et quia dolores & apostemata nõ accidunt istis multum, ideo non tolerant dolores qui fiunt in hora sectionis seu incisionis cum ferro. Et non oportet vt administretur alchatatir, idest, firinga, quum nõ est illic aliquid de apostemate stimulans seu lędens apud eius introitum. Verum significationes lapidis, aut sunt inuentæ, seu sunt existentes,

existentes, aut iam præcessit eruptio alicuius rei sangui
neæ, & coagulatus est in eo sanguis; & tunc oportet vt
fiat alchatatir secundū quantitatem quæ conuenit eæ
ti infirmi qui curatur, & ligetur lana, & strīgatur cum
filo forti, & intromittatur in concauitate alchatatir.
Quum ergo peruenire fecerimus syringam cū pruden
tia, & mouerimus ipsam, trahemus filum in quo liga
ta est lana ex alchatatir, idest, ex syringa, taliter vt quan
do extrahitur lana, egrediatur cum ea vrina per virtus
tem illius extractionis, seu propter necessitatē vacui.
Quòd si oppilat aliquid, & non currit ex eo vrina, tūc
oportet vt intromittamus fforamen aliquid, quod sit
æquale ei in magnitudine, & impellatur cum eo vesica
ita vt expellatur illud quod oppilat ipsum foramē. Et
antecē intromittatur syringa, oportet vt ipsa infigatur
cum aqua calida permixta cum oleo, vt introitus eius
fit facilis absq; dolore. Q. si accidat illic apostema dif
ficile, vnde prouenial ex ipso timor magnus, tūc opor
tet, vt administretur incisio in loco, qui est inter duos
testiculos, & anum, & intromittatur in huiusmodi los
co cannula, vt ex ea currat vrina. Et similiter etiā quan
do accidit expressio vrinę ex percussione, aut re alia oc
currente impediente cursum vrinæ, tunc oportet vt di
mittatur cannula in loco perforato, seu in loco scissu
ræ, vt ex ea continue currat vrina donec sanetur vul
nus, & quod est in circuitu loci eius. Et oportet vt cum
omni ingenio administretur ea quæ contrariantur
istis causis, ex qbus timetur perditio vitæ, & eligamus,
vt viuat homo aliquo tēpore, & non moriatur subito.

De Dolore iuncturarū, & ischiatica, & de dolore duæ; anchæ, & podagra. Cap. XXIII.

SCias q in omnibus membris præparatis vt eis ac
cidat aliqua ex ægritudinibus, quæ sunt ex mate
riis, necesse est vt aggregentur istę duę causæ, scis
licet multitudo superfluitatis, & debilitas membri læsi.
Et hæc quidem debilitas, aut est debilitas naturalis in
principio, aut accidentalis, aut propter aliquam læsio
nem, cuius aduentus præcessit; aut ex multitudine su
perfluitatum, scilicet repletione. Et propter illud aggre
gantur etiam in dolore iuncturarum & podagræ, istæ
duæ causæ eędem de necessitate; quoniam non sufficit
vna earum ambarum, vt fit causa ægritudinis. Si enim
ponimus q causa doloris iuncturarum non fit nisi de
bilitas iuncturarum tantum, tunc oportet vt ęgritudo
fit continua semper dum permanet debilitas. Et si dici
mus q causa generationis ægritudinis est repletio tan
tum, tunc non oportet vt approprietur ægritudo iun
cturis tantum, immo est communis reliquis membris
æqualiter. Et quandoq; sunt isti dolores in iuncturis
tantum, & non fiunt cum periodis. Et quando non in
ueniuntur in ventre superfluitates quæ perueniant ad
iuncturas, tunc causæ effusionis materiarum sunt illæ
quas diximus, & sunt præparatio membri, ad quod ef
funditur materia vt recipiat eam; & hoc fit aut propter
raritatem substantiæ viarum in quibus currit, aut pro
pter amplitudinem earum & multitudinem attractio
nis, aut propter locum naturalem & cę. (vel secundum
aliam literam, Et quandoq; sunt isti dolores in iuncturis tantum, & nō sunt eis periodi continuitimmo sunt periodi, quando sunt in corpore superfluitates quę effunduntur ad iuncturas: & causa illius non est nisi præparatio membri ad quod effunditur materia, & illud, quod ante diximus: & hoc quidem facit accidere raritas meatuum, ad quos effunditur materia, & amplitudo eorum, & multitudo attractionis ipsorum, & locus præparatus ad illud per naturam.) Et præparatio qui dem membri, quæ est ex amplitudine viarum aut raritate substantiæ, aut est naturalis, sicut caro mollis, & glandulæ, quæ accidunt in collo, & in inguinibus, & emunctorijs: aut est accidentalis, sicut inter iuncturas, quæ de necessitate sunt expositæ motui. Et præparatio quidem quę fit ex multitudine attractionis, aut est per naturam, sicut in carne, aut per accidēs, sicut in iunctu
ris: & illud aut propter dolorem vehemētem accidentem membro, & excitantem seu stimulantem materiā, & agitantem eamtaut ex motu laboriosō. Et hoc quidem inuenitur in iuncturis, quoniam ipsæ naturaliter sunt multi motus ex hoc, q ipsæ sunt instrumenta motuum. Quum ergo acciderit in eis ęgritudo quæ moueat dolorem, tūc attractio eorum fit fortis propter locum naturalem: & membrum est facile ad suscipiendum illud, quod effunditur ad ipsum, quum situs eius fit inferioribus, sicut sunt pedes. Et propter hoc secundum plurimum accidit podagra in eo, qui non regitur regiminę quo oportet; quoniam de proprietate humiditatum est descendere ad inferiora naturaliter. & situs pedum est inferior omnibus membris. Quādo igitur generantur in corpore superfluitates, tunc de proprietate earum est, vt declinent ad ipsos pedes, ptinuę, si non resistit eis in corpore membrum aliud vehemētius præpatatum ad recipiendum eas propter quasdam ex causis, quas narrauimus. Causæ autem quæ generant superfluitates multas, sunt satietas, & malitia digestionis & trāquillitas longa, & ociositas assidua, & coitus pertransiens mensuram, & ebrietas, & paucitas { evacuationis, cum quibus currit consuetudo, } sicut illud, quod accidit habentibus hęmorrhoidas: Quādo enim prohibetur illud quod curebat ex eis, repletur corpus & est illud causa generationis superfluitatum seu malorum humorum. Et quandoq; adiuuat ad generationē istarum superfluitatum etiam complexio corporis frigidæ & hæc quidem ant est propter ætatem, sicut illa, quæ accidit senibus seu decrepitis: aut propter aliquā ex ægritudinibus chronicis; & similiter motus posterius inordinatus, & balnea quæ administrantur similiter absq; ordine. Et in summa, dico q omnes res quę generant malitiam digestionis, sunt iuuantes ad generationem superfluitatum in doloribus iuncturarum. Et potus vini multi etiam & puri ante cibum, adiuuat ad generationem huius ęgritudinis, & ad euentū eius: quoniam absolute est nociuum neruis propter velocitatem suæ penetrationis. Et quandoq; fit dolor podagræ hæreditarius ex patribus, & auis; quoniā hæc ęgritudo mala, quando inficetur cum spermate seu quando inficit sperma, tunc facit illū qui generatur ex huiusmodi spermate, præparatum valde ad recipiendum ipsam ægritudinem. Et materia quidem ex qua fit hęc ægritudo, quādoq; est ex calditate sanguinea, aut cholerica; & quādoq; est ex frigiditate, sicut est humor crudus, qui non digeritur quādo aggregatur in iuncturis, & hic est in substantia simlis saniei grossæ; & quando moratur in iuncturis tępore longo, non solum ingrossatur, sed etiam acquirit viscositatem multam, & siccitatem. Et quandoq; causa istius ægritudinis est humor melancholicus etiam. Iunctūrę autem, quibus occurrit hæc ægritudo, secundum plurimum non reuertuntur ad formam suam naturalem: & plurimum accidit hoc in ischiatica, & duabus anchis, & podagra. Dolores autem iuncturarum reliquarum, quādoq; resoluūtur resolutione completa, & proprie quando sunt ex superfluitate sanguinea. Nam quāuis redeant iuncturę anchārum aut pedum in ęgritudine ischiatica & podagra, in hora ad dispositionem suam naturalē, tamen ægritudo redit ex minima causa propter præparationem iuncturarum ad recipiēdum materiam velociter & significatur super materiam facientem hanc ægritudinē ex causis quæ præcesserunt, & ex causis quæ sunt præsentes, & quæ sequuntur illud. Et cognitio tua de eo quod præcessit, est quando inquirimus de regimine præcedente: & cognitio tua de eo, quod est præ-

Alia littera, euacuationis consuetudinis

sens, est quãdo tu consideras complexionem infirmi, & tempus, & regionem, & ætatem, & reliquas causas: & cognitio de eo quod sequitur ad illud, est ex iuuamẽtis & nocumentis cum rebus, quæ administrantur in curatione. Et adiungam ad illud significationes sumptas ex colore loci, vel sumptas ex colore loci doloroſi quia ſi in membro non ſit ægritudo podagræ, niſi quã do repletur ex materia, & perueniat ad apoſtema, & color ſit rubeus, tunc ſignificat cp materia eſt ſanguis: & ſi color declinat ad albedinem & plumbeitatem, ſignificat phlegma: & ſi eſt viridis, fuſcus, ſignificat melancholiam: & ſi eſt citrinus, ſignificat choleram.

De cura doloris iunctuarum, & iſchiaticæ, & podagræ in cõi. Cap. XXIIII.

CVratio quidem iſtarum ægritudinum in communi, eſt euacuatio humoris lẽdentis: ſed in curatione appropriata, ſi cauſa ægritudinis fuerit repletio ſanguinis; & ætas, & virtus, & tempus, & reliqua indicant phlebotomiam fiendam, nõ oportet tardare extractionem ſanguinis: neq; oportet vt phlebotomet ipſemet locus læſus ſeu doloroſus in tribus egritudinibus quas diximus, ſed ſecundum ſitum membri illius quod eſt læſus, & ponemus attractionem ſemper ad loca quæ opponuntur ei, vt declinet ſeu diuertatur illud quo remanet in corpore de humore malo, nociuo, poſt euacuationem eius quod euacuatum eſt ex eo & quieſcat membrum læſum. Quare in egritudine podagræ phlebotomamus ex iunctura pedis infirmi: in iſchiatica vero, ſcilicet ſi dolore duarum anchariũ phlebotomamus ex duabus venis, q̃ ſunt ſupra calcaneum, ſcilicet venam extrinſecam deſuper, & venam intrinſecam, quæ eſt ↓ infra, & eſt maioris iuuamenti. In reliquis doloribus autem iunctuarum omnibus fortaſſe læduntur quædam membra alia intrinſeca, ſicut hepar, & ſplen, & membra reliquatquate oportet tunc vt hat euacuatio ex duobus laterib⁹ ſimul, & eligamus vt phlebotomemus venam magis propriam membro læſo. Et ſi non eſt humor nociuus ſanguineus, immo fuerit vnus trium aliorum humorum, tunc oportet vt euacuemus ipſum cum rebus conuenientibus & conferentibus ad illum humorem, proprie ſuperius & inferius: & incipientes demus illud quod mouet vomitum motione quadam, & quod ſoluat naturam cum facilitate. Et poſt illud quando humores dominantes incipiunt digeri, tunc oportet vt adminiſtremus illa, quæ faciunt iſtæ duæ proprietates cum virtute, ſeu ad miniſtrentur illa in quibus eſt virtus operandi illud, quod ex iſtis duabus proprietatibus prouenit. Et non oportet vt faciamus illud, niſi poſt terminationem horæ, & ſecundum cp oportet ex adminiſtratione cũ quã titate, cuius menſura confert: & cum conſideratione aliarum rerum, quas oportet cõſiderare. Nam omnia quæ adminiſtrantur ſecundum aliam viam ab iſta, aut eam peruenire ad illud cui penitus non eſt curatio: & fortaſſe generant etiam ægritudinem aliam, ad quam oportet cõuerti ſtudium noſtrum, donec remoueatur.

Et poſtcp euacuauerimus corpus totum, oportet vt redeamus ad iuuamenta particularia, quæ adminiſtrantur intrinſecus & extrinſecus, ex eis quæ comeduntur & bibuntur, & cp quæ applicantur ab extra. Et caueamus omni cautela ab omnibus rebus, quarum de proprietate eſt vt exiccent humorem retentum in iuncturis &c. (vel ſecundum aliam literam, Et poſt illud quando humores dominantes incipiunt digeri, tũc oportet vt ad miniſtretur omne illud, cuius operatio ẽ cum iſtis duabus proprietatibus, quas diximus. Et non oportet vt hoc adminiſtretur, niſi cum menſura, & cum quantitate ſibi conuenienti, cum conſideratione temporis, & aliarum rerũ neceſſariarum. Nam ſi tu adminiſtraueris illud diuerſum ab eo quod diximus, in hac intentione aut prolongabitur ægritudo, ſeu dolor, aut non erit ei curatio omnino, aut fortaſſe faciet accidere ægritudinem aliam, ad quam erit neceſſarium conuertere ſtudium noſtrum, ita vt remoueatur. Et poſtcp euacuauerit ſtotum corpus, oportet vt redeas ad curationes & iuuamenta particularia, quæ adminiſtrantur intrinſecus & extrinſecus, ex eis quæ comeduntur & bibuntur, & quæ applicantur ab extra. Et caueamus omni cautela ab omnibus rebus, quarum de proprietate eſt, vt exiccent humorem retentum in iuncturis.) Et iſtæ ſunt omnes res, in quibus ſunt duæ virtutes actiuæ in vltimo, ſcilicet caliditas & frigiditas, quæ ſunt in vltimo: quia res quæ calefaciunt in vltimo, quãdo adminiſtrãtur ante horam neceſſariam ſeu opportunã, aut in maiori quantitate quam oportet, aut in loco vbi non conuenit, tunc ipſæ adurunt humorem qui facit accidere ægritudinem, & adurunt ipſum taliter cp faciunt eum difficilis reſolutionis. Et illæ quæ infrigidant in vltimo, cum hoc quòd ingroſſant humorem & infrigidãt ipſum, vel congelant ipſum, acquirunt membro læſo ſuporem & difficultatem motus, & paucitatẽ ſenſus. Quare oportet vt alienetur proprie adminiſtratio huiuſmodi rerum in dolore anchariũ, ſcilicet in iſchiatica, quia humor nociuus retentus in profundo membri, indiget vt ei acquiratur ſubtilitas, & facilitas curſus, & velocitas reſolutionis, & nõ acquirat ei contrarium iſtius. Quum ergo ſubtiliatus fuerit iſte humor, & fuerit reſolubilis, & rariſicatum fuerit membrum, in quo eſt retẽtus, & nõ fuerit in corpore materia multa, ex hoc cp iam corpus eſt mundificatum cum euacuationibus diuerſis, tũc ſi adminiſtraueris medicinas fortes, non timebis nocumentum earum. Verum non oportet vt adminiſtres medicinas ſtupefaciẽtes, immo medicinas inciſiuas, mundificatiuas, quoniam illę me dicinæ ſtupefactiuę non conuenit vt adminiſtrentur, niſi ad ſedandum dolorem accidentem in manibus, & pedibus tantum: ſed iſtæ medicinæ inciſiuæ mundificatiuæ non ſunt adminiſtrandæ, niſi ad incidendum, & mundificandum. Species autem harum curationũ nõ complentur niſi per potus, & per emplaſtra, & linimenta, ſicut paulo poſt narrabimus illud in locis ſuis. Et oportet, vt ſit compoſitio harum medicinarum ſecundum ſpeciem illius materiæ, propter quam componuntur: Quia ſi vincens ex humoribus eſt ſanguis, oportet vt eligantur res infrigidantes plus, quàm humectantes. Et ſi humor dominans eſt cholera citrina, tunc eligatur contrarium illius. Et ſi humor dominãs fuerit phlegmaticus, aut melancholicus, tũc ambo iſti indigent curationibus calefacientibus, & non oportet vt ſint humectantes, aut exiccantes in forma vna: quia ſi phlegma erit cauſa ægritudinis, tunc medicinæ calefacientes, & exiccantes multum iuuabunt in curatione illius ægritudinis. Humorem autem melancholicum exiccant quidem medicinæ exiccatiuæ, & iuuant ipſum; & propter hoc ſit difficilis eius euacuatio, & reſolutio; & res humectantes acquirunt ei velocem reſolutionem, & facilem euacuationem. Et ſi materia faciens hanc ægritudinem fuerit permixta compoſita, tunc oportet vt componas medicinas, quas adminiſtres, ſecundum quantitatem compoſitionis humoris; ſi enim humores fuerint æquales adinuicem, oportet vt permiſceas medicinas eorum æqualiter. Q. ſi vnus eorum fuerit magis dominans, oportet vt multiplicetur de eo, quod eſt contrarium illi dominanti.

Et adminiſtratio quidem medicinarum ſedantium dolores, & facientium eos quieſcere, eſt communis in omnibus iſtis ægritudinibus apud vehementiam doloris, & ſyncopim, & timorem infirmi. Verum oportet, vt adminiſtrentur iſtæ medicinæ cum

æqualitate

A lia ſiter a, i teriori parte calcanei,

æqualitate terminata, & regimine artificiali cum prudentia: quia in ægritudine facta ex humoribus calidis subtilibus, quamuis infrigidantia sedant acuitatem eorum, tamen ipsa nocent ex parte alia, quia ipsa ingrossant illud quod effunditur ad eos, & faciunt acquirere tarditatem penetrationis, & diminutionem ipenetrādo in profundū. In egritudine autem facta ex humoribus grossis, nō acquiritur et aliquid ex istis rebus quas diximus. Et non conueniunt in haeggritudine frigida supradicta, nisi quando intenditur siupefactio sensus, vt sedetur illud quod timetur de vehementia doloris. Et propter illud quādo minuis ex medicīs calidis, quę permiscentur ad istos dolores, & in eis es contentus illis quę faciunt venire virtutem earum ad profundum, non erras. Hic autem oporter &c. (vel secūdum aliam literam. Et propter illud oportet vt misceatur aliquid parum de medicinis calidis, quantitate qua faciant penetrare virtutem earum ad profundum, tu non errās. Hic autem oportet vt) misceatur cum eis ex medicinis calidis subtilibus quantitas, quæ minuat ex nocumento facto a frigiditate earum. Et non oporter vt obferue rus istę canon in medicinis quas diximus tantum, *imo* adminis tra similę illius in eis quæ comeduntur, & bibuntur; & ita vniuerſaliter dico in reliquis regiminibus, quia in hoc modo curationis oportet vt fiat distinctio secundum speciem ægritudinis, & considereretur etiam illud quod exigit hora & ætas, & quod de causis quas diximus oporter obseruare, & diligenter considerare. Hæc ergo est cura communis istorum dolorum: curationem vero magis particularem & propriam, narrabimus in his quæ dicemus.

In medicinis quas diximus ſuppleexte rīª applicatis,

De Cura doloris iunctiarum proprie. Cap. XXV.

ILlud quod est commune huic egritudini cum egritudine quæ nominatur podagra, est effusio superfluitatis nociuæ vel humoris nociui ad loca læsa; & propter illud oportet vt inquiramus in primis, & consideremus an effundatur ad illud membrum læsum materia, an non. Deinde post illud cōsideremus, quis humor est qui effunditur, & vnde effundatur. Deinde cō sideremus si materia sit adhuc è cursu ad membrum læsum, tunc oporter in eius cura cōsiderare duos modos: quorum vnus est incisio eius quod currit, & ipsius prohibitio, & alter modus est confortatio membri, quod recipit illud quod ad ipsum effunditur. Et primus qui dem horum duorum modorum completur cum duabus dispositionibus, scilicet cum prohibitione a cibis, qui faciūt accidere repletionem in corpore, & propriè a cibis generantibus illam speciem nocētem ex humoribus; & euacuatio repletionis quæ est causa ægritudinist & incipiamus a phlebotomia veneq; quoniam in ea est iuuamentum magnum ad expellendum læsionem factam ex repletione; post illud adminiſtrādæ sunt res quæ conferunt illi humori proprie, & locis, quæ oportet. Si autem dolor iunctūrarum est ex humore nocuo, cholerico, acuto, oportet vt exhibeatur decoctio duorum myrobalanorum simul, & abſynthij, & fumi terræ, & passularum mundatarum, & prunorum, & tamarindorum, & quæ sunt illis similia. Q. si fuerit illic febris, & iam factum sit in iūcturis apostema calidum, tunc patienti dabimus in potu aquam solatri, & aquā alchechengi, & aquam endiuię cum cassia fistula munda data a canna sua, & aquam lubleb cum violis ficcis, & zuccharo. Quumq; sedata fuerit febris, & apparuerint signa digestionis, & cōsentit virtus, & sit tibi verisimile, q iam remanserit in iunctūris aliquid ex superfluitate grossa, cruda, tunc adde in succis seu in aquis, quas diximus, etiam aquam apij, & aquam fœniculi, postęp in eis ambobus infusum fuerit in sero pondus aure. j. de hiera picra. Si autē ægritudo est ex humore phlegmatico, conueniunt ei pilulæ, quæ dicuntur absq; angustia & tristitia, & pilulæ de sceitaragi, & pilulæ fœtidæ, & pilulæ factæ cum turbith. & agarico, & hiera picra, & pulpa coloquintidis, & hermodactylis, & mahebzara, & buzeiden, & sceitaragi, & aloes, & harmel, & rubea, & alfasera, & asferastin, & salindū, & pyrethrū, & bdellium, & ammoniacum, & quę sunt illis similia.

Empla ſtrum alfodagram cuiſtam ex phlegmate.

Q. si fuerit aliquod membrum generans materiam, quæ effunditur ad membrum læsum, tunc ponemus studium nostrum in hoc membro, donec rectificetur malitia complexionis dominātis in eo, propter quam generatur materia quę effunditur: deinde post illud tedimus ad confortādum ipsum membrum læsum cum linimentis & emplaſtris, quorum proprietas est vt confortent ipsum, & incidant, & euacuent superfluitates, quæ iam in eo sunt effusæ, seu collectæ. Q. si causa ægritudinis est humor sanguineus, tunc oportet vt curemus ipsum cum medicinis infrigidātibus membrū, resoluēribus quod in eo est collectum, sicut sempernia, & cortices granatorum, & sumach, & farina hordei permixta cum vino styptico ponticotquia huiusmodi prohibent illud quod currit de materia ad membrum & resoluunt illud quod est collectum in iunctūris, & exiccant illud. Et oportet vt decoquantur cortices granatorum cum vino & aceto decoctione bona: deinde terantur, & confectiantur cum sumach, & sempernia contritione bona & vtima, & misceatur cū farina hordei, & faciamus ex eis emplaſtrum temperatum in hus miditate, & cum eo emplaſtretur membrum læsum. Et oportet vt applicetur huiusmodi emplaſtrū in estate, dum est frigidum, & in hyeme, dum est tepidum parumper. Et si infirmus non tolerat vt emplaſtretur ex hoc, q emplaſtra aggrauāt membrum læsum, tunc nō est malum vt adminiſtrentur curationes aliæ quæ confortant membrum lęsum, sicut linimentum factum cū acaria, & litio, & sandalis rubeis, & sief memithæ, & faufel, & bolo armeno, quando dissoluūtur cum aqua solatri, & linitur cum eis locus. Et conferūt etiam lentes excorticatæ, contritæ. &. cribellatæ, commixtæ cū aqua coriandri humidi, & cū camphora. Si vero causa ægritudinis fuerit humor phlegmaticus, cōfert emplaſtrum factum ex eamomilla, & melilloto, & fœnugræco, & harmel, & semine lini, & foliis lauri, & foliis caulium alnabathi, & radice almugar, & gummi albotin, idest, terebinthina, & oleo de spica. Et ex linimentis confert hoc linimentum ad podagram. Recip. mirrhæ drac. iij, aloes drac ij, croci drac. j, foliorum lauri, drac. v. cossti, a istolochiæ rotūdæ, omnium ana. 3. iij, terantur, & commisceantur cum sapa, & liniatur. Et conuenit etiam linimentum cum litio solo, quādo teritur, & commiscetur cum aqua caulium. Et quādoq; confert etiam iuuamento magno hoc linimentum, qđ confert apostemathibus phlegmaticis, & ventrositati, & inflationi, & humiditatibus virulentis. Rec. myrrhæ, aloes, litij, sandalorum rubeorum, sief memithę, croci omnium ana drach. ij. sulfuris combusti drach. iiij. terantur, & commisceātur cum aqua solatri, & aqua endiuiæ, & liniatur cum eo. Et oportet vt intendamus ad regimen, & mensuremus ipsum secūdum virtutem & infirmitatem, & demus ex cibis qui generant humorem laudabilem. Nam si nos ponimus intentionē nostram ad quædam horum quæ diximus, ita vt intendamus ad illa cum curatiōe & regimine, & dimittamus seu negligamus reliqua, tunc nos nocemus alijs. Q. si virtus indiget cibo multo, & virtus fuerit sana incolumis, tūc dec cibus vice vna: si vero fuerit debilis, exhibeat multis vicibus. In infirmitate aūt necessaria è pauciras cibi: sed quū p fideraueri mus ista duo simul, accipimus ex eis ambobus significationes non super ęstimatem cibi & tempus & ordinem & speciem cibi solum,

immo ſuper exercitium, & balneationẽ, & reliqua quę ingrediunt in regimine: & tũc nos reſiſtimus ægritudinibus chronicis, difficilis ſanatiõis reſiſtẽtia artificiali: & nõ accidet nobis error i adminiſtratiõe curationũ.

Uniuerſum ad iſchiaticã.

De cura iſchiaticæ proprie. Cap. XXVI.

DOlor quidem anchariam, qui nominatur iſchiaticus, eſt de genere dolorum iuncturarum. Et differentia inter ambo eſt, quia cauſa faciens accidere dolorem iuncturarum, eſt retenta in reliquis iunctũris, aut in pluribus earum: & in hoc non eſt rerẽta, niſi in interioribus iunctũre duarum anchariam tantum. Et dolor qui accidit in hac iſchiatica, non eſt niſi in reuolutiõne duarum anchariam, & locis propĩquis duobus eminctoriꝭ, & duobus inguinibus, & radicibus coxarũ, & fortaſſe extenditur vſq; ad genua, & terminos pedum. Quare ſi cauſa ægritudinis fuerit multi tudo ſanguinis groſſi, foeculenti, aduſti, oportet vt infirmus feſtine curetur cum phlebotomia: deinde poſt illam ſequãtur curationes aliæ. Q. ſi virtus infirmi nõ conſentit phlebotomiam, tunc incipiemus in conforTatione infirmi duobus diebus aut tribus, de inde phle botomabimus eum. ℞ Q. ſi remanent ex ægritudine reliquię poſt euacuationem ſanguinis quam fecimus, licet huiuſmodi euacuatio multotiens ſufficiat in cura tione eius tantum, tamen quãdo ipſa non ſufficit, phle botomanda eſt vena quæ eſt ſupra calcaneum, quoniã ſupra calcaneum ſunt duæ venę, ſicut diximus, ſcilicet vena poſtica retro, & alia poſita anterius. Et phlebotomia quidem quæ magis iuuat in ſanatione huius ægritudinis, eſt phlebotomia venæ quæ eſt retro ſituata in profundo locꝰ quoniam ſuperfluitates nocẽtes in hac ægritudine funt fixæ, firmatę profundo loci. Et ſi virtus eſt potens, oportet vt prohibeatur infirmus a cibo die vno aut duobus diebus, deinde phlebotometur ei hæc vena: quoniam illius phlebotomia confert iuuamẽto magno cum attractione ſuperfluitatis ex profun do membri infirmi. ℞ Deinde poſt hoc reuertamur ad euacuationem humoris reſidui, & cõſideremus in primis, & ſi humor reſiduus eſt actus, calidus, euacuabimus eum cum aqua endiuię, & aqua fœniculi, & aloe. Et ſi non fuerit caliditas, neq; forſitan humor exiſtens in anchis fuerit acutus, oportet, vt mundificemus eos dando in potu medicinas quę conueniunt huic modo curationis, ſicut pilulæ fœtidæ, & pilulæ ſceitaragi, & pilulæ de hermodactylis, & pilulę indę nominatę pilu lgalneza. i. pilulę ſanãtes, ſeu pilłę ſanitatis; & cũ clyſte ribus lenibus. Et incipiemus cũ eo qđiam currit cõſue tudo ad euacuãdum ſuperfluitates, deinde cum clyſte re vehementis fortitudinis, ſicut clyſter factus ex cen taurea maiore, & minore, & anetho, & furfure, & mel le, & oleo de ſpica, & ficubus ficcis, & cartamo contuſo, & tribulis, & oleo nardino, & bdellio, & cymino, & melle, & oleo de coſto, & muri. Et confert iuuamẽto forti hic clyſter. Rec. maheizara, ſuaſera, centaureę minoris, ariſtolochię, radicis capparum, ellebori albi, el lebori nigri, harmel, hermodactyllorum, pyrethri, granorum nil, medullæ cartami, & eſt in terius ipſius, ſcilicet, medulla ipſius ſeminis excorticata; & anethi: decoquantur omnia cum aqua decoctione bona, & ſu matur ex aqua decoctionis eorum quantitas libræ, & effundatur ſuper eam olei de ſpica vnc. ij, & clyſterize tur cum eo, dum eſt tepidum. Q. ſi accidat iſtirmo poſt curationem inflammatio poſt ſucceſſionem clyſteris primi, clyſterizabimus clyſtere leni extinguente, poſtquam ano adminiſtratæ fuerint vaporationes multæ, & aſſiduæ, donec remaneat clyſter intus tempore lõgo, & euacuet, ſicut oportet, euacuatione ſufficienti: quia ſecundum plurimum quandoq; egrediturſur cum hac curatione humiditates viſcoſę, mucoſæ, congela tę; & quandoq; cum eis egreditur etiam ſanguis, & cõ fert hoc iuuamento magno. Deinde poſt euacuationem linimus ſuper anchã m laxãm cum hoc linimento, Ree, foliorum lauri drac. xx. pyrethri drac. v. coſti drach. vij. naſturtij drac. iiij. nitri drac. iij. terantur, & cribellentur, deinde ſumatur picis romanæ libr. ſ. & diſſoluatur in quantitate vnc. ij. olei iaſmini, & pulue rizentur de ſuper medicinæ puluerizatæ, & acetum, & liniatur ex hoc charta groſſa, aut pannus, aut corium, & annectatur ſuper locum læſum. Et ex eis quæ conferunt valde, eſt hoc medicamen. Sumatur lana mũda & infundatur in oleo de ruta, aut oleo de alcanna, aut oleo cucumeris aſinini, & miſceatur cum eo nitrum, & acetum, & pyrethrum, & ponatur ſuper locum. Si autem poſt adminiſtrationem horum omnium nõ ſanatur infirmus, nõ terrearis a reiteratione adminiſtrationis eorum, poſtq; feceris iſtirmum quieſcere aliquis bus diebus inter curationem, & curationem. Et caue, ne accidat ęgritudo alia, & cogat te illud dimittere ęgritudinem quam incepiſti curare, & peruenias ad intentionem ęgritudinis ledentis, & doloris qui accidit, aut qui timetur accidere, multotiens enim accidit hoc ei, qui adminiſtrat curationes cum exuberantia, ſcilicet, abſq; pondere, & abſq; timore. Et confert etiã in hac ægritudine iuuamento magno vomitus, ſi adminiſtratur proprie in principio huius ægritudinis poſt repletionem a cibo: deide qui ante cibum prouocatur, cum medicinis prouocãtibus vomitum. Vomitus autem poſt cibum fit, quando homo comederit in comeſtione ſua res diuerſas, & expectat paululum, deinde euomit: Sed vomitus factus cum medicinis, oportet vt fiat in primis cum debili, ſicut alchancharzet, & nux vomica, & ſemen raphani, & ſemen arripticis cum aqua, in qua decoctum fuerit anethum, & ſal, & fyrupus aceto ſus factus cum aceto ſquillitico. Et confert etiã raphanus, qui infunditur in ſyrupo aceto ſo ſquillitico, quã do comeditur. Et poſt illud, ſi eſt nobis neceſſe, prouocamus vomitum cum medicinis fortibus, ſicut eſt elle borus, & quæ ſunt illis ſimilia in virtute. Et quando appropinquat infirmus, vt patiatur azema, ideſt, dimi nutionem ſeu deſtructionem motus, aut perueniat res ad hoc, vt egrediantur iuncturę omnes locis ſuis, oportet vt ponatur cauterium ſuper duas anchas in tribus, aut quatuor locis, & non dimittantur vlcera, quæ fiũt ex cauterio conſolidari velociter, ſed fricemus ea diebus multis cum medicinis aperitiuis, quæ corrodunt carnem, donec egrediatur tota ſanies virulenta aggregata in iuncturis, deide curemus vlcera poſt illud. Regimen autem patientium iſchiaticam, oportet vt ſit cũ cibis ſubtilibus, velocis digeſtionis, & adminiſtretur in hora qua oportet vt nutriantur cum eis. Et caueant illi ab omni cibo, de proprietate cuius eſt, vt generet in corpore repletionem, & multos humores crudos, qui non digeruntur in corpore, ſicut comeſtio facta non ſuper mundificationem: & ſatietas, & ebrietas, & coitus, & motus pertranſiens equalitatem, & proprie poſt cibum non ſecundum ordinẽ, & quę ſunt illis ſimilia.

De Curatione podagræ qui fit ex humore ſanguineo. Cap. XXVII.

OPortet quidem vt incipiamus in hac ægritudine ab extractione ſanguis, ſi humor dominans in ea fuerit ſanguis, aut ſanguis cum cholera: deinde cum medicamine ſolutiuo proportionato humori dominãti in ſanguine. Si enim ſanguis fuerit decliuis ad choleram citrinam, adminiſtrabimus medicinas quæ ſiunt ex myrobalanis citrinis, & prunis, & tamarindis, & fumoterræ, & abſynthio, & aloe, & ſcamonea. Si vero ſanguis fuerit decliuis ad phlegma, tũc adminiſtra medicinas, quarum proprietas eſt attrahere phlegma velociter, ſicut turbith, & agaricus, & pulpa colocyntidis, & grana nil, & q̃ ſunt illis ſimilia in virtute.

Et

A lia ſectio

Et post hoc ponemus super locum læsum medicinas extinguentes, sicut emplastrum factum ex folijs caulis decoctorum contritorum, & vitello oui non elixato, & fæce aceti vini cum oleo rosato, aut ex folijs rosa: recētium cum farina hordei, quia hoc emplastrum cōfortat membrum læsum cum infrigidatione. Et administramus secundum hunc modum etiam folia vitis recentia cum farina fauich hordei. Q. fi dolor fit fortis & lædit infirmū, administremus quod infrigidat plus, sicut virga pastoris. & farina hordei, & oleum rosatū bonum, & administremus folia solatri, quando fiunt secūdum hunc modum, quem diximus. Et illud quod est magis iuuatiuum & maioris effect⁹ ꝙ hoc, & quod iam multoties est probatum vel expertum, est psyllium, quando infunditur in aqua & oleo rosato, & misceatur bene, & cum eo fit linimētum: & eius operatio est plus quando conficitur cum aceto, loco aquæ propter virtutem quæ est in aceto, & etiam in fæce eius, cūius acetum sit diuersum a fæce sua, quoniam acetū est magis ♃ extinctiuum, & subtiliatiuum, ♄ cū fæce: sed fæx est vehementis grossitudinis. Postquā ergo in aceto funt duo iuuamēta æqualia in virtute, oportet vt maius iuuamentum ipsius in virtute sit, quando ipsum acetum misceatur & conquassatur cum psyllio loco aquæ: quia secundum hanc dispositionem sedat dolorem sedatione mirabili, & extinguit inflammationē, & ebullitionem quæ accidit in membro. Et oportet vt fiat emplastrum cum eo, dum est frigidū, & permuretur semper huiusmodi emplastrum seu linimentum, vt remaneat eius frigiditas. Nam cūius acetum sit pyticitatē & mordicationem faciat, tamen quando misceatur cum psyllio, fit ex virtūe emplastrū magni & efficacis inuamentis: quoniam acetum cum vehementia fuæ virtutis & fuæ subtilitatis, nō prohibetur ab aliquo a penetratione ad profundum membri, donec repercutiat & extinguat & exiccet, ♃ ♄ psyllium vero propter suam viscositatem prohibet acetū a mordicatione propter grossitudinem suam, vtsit operatio eius fortior in eo, quōd apparet de corpore. Et quando q̄ est possibile etiam vt acetum fiat ipsilium cum althea, ita vt fiat ex eo emplastrum conferens podagræ, præcipue quando fuerit paucæ caliditatis. Si autem dolor est difficilis, vehemens, quem tolerare non est possibile, tunc conueniunt ei res stupefacientes, sicut lactuca, & lac papaueris, & coriandrum humidum, & mandragora, quando misceatur vnum quodq; cum farina hordei, & oleo rosarum, & ponitur super locum. Verūtamē oportet, quādoq; vt caueas a multitudine administrationis harum rerum stupefacientium, & nō fit earum multiplicatio, quoniam nocent nocumēto magno. Et si vocat necessitas ad administrandum eas, tunc administrētur secundum hunc modum tantum, scilicet, donec sedetur dolor superfluus: & quum incipit dolor alleuiari, & quiescere, tunc prohibeatur administratio earum rerum stupefacientium: quoniam ipsæ faciunt accidere in iuncturis stuporem, & difficultatem motus. Et proper illud si accidat vt sequatur huiusmodi accidens, oportet vt administretur vnguentū de ♃ fellibus ♄ dissolutum cum oleo rosato, (vel secundum aliam literā, vnguentum de fellibus dissolutum cum oleo chamæmellino) quia hoc acquirit iuuamentum, & maturat, & facit redire caliditatem innatam ad membra, quę in frigidata sunt ex vsu medicinarum stupefacientiū non secundum quōd est necesse.

A lia litera, subtile & penetrativa.

A lia litera, & prohibeat effusionē nasentis.

A lia litera, diachylon.

De Cura podagræ factæ ex humore malo acuto. Cap. XXVIII.

PRimum quo curatur podagra facta ex humore cholerico subtili, est euacuatio illius humoris, postq̄ incipimus cum humectantibus, & tempe rātibus acuitatem eius, & ipsius mordicationem: deinde post illud euacuamus eum non vice vna, immo vicibus pluribus, si nos indigemus illa euacuatione, donec iuncturæ iam sint mundificatæ a superfluitatibus, & a materia: quia secundum hoc seruantur iuncturæ, ne aliquid in eis aggregetur. Et sit medicina quam bibit patiens, medicina lenis, simplex, cum qua non sit permixtum aliquid de medicinis calefacientibus, nisi parum, facta ex fucco rosarum, & melle, aut zuccharo, & scammonea. (Et huiusmodi medicina nominatur syrupus de rosis fortificatus) & medicina solutiua facta ex carne cytoniorum, & reliquæ medicinæ soluentes humorem cholericum. Et oportet vt ponantur super membrum post mundificationem, ea quæ leniunt membrum, & extinguunt & temperant & refrenant acuitatē humoris cholerici, & mordicationē eius, sicut lac mulierbre, aut lac caprarum permixtum cum farina hordei ♃ ♄ in modū emplastri addendo ei parū olei rosati, aut nenufarini, aut ex alijs infrigidātibus secundum exigentiā necessitatis, sicut est portulaca, & alhaleb, & lactuca, & psyllium, & rasura cucurbitæ, & folia kalef, & nenufar, & viola humida, & virga pastoris, & cerataria infrigidantia facta ex cera & oleo nenufarino cum aqua seu fucco virgæ pastoris, & aqua cucurbitæ, & aliquo ex fuccis infrigidantibus. Q. si dolor fuerit magnus vehemens, oportet vt misceantur in cerato opium, & succus mandragoræ. Et effusio quidem aquæ frigidæ super locum, non est parui iuuamenti. Et in summa, oportet vt non fiscōtentus super ea quæ diximus tantum, immo administra omne illud, cuius proprietas est infrigidare & confortare, ita vt totum regimen sit frigidum & humidum, quod confert ægritudinibus calidis accidentibus ex cholera currina.

A lia litera, aut medulla panis ieo in ius. A khaleb. i. malua.

De Cura podagræ phlegmaticæ. Cap. XXIX.

SI accidit podagra ex humor grosso, frigido, phlegmatico, oportet vt inquiratur in primis de quantitate illius humoris, & de qualitate eius, & an sit dominās in toto corpore, aut sit aggregatus in pedibus tantum propter eorum debilitatem, & sit reliquū corpus calidum in complexione sua, aut temperatū. Q. si humor fuerit multus in quantitate sua, & non fuerit in corpore tantū, immo in duobus pedibus, tunc oportet primo vt euacuetur ipse euacuatione communi cum clysteribus acutis, & potu medicinarum solutiua rum, & administretur vomitus i primis post comestionem cibariorum multorum diuersorum, & potu vini dulcis. Et præcipiatur infirmo, vt accipiat ex eis supra fatietatem, & intromittat post horam pennam, & moueat eam, donec euomat. Si autem non fit ei facilis vomitus, tunc submergat pennam in oleo sisamino, & intromittat eam, aut digitos suos, & euomet; & fiat illud duobus aut tribus vicib⁹: & faciat illud die vno, & alio die non. Et post hoc moueatur vomitus cum raphano infuso cum syrupo acetoso squillitico, & cum ellebor o. Et fiat euacuatio per inferius cum clystere facto ex centaurea decocta cum aristolochia, & nitro, & melle colato, & oleo de spica. Et si humor fuerit retentus in iuncturis, & reliquo corpore, oportet vt projcias i clystere succum cucumeris asinini etiam, & decoctionem coloquintidis cum nitro, & melle colato. Per superius autem oportet vt assumat pilulas fœtidas, & pilulas de sceitharagi, & pilulas de hermodact; lis, & pilulas ydas nominatas pilulas sanitatis: & lumantur ista medicinę in principio cursus superfluitatum, & apud declinationem materiæ, & in hora tranquillitatis periodorum, quæ est quies facta inter ipsos periodos. Et oportet vt nō fis contētus, vt denf eis in potu vice vna, immo dentur eis multis vicibus; quoniam superfluitates grossæ viscosæ non est possibile vt attrahantur subito, immo aliquid post aliquid, & parum post parum. Et subtiliesSerap. G iij tur

tur humor grossus per continuationem vnius eorum, quę subtiliant, donec facilis fiat attractio eius, & ipsius euacuatio plus. Quum ergo euacuatum est corpus, & non est in eo materia quæ noceat suo cursu, & sua effusione ad membrum infirmum, oportet vt solliciti simus de membris ipsis lædis proprie; (& communiter quidē quando damus confectiones narratas in medicina ad hanc egritudinem) & non sit intentio nostra solum cō fortare membra quæ iam sunt debilitata, & preparata ad receptionem superfluitatum quę ad ea effunduntur & facere ipsa acquirere virtutem, quia expellant illud, qđ ex superfluitatibus effunditur ad ea, immo etiam sit intētio nostra prohibere corpus totum, ne in eo generentur huiusmodi humores. Et istę quidem confectiones quæ hoc operantur, sunt sicut confectio mithridati, & confectio chuid regis, & confectio Hermetis, & theriaca de viperis. Curatio autem & sollicitudo propria circa pedes, oportet vt fiat cum emplastris, & linimentis, & cerotis, & embrocis, quorum proprietas est subtiliare, & resoluere; & nos dicemus embrocationes compositas, quæ ex eis sunt famosę in tractatu vltimo de medicinis compositis: Sed simplices dicemus nunc hic. Dicimus ergo q̄ caulis quando teritur, & ponitur super iuncturas læsas ex phlegmate, confert iuuamento manifesto. Et emplastrum emplastrum factum ex tortellis siccis, & vitellis ouorum, & mugat, & croco. Et qui dam ponunt emplastrum ex farina solij, & farina orobi decoctis cum vino, & permixtis cum oleo de spica, & oleo lauri, aut oleo rutaceo. In declinatione vero ægritudinis conferunt folia lauri, & nigella, & camomilla, & harmel, & melilotum, & quę sunt illis similia in virtute. Et patientibus quidem dolorem iuncturarum, & podagram factam ex phlegmate, confert cerotum factum cum euphorbio, & pyrethro, & nitro, & reliquis medicinis, in quibus est virtus resolutiua, calefactiua. Si autem positum fuerit emplastrum, & infiemus non sentit fedationem doloris, tunc cogeris admittere embrocas resolutiuas, refrenantes, subtiliātes, sicut hoc quod describam. Sumatur acetum vehemens acetositratis, & decoquatur in eo alhaſce, & origanū & calamentum, & harmel, & folia lauri, & camomilla & melilotum, & anethum, & radix capparis, & centaurea; quumq̄ medicinæ fuerint bene coctæ, tunc colestur aqua, & effundatur super membra læsa nō vice vna tantum, immo vicibus pluribus omni die, si indiges illa. Et si humor nociuus fuerit grossus valde, ita vt existimetur q̄ sit ex humore melancholico, tunc nō oportet vt administrētur medicinæ, quarum proprietas est calefacere & exiccare, vt non augeatur siccitas super siccitatem, & fiat difficilis resolutio, immo non sit ei fanatio. Sed quum nos effundimus super locum aquam calidam, ponemus super ipsum emplastra quę calefaciūt cum æqualitate, & leniunt locum, & resoluunt, sicut attriplex sylueſtris, & bulbus, & est cepa sylueſtris. Et euacuabimus eos cum medicinis solutiuis factis ex epithymo, & polypodio, & elleboro nigro. Si autem humor fuerit compositus, permixtus cum alio, oportet vt componatur curatio similiter; commixtio enim diuersorum humorum adinuicem prohibet a significatione sana. Et quod est mirabilius, hoc est q̄ quandoq̄ curatio aliqua confert multis vicibus in doloribus iuncturarum, & vice alia excitat eos; & hoc quidem est signū super permixtionem humorum effusorum. Et in summa dico, q̄ quando dominatur materia frigida, oportet vt opponatur ei per id quod calefacit, & resoluit. Sed quum materia nociua, & qualitates eius sunt calidæ, tunc oportet vt curemus cum eo quod infrigidat, & extinguit. Et ſpecies regiminis eius qui habet dolorem iuncturarum, & podagram ex phlegmate, oportet vt sit cum rebus quę incidunt, subtiliant, & resoluunt.

Bulbus est cepa sylueſtris.

De Præseruatione a dolore iuncturarum, & a podagra. Cap. XXX.

OMnes quidē ægritudines quæ accidunt in membris consimilium partiū, aut sunt ex aliqua causa forum a corpore extrinsecarum, quæ dicuntur causę primitiuę, & sunt causæ calefacientes & tangentes ab extra: aut ex aliqua causarum quę sunt intra corpus, & dicuntur causæ intrinsecæ, aut antecedentes. Nam ille qui viuit, quandoq̄ errat aut ex ocio, aut ex labore administrato supra mensuram æqualem, aut errat in quātitatibus & qualitatibus ciborum, aut in horis in quibus ipsi sunt exhibendi, aut minisſrat aliquā artem non secundum q̄ oportet, aut errat in quantitate somni & vigiliæ, aut vtitur coitu supra mensuram, aut liquefit & extenuat corpus ex mœſtitia, & triſtitia absq̄ necessitate vocante illud. Et illi quidem qui errant in istis & in aliis similibus, quæ connumerantur inter res necessarias non naturales, quotiēscunq̄ infirmantur, dicimus q̄ ægritudines eorum accidunt ipsis a causa extrinseca, nō ex malitia complexionis, aut compositionis corporum eorum. Illis vero qui infirmantur semper præter q̄ errent in aliquo eorum quæ enumerauimus, accidunt ægritudines ex malitia complexionis corporę eorum: & ille qui exquirit rectificationem seu curationem illius, indiget ante alia longa & tempore longo sufficienti in rectificatione eius, & confortatione ipsius. Corpora autem illa quę infirmantur semper propter aliquam causarum prædictarum, & proprie illa quorum ægritudines sunt ex superfluitate virulenta, ex qua fiunt dolores iuncturarum & podagra, cadunt de necessitate in fuas ęgritudines ex vna duarum dispositionum, aut ex repletione, aut ex malitia humoris. Et propter illud quādo infirmatur homo ex repletione, &c. (vel secundum aliam literam, Corpora autem quæ infirmantur semper propter aliquam causarum prædictarum, & proprie quando ægritudines ipsorum sunt ex materijs, ex quibus etiam fit ægritudo iuncturarum, & podagra, necesse est vt infirmentur, & sint eorum ægritudines ex vna duarum dispositionum, aut ex repletione, aut ex malitia humoris. Et propter illud quādo infirmatur homo ex repletione,) & signa, & significationes præsentes, & quæ præcesserunt ex regimine significant hoc, tunc sit tua intentio in toto regimine, vt sint humores, qui sunt in eo temperati, semper laudabiles. Nam præseruatio & custodia ab ægritudinibus, quæ fiunt ex superfluitatibus & a repletione, non perficitur nisi secundum hanc dispositionem tātum. Et si accidat q̄ homo infirmetur semper propter humorē malum, & sint significationes & signa super illud manifesta, tunc sit intētio tua, vt sint humores qui sunt in corpore boni, laudabiles. Et præseruatio quidem, & custodia seu cautela in communi ab ægritudine, non fit nisi secundum hunc modum, non in podagra & in doloribus iuncturarum solum, sed etiam in reliquis ægritudinibus, quæ sunt ex materia & repletione. Loquendo autem particulariter, & secundum proprietatem, dicendum q̄ præseruatio fit cum rebus & regiminibus quæ contrariantur erroribus, & causis ægritudinum supra commemoratis. Et quia ægritudines factæ ex repletione nō accidunt nisi quando illud quod resoluitur ex corpore, est minus, q̄ illud quod ingreditur ad ipsum, ideo oportet vt eua cuetur ex eo quod coarctatum seu aggregatū est. Ægritudines autem quę sunt ex humore malo, non accidūt nisi quando illud quod ingreditur corpus, est non laudabile, & non conueniens, & non conferens ei: & tūc præseruatio ab huiusmodi ægritudinibus, fit euacuando huiusmodi humorem peccantem in qualitate, non in quantitate, & studēdo vt illud quod ingreditur corpus seu aduenit corpori, sit conueniens & proportionatum

natum cõplexioni eius sibi appropriatæ: per hoc enim acquiritur conseruatio sanitatis. In illis autẽ in quorum corpibus festinat aggregatio repletiõis, ita vt sint eorum corpora præparata ad recipiendum ægritudines, & propter illud festinant in eis ęgritudo podagrę, & dolores iunctu rarum, & reliquæ ægritudines, quæ sunt ex materijs & ex superfluitatibus, tunc si de consuetudine ipsorum est exercitium, & fricatio, oportet eis prẽcipere vt augeant exercitium, & fricationem parumper, & minuant de quantitate cibi, & de qualitate eius, aut ex vtrisq; simul. Ex quantitate quidem fit diminutio, quando minuitur de quantitate cibi, quam solebat assumere; & fachanc diminutionem secũdum q̃ tibi apparet ex bona habitudine corporis carnosa, & ex facilitate repletionis, & secundum tolerantiam virtutis ĩ diminutione cibi. Diminutio autem ex qualitate cibi fit, quando damus cibos pauci nutrimenti.

Si autem aggregatio repletionis non fit facilis, neq; ipsa multiplicetur, tunc sufficit vt minuatur vnum eorum tantum per id, quod cõtrariatur illi quod nutrit, (vel secundum aliam literam, sufficit vt minuatur vnũ ex ambobus, quod tibi videtur indigere minutione,) & quod infirmus eligit esse minuendũ; & adde in exercitio, & in fricatione, & studein omnibus cum quibus ipse cibatur, vt generet ex eis laudabilis humor absq; superfluitate. In illis autem in quibus generatur humor malus, nõ est intentio in regimine ipsorum vna, sicut est regimen vnum in quibus aggregatur repletio: & illud, quia in corporibus quibusdam aggregatur humor frigidus phlegmaticus, & in quibusdam eorũ aggregatur humor cholericus acutus, & in quibusdã eorum humor malus aquosus, & in alijs humor melancholicus. Quare oportet vt prohibeatur vnum quodq; ex istis cibis & potibus & regiminibus, quæ generant malum humorem, qui multiplicatur in corporibus eorum; & ex iuuatiuis quæ communicant etiam in illo, est administratio rerum lenientium naturam. Sit ergo tua administratio ex cibis qui leniũt naturam cũ equalitate, sicut sunt olera, quæ leniunt ipsam naturam, qñ comeduntur ante cibum cum muri, & oleo. Et in omnibus diebus, idest, sæpe seu frequenter administretur medicamen solutiuum leue, quod euacuat illam speciem humoris vincentis secundũ facilitatem, sicut naturaiimus ante. Et cõfert hoc regimen proprie ei, cuius natura est sicca naturaliter, seu est stypтica naturaliter. Et ex iuuamentis communibus ei etiam est æqualitas in exercitio, & fricatione. Et in corporibus in quibus humor dominãs est phlegma malum, necessaria est administratio exercitij, & fricationis plus q̃n in alijs. Illis vero in quibus aggregatur humor cholericus malus, confert regimen contrarium eius quod diximus. Illis autem in quorũ corporibus multiplicatur humor melancholicus, non confert aliquid eorum quę diximus: quoniam exercitiũ multum, & forte, exiccat & ingrossat humorẽ, & propter hoc oportet vt obseruetur æqualitas quantitatis exercitij, & qualitatis eius. De coitu autem iam diximus illud quod per ipsum accidit de iuamento & nocumento, sed oportet vt hic referam illud, quod oportet nos referre de esse ipsius. Dico ergo q̃ corporibus, in quibus aggregatur repletio multa, coitus non nocet nocumento multo, quando administratur cum mẽsura temperata, & in hora qua oportet. Nocet autem reliquis speciebus malæ complexionis, (vel secũdum aliam literam, Nocet autem reliquis speciebus humoris mali,) quia infrigidat mẽbra debilia, & exiccat ea; (vel fm aliam lram, quia infrigidat & replet membra debilia, & exiccat alia mẽbra corporis.) Et propter illud coitus nocet nocumento magno valde, illis quorum corpus est præparatum ęgritudini podagrę, & proprie fi dolor iam incepit in eis. Et ex eis, quæ custodiunt hominem, ne accidat ei podagra, est embrocatio cum aqua salsa, quando ipsa effunditur su per pedes semper: & sal contritum etiam, quando aggregatur cum oleo, & fit cum eo emplastrum pedibus. Hocergo est regimen quo conseruantur corpora, ne eis accidat doloriunctiurarum, & podagra, & conuenit etiam cautelæ feu custodiæ a reliquis ægritudinibus, q̃ accidunt ex materijs, & ab humoribus multis malis.

Nota q̃ illa particula quę incipit, Si autem aggregatio repletionis nõ fit facilis &c. vsq; ibi. In illis autem in quibus generatur humor malus &c. secundum aliã literam arabicam habetur, vt infra notabitur.

Si autem non facilis sit aggregatio repletionis, neq; ipsa multiplicetur, tũc sufficit vt minuat vnũ eorũ tantum per id, quod cotrariatur illi quod nutrit. Nam si fuerit ex eis qui iam sunt cõsueti comedere carnes porcinas, & bibere vinũ, & assumere reliqua cibaria multi nutrimenti, & infirmus non obedit, & non vult, vt loco cibariorum multi nutrimenti exhibeantur cibaria pauci nutrimenti, tunc oportet vt minuatur ex quãtitate cibariorum supradictorum, quę consuetus est assumere, secundum q̃ exigit ægritudo, & secundum q̃ tolerat virtus, & augeat' administratio exercitij, & fricationum. Et si infirmus eligit alteram partem, scilicet minorationem cibi ex parte qualitatis, & administrationem cibi pauci nutrimenti, tunc oportet exhibere ei olera, & semina, & grana seu legumina pauci nutrimenti: aut pisces, aut aues, quæ non sunt multi nutrimenti: & studein omnibus, cum quibus ipse cibatur, vt generetur ex eis laudabilis humor absq; superfluitate. In illis autem ĩ quibus generatur humor malus &c.

TRACTATVS QVINTVS
aggregatus Ioannis filij Serapionis, & est triginta septem capitulorum.

Capitulum primum de ægritudinibus accidẽtibus in cute faciei.
Capitulum.ij. de impetigine, & fatati.
Capitulum.iij. de baras.
Capitulum.iiij. de ęgritudine, ex qua excoriatur cutis, & est albaras nigra, & pruritus.
Capitulum.v. de morphea alba, & nigra.
Capitulum.vj. de pruritu accidente in corpore.
Capitulum.vij. de scabie.
Capitulum.viij. de fere.
Capitulum.viiij. de pulueribus aromaticis aromatizãtibus odorem corporis.
Capitulum.x. de fœtore oris, & albochar.
Capitulum.xj. de combustione ignis.
Capitulum.xij. de sputo sanguinis facto ex sanguisuga quæ deglutitur.
Capitulum.xiij. de gonorrhæa, & cursu spermatis.
Capitulum.xiiij. de eo quod stimulat desiderium coitus, & facit exire sperma, & addit in coitu.
Capitulum.xv. de lepra.
Capitulum.xvj. de speciebus hernię, & est alkil.
Capitulum.xvij. de eruptione sanguinis ex venis & arterijs.
Capitulum.xviij. de cane rabioso.
Capitulum.xix. de punctura vesparum & apum.
Capitulum.xx. de punctura scorpionum.
Capitulum.xxj. de morsu viperarum, masculorum, & fœminarum.
Capitulum.xxij. de curatione communi ad omnem, quẽ momorderũt reptilia venenosa, & pupugerũt.

Capitulum, xxiij. de phlegmone, & almiſſire, & igne perſico, & variolis.
Capitulum, xxiiij. de tebegi, & inflatione, & apoſtematibus lapidoſis.
Capitulum, xxv. de cancris.
Capitulum, xxvj. de ſcrofulis.
Capitulum, xxvij. de gibboſitate.
Capitulum, xxviij. de præfocatione matricis, & eius ventoſitatibus.
Capitulum, xxix. de apoſtematibus matricis.
Capitulum, xxx. de accidentibus in matricibus.
Capitulum, xxxj. de retentione menſtuorum.
Capitulum, xxxij. de fluxu ſanguinis ex matrice.
Capitulum, xxxiij. de mulieribus quæ non impregnantur.
Capitulum, xxxiiij. de mulieribus quæ abortiuntur.
Capitulum, xxxv. de mulieribus, quomodo ſcitur ꝙ ipſæ iam conceperunt, & quid conueniat eis.
Capitulum, xxxvj. de illis quibus partus fit difficilis.
Capitulum, xxxvij. de lubricitate matricis.

De Ægritudinibus *accidentibus in cute* faciei. Capitulum *primum*.

AVSÆ quidem ęgritudinum, & impreſſionum quæ accidunt in ſuperficie faciei & totius corporis, ſunt expulſiones ſuperfluitatum malarū, quæ expelluntur ex profundo corporis. Et forſan ſe eſt hoc ex virtute naturę, quādo ipſa vult mundificare membra principalia, quibus inſunt operationes nobiles neceſſariæ, & ab eis expellere ſuperfluitates ad membra extrinſeca pauci iuuamenti. Et forſaſſe eſt ex multitudine ſuperfluitatum ipſarum, quando aggregantur in corpore & expellit eas natura ad exteriora cutis, & corrumpunt ſuperficiem exterioꝛem etiā, vt accidit hoc; aut ex corruptione regiminis, aut ex malitia complexionis aeris, quando eſt malus; aut ex tēpore anni, aut ex eo qđ accidit i tempore anni ex diuerſitate. Q̄, ſi ægritudines iſtæ quas diximus, accidunt in eo quod apparet de corpore & facie de virtute naturæ, tunc ſunt minoris malitiæ, & facilioris ſanationis. At ſi ſunt ex multitudine ſuperfluitatum malarum, tūc ſunt magis prauę, & difficiliores; & ſermo in eis, & in illis quæ accidunt in facie, eſt vnus. Verum quoniam facies eſt nobilior ſuperficie corporis, quoniam eſt derecta, oportet vt denudemus ſtudiū in mūdificatione eius, & in limpidatione ipſius. Si autem accidit in facie ex expulſione naturæ aliqua ex ægritudinibus, quæ corrumpunt colorem eius, aut ponunt ſuperficiem eius inæqualem, & mutant figuram eius, tūc non oportet vt adminiſtretur in illo, niſi linimentum quod abſtergat tantum. Quod eſt, quia nos nō ſumus indigentes euacuatione naturę, quoniam natura eſt ſaciens illud per ſeipſam non eſt nobis poſſibile, vt mundificemus corpus plus, q̄ mundificat ipſum natura per ſe. At ſi iſtæ ægritudines ſunt ex victoria ſuperfluitatum aggregatarum, incipiemus cum euacuatione eaꝝ in primis: Si quidem eſt ſanguis vincens, tunc cum extractione eius: Sed ſi vnus humorum eſt vincens, tunc cū medicamine ſolutiuo; & eligemus medicamen qđ extrahat illud idem nocumentum, deinde regimen cōueniens. Et eſt poſſibile vt cognoſcas cauſam facientē ægritudinem, ita vt cognoſcas eam ex eo cuius præceſſit vſus ex cibis & potibus & reliquis regiminibus, & ex eo quod reſtificatur ex colore loci læſi, & quæ ſunt illis ſimilia. Et poſt adminiſtrationem mūdificationis & regiminis, ſecundum ꝙ oportet, eſt neceſſe vt redeamus ad curationes proprias in vnaquaq; ægritudinū, ſecundum ꝙ oſtenſuri ſumus nunc.

Curatio veſtigiorum, & panni, & alkeilen, & magnarum lentiginum, & verucarum, & lentiginum paruarum, quæ fiunt in facie. Rec. ſpumæ maris, & baurach armeni, ambor mana partem. j. amygdalarum amararum mundatarū a cortice ſuo partes duas: terantur, & miſceantur, & adminiſtretur cum vino. Aliud Reci. farinæ lupinorum, & myrrhæ bonæ, & ſpumæ maris aduſtæ, & baurach rubei aſſati, æqualiter: liniat cū oleo narciſino, & liciſiat cū aq̄ calida, & admiſtret.

Ad veſtigia nigra accidentia in facie. Rec. farinę lupinorum, & farinæ hordei, & farinæ fabarum, & radicis lilij cœleſtis, omnium ana drac. v. ſalis ammoniaci, & amontaci, oſum añ. 3. ij. reſoluantur hæc duo cū aqua calida, & cum ea conficiantur reliquæ medicinæ, & fiant trochiſci; & in hora neceſſitatis ſoluatur vnus ex eis cum albumine ouj, & liniatur ſuper faciem.

Aliud ad lēntigines, & alchardaus in facie: Liniatur cum mucillagine fœnugræci per ſe.

Aliud ad lēntigines: Liniatur cum mucillagine granorum cytoniorum cum croco.

Aliud ad lentigines: Aggrega interius granorū cucurbitæ, & omne illud, & contere ipſum cum aqua fœnugræci decocta, & lini cum eo faciem.

Aliud: Cōfice farinam alkeſnę, poſtq̄ teris eum cū aqua in qua decoctum eſt melilotum, & lini cum ea.

Aliud: Aggregentur amygdalæ amaræ excorticatę & nutriantur cum aqua in qua infuſa eſt myrrha, & liniatur cum eis facies.

Aliud: Aggrega ſeraturam eboris cum farina lupinorum, teratur, & diſſoluatur cum melle, & liniatur ſuper locum.

Aliud quod eradicat veſtigia, & abſtergit faciem. Rec. ceruſæ, & merdaſengi abluti, & ſeraturæ eboris, omnium ana drach. iij. ſalis ammoniaci drach. ij. ſaponis drac. v. confice cum melle, & liniatur ſuper locum.

Ad lentigines magnas, & pannum, & ad keilen in facie, Rec. ſimi columbini, & baurach, æquales partes: teratur, & cribelletur, & cōficiatur cum melle, & liniatur cum eo facies multotiens.

Linimentum aliud quod abſtergit faciem Rec. keſnes, & farinæ fabarum, & farinæ hordei excorticati, omnium ana drac. iiij. lupinorum, radicis narciſi, amborum ana drac. ij. radicis lilij, gummi arabici, omniū ana drach. j. terantur, & conficiantur cum aqua, & fiāt trochiſci, & reſoluātur hora neceſſitatis cum aqua cōcauitatis batekæ, & liniatur.

Aliud quod abſtergit, & colorem faciei efficit bonum. Recip. amygdalarum dulcium excorticatarum, drac. v. dragacanthi, & gummi, omnium ana drac. iij. farinæ fabarum, & radicis lilij, & rubeæ, & glutinis piſcium, omnium ana drach. x. liquefiat gluten cū aqua & conficiantur cum eo omnia, & liniatur.

Linimentum ad pannum, & lentigines magnas. Recondiſi partem. j. arſenici citrini partes. ij. conficiatur cum oleo, & liniatur poſt egreſſionem a balneo, & expectet ſup ipſum per horā vnā, & abluatur. Aliud teratur ſemen raphani multum, & conficiatur cum aceto, aut cum lacte acetoſo, & liniatur cum eo facies.

Aliud. Rec. cornu ceruini aduſti contriti vnc. ſ. ſeminis bathecæ alharmeni vnc. j. fabarum ægyptiarū, & orobi, omniū ana vnc. ij. excorticetur ſemen batekę, & decoquatur cum aqua hordei cū orobo, & exiccetur: & infundantur fabæ in aceto forti, & exiccētur & ſumantur amygdalarum excorticatarum vnc. ij. virgarum alkaſſora vnc. iij. radicis vitis alrazaki, & gummi, & dragacanti, omnium ana drach. v. ſeminis melilori, & coſti, omnium ana vnc. j. terantur, & cribellentur omnia, & miſceantur, & adminiſtrētur, ita vt cum eis abluatur facies multotiens omni die.

Aliud. Rec. farinæ alkeſnæ, & lupinorum, & cicer-

ris,

ris,& amyli, & ſtercoris lacerti,& radicis cepæ nenufaris, & ſeminis eius: (in deſcriptione alia, radicum lilij,& ſeminis eius) lacitis almezereon,& radicis cannę, & alfafuræ,& faſſuraſteni, omnium æqualiter: teranę, & confciantur cum aqua hordei, & linistur cum eis.

Aliud ad impetgines magnas, & abſtergit faciem, & facit eam ſplendi dam. ℥. cardargi tinctorum quaſi lib.x. decoquătur ſingulariter, donec remaneat libr.j. deinde ſumatur ex ſtercore paruarum auium vnc.j.& lupinorum ficcorum excorticatorum vnc.ii.& ciceris excorticati vnc.j.& ſeminis batekę excorticati vnc.ij. terantur, & confciantur cum aqua alzadargi, quæ fuerat decocta,& liniatur in nocte, & abluatur ſi mane cũ aqua, in qua decocta fint camomilla,& viola ficca.

Aliud qđ bonã efficit faciem. Rec. orobi,& farinæ hordei excorticati,& lupinorum,& cicerum excorticatorum, radicum narciſci, omnium ana drac. vj. farinæ ſimilæ vnc.j. teratur totum,& cõficiatur cum albumine ouiſubtili,& liniatur cum eo. Aliud: ſtercus galli næ teratur,& liquefiat cũ aqua batekę, & liniat cũ eo.

Aliud quod eradicat veſtigia quæ accidunt in facie ex vlceribus, quæ dicuntur variolæ,& alijs. Rec. oſſiũ dactylorum vetuſtorum quæ ſunt in parietibus,& oſſium vetuſtorum putrefactorum antiquorum, ambos rum ana drach.x. radicis cannę perſicæ ſiccæ drac.xx. teſtæ albæ ex vrceolo nouo drach.x. amyli drac.x. lupinorum drac.xv. ſeminis batekę excorticati drac.xx. ablutorum multotiens,keſnę drac.x. granorum alben excorticatorum drac.xv. ciceris excorticati drac.j. teratur, & cribelletur, & conficiatur cum aqua batekæ, & aqua hordei, & *liniantur cum eo veſtigia vlcerum*, & abluatur cum aqua, *in qua decocta ſunt viola ficca*, & hordeum:℥ ſi amas vt addas ſ abſterſione plus, permiſce cũ medicinis quas diximus, ex coſto amaro.℥.j. & ariſtolochia longa tantundem.

Linimentum quod abſtergit faciem, & clarificat colorem. Rec. corticum ouorum, & farinæ hordei, & farinæ ſabarum, & farinæ rizi, & lupinorum, omnium ana drac.iij. amygdalarum amararum, & dragacanthi, omnium ana drach.ij. mahaleb tritorum cribellatorũ alborum drac.xxii. teratur totum, & conficiatur cum aqua batekæ, & liniatur cum eo facies.

Linimentum ad veſtigia, & pannum, & lentigines magnas, & abſtergit faciem & albificat, & colorem facit bonum. Rec. farinæ lupinorum ficcorum, ſeminis batekæ excorticati, amborum ana drac.iij. farinę fabarum, & farinæ ciceris, & farinæ keſnæ, omnium ana drach.ij. farinæ hordei, & farinę lentium excorticatorum, & amyli, omnium ana drach.j. ſeminis raphani, & dragacanti, amborum ana drac.ſ. teratur, & cribelletur, & conficiatur cum lacte mulieris & pauco croco & liniatur in nocte, & abluatur in mane cum aqua in qua decocta ſunt ſemen batekę, & violę ficcę.

De Impetigine, & ſafati. Cap. II.

SCias q̃ cauſa *impetiginis* quæ accidit in forma faciei, & tota ſuperficie corporis extrinſeca, eſt virtus naturæ, quãdo expellit ſuperfluitates malas, & remouet eas a mẽbris principalibus ad exteriora. Et cauſa faciens hanc ægritudinem ſunt humores acuti, ſubtiles, permixti cum humoribus terrenis groſſis. Et propter illud declinat hæc ægritudo ad duo latera ſimul: quoniam acutas humorum,& eorum ſubtilitas ponit ℈ materiam ⅋ acutam velocis excitationis. At groſſitudo humorum terrenorum,& tarditas eorum contrariæ ſunt ei quod diximus, & ponunt ægritudinem difficilis motus,& tardæ ſanationis. Si ergo vincentes in hac ægritudine ſunt humores acuti, tunc ipſa moratur tempore paruo,& reſoluitur velociter. Q. ſi in ea vincunt humores terreſtres, tũc ſpatium eius eſt longũ, & cum labore reſoluitur. Si autem humores omnes ſ ea ſunt æquales, tunc ægritudo eſt media in mora ſua, & curatione. Via ergo curationis huius ægritudinis eſt, vt ſit compoſita, ſicut diximus, quoniam hæc ægritudo eſt compoſita. Similiter modus ſ curatione eius eſt diuerſus, ita q̃ vnus eſt contrarius alij: quoniam acutas humorum ſubtilium indiget rebus ſedantibus, & extinguentibus, & groſſitudo humorum terreſtrium eſt eis indiget medicinis fortibus, ſubtilibus, vehemẽtis reſolutionis,& carminationis, vel expirationis: ſiſta ergo ſunt cõtraria illis. Quapropter quando vincit humor ex eis, conuertimus ſtudium noſtrũ ad illum plus & ponimus ad illum intentionem, prꝛter quam quòd dimittamus in alio, & negligamus illud. Et ſi ſunt æquales in ægritudine, ponimus curationem permixtam, & incipimus cum attractione materiei ad inferiora. Deinde euacuamus eam cum medicinis ſolutiuis, & cum clyſtere. Deinde adminiſtramus poſt illud regimen temperatum, & balneationem cum aqua dulci calida: quoniam caliditas eius aperit poros, & ſubtiliat materiam, & non prohibet eam reſolui, immo ponit eam facilis reſolutionis: & humiditas aquæ extinguit & tẽperat humorem malum: & poſt balneationẽ adminiſtramus linimentum. Q. ſi impetigo eſt multę humiditatis, ponimus linimentum exiccatiuum: & ſi non eſt humiditas eius multa, adminiſtramus linimentum quod abſtergit, & non exiccat multum. In impetigine autem ℈ quæ excitatur, non oportet vt adminiſtremus ex medicinis, niſi illud in quo non eſt mordicatio cum quantitate neceſſitatis. ⅋ Hæc eſt ergo curatio vniuerſalis ad impetiginem. Oportet ergo nunc, vt remeremoremur curationum particularium, & incipiamus a ſimplicibus earum. Aqua hordei excorticati ſola, quando cum ea fricatur locus, in quo eſt impetigo paucæ humiditatis in balneo, ſanat ſanatione forti & ſimiliter farinæ fabarum, & hordei, vniuſcuiuſq; earum pars.j. & ſola,& coniunctę etiam. Et confert etiã ſimile huic iuuamentum ſicla decocta,& furfur ſimilę & ſemen batekæ excorticatum, & farina lupinorum, & ciceris. Et conferunt iterum ſemen raphani,& amylum, quando aggregantur cũ aceto. Et melius eis, quæ diximus, eſt ℈ adultio tritici, quando miſcetur cum ea preſſione ⅋ acetoſitratis citri,& linitur cum eis vtriſq;.

Impetigini autem puerorum, ſi eſt in corporibus humidis, confert ſputum eius, qui in die illo nõ comedit vel guſtauit,& gummi prunorum mõtanorum,& ſuccus aceto ſæ: & ſecundum hunc modum gallę aggregatę in aceto,& myrobalanis citrinis. *Impetigini autem* multę humiditatis, *quę indiget medicinis fortibus* vel de, conferunt radix alaſeras, & duo kerbech ſimul, & ſtercus vrſi, & ſtercus lacerti, & ſtercus turdorũ comedentium rizum,& folia agnicaſti,& ſemen eius: & folia capparis,& ſemen eius: quod eſt, quia vnſquodq; amborum, quando miſcetur cum cera, & cum raſa, & quando aggregãtur etiam, iuuat. Impetigo autẽ quæ excitatur, & quæ eſt mala, eſt illa in qua non conferũt res, quæ abſtergunt, neq; quæ exiccant cum æqualitate, & excitatur velociter ex medicinis calidis valde. Ergo oportet vt adminiſtrẽtur in ea medicinæ fortes valde, quæ non mordicant, ſicut ſiet memithæ cum thure, & ſpuma maris, & dragacanto, aut ſulfur, & aſphaltum, & gummi, & tubal æris, aut baurach, aut ſeken ſebubeti.ſ. arbor croci hortulani cum aceto, Si autẽ impetigo eſt propinqui temporis, conferũt in curatione eius huiuſmodi medicinæ. Si autem prolongatur eius mora, & ſidiges medicinis fortibus & fortioribus iſtis, oportet vt adminiſtres in ea iſtas medicinas compoſitas. Medicamen ad impetiginem antiquũ. Rec. elleborialbi vnc.iiij. farinę thu is, oſtracorum combuſtorum, baurach, omnium ana drac.iij. teratur, & miſcea tur, & fricetur cum eo ſicco locus læſus.

A ſa littera, ꝙ ſtrictudinem

A ſa littera, tmila, oporter, vt adminiſtretur me dicinę fortes pau ę mordicationis.

Furfur ſimile, eſt furfur quę ſepara tur a farina ſimile.

A ſa littera, flos tritici, quãdo miſcetur cum fuc co, aut rob.

A ſa littera, o cum tritici cum ſucco aut rob.

R adix alaſeras, eſt radix nota in Syria, & ex patne te ipſius ſimul cũ aqua efficitur col la pro rebus adſtringentibus glutinandis,& huiuſmodi radix ℞ radix ſpeciei conſolidę.

Aliud ad impetiginem in facie. Reci. ammoniaci, farinæ fesne, farinæ lupinorum, omnium ana drac. j. baurach rubei, & est armenum drach. ij. spumę maris, gummi, tantūdem: refoluatur ammoniacum cum aceto forti, & liniatur cum eo locus, & post illud abluatur cum aqua calida. Fiat illud, vij. diebus.

De Baras. Cap. III.

ALbaras alba fit ex debilitate virtutis immutatis uæ, quando mutat illud quod peruenit ad corpus ex sanguine in albedinem. Quum ergo nutritur caro ex sanguine phlegmatico, viscoso, annexo, difficilis mutationis ad colorem alium, tunc propter il lud fit caro ipsa mutata, & remanet alba phlegmatica: quando nō potest virtus mutare nutrimentū ad rubedinem, & quando currit ad membrum humor aliquis phlegmaticus. Et quoniam non sanatur omnis baras, tunc oportet vt cognoscatur illa quæ sanatur, ab illa, quę non sanatur, per hoc, vt pungamus locum cum capite acus taliter, vt non pertranseat curem. Si ergo vis des sanguinem currere ex eo, tunc est illa quę sanatur: & si currit ex ea humiditas lenis, non est ei sanatio, & est ex ea, quæ non sanatur. Et oportet vt scias, q̄ illa, quæ capit locum corporis amplum, & illa quę præcedit & antiquatur, nō habent curationem ambæ. In illa vero cui speratur curatio & sanatio, oportet vt incipia mus cū rectificatione ciborum in primis: & caueamus a reliquis cibis frigidis, humidis, ſ. piſcibus, & lacte, & quæ fiunt ex lacte; & regamus eos cum cibis calidis ſiccis, & potibus, qui ſimiliter eis, vt rectificetur cum eis nutrimētum quod peruenit ad membrum. Et vtamur etiam in hora post horam vomitu, post comestionem ciborum subtiliantium, qui abstergunt: deinde post il lud administrem⁹ cibos calidos ſiccos, & ſimileillis ex potibus. Et administremus poſt illud, medicinas quæ rectificāt hanc ægritudinem, ſicut hiera Galeni, & hiera Archigenis, & logodion, & theodoricīi: & accipiatur vnaquęq; iſtarum hierarum cum aqua decoctionis myrobalanorum nigrorum, & epithymi, & paſſulæ, & ſalis indi, polypodij, & quæ ſunt illis ſimilia. Q̄ ſi virtus non tolerat potum hierarum, administra pilulas quæ purgant humorem phlegmaticum, ſicut ſunt pilulæ de aloe, & hoc medicamen quod narro.

Medicamen ſolutiuum, expellens baras, nobile, rectius aliſs omnibus. gr. cinnamomi, & ſpicæ, & carpobalſami, & maſticis, & aſſari, & croci, & folij, & calamenthi fluuialis, & pulpę coloquintidis, omnium ana drach. j. aloes drach. xviij. terantur, & miſceantur, & dentur, doſis eius eſt pondus drac. j. cum aceto & melle cum aqua calida, aut ex fecaniabin de melle cū aqua calida. Et poſt mundificationē ꝑcipe infirmo, vtatur aſſidue hoc medicamine: eſt enim probatū, & iam expertum eſt: & eius modus eſt. Rec. confectionis indæ, quę dicitur alkelkelangi drach. ij. & myrobalanorum nigrorum drac. j. epithymi drach. ij. miſceatur totum, & ſumatur in potu, ſi poſſibile eſt, potio tota. Etiuua tur etiam hoc medicamine. Rec. ſeminis ꝑ azufere, ℈ & ſeminis harmel, omnium ana partes. ij. & ſeminis vrti cæ partem. j. & aloes quartam partis. j. terantur, & cribellentur, & liniatur cum melle deſpumato, donec aggregetur medicamen, & dentur ex eo drach. iij. aut minus, aut plus vnicuiq; homini ſecundum complexionem ſuam. Et hoc medicamen non minus præbet iuuamentum primo. Reci. ſeminis azufere, & eſt genus ellebori, quod eſt bicuraſtē drac. x. amyli drac. ij. acori drac. ij. epithymi drach. iiij. myrobalanorum nigro rum drac. v. paſſularum mundatarum ab interioribus ſuis drac. iiij. permiſce omnia, & administretur.

A lia litera, hyſſopi.

Cōfectio Gabrielis.

Et confert etiam iuuamentum magnum hoc medicamen. Hæc confectio eſt ex arte Gabrielis, gr. nucis abel, & marmachur, & ſceha armeni, & coſti, & gentianæ, & ariſtolochię rotundæ, trium piperum, & opopanacis, & ammoniaci, & ſerapini, & bdellij, & ſcordei, & praſſij, & chamędryos, & chamępitheos, & meu, & ſu, & dauci, & elleborinigri, & euphorbij, & hyperici, & eſt medicina inda, & ſquillæ aſſatæ, & folij indi, & ſpicæ, & zinziberis, & petroſelini, & amomi, & ſtichados, & cinnamomi, calamenthi montani, & floꝝ ſquinanthi, & caſſiæ lignęæ, & xylobalſami, & caſtorei, & ameos, & ſeminis apij, & ſeminis porri, & polypodij, & cordumeni, & corticum capparis, & galbani, oſum ana drac. ij. olei balſami, & aloes, & myrrhæ, omnium ana drac. v. ſcammoneæ, & agarici, & pulpę coloquintidis, & epithymi, omnium ana drac. vij. ſ. teratur, & cribelletur, & cōficiatur cum melle, & adminiſtretur. Summa eſt quinquaginta.

Aliud Gabrielis nobile ſtans loco hierarum. Reci. ellebori nigri drac. v. ſquillæ drac. vj. radicis cucumeris aſinini, aut ſucci eius drac. iiij. agarici drach. x. turbith drac. xv. epithymi drac. x. polypodij tantundem hieræ picræ drac. xx. ſeminis azufere, & zinziberis, & ſinapis, & nigellæ, omniū ana drac. v. maſticis drac. x. ſalis indi drac. viij. ſenæ drac. xx. myrobalanorum kebulorum, nigrorum, & emblicorum, & bellericorum omnium ana drac. viij. hyſſopi ſiccæ, & origani ſylueſtris, & aniuden nigri, & aniſi, & fileos, omnium ana drac. viij. ameos drac. x. terantur, & cribellentur, & liniātur cum oleo albotin, & eſt grana viridia, aut oleo de nucibus; & conficiantur cum melle de fauis, & paſſulis mundatis ab interioribus ſuis contritis contritione multa, & detur doſis eius drac. iij. cum aqua calida. Summa medicinarum eſt. xxv.

Et confert etiam hoc medicamen, & eſt Gabrielis expertum. Rec. trium piperum, & cinamomi, & cinamomi, & gariofillorum aromaticorum, & anthofillorū, & cyperi, & citri excorticati, & nucis muſchatæ, oſum ana aur. j. granorum nil aut. vj. turbith albi, & zuccharis albi, omnium ana aur. xxiiij. teratur vnaquęq; medicinarum per ſe, & cribelletur, aggregentur & miſceantur cum zuccharo, & conficiatur cum melle deſpumato, & dentur ex eo in principio ſecundum ſemitam ſolutiui aur. viiij. aut. vij. aut. v. omni homini ſecūdum virtutem eius; deinde interpolatur tribus diebus, & detur ex eo in omni die aur. j. in ieiunio cum aqua calida diebus multis. Summa eſt. xj.

Et adminiſtretur extrinſecus linimentum cum medicinis vehementis abſterſionis, ſicut hoc. Sumatur el leborus niger, & miſceatur cum gallis, & conficiatur cū aceto vini, & liniatur cum eo. Aliud: Sumatur ſcei taragi, & teratur, & conficiatur cum aceto, & liniatur: aut comburatur ſceitaragi, & decoquatur cū oleo myrthino, deinde proiſciatur cum oleo zegi contritum, & inungatur cum eo locus.

Linimentum aliud nobile. Rec. ellebori nigri, & radicis capparis, & condiſi, & ſceitaragi perſici, & lupinum, omnium æqualiter: terantur, & conficiātur cum aceto, & liniatur. Aliud. gr. ſinapis, & mezereon nigri excorticati, & radicis ſcammoneæ, & rubęę tinctorum, omnium æqualiter: conficiatur cum aceto, & liniatur. Aliud. Rec. ſinapis, & mezereon nigri, & radicis ſcammoneę, & rubeę, omnium æqualiter: conficiantur cum ſanguine ſcorpionum, aut ſanguine alrachamaci, aut ſanguine hirundinis, & liniatur. Aliud Cōficitur oſtracum tritum cum ſanguine ſerpentis nigri excorticati, aut cum ſanguine ſerpentis viridis, aut cum ſanguine ſerpentis, & liniatur. Aliud. Rec. ellebori nigri, & ſulfuris viridis, & ſceitaragi indi, & pyrethri, & radicis capparis, & naſturtij, & ſtercoris muris, & ſpumæ maris, & ſtaphiſagriæ, & baurach armeni, omnium æqualiter: terantur, & conficiantur cum aceto, & liniatur. Aliud ad baras, bonum, mirabile.

Rec.

Et curatio ramicis quando eſt magna, & accidit in corporibus duris, eſt cum ferro, aut cum ligamento, quod ſtringitur ſuper duo inguina. Et propter illud de conſuetudine curantium cum ferro, eſt, quando volũt cauterizare illum qui habet ramicem, vt eleuent inteſtina ad ſuperiora, deinde cauterizent inguen læſum, donec coadunetur cum eo amplitudo foraminis per vlcus, quod fit ex cauterio. Et ramex ĩteſtinorum ſi eſt magna, tunc quando ipſi eleuant inteſtina ſurſum, faciunt ſtrictũram ſuper duos teſticulos ſtare ſtrictam, vt non deſcendant inteſtina iterum, & dimittunt eam cũ diſpoſitione ſua poſt cauteriũ, vſq; quo ſanetur vlcus factum a cauterio. Et ſi accidit in corporibus humidis lenibus, & eſt parua, curatur cum medicinis ſtypticis, de proprietate quarum eſt vt aggregẽt, & coarctẽt, & confortẽt, & conſtringant mollificationem & foramẽ, ſicut ſunt nux cupreſſi, & folia eius: quod eſt, quia vtraq; exiccant, & fortia faciunt corpora quæ molliſicantur ex humiditate. Et acatia, & ſuccus herbæ hircinæ, & cortices granatorum, & capita eorum, & aloes, & myrrha, & ſarcocolla, & gluten piſcis, & maſtix, & cortices thuris, & gallæ immaturæ, & ſumach præparantium coria, & balauſtia, & ſemacoton, ʒ & myrthus, & roſæ, & alumen, & gũmi, & cart, & tharathit, & quæ ſunt illis ſimilia. Et miſceantur cum eis medici næ quæ reſoluunt ventoſitates, & fugantes: & leniũt duritiem, & reſoluunt eam: & ſedant apoſtemata, ſi accidant: ſicut abel, & cyminum, & pix, & alcãna, & gluten alimbat, & gumma pini, & bdelliũ, & cera, & quæ ſunt ſimilia illis. In ramice vero aquæ, funt ex hominibus qui perforant locum, & extrahunt aquam cum medicinis acutis, quæ corrodunt & faciunt accidere in loco vlcerationem: deinde conſolidant & aſtringunt locum. Et medicatur illud vas, ſ quo eſt aqua aggregata, ita vt non redeat, neq; aggregetur iterum: Deinde præparantur ad curationem loci læſi cum eis, quę conſolidant & ſigillant. Et ex eis ſunt, qui incidũt par tem panniculi qui comprehendit teſticulos, donec nõ aggregetur in eo aqua iterum, immo reſoluitur cum aere. Emplaſtrum ad inteſtina, quando deſcundunt ad ſ inguina ʒ Rec. ammoniaci, thuris, & aloes, omnium ana pondus drac. iij. bdellij drac. ij. acatiæ, & ſarcocollæ, omnium ana drac. j. tertantur in mortario, & in fundantur in aceto a veſperiet deinde teratur in manne contritione bona: deinde teratur ſauina, & proijcia tur deſuper, & miſceatur totum, & ſubmergatur fruſtũ cotti, & ponatur ſuper locum, & ſtringatur ſtricte.

A fila litera, teſticulos.

Emplaſtrũ aliud, ℞. maſticis, & thuris, & glutinis caſpentarioꝝ, & ſarcocollæ, & aloes, & bdellij, & licij, & acatię, & mentę hę, & balauſtia, & ſanguinis draconis, oſum ana. ʒ. j. teratur totum, & conficiatur cum aqua ſolatri, & ponatur ſuper. Aliud, ℞. acatię, & nucis cu preſſi, & aloes, & corticũ granatorũ, oſum qualitercũque ratur, & conficiat cũ aqua gũmi, & emplaſtret, & ſtringatur. Aliud ad ramicẽ: Terat bdelliũ variũ, & reſoluat cũ aceto forti, aut cũ vino, & ponatur ſuper locum.

Aliud ad pueros: Terant tubera ficca, & reſoluant cũ aqua glutinis piſcii, & liniat ſuper locũ. Aliud: Terãtur zarar ſiccę, & reſoluant cũ aqua glutinis piſcii, & liniat ſug locũ. Aliud, ℞. gallag, & croci, ambog, aã ptẽ. j. coriiũ calciamẽti aduſtum, & vitellos duorũ ouorum: miſceatur totum, & fiat emplaſtrum cum eo.

De eruptiõe ſanguis ex venis, & arteriis. Ca. XVII.

SI eruptio ſanguinis eſt ex venis, adminiſtramus in curatione eius vnã medicinaꝝ, q̃ abſcindũt ſanguinẽ: & eaꝝ meliores ſunt ille, q̃ adhęrẽt, & annexiũt, & cõponũt ex gũmis decoctis: ſicut ratienegi de coctis, & puluis farinę tritici, & amylũ, & gipſum, & q̃ ſunt familia illis. Q. ſi eruptio ſanguis ex arteriis, tũc nõ eſt res magis iuuatiua, q̃ hoc medicamẽ, & ẽ vt miſceat ex thuris, & medietas pris aloes: Quũ ergo vocat neceſſitas, aggrega ea cũ albumine oui, dõec fiãt medicinę ſuba mellis: deide ſubmerge ex pilis leporis leniores & pone ſuper ſiſſura ex qua egredit ſanguis: & ſtringatur exterius cũ ligan ẽto ex pãno lini, deide ſoluat poſt tres dies. Si ergo vides medicinã annexã vlceri ꝓtinentem ipſum, pone in circuitu eius ex medicina iterum, & carmina pilos leporis, & itera ſup ipſum ligamentũ. Quum ergo cadit medicina per ſe ex vlcere, tunc premę locum digitis tuis, donec non currat ex eo aliquid & itera ſuper illud medicinam vice alia, & non ceſſes

A fila litera, ratienegi, idẽſt raſa ſeu gumma pini

Medicamẽ ex ficax ad eruptionem ſanguinis.

facere illud, donec neſcatur caro inſcircuitu vlceris. Et tibi quidem ineſt, vt medicetis cum hoc medicamine ſecundum modos diuerſos. Et fortaſſe eſt conueniens ſicut dixi tibi, quando miſcētur cum parte. j. aloes duę partes thuris; & fortaſſis miſcentur cum æqualitate, & fortaſſe miſcentur cum farina thuris loco thuris: veruꝫ tamen farina thuris ſtypticitatem facit plus ℈ thus ipſum, & thus eſt vehementioris adhærentiæ & annexionis. Oportet ergo vt adminiſtretur i corporibus duris ex aloe plus, in corporibus lenibus ex thure plus: quoniam vna earum duarum medicinarum eſt vehementioris ſtypticitatis, & altera vehementioris adhæretię. Et oportet vt eligas ex thure, quod eſt vehementioris viſcoſitatis, ſimile ratinegi. i. gummæ pini; & facillud quando vis, vt medicina ſit vehementioris adhæretię. Et non prolongaui ſermonem meum in hoc, niſi quia ſcio ꝙ non eſt in reliquis medicaminibus, quæ conferunt in hac ægritudine, medicamen magis iuuatium eo. Et confert eruptioni ſanguinis ex venis, & arterijs etiam hoc medicamen: Rec. colcotar, & telæ aranęæ, & vitrioli, quo ſparant coria, ꝑ ſotularibus, oſium anaptes ęçles: terant, & aggregētur, & ponant ſuper locū.

De cane rabioſo. Cap. XVIII.

CAnes incurrunt rabiem ſecundum plurimum *in calore vehementi*, ſicut dixit Lucas, *etiam in frigore vehementi*, multo, continuo. Et quādo rabioſi fiunt, prohibentur ab eis quæ comeduntur, & bibuntur, & litiunt, & non bibunt, & rauce latrant ſecundum plurimum, & mouent caudas ſuas, & macrescunt, & deponūt caudas ſuas inter coxas ſuas, & emittunt ſaliuam mucciliaginoſam plurimam, & ſpumam, & non eſt eis vox penitus, & ſunt quaſi infirmi, donec ipſi fortaſſe non cognoſcunt dominos ſuos, & mordēt præter ꝙ latrent, & ſuſpendūtur cum omni, cui occurrunt ex animalibus & hominibus, & mordent, & non apparet in morſu nocumētum, niſi dolor qui eſt in loco morſus. Et in fine accidit egritudo, quę nominatur timor aquæ: & eſt illa quæ accidit cum ſpaſmo, & rubedine corporis, & propriefaciei. Et ſequuntur illud permixtio, & alienatio, & ſudor multus, & terretur ab aqua, quando videt eam, & quando appropinquat ei. Et ex infirmis eſt, qui terretur ex omni re humida: & ex eis eſt, qui latrat, ſicut canis, & mordet homines. Quum ergo mordet hominem, eſt cauſa huiuſmodi ægritudinis. Et cauſa in illo eſt, ꝙ venenum, quod effunditur in morſu canis rabioſi profuit in mēbra corporis totius. De timore autem eorum ab aqua, exiſtimāt quidam ꝙ cauſa eius eſt illud, quod aduenit eis ex ſiccitate intemperata, donec iam quaſi euacuata eſt ab eis ſubſtantia humiditatis ex toto. Et Ruffus quidem dicit ꝙ hæc ægritudo eſt vna ex ſpeciebus melancholiæ, quoniam venenum ipſum aſſimilatur humori melancholico. Et hæc cauſa eſt propinqua ei quod dicunt quidam, quòd formatur eis forma carnis, qui mo mordit eos in aqua, quare terrentur ex ea. Et non ego cognoſco aliquem cecidiſſe in hanc ægritudinem, & euaſiſſe ex ea. Antequām vero confirmetur ægritudo & ſigatur, vidi multos ex illis, quos mordederant canes rabioſi, euaſiſſe. Et propter illud neceſſe eſt nobis ex hora noſtra adhibere curationem ex eo, quod ſanat. Veruntamen fortaſſe exiſtimant multi, antequā confirmetur ægritudo timoris aquæ, quòd morſus nō eſt canis rabioſi: quod eſt, quia de conſuetudine illius eſt ſecundum plurimum, vt accidat ille timor poſt. xl. dies, & in quibuſdam poſt ſex menſes, & dixerunt, ꝙ aduenit eis illud poſt ſeptem menſes: & propterea putant quidam medicorum, quòd canis, qui momordit eos, non fuit rabioſus; & ſtudent in curatione eorum cum eis, quæ conſolidant vulnus: quare fiunt cauſa cōfirmationis ægritudinis. Et ex eo, cum quo ſecutatur error a principio egritudinis, & ſcitur an morſus ſit canis rabbioſi, aut alterius, eſt experientia illius per hoc, vt teratur ♃ nux bona, & regalis ♄ multum, & ponas ipſum ſuper vulnus ſtatim, deinde accipe eam, & proice ipſam gallinæ aut gallo. Si ergo non inceperit comedere ex ea, tunc ipſa, quādo patietur famem, ſtatim neceſſario comeder. Si ergo canis, qui momordit, non fuit rabioſus, viuet gallina: & ſi fuit rabioſus, morietur poſt paululum: & ſecundum plurimum in die ſecūdo. Tunc ergo oportet vt præpares in aperiendo vulnus, deinde poſt paululum adminiſtra hanc experientiam. Quando ergo non moritur gallina, tunc oportet vt adminiſtres illud quod conſolidat, quando tu es ſecurus a timore qui aduenit infirmotnam cum hac experientia iam confiſus fuit. Auritunefius. Et quando certi ſumus, quòd canis qui momordit, fuit rabioſus, dilatamus vulnus cum medicinis aperitiuis, & medicinis quæ attrahunt, & egredi faciunt venenum, ſicut cepe, aut alleum, aut ſinapis, aut naſturtium, aut bezard, aut eruca, aut ruta, aut aniudeen cum ſale, aut auellanæ cum cepe. Et magis iuuatium hoc eſt medicamen factum cum opopanaco, & iſte eſt modus eius. Recipe oppopanaci vnc. ij, picis libr. j, aceti libr. j. & ℈. miſceatur totum, & adminiſtretur. Et dentur in potu ex medicinis ſimplicibus, licium, & abſynthium, & gummi alaniuden, & ſcordeon, & chamædryos, & polium. Et ex medicinis compoſitis hoc medicamen. Recipe cancrorum fluuiatilium aduſtorum ſuper lignum vitis albæ partes. x. radicis gentianæ combuſtæ partes quinq; thuris partem. j. teratur, & cribelletur, & detur ex eo cochlearium vnum cum vini puri antiqui quantitate vnc. iij. fiat illud ſpatio. xl. dierum. Illis autem qui non bibunt medicinam primo die, quo conſequitur eos morſus, oportet vt detur duplum potionis, aut triplum: aut ſumant in potu ex ea bis omni die. Et iuuantur ex theriaca viperarum iuuamento magno: & vtuntur etiam cum hoc regimine, quod ſedat, & frangit ex virtute veneni, & extinguit: Similiter etiā quod prohibet ipſum ſubmergi ad profundum corporis. Et ex pretate vini antiqui, dulcis, puri, fortis, & potus lactis eſt, vt faciant iſtas duas proprietates: & ſecūdum hanc formam etiam eſt comeſtio cepe, & alleorum, & porri. Si autem aduenit eis timor aquæ, qui eſt cauſa perditionis, tunc ingenia in hoc, vt facias eos potare aquam ſecundum hunc modum: Sumatur mel mundum, & decoquatur, donec coaguletur, & fiant ex eo trochiſci ſubriles, & imple eos aqua, & cooperiantur cum melle coagulato etiam, & proiſciantur in os infirmi: taut inſundatur aqua i vas figuli, aut plumbi, cui ſit cannula longa, & intromitte eam in os eius v ſcq; ad radicem linguæ eius, & coge eum bibere eam.

A ſia littra, cattanea. Nux regalis, ſm gloſa ara bick literalē, eſt nux ciſtee nota, & v ſita ta ,& dicitur regalis ad differētia aueliane, quę largo modo dicitur nux, & ꝑter hāc pariter eſt non denomi naturę regalis.

De punctura veſparum & apium. Cap. XIX.

SCias ꝙ in illis quos pungunt apes, ſequūtur illud dolor vehemēs in loco, & rubedo eius, & apoſtemātio eius, & eleuatio partium quę ſunt in circuitu punctureę, & remanet aculeus apis in punctura. Et illos quos pungunt veſpę, ſequuntur huiuſmodi accidētia, & ſunt vehemētia continua, ſed aculeus non remanet in loco punctureę. Et confert eis vtriq; ſimul linimentum tuti ℈ liberi ♄ permixti cum aceto, & ſtercus vaccinum cōfectum cum aceto: & eſt in eo virtus exicatiua, attractiua. Et ex foliis albedarogi tritis cōfectis cum aceto, quādo emplaſtratur ex eis locus: & ex malluis, & tahaleb. i. muſco aquæ, cōfectis cum farina hordei. Et confert etiam viriditas quæ eſt in ciſternis, aut in vaſis aquę, q̄ſi ꝓficiat cū aceto, & linita ut terra alcuara, q̄ſi terit, & cōficit cū aceto, & linit ſuper punctu rā: aut folia ſiſami, aut ſiſamum ipſum, q̄ſi terunt, ꝑtert natura ſua: & faciunt ſimile illius natura capita muſcarum quando abſcindūtur, & fricatu cum eis locus.

A ſia littra, i coraſen. L utiliberiſsip plea mala q̄ tante. Nota, ꝙ loco iuſt ſuprad icti communiter accipitur bolum armenū. A kuara ē loco , ſup quē continue fi ignis pro decoctione diuinorum.

De

De Punctura scorpionum. Cap. XX.

ACcidit illis quos pungunt scorpiones, vt indu-
retur locus ſtatim, & apoſtemetur, & rubeat, &
extendatur cum dolore difficili, & ſentiũt quã-
doq; inflammationem, & quãdoq; frigiditatẽ. Etq; ſæ-
pe accidit dolor ſubito, & fortaſſe minuitur, & fortaſſe ex
tenditur, & ſequitur ipſum ſudor. Et ſentit pũctus hor
ripilationem, & tremorem, & frigus extremitatum, &
eminentiam inguinum, & extenſionẽ virilis membri.
Propter illud ergo opꝰ vtpperet infirmus ad ſumendũ
i potuꝰ fectiones calefacientes, ſicut eſt theriaca de vipe
ris, & theriaca diateſſaron, & ſazanea, & confectio de
aſſa. Et ex eis q̃ ꝑferũt iuuamẽtũ magnũ, ẽ hæc ꝓfectio.

Confectio propria ad puncturas ſcorpionum.

Rec. caſtorei, corticum radicum capparis, & rauend,
& pyrethri, & ariſtolochiæ lõge, omnium ana partẽ. ſ.
teratur, & cribelletur, & conficiatur cum melle deſpu-
mato, & detur ex ea pondus drac. ij. cum vino antiquo
Sũma eſt, v. Cõfectio alia, ꝙ. pyrethri, & ariſtolochic
longæ ambos ana partẽ, j. teratur, & cribelletur, & cõ
ficiatur cum melle deſpumato, & detur ex ea pondus
drach. ij. cum vino antiquo: Sũma eſt duo. Aliud. ꝙ.
pyrethri, & ariſtolochiæ longę, amborũ ana drac. iiij.
piperis albi drac. ij. aniadẽ, & altit, omnium ana. ʒ. j.
teratur, & conficiatur cum melle, & detur ex ea quan-
tum eſt lupinus cum aqua rutæ, & eſt bonum expertũ.
Q, ſi medicinæ iſtæ ꝓæſentes non ſunt, dentur, vij.
bondacat numero, quas permiſce cum ruta ficca cõtri
ta, & ficubus, aut alleis cum vino. Et oportet vt ſiat em
broca ſuper locum cum aqua, in qua decocta ſunt fur-
fur, & andachocha, & liniatur poſt illud cum linimen-
to ex caſtoreo, & aliis contritis cõfectis cum oleo anti
quo, aut althit infuſa cum ſaliua hominis, aut ſulphu-
re aggregato cum alch alimbat, i deſt, terbenthina, aut
bezard, i deſt, galbano. Et ex eis quæ conferunt iuua-
mentum magnum, ſicut dixit Paulus, eſt argentũ, quã-
do ſtatim ponitur ſuper locũ punctum. Et confert etiã
ligamẽtum ſtrictum, quod ligatur ſuper locum, donec
non ambulet venenum in corpus totum. Et cõfert ſu-
dor corporis multus, & balneatio cum aqua calida, &
potus vini multi, duri, antiqui.

vini duri. & vini potentis.

De Morſu viperæ maſculina, & fœmi. Ca. XXI.

INillis quos mordent viperæ, & quæ eis ſunt ſimi-
lia ex reptibilibus habentibus venenum, ſequi-
tur dolor in primis in ipſo loco morſo, deinde
perambulat dolor in corpore toto. Et apparent in
loco duo foramina propꝭa, ex quibus currit ſanguis
& humiditas virulenta, oleagina; & hoc, ſicut dicitur,
eſt deterius venenum reptilium. Et ſequitur illud etiã
tumefactio, quæ accidit in loco puncto decliuis ad vi-
riditatẽ, & viriditas reliqui corporis, & paruitas anhe
litus. Et fortaſſe accidit quibuſdam vomitus choleri-
cus, & difficultas vrinæ. Et ipſo loco fiũt veſicæ, ſicut
accidit ex aduſtione ignis. Et ſperatur vt ſanent & eua
dant, illi quos mordent viperæ fœminæ abſq; difficul
tate, plus q̃ illi quos mordent maſculi. Et ex illis mor-
ſis etiam funt, quos regunt medici cum medicinis con
uenientibus, & cibis iuuantibus, ſecundum q̃ videtur
eis, & q̃ comparant ex vehementia. Et fortius iuuamẽ
tum eſt in comeſtione alleorum: eſt enim curatio for-
tis valde; & potus vini puri, donec ſi tolerat morſus ſu
per hoc, non indiget curationibus alijs. Et comedunt
etiam porros, & cepas: & quidam cibãtur ranis deco-
ctis aſhidbagi. Et plus iuuamentum q̃ hoc, eſt theriaca
de viperis, quæ recens eſt ex ea proprie noua. Et ex eis
quæ conferũt etiam, eſt hoc medicamen. Medicamẽ
Vrnemeſuis, conferens morſui viperarum iuuamen-
tum mirabile. Rec. aniſi, & piperis, omnium ãã. ʒ. iiij.
& caſſiæ lignęæ, & corticis ariſtolochiæ rotundę, & ca
ſtorei, omnium ana drac. j. teratur, & conficiatur cum

rob, & fiant formæ ſimiles lupinis, & detur ex eo ſecũ-
dum quantitatem virtutis. Aliud ex libro Lucæ. ꝙ.
myrrhæ, & caſtorei, & ariſtolochiæ, & arſenici rubei,
& piperis, omnium ana drac. j. ſeminis anethi drac. j.
teraſ, & ꝓficiatur cũ careno, & detur ſm modũ primũ.

Deillis quos mordẽt reptilia hũtiavenenũ, & quos
pungũt ſm cõmunitatem. Cap. XXII.

QVi mordetur aut pũgitur a reptibilibus ha-
bentibus venenum, oportet vt ſugatur ſta-
tim, & ſit ille qui ſugit eũ ieiunus, qui non-
dum ſit cibatus; & colluat os in primis cum oleo roſa-
to & vino. Et poſt illud, ſi membrum eſt poſſibile, po-
natur ſuper membrum ventoſa in qua ſit flamma mul
ta, & ſcarificẽtur loca propinqua puncturę, & ſugant:
qd eſt qa venenũ ipſum attrahit cũ attractione ſangui-
nis, & ventoſitatis: flamma autem vt inflãmentur par
tes expanſæ, apertę, & adurantur. Et fortaſſe incidi tur
illud membrum punctum, ſi animal quod punxit, eſt
malignum, pernicioſum, ſicut diſpas, & eſt ſerpens qui
non audit, & ſerpens cornutus, & laboriosus, & vipe
ræ ſimiles iſtis, ſicut narrat Gale. optimus de vinitore,
quem mormordit viperaz vbi dixit, quia quum morſus
fuit aſpexit viperam, & cognouit eam, incidit digitum
ſuum morſum cum falcaſtro ſtatim, & euaſit ex timo-
re magno. Q, ſi feſtinat venenũ, & profluit in reliquũ
corpus, extrahemus ſanguinem ſtatim, & proprie ſi eſt
illic repletio: & detur poſt cibũ etiam alleum cum vi-
no forti duro, & bibant ipſum purum, vt eleuentur ex
ipſo vapores, & caliditates homogeneæ corporis, qui-
bus caleſhat corpus. Deinde ponãtur ſuper locum poſt
hoc emplaſtra, de proprietate quorũ eſt vt calefaciant,
& excorient, & vlcerẽt cutem, ſicut cinis caulium, aut
cinis lignorum ſici mixtus cum aceto, aut maſacunia,
aut aqua cineris & calcis. Et emplaſtretur cũ eo locus,
aut muri & cepę cũ ſauich, aut chir, aut pix calida mix
ta cum ſale gemma, aut cum kitran. Et confert etiam,
vt embrocetur locus cum aceto acetoſo calido, in quo
decoctum eſt calamentum fluuiale: & ponantur ſuper
locum punctum galli, aut galline habentes ventrẽ ſcif
ſum, aut aliud animal ꝑter has duas ſpecies ex animali
bus: Ipſæ enim extrahunt venenum, & ſedant dolo
rem. Et adminiſtrentur etiam emplaſtra conuenientia
ſicut emplaſtrum factum ex ſale & ſpuma maris, & em
plaſtrum factum ex cardamomo & alladhuroki, & eſt
plaſtrum quod generatur in circuitu cannæ in mari. Et ad
ſpuma quę generatur in circuitu cannæ in mari. Et ad
ſummũ curatur cum omni re calida forti. Et oportet,
vt ſumat in potu, quem pupugit animal venenoſum,
aut mormordit ipſum, ſi non peruenit nocumẽtum ad
profundum corporis, aquam altaraxacõ, & bdellium
iudaicum, aut ℥ columbũ filueſtrę magni corporis de-
coctum ℈ cum aceto ſquillæ quantitate aur. ij. cum vi-
no, aut ſanguine teſtudinis, aut caſtorei ℈ titate aur. ij.
cũ vio, aut baccis lauri, aut cãcros fluuiales aſſatos, aut
elixatos, aut theriacam viperæ, aut hanc theriacam.

Chir eſt res vi
ſcoſa, nigra,
fitis ꝑci liqui-
di, ſeſtatuit ex
terris Babilo
nię ſeu Mecce
in modũ fun
gi, ſicut aliꝭ
dicitur ad eũ.

A lia ſitera,
aut danualam
decoctam.

Theriaca ad animalia habẽtia venenum, & potũ me-
dicinarum pernecantium, & mordicationi ſcorpionũ
Rec. andruſie, & eſt alfalera, & opopanacis, & radicis
Iilij cœleſtis, & radicis ℄ meu, ℈ & zinziberis, omniũ
ana drac. iiij. ariſtolochiæ drac. v. thuris, & rutæ ſylue
ſtris, amborum ana drac. iij. farinæ keſne drac. ij. conſ
ciantur cũ aqua, & fiãt trochiſci, & detur ex eis aur. ß.
cum vino. Et confert etiam mũdificatio per ſudorem
cum rebus quæ mouent ipſum.

A lia ſitera,
maru.

Keſne, i deſt,
horobi.

De Phlegmone, & almeſſere, & igne perſico,
& variolis. Cap. XXIII.

QVando effunditur ad membrum aliquod
ſanguis multus, ita vt non capiant ipſum va
ſa eius, immo egrediatur ſimilis reſudationi
ad membra quę appropinquant ei, & ſequitur ipſum:
accidit tunc ſubito apoſtema ex vehementia repletio-

ranis decoctis
aſſidbagi. ſi ra
nis elixatis, &
ꝓparatis in
ſecundo cibo ex
pis.

nis; & continuatur cum hoc etiam extẽsio cutis totius, & dolor in membro cum pulsatione, & cõtrarietas tactui, scilicet quando tangit homo illud apostema, expellit tangentem, & apparent febris vehemens, & calidiras. Et hoc, quoniam cutis communicat in eo quo leduntur lacerti, qui sunt sub ea. Et hæc ægritudo nõ est nisi materia quæ generatur ex sanguine adusto, & fit propriẽ corporibus carnosis plus, quod est. Et est hic ægritudo alia, quæ generatur ex materia cholerica, & fit proprie in cute, scilicet hac extrinseca quæ est cooperimentum commune membrorum, & fit in velamine comprehendente vnumquodq; membrorum, quę sunt in profundo, quod est subtile, sicut pãniculus. Et sicut illa ęgritudo prima capit cum carne in aliqua parte cutis, similiter hæc ægritudo secunda accipit etiam cum cute ẽ aliqua parte carnis, quæ est sub ea, & nominatur hæc Mesſere. Aut cum vlceratione, & nominatur Ambulatiua corrosiua. Quum ergo humor faciẽs hanc ægritudinem est vehemẽtis crassitudinis, & acutiratis, tunc ipsa exoriat superficiem cutis extrinsecam, & post spatium perueniat vlceratio ad interiora cutis, & subsequitur; & ægritudo prima nominatur Phlegmon, scilicet apostema calidum. Quãdo ergo materia non est cholerica, neq; sanguinea, ponitur ægritudini nomen ex illo humore dominante in ea, donec fortasse nominamus apostema calidum Mesſere, & Almesſere apostema calidũ. Q. ẽ aliqs horũ duoꝝ nõ vicit, tunc ægritudo nõ datur nisi medio inter almesſere, & apa calidũ, qñ de ꝓportiate almesſere, & phlegmonis sunt cõbustio, & caliditas vehemẽs. Et differẽtia inter vtraq; ẽ, q; color rubeꝰ figit phlegmonẽ, & citrinitas figit almesſere, & similiter clarus & rarius ẽ, sigit almesſere, Et percussio vel pulsatio adhæret apostemati calido magno, quoniam illud peruenit vel consequitur vsq; ad profundum corporis: almesſere vero secundum plurimum fit in cute non in profundo, quoniam humor cholericus est subtilis substãtiæ; propter illud ergo currit cum facilitate vsq; ad cutem, & perstranſit partes carnosas, & remanet fixus in cute. Et hic est ęgritudo alia, quæ nominatur Eryſipilas, aut Variola, aut Ignis perſicus; & eius generatio est ex humore grosso ebulliente; & quandoq; incipit absq; veſicatione, & secundum plurimum veſicatur. Et qualitercunq; fit eius dispoſitio, ipsa incipit cum pruritu, & veſicatione quę continuatur cum ea. Et quando rumpuntur istæ veſicæ, remanet locus earum vlceratus. Et non accidit in membro, quando fricatur vehementi frictione, veſicata tantum, immo veſicæ multæ paruæ, sicut milium adustum, annexæ membro; & quando abrumpuntur istæ itęq; sequuntur eas vlcera super quæ sunt eſcharę, & eſcharę ipſę fortasſe sunt cineritię, & fortasſe sunt nigręę. Et est in carne contĩnẽte vlcus in oſ, cui accidit hęc ægritudo, inflãmatio vehemens. Et non est color eius similis almesſere, immo secundum plurimũ color eius est similis phlegmoni, sed est declinatus ad nigredinem valde, sicut quum miscetur cũ re multæ rubedinis res nigredinis paruæ, similiter fit color eius. Et causa propter quam fit color eius ita, est sanguis niger, grossus, acutus. Verũtamen ignis perſicus est, qui facit accidere in carne pustulas cum velocitate; & ille, qui fit in velamine, & nervis, moratur spatio temporis longo, donec fint phlegmon, & messere permixta. Et corrumpũtur loca, quæ sunt sub eis cum læsione; & in multis hominibus conuertitur res ad collectionem ſaniei, & in eis sunt, in quibus sequuntur febres.

De curatione phlegmonis.

Scias secundum plurimũ q; phlegmon accidit a causa primitiua, aut ex causa antecedente. (Nam de cõstitudine nostra est, vt nominemus primitiuã causam extrinsecus, sicut est percussio lapidis.) Si ergo hæc ægritudo est ex causa primitiua, sicut casus lapidis, & pcussio lanceę, aut res alia ex eis quę sunt illis ſimilia, & nõ estin corpore repletio, incipimus cum euacuatione humoris contenti in eo cum medicinis mollificatiuis, resolutiuis. Et si est in corpore repletio, incipimus euacuare ipsam. Et si est ex causa antecedẽte, scilicet ex materia, quæ currit ad membrum ex repletione contenta in corpore, tunc non oportet vt incipiamus cum medicinis mollificatiuis, resolutiuis, quoniam attrahunt ad membrum superfluitatem multam plus, q; illud quod resoluitur ex eo, neq; cum illis quæ refrenant & prohibent & exiccant etiam, vt non faciamus redire superfluitatem ad membra principalia, sed incipiamus cum extractione sanguinis, deĩde ponamus super membrũ post illud medicinas, de quarum proprietate est, vt refrenent & exiccent & reducant ipsum ad ęqualitatem, donec prohibeatur cum refrenatione sua materia currere, & cum exiccatione sua finire quod est aggregatũ in mẽbro, & cũ ęqlitate quã faciunt extinguere calidi tatẽ, & confricare ipsum membrum, donec fit ei possibile mundificare illud quod aggregatum est in ipso, & prohibere quod currit ad ipsum; sicut est emplaſtrum quod fit ex lemperuiua, & corticibus granatorũ, & sumach, & farina fauich hordei, quæ decoctã decoctione vltima cũ vino, & aceto permixto. Cum vino quidem, quando indigemus confortatione membri plusq; & cum aceto, quando volumus extinctionem plus. Q. si grauedinem faciunt emplaſtra super membrum, & nocent ei, facimus ei linimentum, sicut cum medicinis quibus est hæc eadẽ virtus; sicut sunt acatia, & sief memithę, & sandali rubei, & faufel trium confectum cum aqua ſolatri, & aqua virgæ paſtoris. Et quoniam huic ægritudini sunt principium, augmentum, & status, & declinatio, sicut reliquis egritudinibus, oportet vt incipiamus administrare medicinas faciẽtes, ſtypticitatem expellentes, quas diximus. Et in declinatione quãdo alleuiatur caliditas, & resoluitur illud quod est ĩ apostemate ex subtili, & remanet res grossa, curamus ipsum tunc cum medicinis resolutiuis. Sed in duabus horis medijs, scilicet augmento & ſtatu, oportet vt administremus medicinas compoſitas ex duabus speciebus simul, scilicet ex ſtypticis & resolutiuis. Veruntamen nos in principio & augmento multiplicamus ex medicinis faciẽtibus ſtypticitatem, & in declinatione & ſtatu ex resolutiuis plus. Secundum hanc intentionem ergo est curatio phlegmonis.

De Curatione almesſere.

Et almesſere etiam, si fit ex causa primitiua, indiget in principio medicinis quę mollificãt & euacuãt, sicut est emplaſtrũ factũ ex faria hordei. Et si ẽ ex causa ante cedẽte, tunc oportet vt euacuetur corpus cum medicamine soluẽte choleram citrinam; & si indiget phlebotomia, pręmittamus illam, & nõ tardamus ipsam; deinde infrigidamus membrũ infirmũ, qñ humor faciens ægritudinẽ nõ fortasſe nocet cũ ẽtitate sua, immo cũ qualitate sua etiã, qñ accidit ĩ eo inflãmatio vehemẽs; quare indiget tũc extrictione plus, q; indiget ea ĩ phlegmone. Et oportet vt ponatur terminus in infrigidatione eius, mutatio coloris eius. Medicinæ autem quibus oportet vt infrigidetur, sunt sicut ſolatrũ, & arnoglosſa, & portulaca, & ſemperuiua, & pſyllii, & lactuca, & rasura cucurbitę, & althahaleb, i. mulcus aquę, & cerotũ factũ cũ aqua vehemẽtis frigiditatis, & q̃ sunt illis ſimi liatis: cut opiũ, & mãdragora, & iusquiamus. Et fiat cerotũ ex cera alba, & oleo rosato, & modus eius. ℞. olei rosati triplũ cerę, aut quadruplũ eius: & fit oleũ ex oleo omphacino expresſo absque sale, & fundatur super ipsum aqua frigida paulatim vna vice post alią, per quãtitatem qua possibile est vt recipiatęam, donec rectificetur; & si misceatur pauca aceti, rectificat cerotũ.

Quum

Quum ergo sedatur inflammatio membri, tunc pone super ipsum, anteq̃ viride fiat, emplastrum ex farina hordei: ipsum enim est medicamẽtum magni iuuamẽti ad messere. Et in hac hora etiam (secundum q̃ dixerũt quidam, q̃ ipsi experti sunt ipsum) emplastrum ex farina hordei cum coriandro, est medicamen mirabile ad messere; & alij inceperũt cum eo, & fuit causa nocumenti magni accidentis super infirmum. Et dico sermonem vniuersalem, quia oportet vt ponantur super membrum medicinæ conuenientes ad expellendum illud quod currit, sicut res infrigidantes; & resoluatur illud quod aggregatum est, cum rebus quæ calefaciũt, & humectant cum æqualitate, anteq̃ viride fiat, aut denigretur membrum. Et oportet vt conseruetur linimẽtum humidum semper, & mutes ipsum mutatione cõtinua vice vna post aliam, & abluatur in primis: quod est, quia multitudo inflammationis membri vehemẽtis, propter illud quod eleuatur ex vaporibus cum velocitate & continuatione, exiccat linimẽtum. Et sicut almessere misceretur cum phlegmone multoties, similiter permiscetur cum eo trehel; & nominatur, quod cõmiscetur ex istis duobus, almessere coniuncta eum altrehel. Et similiter etiam, quando induratur, & infrigidatur, & difficilis fit eius resolutio, nominatur messere melancholicus. Et sicut omnes ægritudines compositæ indigent curationibus compositis, similiter fiat in hac ægritudine; & incipe propter cum eo, quod resistit ægritudini vincenti difficiliori ex eis. Et non oportet vt dimittas vel negligas illud quod facit fillo commixto cum eo. Hæc est via curationis almessere.

A itrehel est nume facticocreticacũ mollificatione.

¶ Curatio variolarum.

Alia litera, Curatio erysipilatis. Curatio autẽ erysipilatis in principio

Intentio in curatione variolarũ, in primis ꝺ̃ est euacuatio illius sanguinis grossi, melancholici, a quo generatur; & post illud oportet vt administretur curatio composita, quoniam inflammatio quæ accidit in membro, indiget medicinis infrigidãtibus, extinguẽtibus. Et propter grossitudinem humoris, & malitiam suę dispositionis, secundum quam est, non oportet vt fiat illud, vt non infrigideretur materia, & nocet membris, quę sunt in interioribus corporis. Et non oportet etiã vt dimittas ea currere, immo oportet vt ingenies medicinis, de proprietate quarum est, vt resoluant cum resolutione pauca, sicut emplastrũ quod fit ex arnoglossa, & lentibus decoctis, quando misceretur cum eo aliquid ex pane furni. Et oportet vt fit panis nõ mundus multi furfuritus quod est, quia mundi subſtãtia vere est grossior. Et oportet vt ponatur super vlcus ipsum aliquod ex medicinis fortibus, sicut medicamẽ pertinẽs ad andoron, aut medicamen pertinens ad fition, quando soluis vtrunq; cum aliquo potuum dulcium, sicut rob. Et conferunt etiam fiet menithæ cum aceto, aut arnoglossum solum, aut solatrum.

Alia litera, Curatio ignis per ſici. Intentio quidem i curatione ignis perſici primo,

De tumore, & inflatione, & apostemate melancholico. Cap. XXIIII.

QVando superfluitas quæ effunditur ad mẽbrũ, est phlegmatica, accidit apostema molle, & nominat Vdimia. Et quando humor qui currit ad membrum læsum, est vltimus in grossitudine & siccitate, accidit apostema lapideum, & nominatur Alchiros. Q. d. aggregatur ventositas inflatiua, stans, scilicet habens æstuationem in hora motus sub cute, aut sub panniculis continentibus ossa, aut sub pãniculis continentibus lacertos, nominatur illud apostema tunc Inflatio. Et fortasse aggregantur ventositates multæ multoties in ventre, & intestinis, & inter intestina & velamen nominatum Baritaron, quod est extensum super ventrem. Et differentia inter hanc inflationem, & apostema molle, est, quia nõ descendit sub digitis, quando premitur super ipsum, neq; remanent vestigia eorum in ipso, & est ei vox sicut vox tympani, & fortasse sentitur etiam quasi ventositas retenta in raritate concauitatis, quæ sentit, & hæc raritas fortasse est multa valde.

Curatio vdimie, & est eius intentio mollities.

Scias q̃ vdimia est apostema molle, cum quo non est dolor; & cura eius est secundum modum quem narro. Q. d. si est ex ventositate grossa, vaporosa, sicut illud q̃ accidit pedibus hydropicorũ, & eius qui habet phthisim, aut in malitia formę vehementi, non indiget multa curatione propria: quoniam multotiens est accidẽs sequens ægritudinem, quæ fit in corpore. Si ergo consequatur eam fastidium, tunc resolutio eius fit facilis, cum inuũctione ex aceto commixto cum oleo tantum, aut aliquãtulo salis. Q. d. si est ex humore phlegmatico currente ad membrum, incipiemus in curatione eius cum medicinis, de quarum proprietate est vt coarctẽt, & resoluant simul: quapropter fit antecessio in primis cum vaporatione cum spongia noua submersa in aceto permixto: q̃ est, quia spongiæ nouæ est vi tus resoluẽdi, quam acquisiuit ex aqua maris qua resoluit. Propter illud ergo si nõ habetur ex ea aliquid nouũ, oportet vt abluatur cum nitro & aqua cineris, donec aquirat virtutem spongiæ nouæ, & submergatur in aceto, quoniam aggregat & coarctat. Et oportet, si est apostema in principio, & corpus est humidum, vt fit acetum forte in complexione sua. Et si est iam administratum hoc, & non iuuat, & corpus est durum, tunc oportet vt sit propinquum puro. Et si stæ dispositiones sunt mediæ, tunc oportet vt acetum sit temperatum, sicut res quam possibile est homini bibere. Si autem ægritudo est chronica, administra illud de proprietate cuius est vt incidat & resoluat tantum, scilicet, cum oleis resoluentibus, & cum vaporatione, & pone spongiam infusam in aqua cineris. Et si est altrehel in manu autpede, pone spongiam desuper & alterã subtus: & fit illa quæ est subtus strictæ vehementer, & quæ est superius mollior, vt non recipiat membrum ipsum aliquid ex materia distemperatum.

Virtus spongię noue.

Qualiter præparatur spongia antiqua, vthabeat virtutem spongię noue.

De curatione inflationis.

In curatione autem inflationis quę accidit ex uento stratibus, oportet vt sit intẽtio tua communis, euacuatio eius quod egressum est a natura ex eo quod est retẽtum, in quocunq; mẽbro fuerit. Et sit intentio tua propria vt euacues illud cum medicinis subtilium partiũ, & quæ sunt fortioris caliditatis. Et quãdo remanet inflatio in ventre er in visceribus, tunc curatio eius est cũ oleo subtili in partibus suis, ex eo si quo decocta est ruta, aut quædam semina calefacientia, sicut cyminum, & petroselinum. Et fortasse ponitur super vmbilicum ventosa magna cum flamma multa absq; scalpellatione. Et si est inflatio in iuncturis aut in lacertis qui sunt sub cute, aut vno panniculorum continẽtium ossa, & non est cum ea dolor, tunc cura ipsam cum aliqua humiditatum subtilium cum mẽsura, sicut est aqua cineris quę nominatur satacara. Q. d. si est cum ea dolor, tũc oportet vt inungatur membrum cum oleo quod mollificat ipsam, deinde in fine administra emplastra lenietiua, & cerotum factum cum hyssopo ficca. Et oportet vt liquefiat cera & oleum anethinum, deinde pulueriz etur super illud hyssopus ficca postq̃ teritur & cribelatur cum orali, & administretur.

Curatio sephyros, & est apostema melãcholicũ.

Apostematis melãcholici sunt duę species, q̃ est qa dolor eius aut sentit cũ difficultate, aut nõ sentit. Illi vero q̃ nõ sentit, nõ est curabilis. Et ille cui⁹ difficilis est sensus, est ex eis q̃ curtur, sed cum difficultate vehemẽti, quia humor qui generat hanc ęgritudinem aut est viscosus aut grossus, aut sunt in eo ambę proprietates simul. Et propter illud est eius curatio cum medicinis lenientibus; & oportet vt sint calidę in ordine secundo

aut tertio, ꝙ est quia illæ quæ sunt vehementis caliditatis, resoluunt velociter illud quod est subtilius resolutione veloci. Illud autem quod est grossius, adurunt & in duritiem lapidis vertunt, donec nullo penitus resoluatur ingenio. Et oportet vt sit siccitas earum gradu primo, ꝙ est quia si ipsę sunt humidę non resoluūt, & si sunt vehementis siccitatis adurunt illud quod est grossę materiei, ponūt ipsum irresolubile. Et cum hoc etiam oportet vt sit in eis aliquid ex eo quod adhæret, & ex eo quod coarctat, sicut illud quod aggregat sanie donec nō resoluatur apostema resolutione multa, aut exiccatur & induratur. Et oportet vt sit vis cofsitas quæ coarctat, minor illa quę aggregat saniem; quoniā oportet vt euacuet. Et medicinæ quæ sunt fecundum hunc modum, sunt duorum generum, quòd est quia ex eis sunt leuiores & grossiores & humidiores, ficut medullę humidæ non salitę. Et earum melior est medulla cerui, quia est subtilior earum. Et postea medulla vitulorum, quoniam fequitur eam in subtilitate. Et adipes recentes non foliti sunt huius generis etiam, & ex istis adipibus sunt adipes auium. Et interū ex adipibus auium melior est adeps anatis, quoniam est subtilis val de non acutus. Et post ipsum est adeps galliną, quoniā est vehementioris siccitatis q̄ adeps anatis. Et melior adipum quadrupedum est adeps leonis, quoniam est subtilior eorum. Et post ipsum est adeps vrsi, & adeps afini fylueſtris: verūtamen est minoris subtilitatis. Et post ipsum adeps vaccarum, fed tamen est vehementio ris siccitatis, & ē grossus, terrestiris; & ficcior & acutior hoc, est adeps caprarum. Et ex medicinis adhibeantur quæ sunt pluris virtutis & subtilitatis & exiccantiosis, sicut ammoniacum, & duę ſpecies bdellij ſimul, & pro prie bdellium varium, quoniā est humidius. Et ex eis quæ currunt hoc curſu, est storax liquida. Et istæ medicinę quando sunt nouę recentes, sunt meliores, & oleū antiquum. Et quoniam ex membrorum in quibus fit hæc ægritudo, sunt quædam quæ sunt pluris resolutionis natura, & ex eis quę sunt vehementioris spissitudinis, tunc indigemus necessario in euacuatione eorum etiā ſpeciebus alijs medicinarū. Et propter illud dixit Gal. Quum ego medicatus fui ligamenta & chordas, in qui bus est apostema durum melancholicū, vidi ꝙ melius est vt misceatur cum medicinis lenificantibus, aliquid ex medicinis incidentibus. Et acutior medicinarum il larum & fortior earum est acetum, & propter illud vti mur eo multoties in curatione membrorum in quibus accidit apostema melancholicum, sicut narrabo ti bi post paululum in curatione chordarum & ligamen torum. V tere ergo ipso secundum hunc modum tigni lapidem cum igne, & extingue ipsum cum aceto. Et fit lapis, si postibile est, ille qui nominat marchasita, ipse enim est melior. Q. fi iste non inuenitur, tunc fit lapis molaris. Et postq̄ roratur super ipsum acetum, quando ex eo eleuantur vapores calidi, tūc moue chordam eius, aut ipsius ligamentum in quo est apostema durū, super illos vapores donec resoluantur superfluitates: & post hoc emplastretur cum medicamine leniēte. Et oportet vt effundatur super ipsam in principio ſuæ eurationis, & vſq; ad finem eius, embroca cū oleo & non cum aqua: & nō oportet vt fit in hoc oleo virtus faciēs ſtypticitatem penitus, immo ſit ſicut oleum de ſquinā to. Et fortaſſe decoquimus oleum in hora cum radice altheæ, & in hora cū radice cucumeris aſinini. Et oleū anethinū etiam est magni iuuamenti, & ſimiliter aliud ex eis quibus hæc virtus est ex oleis. Quum ergo leniri tur apostema durum cum æqualitate, tunc oportet vt resoluatur cum aceto forti ammonia cum pingue, & liniatur ſuper membrum diebus multis. Et curatio cum aceto etiam conueniens est, postq̄ prolongatur ægritudo. In principio autem eius, curetur membrum in primis cum medicinis leniētibus, quas diximus ante. Si ergo homo vtatur aceto cum æqual itate, & in hora in qua oportet, confert in hac ægritudine; quoniam incidit & resoluit humores grossos viscosos. Quum ergo perfranſis mensurā in administratione eiusab equa litate, aut in non hora sua, tunc ipsum quādo resoluit ex humoribus quod de eis est ſubtile, dimittit illud qđ remanet donec iduratur vt lapis, Et si vtatur eo homo ſpatio temporis, tunc ipsum nocet ſubſtantiæ neruorum. Quapropter non oportet vt sit multiplicatio administrationis medicinarum factarum cum aceto, in curatione chordarum & neruorum, neq; curetur cum eo in principio, neq; tempore longo. In curatione autem ſplenis, aut in partibus lacertorum carnoſorum, quando est in eis apostema melancholicum, administramus iſtas medicinas, non timentes ex eis aliquid. Q. est, quia ſunt rarę in natura ſua, neq; timetur vt rūpatur aliquid ex neruis per virtutem aceti. Hæc ergo in apostemate melancholico ſufficient.

Medulla cerui est ſubtilior aliis medullis

A deps anſū ſubtilior & nō acut⁹ ? adeps anatis,

A deps melior quadrupedū, est adeps leonum.

A cetum incidit & reſoluit humores groſſos.

Iuuamēta & nocumēta administrationis aceti in cura neruorum & chordarum. Multus vſus aceti nocet ſubſtātię neruoū & chordarum.

Comparatio bona.

De Cancris. Cap. XXV.

QVando peruenit humor melancholicus ad aliquod membrum, tūc si est paucusin quātitate ſua, & nō est acutus, accidit apostema quod nominatur Sephyros. Q. si in ipso est multitudo acuitatis, & est in membro aliquo mollis carnis & glandularum multarum, ſicut ſunt mamillæ, accidit cancer; quoniam de cōſuetudine huius egritudinis ſecundum plurimum est, vt accidat in iſtis partibus. Per hanc ergo cauſam plurimum fit in mamillis, & fit etiā in membris alijs, quorum natura est hæc. Quum ergo incipit ægritudo, tunc multi medicorum hæſitant in ea, ſicut in plantis quādo oriuntur ex terra: ꝙ est quia non cognoſcunt eas niſi qui ex agricolis sunt prudentes tantum: propter illud quando apparent in ea accidentia occulta decipiunt multos. Quum ergo integratur & completur & confirmatur, apparet in ea accidēs tia magna, apparentia, manifeſta vnicuiq; donec non sint occulta pueris. Et nominatur hęc egritudo cancer in quantum inflat membra quę cōſequitur hęc egritudo, & extenditur ſicut pedes cācrorum qui ſunt in fluminibus. Et quidam dixerunt ꝙ non nominatur hoc nomine, niſi propterea ꝙ ipſe tenetur cum mēbro val de, & non ſeparatur ab ipſo ſicut faciunt cancri. Et nō confert in eo extinctio, neq; forſitan reſoluitur neque obedit in euacuatione corporis, & alleuiat medicinas, neq; alleuiatur per medicinas debiles penitus quę porruntur ſuper ipſum, & vilipēdit eas, neq; curat de eis. Et medicinę in quibus est fortitudo excitant ipſum, vel, & medicinę fortes excitant ipſum. Quum ergo in cipit cancer, fortaſſe poſſibile est vt, phibeamus ipſum ab hoc vt magnificetur & augmentetur. Quum ergo completur & perficitur, tunc ſanatio eius est impoſſibilis in eo. Quapropter dum permanet cancer in incęptione, & volumus prohibere ipſum ad hoc vt magni ficetur, oportet ſtatim vt euacuemus humorem gęnerantem egritudinem, sicut est euacuatio ſanguinis: & poſt illud, ſi poſſumus, oportet vt prohibeamus hunc humorem aggregari in venis. Et si eius euacuatio non est poſſibilis, tunc oportet vt cōfortetur membrū ſem per, vt non effundatur ad ipſum aliquid ex ſuperfluitatibus humorum, & donec poſſit expellere ſuperfluitates quę effunduntur ad ipſum. Et fiat euacuatio cū aliqua medicinarum ſimplicium, de proprietate quarum est vt faciat illud, ſicut epithymum quando accipiun tur ex eo aur. iiij. cum aqua caſei. Et non oportet vt sis contentus euacuatione vice vna, immo multotiens. Quum autem mundificaueris corpus mundificatione ſufficiente, tunc intēde ad reſolutionem. Quum ergo euacuatio est parua, tunc oportet vt fit medicamen qđ administras, permixtū ex virtute reſolutiua, & virtute expulſiua,

Iuuamēta aceti ſuper la pidem ignitū in cura apoſtematum duorum ſuper chordas.

Oleum ſquinanti.

expulsiua, & fluytica; & elige ex medicinis illam quæ est temperata in virtute, vt non vincatur propter debi litatem suam, & non ingrosset sanguinem veheméter propter vehementiam suæ operationis. Et est necesse cum hoc etiam vt medicinæ non sint mordicatiuæ penitus, q̃ est quia de cõsuetudine huius ægritudinis ma le est vt excitetur ex medicinis mordicatiuis. Quapropter oportet vt administres ei ea medicinas temperatas in virtute absq; mordicationeipsę enim conferunt ei. Et est materia harum medicinarum ex medicinis quæ ex minera fodiuntur ablutis. Q. si tu præsumis in hora, & vis curationem cancri cum ferro, tunc incipe in primis cum euacuatione humoris melancholici. Quũ ergo incidis cancrum, tũc radicitus abscinde illud membrum totũ, donec non remaneat ex eo neq; radix vna, & dimitte sanguinem currere ex ea, & non prohibeas ipsum prohibitione vehementi, & occulta venas quæ sunt ẽ circuitu eius, donec exprimatur sanguis grossus qui est in eis: & cura vlcus post illud sicut curas reliqua vlcera. Et si vlcerantur cancri ipsi, tunc cõfert eis absq; nocumento, quando ponitur super locum læsum emplastrum ex aqua solati, quando infunditur in ea pannus lini duplicatus: & oportet vt ponas eũ super ipsum & pone super eum lanam lenem infusam cum illo emplastro etiam: & stude vt non exiccetur, ita vt fundas su per ipsum ex succo solatri cum continuatione. Et iuua tur etiam cum emplastro facto ex thucia. Et cancri qui dem qui sunt in interioribus corporis, & sunt occulti, antiquus Hippocrates glorioſus innuit ne curentur: nam curatio excitat eos, vel furerefacit, & est causa perditionis infirmi. Et iste est sermo eius in tractatu. vj. libri aphorismorum. Illis quibus accidunt cancri occulti, oportet ne curentur, q̃ est quia quãdo curantur, properat perditio: & quando non curantur, remanent tẽpore longo: quoniam curatio stimulat eos, & est causa perditionis velociter. Et oportet etiam vt sis sollicitus de cibo, donec sit laudabilis, bonorum chymorum, frigidus, sicut hordeum excorticatũ, & pisces alradradi, & lac ex quo extractum est butyrum, & attriplex, & spinachia, & quæ sunt illis similia. Nam si ipsi reguntur regimine alio præter hoc, tunc cibi generant quod est loco eius quod mundificatum est cum medicinis, & remanet ęgritudo cum dispositione sua, præter qd addatur neq; minuatur.

De Scrofulis. Cap. XXVI.

SCias q̃ scrofulæ sunt caro glandulosa quę in dura tur, & eius intentio est q̃ fit melãcholica, & fiunt plurimum in collo, & in subascellis, & in emũctoriis. Curatio autem ipsius ægritudinis est ea qua curatur apostema melancholicum, quod fit in reliquis mẽbris. Quod autem exigit natura membri, est q̃ oportet vt addatur in curatione eius quod confert ægritudini & confert membro læso, quod non destruitur cum eõ sumptione ægritudinis etiam. Et non destruitur nisi quando abscinditur totum locum apostemosum cum perforatione, & quando putrefacimus ipsum cum medicinis acutis. Et est rectũ vt ponatur super ipsum proprie farina lupinorum confecta cũ fecanziabin, aut ster cus vaccinum decoctum cum aceto: hoc enim resoluit omnia apostemata dura melancholica. Et ex eis quę resoluunt scrofulas, est emplastrum factum cum mucilaginibus, quod nominatur diachylon. Et cõfert etiam emplastrum quod dicitur emplastrum apostolorum, & facit operationem bonam hoc medicamen etiam, & est modus eius vt sumantur radices caulium combustarum, & sumatur pix, & liquefiat supra prunas. Quũ ergo resoluitur, pulueriza super eam caules quos com bussisti, & tere eos, & confice ipsos, & emplastra eũ eo.

De Gibbositate. Cap. XXVII.

GIbbositas fit aut ex causa quæ accidit exterius, sicut est percussio, aut casus, aut impulsio; aut ex causa intrinseca, sicut sunt exituræ quę egrediũtur in osile dorsi aut intrinseca & extrinseca. Et omnes sunt ex viscositate viscosa quæ infunditur in ligamenta spondilium, donec expellit eas, & extrahit ipsas: & fit ex vẽtositate grossa q̃ retinet sub spõdilibꝰ donec expellit eas, & faciteas exire. Et curatio eius quæ est ex causa, aut percussione, aut obuiatione, est cum restauratione & ligamentis iuuatiuis quæ conferũt ei, & cum emplastris conferentibus quæ ego narrabo. Illa autẽ quę fit ex exitura spõdilis dorsi, curatur cum curatione causarum quæ faciunt exire ipsum. Et illa quę est ex humiditate quæ facit lubricare spondiles, est cum medicinis calefactentibus, exiccantibus, sicut sunt pilulæ de feitarag', & potus decoctionis radicum cum hiera piscra. Et illa quæ fit ex ventositatibus grossis, quæ tenentur sub spondilibus, curatio eius est cum potu pilularũ de serapino, & potu olei de kerua cũ decoctione aquæ radicum & seminum calefactentium, subtiliantium.

Et confert iuuamentum magnum hoc medicamen proprie, quod Gabrielis est ad gibbositatem, Rec. acori, & spicæ, & asari, & masticis, & cinnamomi, omniũ ana drach. v. myrrhæ drac. x. zedoariæ. doronici, omnium ana drac. iij. seminis apij, & seminis harmel, amborum ana drac. iij. teratur & conficiatur cum melle: dosis eius est drac. j. cum aqua calida, aut lactis asinini tertia libræ. Summa est. x. Emplastrum ad gibbositatem accidentem a ventositatibus. Rec. storacis siccę, & storacis liquidæ, omnium ana drach. viij. costi, calami aromatici, abel, omnium ana vnc. ß. euphorbij. 3. j. cerę vnc. j. olei nardini, & est de spica, quantum necesse est: misceatur & administretur, Summa est. v. Aut decoquatur myrthus, & acorus, & terantur & emplastretur locus. Aut emplastretur locus cum theriaca diatessaron. Si autem non confert curatio cum medicinis, tũc oportet vt administretur cauterium quod exicat humiditatem, & confortat membrum, & stringit ipsum, & prohibet viam per quam humiditas est præparata ad currendum, (vel secundum aliam literam, & prohibet viam per quã spõdiles sunt ẽparati ad exitũ.)

De Præfocatione matricis. Cap. XXVIII.

SCias q̃ præfocatio matricis est alcensus eius ad superiora donec ponit membra proprie principalia læsa, sicut sunt arteriæ quę nominantur parotidesq; & earum intentio est ꝛ separatę, ꝛ & sicut cor & panniculus tegens cerebrum, qui nominatur meninx, & intentio eius est retet; & plurimum quidem accidit hęc ęgritudo mulieribus viduis, & illis quarum menstrua absciduntur. Euentus igitur eius nõ est nisi ex abscissione spermatis, & ex abscissione menstruorum: verũtamen ego vidi eam secundum plurimum accidere viduis, quamuis non abscissa essent earum menstrua; & non vidi eam accidere habentibus viros, quamuis abscissa essent earum mẽstrua. Signi ficat ergo nobis hoc, q̃ euentus eius est ex abscissione spermatis proprie: qđ est quia menstrua quamuis faciant accidere accidentia multa, scilicet ęgritudines melãcholicas, & Syncopim, & nauseam, & constrictionem anhelitus, & accidentia alia multa: veruntamen non est de proprietate eorum vt faciant accidere abscissionem anhelitus, sicut est de abscissione spermatis. Et sicut spermati est virtus magni iuuamenti natura, quod est quia est adiuuans ad remanendum genus per assiduationem prolis: similiter si egreditur est a natura, est ei virtus magna ẽ malitia, & consequuntur illam cui aduenit illud quando appropinquat hora paroxismi, debilitas ꝓfili, & pigritia, & corruptio cogitationis, & debilitas cruium, & citrini tas faciei, Quum ergo firmatur ęgritudo, facit accidere

A lia littera, nota fu 14 nusq;

Abscisso spermatis inducit maiora accidentia q̃ abscisso menstruorum.

subeth, & permixtionem & destructionem sensuum, & destructionem vocis, & spasmum crurium, & rubedinem duarum maxillarum. Et quãdo appropinquat hora resolutionis ægritudinis & mollificatio, incipit properare humiditas quædam ad partes recipientis, quę sentitur tactu, deinde saliunt intellectus earum, & redeunt sensus ipsarum: quod est quia hæc ægritudo mouetur in periodis quibusdam, sicut epilepsia, & est alsara. Oportet ergo apud æstuationem huius ægritudinis vt stringantur pedes cum ligamentis fortibus, & fricẽtur pedes fricatione forti, cum coxis & emunctoriis: & oportet vt approximentur naribus res fœtidi odoris, sicut sunt capilli adusti, aut licinium lampadis extinctũ, aut castoreum, aut kittã, aut lana combusta, aut galbanum solutum cum aceto, aut alleum, aut calamẽthum, & alia ex rebus calidis, acutis, subtilitatiuis, incidẽtibus humores grossos permixtos cum cerebro: & q̃ calefacit malitiam complexionis frigidæ vincentis. Et curetur matrix ab inferioribus, ita vt ponat̃ super os illius illud cui est odor bon⁹, delectabilis, & mollificetur, & calefiat cũ eo de cuius ꝓprietate ẽ vt ꝓfortet & resoluat vẽtositates, sicut medicamẽ q̃d dr̃ medicamẽ de noue ſpẽbus, & muschus, & ambra, & oleũ de ben, & q̃ sunt illis similia, cum reliquis emplastris quę leniũt duritiẽ sicut emplastrum alcolochymon, & emplastrum Phylagrius, & satratimedon, quando soluuntur cum oleo chamæmellino, aut oleo de lilio, aut oleo de calamento, aut oleo rutaceo, aut vno ex oleis lenificantibus bonoris. Quod est quia nos præmittimus ista ad os matricis, donec moueant eam ad inferiora, quoniam matrix declinat ad odores aromaticos, & nocet eilud cui non est odor aromaticus: propter illud admini ſtramus in conuerſione matricis ad ſuperiora, olfactũ odorum fœtidorũ, vt ex eo refugiat matrix ab illis partibus ad inferiora; & appropinquamus ad os matricis omne quod est boni odoris, vt declinet matrix ad inferiora. Si autem dixerit aliqui, si matrix letatur ex odoribus, & facit eam fugere odor fœtidus, tunc oportet vt matrici fit virtus olfaciendi; & si res est secundum hoc tunc matrix est animal, & necessario nominauit eam Plato animal. Respondebimus illis q̃ matrix delectatur rebus bonis, non q̃ ipsa sit animal, immo quoniã est ei proprietas naturalis, sicut hepati & spleni est proprietas naturalis vt declinẽt ad res dulces, quamuis nõ sit in eis virtꝰ; virtus gustus; similiter etiam matrix secundum hanc ſemitam delectatur istis rebus bonis. Et cõferunt illis ventosæ abſq; scarificatione, quæ ponũntur super duo emunctoria, & mirach, cum flãma ignis multa. Quum ergo prolongatur paroxismus, confert et illud quod resoluit ventositates, quãdo ſupponitur in ano, ſicut cyminum, & ruta, & nitrum cũ melle decocto. Et oportet etiam vt euacuetur ſtercus cum clyſtere, vt non coarctẽt per propinquitatem ſuam, ex ea. Et præcipimus obſtetrici vt inungat os matricis cum digitis ſuis, qui ſint ſubmerſi in quibuſdam oleis aromatizatis; quod est quia ſperma calefit cum huiuſmodi commotionibus & motibus & deſcendit. Q̃ ſi deficiunt intellectus earum, vocabimus eas nominibus ſuis voce alta; & facimus eas odorare medicinas facientes ſternutare, ſicut caſtoreum, & condiſi, & piper, & ariſtolochia, & q̃ sunt illis ſimilia. Quum ergo quie ſcit firmitas a periodo, cogimus infirmam vomere, & ſeruamus eas a cibo: aut cibam̃ eas re parua, Et ſedeãt in tina in cuius aqua decocta ſint ſolia lauri, & calamẽthum, & buchor ma- iem, & ſuafera, & amaracũ, & camomilla, & radix altheæ, & radix lilij, & centaurea, & quæ sunt illis ſimilia. Et ponatur ſuper caput hora ſeſſionis tina, oleum roſatum purum cum aceto, in quo decocta ſint ruta, & folia lauri, & aliquid caſtorei. Et mundiſcentur corpora eorum poſt diem. vij. cum hie ra, & theodoriton etiam; & poſt mundificationem ſufficientem confert potus caſtorei aſſidue cum decoctione ſuaſera, & in hora cum aqua mellis. Quod eſt, quia in curatione multarum mulierum ab hac ægritudine, ſufficit id quod narrauimus ſolum, donec ſanentur ſanatione integra completa. Et oportet vt ſit potus illius ſemper cum aceto ſiquillitico: ipſum enim efficit ſi hæc ægritudine operationem mirabilem. Et ex eis quæ faciunt operationem fortem, eſt confectio quæ nomina tur diamarie, quando accipitur ex ea unc. j. cum aqua almazmacur, aut cũ aq̃ ſuafera, aut cum aqua in qua decocta ſunt quæ exiccant ſperma, & faciunt deſcendere ſanguinem menſtruum: ſicut ſunt agnus caſtus, & ſolia rutæ ſicca, & aſſedenegi. Et ſi inuenis agnum caſtum humidum, da medicamentum cum ſucco eius. Et confert iuuamentum manifeſtum confectio perfica nomi nata cha chenegi, quando aſſumitur cum aqua aniſi, & ſpicæ, & maſticis, & fœnugræci, & ficuum alhaſceh, & anethi, & quæ ſunt ſimilia illis. Et cõfert etiam oleum de ketua, quãdo bibitur cum decoctione radicis apij, & fœniculi, & ſquinanti, & ſuafera, & aniſi, & ſpicæ, & maſticis, & fœnugræci, & haſceeh, & ficuum. Et ex eis quæ conferunt iuuamentum magnum præfocationi matricis eſt pondus drach. j. opopanacis cum duobus danich ex caſtoreo cum vino aut careno forti. Et illarum cũ quibus prolongat hæc ægritudo, ponatur principium curationis extractio ſanguinis ex vena quæ eſt ſupra calcaneum, & proprie cui accidit hæc ægritudo ex retentione menſtuorum, & eſt corpus ei repletum, & virtus eius locata, id eſt, fortis: & poſt illud munden tur corpora earum cum hiera ſacta ex pulpa coloquintidis. Et cõfert etiam hiera quæ nominatur picra, quãdo das ex ea pondus drac. j. confectæ cum melle, & diſſoluta cum aqua in qua decocta ſunt ruta & anethum. Q̃ ſi non quieſcit hæc ægritudo cũ iſtis rebus, tũc ponẽ ſuper matricem & duo inguina emplaſtrum factum ex ſeminibus, & emplaſtrũ factum ex lauro; & emplaſtra duas coxas, & pedes, & ilia, & anchas, & pectinem cum emplaſtro quod ſit ex euphorbio, & pyrethro, & ſpuma quæ aggregatur in circuitu canꝛ in mari, & pipere. Q̃ ſi ægritudo non obedit cũ iſtis curationibus, tũc oportet vt ſteres adminiſtrationem earum multotiens, donec reſoluatur ægritudo violenter, & adminiſtretur in hora poſt horam etiam clyſter qui ſit cũ aq̃, in qua decocta ſunt camomilla, & melilotum, & anethum, & quæ ſunt illis ſimilia. Et confert iuuamẽtum non paruum pannus lini, ſuper quẽ ſunt aliqua ex me dicinis lenientibus, calefacientibus, & oleum, & ſuſponitur ſecundum q̃ narrabo tibi in ſequentibus. Et peſſarium ex lana carminata inuoluta ſicut ſphæra, aut ſecundum figuram digiti, & cum eo præmittuntur medicinæ ad matricem. Et ſi euenit hæc ægritudo mulieri quæ eſt prægnans, tunc nõ oportet vt adminiſtretur phlebotomia, neq; ventris ſolutio, immo contenti sumus tunc inunctione cum oleo accepto ex oleis caleſactientibus, reſoluentibus, ſicut eſt oleum de lilio, & de ben, & quæ ſunt illis ſimilia. Et ad vltimum dico ſermonem abſcindentem, quia oportet vt curentur mulieres quibus accidit hæc ægritudo, & non ſunt prægnantes, ſecundum quãtitatem complexionis earum, & humiditatis corporis earum, & ſiccitatis earum. Nã illas ex eis quarum corpus eſt lene, album, humidum, curamus cum medicinis debilibus: & illas quæ ex eis ſunt ſecundum contrarium illius, donec fiat corpus ſicca, neruoſa, curantur cum medicinis fortibus: & ſecundum hunc modum curantur vetulæ, & illæ quæ ſentiunt inflationem, ex ventoſitatibus inflatiuis, cum eis quæ reſoluunt ventoſitates; & illis quæ ſentiũt grauitatem, dantur res quę incidunt & ſubtiliant: & illę quæ ſentiunt acuitatem, curantur cum rebus quibus eſt

Vtrum matrix ſitatial ex eo q̃ mouetur ſuus odorifera, & fugiat a fœtidis. Quaſi matrix de ceſtatur ab odoribus bonis, & fugit ab odoribus fœtidis.

Vẽtoſe ſuper inguina & ſuper mirach.

Suafera & ſpecies chaſſim, ſeu abrotani

Iuuamẽtum ꝓpr. aceti ſqſ fœtidi.

Haſceeh, idem tribuli.

phlebotomia & ſolutio vẽtris non conuenit prægnãtibus quę patiuntur præfocationem. Mulieres abq debilitate, curantur cũ medicinis debilibus & alię mulieres curantur cũ medicinis ſortibus.

est virtus extinctiua. Q. si accidit matricibus earum
spasmus, aut apostema, tunc oportet vt curentur cum
eis quæ conueniunt speciei illius egritudinis, ex rebus
conuenientibus ad præfocationem matricis, & sunt si
cut illud. Rec. pinguedinis anatis vnc. iij, & pinguedi
nis gallinæ vnc. iij, ceræ bonæ vnc. vj, croci, & spicæ,
& amomi, & masticis, omnium ana vnc. j, olei balsami,
& olei lilij cœlestis, amborum ana vnc. iij, terantur sic
ca, & liquefiant humida, & misceatur omnia. & admi
nistretur ex eo in pessarijs. Pessarium aliud: Rec. ce
ræ albæ colatæ vnc. iij, pinguedinis anseris, & gummi
amygdalarum, omnium ana vnc. vj, masticis, & stora
cis liquidæ, omnium ana vnc. iij, olei de spica vnc. vj,
croci aur. iij. misceantur & administretur in pessarijs.

Aliud nobile iuuatium expertum. Recipe storacis
vnc. iij, thuris, & piperis, amborum ana vnc. ſ. & f. ce
ræ albæ vnc. vij, pinguedinis anatis, & pinguedinis an
seris, ana drac. iij, pinguedinis gallinæ vnc. iij, olei bal
sami, & olei lilij albi, & olei lilij cœlestis, & olei spicæ,
oſuꝫ ℈titatē necessitatis. Si aũt vis vt sit fortius, tũc ad
de in eo cordumeni vnc. iij, & seminis vrticæ aur. iij.
misceatur & administretur. Oleum quo fit inunctio
ad dolorem matricis. Rec. olei sisamini lib. x. seminis
agnicasti vnc. v. rutæ, & cassiæ lignæ, omnium ana
vnc. iiij, terantur medicinæ cõtritione grossa, & proij
ciantur super oleum, & suspendatur in sole in hora or
tus assare alhaabor. i. canis, xl. diebus, deinde adminis
tretur post illud, & inungantur cum eo pedes & ma
nus & coxæ & inguina & ilia. Siautē non est hoc oleũ
præparatum, tunc decoque in hora qua vis medicinas
quas diximus super prunas, quibus nõ sit fumus, in va
se duplici, & administra illud. Si autē vis facere ipsum
fortius, adde in ipso euphorbiũ, & castoreũ, & adraki,
idest, butyrum vaccinum, & piper, & pyrethrum, aut
baccas lauri, & mensura quantitatem cuiuſcꝫ earum se
cundum horam præsentem ex horis anni, & comple
xionem infirmi, & speciē ægritudinis. Aliud quod
lenit, & calefacit, & cõuenit ad præfocationem matri
cis. Rec. alchalimbat, & olei masticis, spicę, & olei lau
ri, omnium ana vnc. v. olei lilij cœlestis, & anethi, om
nium ana lib. j, & sedenegi, & adraki, & pyrethri, om
nium ana vnc. iij, piperis, & melilоti, & cassiæ lignęę,
& nigellæ, & calamenti campestris aut fluuialis, oium
ana vnc. j, terãtur medicinæ siccæ sicut puluis, & lique
fiat alch cum oleo, & misceantur omnia, & inungan
tur cum eo almirach, & quod est sub vmbilico, & emũ
ctoria, & anchæ, & pedes.

De Apostemate matricis. Cap. XXIX.

SCias cp apostema accidit in matrice propter caus
sas multas, scilicet ex percussione, ex casu, ex rete
tione menstruorum, & ex repletione, & ex frigo
re vehementi, quando non ℈ resoluitur, ℈ & inspissa
tur locus, & apostematur, & ingrossatur ex inflatione.
Et fortasse accidit ex aborsu post partum, quando ob
stetrix facit laborare mulierem. Et quãdocp apostema
tur matrix etiam ex multitudine coitus, quando est su
pra mensuram egredientē ab æqualitate. Et sequitur
apostemata matricis, febris acuta, & soda, & tremor,
& dolent radices oculorum, & spasmus neruorum &
digitorum & colli, & dolor vuluæ. Q. si phlegmone
ipsa est debilis, non est dolor matricis vehemens. Et si
apostema est magnum, tunc matrix tota dolet, & senti
tur ea percussio. Et si apostematur ex ea pars vna, sen
titur dolor in illa parte. Et si apostema est in partibus
posterneis eius, est dolor in dorso, & retinetur stercus
per coarctationem intestini recti. Et si apostemantur
partes eius anteriores, est dolor in ilijs, & sequitur di
stillatio vrinæ, & difficultas eius: quoniam vesica ipsa
coarctatur ex apostemate. Et quando apostemantur la
tera matricis, extenduntꝰ inguina, & grauantꝰ ℈ coxę. ℈

A ſia littera, rarificatur.

A ſia littera, duos cinxa.

Et quando apostematur concauitas matricis, est dolor
in vmbilico. Et quando apostematur os eius, tunc pa
tes eius postremæ etiam dolent dolore vehementi: &
quando tangitur digitis, inuenitur orificium eius dus
rum, lapideum. Quum ergo magnificatur apostema &
additur, sequuntur ipsum febres acutę, & dolor stoma
chi, & inflatio almirach, & consequitur illud flamma
magna, & grauitas pectinis & inguinum & genuum,
& sudor, & horripilatio, & pulsus arteriarum fit pa
uus frequens, & angustia & retentio ventositatum, &
prohibitio vrinæ & stercoris. Quum ergo prolongan
tur ista accidentia, sequitur etiam syncopis. Quum er
go incipimus cum extractione sanguinis incipimus cũ
phlebotomia venæ, si non prohibet ab illo aliquid, &
phlebotomamus in primis basilicam ascellarem, vt at
trahat materia ad superiora. Et si remanet in fine eius
refiduum, phlebotomamus venam quæ appropiquat
loco, scilicet quæ est supra calcaneum. Et post illud si
virtus est remanens, administramus medicamen solus
tiuum. Et post ℈ mũdificatur corpus mundificatione
sufficiẽti, facimus emplastrum matrici cum emplastris
quæ expellunt & refrenant in inceptione egritudinis.
In statu vero eius & ipsius vehementia, tunc misceimus
cum medicinis quæ refrenant & expellunt res, in qui
bus est aliquid virtutis fedatiuę. Et in declinatione no
centurnus illa quæ resoluunt tantum, secundum
descriptionem communem de apostematibus calidis
generatis ex sanguine. Et maior pars medicinarũ quæ
refrenãt & expellunt & stypticitatem faciunt, sunt ros
sæ, & lentes excorticatæ, & cortices granatorum, & ar
nogloſſa, ℈ & cimæ vitis, ℈ & solatrum, & endiuia, &
pſyllium, & semen portulacę, & fructus rhamni, & vir
ga pastoris, & semper viua, & alchahaleb, & rasura cus
curbitæ, & farina hordei, & quę sunt illis similia. Et in
statu & vehementia egritudinis, nos miscemus cũ istis
medicinis ea quæ refoluunt, sicut fœnũgręcum, & al
thea, & camomilla, & melilotum, & anethum, & cro
cus, & puluis molendini, & quę sunt illis similia. Et in
declinatione apostematis permutamus secundum or
dinem ad illud quod calefacit & resoluit plus, & quod
conuenit apostematibus frigidis, sicut sunt ammonia
cum, & bdellium, & storax, & galbanum, & cera, & al
kalimbat, & pinguedines, & medullæ omnes, & olea
calida quæ resoluunt & alleuiant & subtiliant. Q. si
apostema non resoluitur, & peruenit ad aggregationẽ
saniei, maturamus ipsum cum istis eisdem medicinis
quas diximus, & adiungimus ad eas quod est vehemẽ
tioris caliditatis ℈ ipsæ. Quum ergo prolongatur col
lectio saniei, confert in velocitate maturationis eius,
emplastrum quod fit cum fœnugræco, & farina tritici
decocta cum aqua ficuũ, & misceatur cum eo aliquid
ex fimo columbino: & administretur assidue pessarũ
factum cum alkalimbar, & myrrha, & hyssopo, & bu
tyro. Quum ergo erumpit sanies, si effusio eius est ad
veficam, administra potum lactis, & pſyllium, & semẽ
portulacæ, & semen batekæ, & dragacantum, & amy
lum, & zuccharum. Et si erumpit sanies versus intesti
num rectum, clysteriza infirmam ex decoctione lentiũ
cum rosis & balaustijs & rizi perfici, & quæ sunt illis
similia. Et si erumpit versus recipiens, & sanies est spis
sa, clysteriza cum oleo rosato, & emplastro basilicon
facto cum. iij, medicinis, & butyro vaccino recenti.
Et si sanies est subtilis fœtidi odoris, facias clysterẽ ex
eo in quo est stypticitas plus. Et si est coarctatio apoſte
matis in orificio matricis, & non erumpit per medici
nas subtiliatiuas quæ ponuntur super ipsum, perfora
mus ipsum post subtiliationem & attenuationem cor
poris mẽbri in quo est sanies, cum ferro, & mundifica
mus saniem cum medicinis cõuenientibus. Lana in
suppositorio ℈ resoluit apostemata matricis, & sedat
dolorem:

A ſia littera, & flores vitis.

dolorem. Infundatur fœnumgræcum, & abluatur tribus vicibus, deinde coquatur decoctione bona, & exprahatur ex eo muccillago ipsius cum panno mundo, & fundatur super ipsam pinguedo anatis, aut pinguedo gallinæ, & liquefiat super prunas, & deponat ab igne. Quum ergo infrigidatur pinguedo, lini seu permisce ipsa cum manu tua, aut in mortario lenitate bona, & administretur cum lana facta in modum suppositorij & submersa in oleo rosato. Aliud: Decoquatur papauer cum vino cocto donec decoquatur, & confricetur & extrahatur aqua eius, & dissoluatur in illa aq̃ ℥ medulla cerui, ℥ ß vituli, & adeps anseris & gallinæ, & permisceatur bene, & administret i pessario. Aliud: Rec. fœnugræci contriti aur. iiij. decoquantur cum carneo aut rob vuæ donec resoluatur, deinde liquefiant gummi amygdalarum, & pinguedines anseris, omnium ana aure. iiij. & olei rosati vnc. j. in vase duplici, & misceatur omnia, & administretur cum pessario facto ex ireos. Aliud ad apostemata grauia vel dura, & attrahit somnum: Sumantur ex papauere. iij. kist, & infundantur in tribus vnc. carenidie & nocte, & decoquantur donec fiat dicocta, & exprimatur papauer, & proij ciatur super expressionem eius, myrrhę, thuris, & opij omnium ana drach. j, & cassiæ ligneæ contritæ pōdus drach. iij. cerebri cerui, & pinguedinis ℥ anatis, ℥ omnium ana drach. iiij. olei rosati quantum necesse est: & dissoluatur illud quod mixtum est cum careno in quo decoctum est papauer, cum oleo, & misceatur omnia, & administretur cum lana in modum suppositorij tepida. Aliud ad apostemata matricis: Sumantur fuscus lilij, ß pinguedo anseris, & oleū rosarum: misceantur omnia, & administretur cum lana. Aliud ad dolores matricis difficiles: Sumantur papauer nigrum, & album, & decoquantur cum vino, & teratur mulrum, & misceantur cum eis rosæ siccę, & croci, tritorum pōdus drach. j, & conficiantur cum vino, & oleo rosato, & cera, & administretur cum lana. Aliud ad dolorē matricis cum stomacho. Reci. rosarū siccarū drac. iiij. seminis lactucæ, & amyli, omnium ana drach. j. croci drach. ij. teratur, & cribelletur, & conficiatur cum vino, & oleo rosato, & lactę asnino, & administretur cū lana. Aliud ad apostemata dura, & lenit lenitate multa valde. V nęæ infundantur in aqua, & exprimantur & teratur pars panis infusa in syrupo mellis, vel vino & teratur pars panis infusa in syrupo basilicon, & aliquid ex emplastro diachylon, & ex oleo de spica, & pinguedine gallinæ vel anatis, cum æqualitate; & liquefiant in vase duplici, & aggregentur, & terantur, & inuoluatur super lanam, & administretur calidum. Et quidam ponunt loco panis, fermentum vehementis fermentationis, & in eo est sal. Aliud conueniens ad apostemata, & inclinationem matricis. Recip. vitelli ouisassati drach. vj. ℥ cerebri cerui ℥ drac. iiij. croci, & hyssopi, ofum ana. ʒ. ij. cerę, & alkalimbat, & pinguedinis anatis, omnium añ. drac. j. vini dulcis, & olei de spica, quātum necesse est; liquefiant, & misceātur omnia, & administretur. Aliud ad illud qđ diximus ex ęgritudinibus. ℞. pinguedinis anseris, & pīguedis porci, oleum añ. ℥. ij. ceroti facti cū oleo rosa. aut oleo de lilio ℥. iiij. vitelli oui ℥ assati ℥ vnc. j. cerę vnc. j. myrrhę vnc. iiij. opij pondus drach. j. misceatur totum, & administretur cum lana. Aliud. Rec. ceræ drach. vj. pinguedinis anseris vnc. iij. pinguedinis porci, & alkalimbat, omnium ana pondus drac. vj. diacodion, & est electuarium de papauere spissum simile melli drac. iiij. oleo rosati quantum necesse est: misceatur, & administretur inde pessarium. Aliud ad apostemata matricis: Sumatur emplastrum diachylon quantum necesse est, liquefiat cum oleo rosato in vase duplici, & misceatur cum succo endiuiæ, aut arnoglossæ, aut solatri, aut virgę pastoris, aut caules cum lacte mulieris: teratur, & administretur pessarium factum ex eo, dum est calidum.

Alia litera, ad dolorē matricis cum stomacho.

Aliud: Sumat ℥ fœnugræci, & seminis lini, & altheę succus grossus, & liquefiant cum eo pinguedo anatis, & pinguedo porci, & misceatur cum eis crocus: & terebea, & administra ex eo pessarium. ℥ Et oportet vt caueas, & obserues quādo perueniunt apostemata ad statum administrare aliquid ex eis quæ excitāt ea, & prouocant sanguinem menstruum. In hora autem declinationis ęgritudinis, postq̃ fedatur apostema parum, fi indiges vt prouoces sanguinem mēstruū, tunc oportet vt facias illud. Si autem in orificio matricis sunt vlcera ex quibus currit sanies, curamus ea cū medicinis quæ conferunt vlceribus, & mundificant putredines. Q. si in ipsa matrice est apostema quod iam induratū est, & alteratur ad cancrum, curamus ipsum cum istis medicinis quas narro.

Alia litera, ad vlcera cerui

Alia litera, anseris.

Alia litera, medulla cerui

Alia litera, anseris.

De Cancris qui fiunt in matrice.

Cap. XXX.

SCias q̃ ex cancris qui fiūt in matrice, alij sunt qui sunt cū vlceratione, & alij qui sunt sine vlceratione. Et inuenitur in illis qui fiunt absq; vlceratione, os matricis durum, apostematum, & est inęquale in figura sua, fœculentum, in colore suo rubeum, & cortasse est decliue ad viriditatem: & dolēt inguina & vesicam & ilia & dorsum & recipies & pecten & alcatin dolore vehementi: & dolet quæ habet hanc ęgritudinem, ex qualibet re & causa, & ex administratione medicinarum diuersarum. Quum ergo cancer est cum vlcere, sequitur ipsum dolor vehemens, & durities, & vlcera corrodentia inæqualis figurę; & secundum plurimum est fordidus, terreus, decliuis ad albedinem. Et ex eo est qui rubeus est in colore suo, turbidus, aut viridis, aut rubeus. Et ęgreditur ex eo semper fordities nigra fœtidi odoris, & fortassis currit ex eo sanguis etiā. Et hæc ęgritudo sicut dixit Hippocrates, non fortasse sanatur. Rege ergo eam per sessionem in aqua, in qua decocta sunt fœnumgræcum, & malvæ: & per emplastra conuenientia ad hanc ęgritudinē. Et iuuatur valde in quibusdam horis ex althea, & maluis decoctis in syrupo de melle, donec sint discoctæ: & quando terētur cum aliquantulo olei rosati, & ponuntur super locum. Et confert iuuamentum magnum papauer tritū, quando ponitur super ipsam cum aqua coriandri humidi, aut virgæ pastoris, aut solatri; & post illud administretur cerotum factum cū oleo rosato. Et ex eis quę sedant dolorem interius, est oleum rosatū, ex quo clysterizatur recipiēs cum lacte mulierum, & aqua arnoglossæ, & aqua solatri, tepidis: aut aqua portulacæ, aut virgæ pastoris, administretur cum oleo rosato tepido. Si autem currit ex eo sanguis multus, misceamus cum istis succis cerusam plumbi, & bolum armenum, & sue cum barbæ hircinæ, & quæ sunt similia illis.

De retentione menstruorum & cura eius.

Cap. XXXI.

QVandoq; retinent menstrua quādo corpus totum est non sanum, & quandoq; retinentur quando in matrice ipsa est aliquid proprium sicut apostema. Et fortasse retinentur multoties propter grossitudinem sanguinis menstrui, & propter oppilationē in venis ł quibus currit sanguis mēstruus, & propter constrictionem quæ accidit in orificijs earum: & hoc contingit aut propter frigiditatem aut siccitatem aut sytypticationem. Et accidit multotiens propter aborsum. Et retinetur sanguis menstruus etiam propter ægritudinem aliquam, quæ accidit in quibusdam membris principalibus, sicut hepar aut stomachus, quando cum aliquo vno eorum est ægritudo chronica. Et retinetur etiam propter fluxum sanguinis narij aut eruptionē sanguinis ad viscera, aut ex pinguedine superflua

superflua & grossitie corporis etiam, quoniam oppilat venas & prohibet exuberationem menstruorum. Et sic quibusdam mulieribus foricijs matricum earū ali quid, quod est sicut panniculus prohibens sanguinem menstruum currere. Et vlcera etiam quæ accidunt in matricibus quādo consolidātur, fortasse oppilant viā sanguinis menstrui. Et sequuntur illarum quarumsan guis menstruus retinetur, grauitas corporis totius, & paucitas desiderij cibi, et dolor dorsi, et grauitas anchra rum & coxarum, & dolor qui accidit in capite & radicibus oculorum, & febres cum horripilatione, & vrina nigra sanguinea. Et fortasse accidit eis in aliqua hora difficultas vrinæ, & siccitas naturę. Et fortasse adue niunt eis ægritudines melancholicæ.

De cura retentionis menstruorum.

Et curatio harum ægritudinum est cum remotione causarum facientium eas, & remotio earum est cū con trarietate. Nam si retētio mēstruorum est propter apo stema in matrice, aut ex declinatione eius, tunc oportet vt studeamus in primis in curatione harum ægritudinum, quod est quia quando fanantur, remouētur ea quæ sequuntur ipsas ex retentione menstruorum. Et si retentio menstruorum est ex constrictione orificiorum venarum, & accidit illud ex vehementia frigiditatis, aut ex stipticatione, tūc sufficit in prouocatione eorū vaporatio cum speciebus, sicut dixit optimus Hippocrates in tractatu quinto libri aphorismorū. Et iste est sermo eius, q̄ calefactio cū rebus aromaticis est ex eis quæ prouocant sanguinem menstruum. Et iam cō fert in rebus aljs multis, si non faciat in capite grauedinem, scilicet illa quæ sit cum cassia lignea, & costo, & amomo, & carpobalsamo, & cinnamomo, & flore squinanti, & aljs ex eis quæ sunt similes eis in virtute & aromaticitate. Quod est quia vaporatio cum huiusmodi speciebus subtiliat grossitudinē sanguinis, & incidit eam, & aperit oppilationem quę accidit in instrumentis menstruorum, & calefacit frigiditatem sanguinis in vasis in quibus est retentus, & humectat vt ros exiccationem substantiæ. Si autem causæ quæ prohibent cursum menstruorum sunt magnæ fortes, nō sufficit tunc calefactio cum istis rebus aromaticis in prouocatione menstruorum quapropter oportet vt admi nistretur regimen subtiliatium, & mundificatio cum medicinis solutiuis, de proprietate quarum est vt euacuent humorem propter quem ingrossatur sanguis, aut oppilantur orificia venarum in quibus descendit: & potus specierum subtiliantium incidētium, quas describam tibi in sequentibus. Illæ autem quę non mē struantur propter pinguedinem superfluam quæ oppilat venas, iuuantur cum eis quæ minorant ex grossitudine corporis, sicut exercitium frequēs consequitiuū, & cibi subtiliatiui & incisiui, & clyster acutus cum emplastris & pessarijs subtiliatiuis, quę prouocant sanguinem menstruum. Illis autem quibus accidit hæc ægritudo pp extenuationem pp multitudinē ægritudinū, eōfert post remotionem ægritudinum balneatio cum aqua dulci, & inunctio cum oleis humectātibus resoluentibus, & ex cibis qui sunt multi nutrimenti, & potus vini antiqui, & quies, & tranquillitas, & delicię, & ociū, & emplastra & pessaria lenitēia, facta cum medulla & pinguedinibus. Et si prohibitio sanguinis menstrui est propter fluxum sanguinis narium, aut eruptionem sanguinis ex loco alio, tunc oportet vt attrahatur ille sanguis ver sus inferiora cum virtute, quæ ponatur super crura supra calcaneos, & ventosentur venę pedū Deinde post illud administrentur iuuamenta quę prouocant sanguinem menstruum. Illarum vero quibus accidunt panniculi super orificia matricum earum, curatio est vt incidantur. Et oppilatio quæ accidit propter consolidationem vlceriū, quæ sunt in orificijs matricis, quando consolidantur, est difficilis curationis valde, & fortasse est de cuius fanatione desperatur omnino. Q. si impelleris ad curationem illius, tunc cum emplastris & pessarijs lenientibus aperientibus oportet vt cures eam. Et hoc est ex abbreuiatione curationis causarum retinentium sanguinem menstruum. Verū tamē mihi videtur vt narrem virtutem medicinarum simplicium & compositarum, quę conueniunt ad hāc ęgritudinem, vt sit legens eas prudens cum curatione.

Medicinæ simplices quæ prouocant sanguinem mē struum quādo bibuntur, sunt euphorbium, & epithymum, & castoreum, & piper, & anisum, & petroselinum, & sinapis, & nasturtium, & nigella, & calamentū montanum, & calamentum fluuiale, & alhafce, & acorus, & asparum, & radix lilij cęlestis, & cyperi, & radix serpentariæ, & flos squinanti, & spica, & cassia lignea, & cinamomum, & myrrha, & decoctio enulę, & decoctio pulegij ceruini, & ammoniacum, & serapinum. Illis vero quarum stomachi dolent dolore vehementi, confert opopanacū quando bibitur cum aqua melis. Et vniuersaliter omne quod prouocat vrinā & aperit oppilationes, prouocat sanguinem menstruū, quando bibitur, & quando supponitur cum lana, & quando miscetur cum emplastris & ponitur. Et cōponuntur ex eis quæ diximus medicinæ nobiles, sicut illæ. Medicinæ simplices. Medicinę cōpositę.

Medicamen sublime magni iuuamēti i prouocatione sanguinis menstrui. Recip. faseolorum ruborum, & fœnugrœci de semi, amborum ana pugillum vnum, anisi drach. v. rutæ siccæ drac. iij. rubeæ drac. v. decoquātur cum tribus libris aquę donec remaneat libr. j. & confricētur manibus, & coletur ex eatertia libręte spida. Aliud. Recī. faseolorum pugilli. j. keisum. 3. x. seminis harmel drac. v. petroselini drac. vij. decoquan tur cum. vij. libr. aquæ donec remaneat libra, & coletur, & detur ex ea tertia eius cum pondere drach. j. de diamartre; facit enim operationē bonam. Aliud prouocans menstrua. Rec. rubeæ partes. ij. faseolorū partem. j. prosjciatur super ea ex aqua quod sufficit ad decoctionem eorum. Quum ergo decoquuntur bene, accipiantur ex aqua eorum quantitas satraiati, & ex sucos rutæ humidæ medietas satraiati, & ℥ ex oleo balsami ℈ quasi drach. v. & misceantur simul, & sumantur in potu. Aliud quod calefacit matricem, & prouocat sanguinem menstruum. Rec, epithymi, & euphorbij, & agarici, & piperis, & dauci, & anisi, & petroselini, omnium æqualiter terantur & conficiantur bene, & detur ex eo pondus drac. ij. cum decocto permixto. Alia fitera, ex oleo iasmino.

Aliud; Teratur nux cum ruta, & detur ex eo cum vi no puro in ieiunio drac. v. Aliud; Ex calamento mō tano detur quantitas cochlearij, aut pondus drac. cum vino permixto post balneationem in balneo. Aliud Teratur ex castoreo pondus drac. j. & detur cum aqua decoctionis anisi & petroselini. Aliud; Asfæ drac. j. conficiatur cum syrupo de melle, & fiant ex eo pilulæ, & dentur infirmæ ad deglutiendum cum vino puro.

Aliud; Rec, euphorbij, & petroselini, æqualiter; terātur, & detur ex eo pondus drach. j. cum aqua affari.

Aliud; Rec, cassiæ lignęæ, costi, equaliter; teratur, & cribelletur, & dentur ex eo drac. ij. cum vino. Aliud; Sumatur nigellæ pondus drach. j, & sinapis media. 3. teratur, & cribelletur, & detur cum vino commixto.

Aliud; Rec, oppopanacis, absynthij, amborum ana drach. j, detur cum vino. Aliud quod prouocat sanguinem menstruum cum virtute; Sumatur in potu cassiæ lignęæ tritæ pondus drach. j, & ℈. cum aqua rubeę.

Aliud; Castorei drac. ℈. detur in potu cum aqua calamenti fluuialis quātitate vnc. ij. Aliud; Radicis peoniæ aur. j. detur in potu cum aqua melli. Decoctio prouocans sanguinem menstruum cum virtute valde; Rec. agnicasti drach. v. calamenti hortulani drac. iij.

Aliæ iteꝝ, ramentum ru beꝝ tinctorũ,

℈ rubeæ tinctorũ ℈ drac. vij. costi drac. vij. absynthij, ℈ spicę, amborum ana drach. iij. decoquatur cum. vj. libris aquæ donec remaneat libra, & coletur, & detur ex eo in omni die tertia libræ tepida, liquefiat cum ea mellis albi colati vnc. j. & bibatur dum est tepida.

Aliud: Rec. aristolochiæ longæ, & suafera, omnium ana drach. v. abel drac. iij. teratur, & cribelletur, & cõficiatur cum melle, & detur cum aqua rubeę tinctorũ.

Aliud: Rec. corticum radicis mori drach. x. seminis baucię drac. vij. ameos drac. ij. seminis apij, & seminis fœniculi, amborum ana drac. v. decoquantur cum qua tuor libris aquæ donec remaneat ex istis libr. j. deinde manibus confricentur, & coletur, & bibatur ficut scripsimus in primis. Pessaria quæ aperiunt & deponũt sanguinem menstruum: castoreum & muschus liquefiant cum oleo de ben, & ponantur in lana munda, & detur ad fupponendum. Aliud: Reci. ellebori nigri, & radicum coloquintidis campestris, & conditi, omnium æqualiter: teratur, & cribelletur, & conficiatur cum felle tauri, & ponatur in lana munda quę iam fuit infusa in oleo balsami, & detur ad fupponendum.

Aliud: Rec. fucci coloquintidis campestris, & baurach rubei, omnium ana drac. iiij. myrrhę drach. ij. teratur, & conficiatur cum aqua rutæ, & teneatur pessarium. Aliud: Reci. anisi, & cordumeni, & ameos, & baurach, & aristolochiæ longæ, & calamẽti, omnium equaliter teratur, & cribelletur, & conficiat cum oleo de spica, & teneatur pessarium. Aliud: Rec. myrrhę, & calamenti, omnium ana drac. iiij. passularũ enuclearatum, ℈ saphisagriæ mundatæ ex granis suis, omnium ana vnc. ij. rutæ drach. vij. teratur, & cribelletur, & cõficiatur cum melle, & fiat pessarium. Aliud quod aperit oppilationem. Rec. baurach armeni, passularũ mũdatarum a granis suis, & vsnen fullonũ, omnium ana drachmam. Rec. fucum fœnu-græci, & ficuum decem infusarum in aceto, vel oleo sisamino decocto, drac. vij. teratur totum, & fiãt ex eo sief longa, & administretur. Aliud quod aperit oppilationem matricis, & prouocat sanguinem merit oppilationem matricis, & prouocat sanguinem menstruum: Sumatur herba absynthij, & scea recens, & fostruum: Sumatur herba absynthij, & scea recens, & fostruum: Sumatur herba absynthij, & scea recens, & foslia cypressi, & lupini ficci, & ruta humida, æqualiter, ficuum scehę engir, & carenum quantum ℈ necesse est ficuum scehę engir, & carenum quantum ℈ necesse est conficiantur cum eo omnia, & administretur. Aliud Rec. ellebori nigri, & fucci absynthij, omnium ana drac. ij. myrrhæ drac. i iij. ammoniaci drach. j. teratur, & conficiatur cum felle tauri recente, & si non inuenieris recentem, tunc sit siccum, & infundatur in vino, & teratur totum bene, & administretur sief longa, & supponantur in recipiente. Aliud: Sumantur cucumeris asinini, & myrrhæ, & cymini, omnium æquales partes: teratur, & cribellẽtur, & conficiatur cum felle tauri, aut cum succo eapæ aut porri, & administretur.

Aliud: Sumantur rutæ recentis, & pulpæ coloquintidis, & absynthij, omnium æquales partes: teratur, & conficiatur cum felle tauri, & administretur. Aliud quod aperit et matricem constrictam, quando prolongatur spatium eius. Recip. rutæ siccę, & baurach, & folium coloquintidis, & pulpæ eius, & nigellę, & myrrhę, & opopanacis, & bezard, & bdellij varij, omniũ ana drach. ij. fellis sabut aut sellis tauri drach. iiij. finuenitur tecẽs, & si non infundatur siccum cum robberis rutæ siccæ, & cribellentur, & resoluatur quod resoluitur cum rob, & conficiatur, & detur cum lana. Aliud quod aperit orificia venarum, & aperit oppilationẽ antiquã & prouocat menstrua. Recip. pulpæ coloquintidis, & absynthij, & nigellæ, & assari, & thuris, & acori, & radicis cicla minis, & calamenti montani aut hortulani, & radicis lilij cœlestis, & cutæ siccæ, & piperis, omniũ ana drach. ij. ammoniaci, & bdellij, & myrrhæ, & alabithb, & bezard, omnium ana drac. j. fellis sabur, & fel ãis gallinæ, & aquæ cepæ, & aquæ fœniculi, omnium ana cochlearium vnum: teratur tur siccæ, & resoluantur ea quæ resoluuntur, & liquefiant ex alkalimbat. ʒ. iij. cum melle, & misceantur cum eo reliquæ medicinæ, & conficiantur, & fiat pessarium cum lana bonum, expertum. Aliud: Teratur cinamomum, & conficiatur cum bezard, & inuoluatur cum lana infusa cum oleo de spica, & detur. Aliud quod prouocat mẽstrua retenta. vij. annis, & myrrhę, & calamẽti mõtani, ośum ana drach. iiij. passularum mundatarum ab interioribus suis vnc. ij. rutæ recentis vnc. iiij. abel vnc. v. teratur, & conficiatur cum felle tauri, & administretur.

Aliud Sumantur galbani, & castorei, partes æquales conficiantur cum aqua rutę, & administretur. Aliud expertum: Staphisagria conficiatur cum felle tauri, & administretur pessarium ex eo. Aliud: Rec. fellis tauri, & nigellæ, omnium ana danich. iiij. euphorbij, & mezereon, & opopanacis, omnium ana danich. ij. cõmisceantur omnia, & administretur cum lana fusca.

Aliud: Sumantur succi cucumeris afinini nouem caratti, conficiantur cum felle tauri, & administretur: ipsum enim extrahit fœtum siue fit viuus siue mortuus. Aliud medicamen ad mulierem, cuius mẽstrua retinentur, & putatur ꝙ ipsa sit grauida. Rec. castorei, & acori, & anisi, & seminis apij, omnium ana drac. j. teratur, & cribelletur, & bibatur cum vino permixto. Nam si est grauida, calefacit fœtum, & confortat ipsum, & non nocet ei: & si impregnatio nõ est causa retentionis mẽstruorum, aperit ea, & prouocat ipsa, & confert iuuamentum magnum. Medicinæ prouocantes mensirua quando vaporatur cũ eis, sunt opopanax, condiri, thus, blacię, bizantiæ, & lignum aloes, & storax ficca. Vaporationes ad eas, quæ mẽstrua absciſſa ſiũt. Decoq̃ in aq̃ anethũ, & chamomillã, & sq̃ nãtum, & sampsucum, & cassiam ligneam, & costum, & melilotum, & sulfur, & rutam, & calamenthum, & nigellam, & semen apij, & origanum, & feruha, & est alhafese, & suafera, & est abrotanum: & cordumeni: & fac federe mulierem super fedem, & pone cãnulam in orificium vasis in quo est aqua medicinarum decocta rum, & cooperi ipsum ab omnibus lateribus, & fit caput cãnulæ aliud in directo vuluæ mulieris, & calefiat cum eo quantum possibile est, & toleret vt calefiat: est enim iuuatiuum valde. Et si vis vt fedeat in hac aqua dum est calida, confert ei iuuamentum mirabile.

Notaꝝ vbi reperitur bezard, intelligitur galbanum sicut multotiens dedicatum est. Medicamẽ quod prouocat mẽstrua retẽta. vii. annis.

Nota, ꝙ fusina est in virtute simili is abel.

Medicamen ſuaſiuum, ſiue ſit pessarium ſiue potũ.

Vaporatiões prouocãtes mẽſtrua

Suafera, ſecundum Serapionem, eſt abrotanũ, vt patet ihoccapitulo.

De Eruptione ſanguinis ex matrice. Cap. XXXII.

ERuptio ſanguinis ex matrice, eſt propter debilitatem vaſorum in quibus eſt retentus, ſcilicet venarum & arteriarum. Et fortaſſe eſt propter acutatem ſanguinis, donec non remaneat in eis propter ſubtilitatem ſuam. Et fortaſſe eſt etiam propter multitudinẽ ſui, donec implet vaſa, & ex tendit ea. Et ſit etiã ex ſolutione ſingularis, quando accidit in matrice ex vlcere aut corroſione aut ſciſſura. Et multotiens accidit propter aborſum, donec ea patiens ipſam appropinquet perditioni. Et ſit etiam quando parit mulier partum completum. Et ſequũtur illam cui accidit hæc egritudo, mutatio coloris, & tumor pedum, & in ſtatio reliqui corporis, & citrinitas coloris, & vt corrumpatur digeſtio cibi.

De cura hæmorrhagię matricis.

Curatio vero eruptionis ſanguinis ex matrice, eſt cũ deſtructione cauſæ facientis eam. Nam ſi eſt propter debilitatem vaſorum in quibus eſt contentus, tunc eſt ratio eius eſt per confortationem eorum cum cibis, & poribus, & medicinis, & emplaſtris facientibus ſtypticitatem & exiccantibus. Et ſi eſt eruptio eius propter acuitatem ſanguinis & ſubtilitatem eius, ſufficit in ea extinctio & æquatio. Et ſi eſt ex vlceribus, & corroſione, vel herpete eſtiomeno, & ſciſſuris quæ ſunt in matrice,

matrice, eſt ſtudium noſtrum ad vlcus cum medicinis conuenientibus ei: & ſecundum hanc habitudinem oportet vt menſuremus herpetem eſtiomenum, & rupturas quæ fiunt in venis & in matrice. Et ſi eſt eruptio ex multitudine ſanguinis, donec impleat vaſa & extendat ea, tunc oportet vt bene cõſideremus an ſanguis ſit commixtus cum alio humore, aut non. Nam ſi non eſt commixtus cum humore alio, adminiſtra phlebotomiam ex iuſtura. Aut ſi eſt permixtus cum humore alio, tunc oportet vt incipiamus cum mundificatione illius humoris vincẽtis; & ſignificamus ſuper illud ex ætate, & colore, & ex forma aſpectus infirmæ, & reliquis cauſis naturalibus. Et etiã oportet vt addamus in experientia, & tribuamus ei quæ habet hanc rgritudinem panum lini, & præcipia mus ei vt recipiat cum illo illud quod currit ex matrice: deinde præcipiamus exiccari pannum: & tũc ſi vides colorem eius rubeum clarum, oportet vt ſcias q̃ humor vincens eſt ſanguis. Et ſi eſt viridis aut citrinus, tunc vincens eſt cholera citrina. Et ſi eſt niger aut puluerulentus fuſcus, tunc vincens eſt cholera nigra. Et ſi eſt in infuſus aquoſus, tunc vincens eſt phlegma. Et ſecundum quantitatem quæ declaratur ex humore vincente curetur. Et ſi quando ſanguis eſt ille qui vincit, curemus cum phlebotomia venę, ſicut diximus nuper. Et ſi vincens eſt aliquis alio tum humorum, tunc oportet vt mundificemus ipſum cum eo quod conuenit ad euacuationem eius, deinde redeamus poſt mundificationem ad adminiſtrandum medicinas quæ abſcindunt ſanguinem: & ſunt ſecundum duos modos. Nam illa quæ conueniunt apertioni venarum & arteriarum & ſciſſuræ, ſunt illa quæ infrigidant & ſtipticitatem faciunt, ſicut ſunt roſę, & lentes excorticatæ, & myrthus, & ſolatrum, & arnoglo ſſa, & ſumach, & virga paſtoris, & balauſtium, & keſem, & ſunt cortices granatorum, & alumen, & ſuccus barbæ hircinæ, & quæ ſunt ſimilia illis. Iſta ergo omnia ſi bibuntur, aut decoquuntur cum aqua, aut cum vino puro pontico, & fedeant in aqua eorum habentes hanc rgritudinem, aut ſupponantur cum lana, aut adminiſtrantur in emplaſtris, tunc ipſa abſcindunt ſanguinem & materiam. Et aliæ ex medicinis ſunt illę quæ conferũt eruptioni ſanguinis ex corroſione, ſicut aloes, & thus, & proprie cortices eius, & ſanguis draconis, & coralli, & carabę, & myrrha, & crocus, & litium & memithe, & amylum, & ceruſſa, & merdaſengi, & acorus, & colcotar, & terra ſigillata, & bolus armenus, & quæ ſunt ſimilia illis. Et hic etiã ſunt medicinæ aliq quæ reſtringunt ſanguinem, & mundificant vlcera, & ſunt gallæ adultæ extinctæ in aceto, & chartæ combuſtę, & oſtraca combuſta, & cornu ceruinum combuſtũ & res alię multę ſimiles iſtis. Et hęc eſt curatio eruptionis ſanguinis ex matrice ſecundum communitatem.

Secundũ proprietatem vero illa quę reſtringunt, tunt trochiſci diaſcriton, & confectio quæ nominatur Philoniũ perfectũ, & ſumit vnũ q̃ ex iſtoꝝ cũ ſuccо ſrundã rem ſtipticitatẽ facientiũ, ſicut decoctio de granis myrthi aut aq̃ roſata. Et ex eis q̃ pferũt iuuamẽtũ magnũ & hoc medicamẽt: Medicamẽ retinẽs ſanguinẽ fortiter, ꝛ. ſedenegi, ſanguis draconis, & karabæ, & coralli, & aluminis iameni, & balauſtiorꝝ, & boli armeni, & terrę ſigillatæ, & ſemis portulacæ, oſum ana ptes ęq̃les: terã tur & cribellentur & detur ex eo drac. i. cum aqua ſumach infuſi, aut cum aqua antimonij cõtriti, quod ſit infuſum die ac nocte ſ aqua arnoglo ſſe. Aliud: Rec. zegi alaſihate, ideſt, vitrioli quo prꝑarantur coria pro ſotularibus & calciamentis, & chartarum combuſtarum, & cupularum glandium, partes ęquales: teratur & cribellentur & conficiantur cum aqua myrthi humidæ, & fiant ex eis pilulę, & dentur ex eis ad ꝺegluti dum mulieri pondus drac. j. & fiant ex eo etiam ſief, & dentur in lana vt ſupponãtur cum ea, & retineat illud ſicut peſſarium, & eſt expertum. Et clyſterizetur matrix cum clyſtere ex aqua ſucci virgæ paſtoris, & decoctione corticum granatorum, & extremitatũ myrthi, & nucis cupreſſi, & gallarum, & roſarum, & balauſtiorum, aut ſucci arnoglo ſſe ſolius, aut cum aliqua ex me dicinis faciẽtibus ſtypticitatem. Et Gale, quidem optimus dixit, quia quum vidit eruptionem ſanguinis ex matrice remanere quatuor diebus continuis, & adminiſtrauit in curatione eius medicinas retinẽtes ſanguinem, & abſcindentes ipſum intrinſecus & extrinſecus & non contulit aliqua ex eis, adminiſtrauit ſuccum arnoglo ſſe, & clyſterizauit matricem cum eo, quare abſcidit ſanguinem & fecit ipſum ſtare ſtatim. Et oportet vt ſit illud quo clyſterizatur ex eo, quantitas vnc. viiij. At vero de cõſuetudine noſtra eſt, vt miſceamus cum iſtis ſuccis aliquid ex medicinis retinentibus ſanguinẽ donec quando ſunt apertio & ſiſſura in quibuſdam vaſis magnis, miſceamus cum eis quaſdam medicinas ſtypticas fortes, ſicut ſunt acatia, & balauſtia, & barba hirci, & gallæ immaturæ, & zegi, & quę ſunt illis ſimilia. Et ſi eſt ægritudo in quibuſdam vaſis paruis tantum, ſufficit vt miſceamus cum arnoglo ſſa, aloem, & terrã ſigillatam, & quæ illis ſunt ſimilia. Et emplaſtra ſtyptica quæ ponuntur ſuper pectinẽ & dorſum, etiam ſunt iuuatiua valde, ſicut illa quæ fiunt cum casb, ideſt, dactylis non bene maturis, & cytonijs, & corticibus granatorum, & glandibus, & extremitatibus alhauſegi, & dicitur arabice alaulaik, & ſolijs arborismaſticis, & balauſtijs, & acatia, & barba hirci, & gallis, & ladano, & almirach, & albelach, & cupulis, & alumine iameno, & corallis, & ſimile illius ex eis q̃ pferũt diariæ etiã. Et quæ conferunt etiam ex peſſarijs ex eis quæ fiũt ex acatia, & barba hirci, & cortice thuris aggregatis cum aceto: aut limatura carabæ, & cupulis, & zegi, & myrrha, & æs, & ladanum, & ſanguis draconis, & gallæ, & alhauſegi, & camphora, & alramik & chartæ combuſtæ, & ceruſſa, & balauſtia quando conficiuntur cum aqua myrthi. Et confert etiam iuuamẽtum manifeſtiſſ ſpongia, quando infunditur in pice humida q̃ ſupponitur: aut cinis ſpongiæ quando aduritur, & aggregatur cum aceto, aut aqua myrthi humidę. Et conferunt etiam iſtæ medicinæ, ſuccus retinens eruptionem ſanguinis, gallæ immaturę, & alumen iameni, & acatia, & farina thuris, ſumantur, & terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua myrthi humidæ, & fiat peſſarium. Peſſarium aliud retinens eruptionem ſanguinis valde. Recı. fedeguaran, & cornu ceruini adufti, & chartæ aduſtæ, & galle, & ramech, & trochiſcorum de lacca, & ſandali albi, & aluminis iameni, & oſtracorũ figuli nouorum, & litij, & gallarum aduſtarum extinctarum cum aceto, & ſanguinis draconis, & calcadis, & eſt chalcanthum cuius color eſt viridis, nam quando antiquatur fit calcadis colcotar; & ſumach, & antimonium quod frixum eſt cum oleo, & ſedenegi, & ſpongiæ combuſtæ extinctæ cum aceto, & oſtracorum cõbuſtorum, & corticum thuris, omniũ ana partes equales: conficiantur cum aqua ſumach, & ſucco arnoglo ſſæ, & ſucco virgæ paſtoris, aut aqua albela, & ſuppontur cum lana: eſt enim expertum. Aliud: Sumantur euphorbium, & pannus lini combuſtus, & alumen iameno, & conficiatur cũ aceto, aut ſucco arnoglo ſſæ.

Aliud: Rec. charte combuſtę, & acatiæ, & balauſtij, & licij, & ſucci barbę hircinę, & roſarum, & gallarum, & panni lini combuſti, omnium equales partes: teratur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua myrthi, & adminiſtretur. Aliud: Sumãtur ſ ſuccus alcarat, ℈ & ramech, & camphora, & ladanum: liquefiant cum aqua foliorum rhamni, aut cum aqua ſpinarum recentium, & detur. Aliud: Sumantur granata ſyluęſtria, &

Nota de ſuccо arnoglo ſſe.

Emplaſtra ſtyptica ſup dor ſum & ſuper pectinem.

Albelach, id eſt dactyli cruꝺi.

Calcadis eſt chalcanthum cuius color eſt viridis, & qui antiquat ſũ effectur colcotar.

Alia littera, acatia.
Alcarat, ſicut alhi eſt dactyli eſt fructus arboris egyptię ex quo fit acatia.

& sunt grana alkilkil lata: & ostraca combusta, & zegi, equaliter: terantur & conficiantur cum aceto, & admisti rentur. Aliud: Reci, cupularum, & antimonij, & opopanacis, & tincar, omniū ana æquales partes, myrthi humidæ contritę partes. ij. inuoluatur cum lana fusca, & submergatur in aqua myrthi, & aqua sumach, & administretur. Si autem administras ista omnia, & non absconditur eruptio sanguinis, pone sub mamillis ventosam magnam: quod est quia hoc attrahit sanguinem ad superiora mamillarum, per cōmunitatē venarum mamillarū cum venis matricis. Verūtamen ipsæ ponūtur sub mamillis, non supra eas, vt non recipiant superfluitates quę attrahuntur ad eas: quia ipsę sunt ex substantia carnis mollis, & vt capiat vētosa locum magnum venarum quę sunt inter matricem & mamillas. Et propter hanc ægritudinem oportet vt sit vētosa magna, vt capiat locum magnum ex venis. Et si ponerentur ventosæ supra mamillas, non esset possibile vt attraherēt, quoniam locus qui est supra mamillas, est vacuus ab istis venis.

Quare ventosę sunt ponendę sub mamillis, & non supra mamillas.

De mulieribus quæ non impregnantur.

Cap. XXXIII.

NOn prohibetur impregnatio nisi propter complexionem matricum: nam si complexio earū est æqualis, tunc mulieres impregnantur & pariunt; & si non sunt complexiones earum temperatæ, & sunt malę compositionis. tūc ſi malitia cōplexionis est pura diminuta, gñat ab illa difficultas impregnationis: & si est fortis, hñs eā est sterilis. Et nō fit sterilis nisi ex corruptione complexionis frigidæ, aut ex stypticitate quæ accidit in orificijs vaforum matricis, vnde nō annectitur seu non peruenit aliquid de sanguine ad secundinam. Et quum non adhęrent ei orificia prędicta (vel secundum aliam literam, quādo non peruenit ad eam sanguis,) non mittitur ad eam nutrimentum cum quantitate necessitatis fœtus. Et malitia complexionis humidæ, facit mulierem sterilem, quoniam sperma extinguitur in matrice illarum, sicut extinguitur semen in terra multæ humiditatis. Et corruptio complexionis siccæ prohibet impregnationem, quoniam prohibet a fœtu illud quo indiget ex nutrimento, sicut accidit seminibus quando cadunt in harena, aut super lapides, aut super terram inculcam. Complexio autem calida prohibet impregnationem, quoniā adurit sperma & exiccat ipsum, sicut accidit seminibus quæ, semi nantur in hora ortus canis a liabat, scilicet astara alahabor. Et sufficit in significationibus super malitiā complexionum, fuffumigatio cū medicinis quas dixit Hippocrates, quando non peruenit ad nares. Ipſe enim dixit in tractatu. vj. libri aphorismorum, q̄ quando mulier non impregnatur, & vis scire an impregnetur an non, tunc tege eam cum pannis, & suffumiga sub eat: tunc si vides fuffum igationem penetrare in corpus fuū vſq; ad nares ipsius & os eius, scias q̄ prohibitio impregnationis non est ex parte eius. Quum ergo non ascendit vapor ad nares, tunc illud est propter vehemētiam frigiditatis & siccitatis, quæ iam coarctauit orificium matricis, & orificia vaforum quæ sunt in ea: quonium frigiditas & siccitas quando oppilant matricem & orificia instrumentorum quę sunt in ea, prohibent vapores penetrare in corpus. Et humiditas sicut ipsa extinguit semen, similiter facit etiam in qualitate vaporis. Et caliditas mutat materiam & corrūpit eam. Et si non scis hoc ex ijs significationibus, tunc sunt tibi etiam significationes aliæ quæ significant hoc, sicut subtilitas & nigredo & muititudo ſpermatis. Et malitia complexionis calidæ non accidit in mulieribus nisi raro. Et fortasse prohibetur impregnatio etiā propter sperma viri ipsius, quod est quia malitia cōplexionis in eo est pauca, haud cadit in matricem contrariam illi, parit. Et si malitia complexionis est vehemens, non parit: quoniam si est frigida valde, non parit propter crudita tem suam: & si est calida valde, non parit quasi propter adustionem suā: & si est ficca valde, non parit quoniam non expanditur in concauitatē matricis: & si est humida valde, non generat, quoniam non moratur vt effundatur in concauitatē matricis. Et oportet vt scias q̄ complexiones temperatæ, quando occurrunt complexionibus temperatis, tunc necesse est vt generēt sed non proculdubio. Si autem non sunt ambæ temperatæ, tunc iam fit raro. Et non sunt ita cōplexiones egressæ ab æqualitate, sed quando inueniunt contrarias eis, generant: & quando inueniunt similes sibi, non generant. Et iste est sermo abbreuiatus in causis quæ faciūt accidere prohibitionem impregnationis. Et quando frigiditas est causa prohibitionis impregnationis, tunc curatio eius est cum iuuamentis calidis. Et si causa prohibens est caliditas, tunc infrigidatio, & coniunctio ci borum & potuū, & oleorū, & clysterum & pessariorū & reliqui reginiis, est secundum illud & resistentia malitiæ complexionis vincentis. Et si cum istis rebus est repletio in corpore, etiam administramus in primis mundificationem reliqui corporis, deinde post illud mundificationem matricis cum medicinis conferentibus. Q. si in matrice est apostema, curamus ipsum cū eo quod conuenit apostemati, & curamus vulnera & vlcera quæ accidunt in ea, cum emplastris & vnguentis conuenientibus ad illud & ſdūctis ante. Et vniuersaliter dico, q̄ oportet vt intendamus cum curatione ad causam postquam præcedimus in ea, & studeamus cum curatione corporis totius, deſde ponamus studiū nostrum in fine eius cum rebus matricis, & administramus post illud medicinas de consuetudine quarum est vt impregnent, sicut sunt istæ quas dicemus. Pessarium conueniens mulieribus quæ non impregnantur, mirabile. Rec. croci, & ammomi, & spicæ, & meliloti, omniū ana drac. iij. & ß. folij indi, & cordumenti, omnium ana vnc. j. pinguedinis anatis, & gallinæ, & caprarum, & ceræ, & vitelli oui elixati, omnium ana vnc. ij. olei balsami vnc. ij. terantur medicinę siccæ, & liquefiant humidę, & permisce eas, & cōfice eas, & ſup ponat ſibi mulier inde post mūdificationem eius in lana fusca tribus diebus, deinde coeat. Aliud conueniens illis quæ non impregnātur. Rec. croci, & spicæ, & masticis, & ſtoracis, omnium ana drac. ij. folij indi pondus drac. j. ceræ drac. viij. olei de spica, & olei rosæ, quantum necesse est: misceantur & administretur.

Aliud prouocans menſtrua & impregnās. Rec. bdel lij drac. iiij. olei balsami drac. ij. radicis opopanacis, & radicis narcissi, omnium ana drac. j. & mellis cochlearium vnum, & est aure. ij. resoluatur bdellium cum vino, & misceantur cum eo medicinę alię, & conficiatur & distilletur super illud aliquid ex oleo balsami, & administretur. Aliud impregnans & ſedās dolores matricis omnes. Rec. ♃ cerebri cerui, ♄ & hyſſopi humidæ, & butyri cocti caprini, & butyri recentis vaccini, & ouini, & gummi amygdalarum, ſtoracis albæ liquidæ, & melliloti, omniū ana vnc. j. olei de spica vnc. ij. gallarum, & masticis, & spicæ, omnium ana drac. ij. terantur ſicca, & liquefiant humida, & misceātur, & cōficiantur, & administrētur in lana tribus diebus, deinde coeat: ipsa enim impregnatur. Aliud ad mulieres quæ non impregnantur: Sumantur coagula leporis, & ♃ stercoris eius, ♄ & mellis mundi, partes æquales: terantur, & commisceantur, & conficiantur, & ſumantur li lana tribus diebus: & bibat mulier tribus diebus in omni die serraturam eboris tripla enim impregnatur si sit sterilis. Et conferūt iuuamentum magnum etiā pessaria aromatica facta cum speciebus confortantibus, & post illud coeat; quoniam ipsa impregnatur.

Pōd^o cochlea rij vnius.

Alia litera, medullę cerui

Alia litera, stercoris vri.

Lana

Lana ad impregnationem bona: Sumantur coaguli leporis partes duæ, aluminis iameni pars. j. & commisceātur cum melle bene, & adminiſtretur illud totum poſt mundificationem matricis ipſius. Aliud Aſcine dis, ad mulieres quæ non impregnantur: Rec. myrrhę drac. iiij. & radicis lilij cœleſtis, & ſtercoris leporis, & gummi, omnium ana drac. ij. conficiantur cum aqua, & fiant formæ glandium longæ, & ſupponantur in recipiente poſt mundificationem a menſtruis: aut conficiantur cum melle, & adminiſtrentur. vij. diebus continuis, & mutet eos in omnibus tribus diebus, poſtea coeat. Aliud impregnans & ſtringens matricem: Recipe alumінis iameni drach. ij. ſumach, & myrrhæ, & croci, & ligni aloes, omnium ana drac. j. mellis quantū ſufficit: miſceatur, & adminiſtretur cū lana quaminungas cum oleo roſato, & exprime eam manibus tuis donec egrediatur virtus medicinæ ad exteriora lanæ, & ſupponatur poſt mundificationem a menſtruis tribus diebus continuis, deinde coeat. Aliud: Fel piſcis ſupponatur cum lana, & impregnat impregnatione bona.

Fumigium impregnans: Sumantur alcannæ, & piſ-
Alia litera, cum but. ro, & pulegio. lorum leporis, & rutæ ſiccæ, omnium æquales partes: terantur, & miſceantur, ℞ & confician
tur bene, & fiāt trochiſci, & ſuffumigetur cum eis poſt mūdificationem ex menſtruis. Aliud ad obſtrictrices: Sumantur arſenici citrini, & nucis cupreſſi, & ſtoracis & bezar, & baccarum lauri, omnium æquales partes: & conficiantur cum vino, & fiant inde pilulæ, & ſuffumigetur cum eis poſtēa abluitur mulier ex menſtruis.

Aliud ad obſtrictices etiā: limetur cornu capræ, & ſumatur limatura illa, & conficiatur cum oleo de ſpica, & ſupponatur in recipiente poſtēa mūdificatur tribus diebus, & coeat, & locus ſit calidus, & eſt probatum.

Lana ad illas quæ non impregnantur propter pingue dinem ipſarum, poſtēa mundificatur corpus cum ſolutione ventris, & extractione ſanguinis: Rec. mellis mī di, & olei de lilio, & myrrhæ, omnium ana partem. j.
Alia litera, ferapini, & bdellij, antibus parte 6. ℞ miſceatur & deſin lana, & ablua
tur recipiens aſſidue cum aqua decoctionis coloquintidis. Aut ſumatur medicina vomitus, quæ nominatur cancazard, & comburitur, & inuoluatur in lana, & ſupponatur: ipſa enim abſcindit humiditatem exiſtentem in matrice totam, & mundificat valde, & confert etiam iuuamentum multū hoc medicamen. Clyſter ad mulierem quæ non humectatur apud concubitum & mundificat matricem, & confortat confortatione ſana. Rec. corticum thuris, & cyperi contriti, amborū ana drac. xxx. & myrrhæ bonæ drac. x. decoquantur cum tribus libris aquæ donec remaneat ex ea libr. j. & colletur, & clyſterizetur ex ea in matrice tribus diebus continuis, omni die tertia libr̄ vnius. Et ſi ſit prohibitio impregnationis ex vlceribus quæ ſunt in matrice, confert hæc lana confortans & ſtringēs & mundificat vlcera exiſtentia in matrice: Sumantur aquæ galla rum, & meniran, & crocus, & venę tinctorum: miſceā tur omnia, & ſubmergatur in eis lana, & ſupponatur.

Si autem abluat obſtetrix mulierem infirmam tribus vicibus, & mutatur ſanguis qui currit ex ea, tunc potret vt confortes in cognitione tua, in eo quod eſt cauſa, in eo quod currit ex ea, eſt vleus non menſtrua. Si autem currit ex matrice, quādo adminiſtras hoc me dicamen, res nigra fœtida, tunc ſcias ꝙ eſt herpes eſtiomeneus: tunc ergo oportet vt admiſceatur calidi econ cum melle, & adminiſtretur cum cautela. Et ſi non eſt poſſibile vt ſupponat hoc medicamen, aut nō tolerat ſup ipſum, tūc opꝫ vt abluat locus aſſidue cū aq̄ mellis.

De illis quę aborſum patiuntur. Ca. XXXIIII.

SCias ꝙ mulieres aborſum patiuntur in menſibus præcedentibus, ſcilicet primo & ſecūdo & tertio, propter ventoſitates quæ expanduntur in matris cibus. Et aborſiunt in menſibus mediis, ſcilicet quarto & quinto & ſexto, propter multitudinem humiditatis: quod eſt quia fœtus tūc grauat & lubricat. Et aborſiunt in menſibus poſtremis, ſcilicet ſeptimo octauo, & nono, propter frigiditatem quæ vincit in matrice. Et quandoq; accidit aborſus mulieri etiam temperate in forma ſua, ex egritudine: ſicut in febre difficili, & al meſſere quod fit in ipſa matrice. Et accidit aborſus etiā propter accidens ventris, ſicut diarrhęa, & eruptio ſan guinis, & motus vehemens aut corporeus, ſicut ſaltus fortis, aut caſus, aut percuſſio, aut vociferatio, aut motus animalis ſicut ira & timor. Mulieres autem quę le duntur ex ventoſitatibus, oportet vt cute muscū medi cinis huiuſmodi, ſcilicet cum oleo de kerua, cum aqua de radicibus, & potu pilularum de ſerapino, & naſturtio torrefacto, cum ſauina & ſemine apij cum zuccharo antiquo, & diamarte, & ſazanea, & electuario facto cum caſtoreo & zurumbet & doronici & ameos & zucharo, & clyſtere, & ſuffumigatiōe, & calefactionib⁹, & ſuppoſitorijs factis cum naptha nigra & origano & oleo balſami & ameos. Et ſit ſuffumigatio ex nigella, & bdellio, & quæ ſunt illis ſimilia. Q. ſi ægritudo eſt ex repletione corporis totius, tūc adminiſtra in primis euacuationem reliqui corporis, deinde mundificationem matricis. Et eſt conueniens vt mundificetur viſcoſitas exiſtēs in matrice. Clyſter ad matrices illarum quæ aborſiunt in menſe ſecundo & tertio, & mundificat humiditatem multam exiſtētem in matrice: Sumatur coloquintis campeſtris ęqualis in magnitudine ſua, & cōcauetur caput eius, & euacuetur ſemen eius, & impleatur oleo de lilio, & reducatur ſuper foramē cortex qui fuit acceptus ex ea, & lini illud cum maſſa aut luto, & ponatur ſuper prunas, & decoquatur donec ferueat ebullitione vna aut duabus, deinde coletur illud oleū cum panno, & clyſterizetur matrix cum toto illo, & eſt calidum, & non remaneat ex eo aliquid. Et iam diſtum eſt de hac medicina, quia cōfert illis quæ non impregnantur propter frigiditatem & humiditatem etiā. Et confert iſtis etiam vt ſupponant ſibi lanas quæ ea cuant, & ſiunt cum fellibus, & iam præterit modus ea rum in curatione earum quæ non mundantur ex menſtruis. Et confert iuuamentum magnum hoc medicamen. Medicamen ad mulierem quę habet repletionem, aut ventoſitates multas in matrice, & non impregnatur, & ſi impregnatur abortit. Recip. olei balſami drach. ij. theriacę de viperis drac. j. & ſ. radicis opopanacis drac. j. zedoarię, & doronici, omniū ana drac. ij. caſtorei drach. ij. & ſ. muſchi danich. ij. hyſſopi humi dæ drac. ij. blaſtæ biſantiæ drac. ij. terantur ſicca, & reſoluatur theriaca cum oleo balſami, & miſceatur bene & conficiatur, & detur in lana quantitas auellanæ, & detur in potu omni die etiam pondus drach. j. quinq; diebus, deinde coeat. Medicamen ad mulierem quā conſequuntur menſtrua ſuper impregnationem, & nō poteſt mundificari, neq; videtur menſtrua amplaz: Recipe ceræ drac. x. naſturtij, & ſeminis mentħæ, omniū ana drac. j. ſeminis fœniculi drac. ij. proijciantur in vi ni quantitatem lib. ij. & decoquatur donec conſumatur medietas, deinde proijciantur ſuper illud farcocol læ, & litij, omnium ana drac. ij. butyri vaccini, & mel lis, amborum ana quantitatem cochlearij vnius, & eſt aure. iiij. deinde teratur parum, & detur ex eo ad bibē dū: & cibet ſi hora veſpertina. Facillud tribus diebus.

De mulieribus, qualiter ſignificetur ꝙ ipſę
ſint prægnantes, Cap. XXXV.

SCitur illa quæ prægnata eſt ex hoc, ꝙ non currit ex muliere poſt coitum ſperma: & ex hoc ꝙ ſentit in hora coitus horripilationem paruam, & dolorem medium in ſuperiuſſub vmbilico apud vuluam etiā, & eſt vulua tota exiccata, & os vuluę coadunatū abſq; apoſtemate

apoſtemate & ſine duritie. Et poſt iſtas res ſignificatur etiam ex hoc, q̃ nõ deſideret coitũ, & ex hoc q̃ nõ mẽſtruatur in hora menſtrui naturalis, & ex hoc q̃ color mãmillarum eſt viridis ſecũdum colorem porri, & ex hoc q̃ eleuantur plusq̃ fuerunt, & viridia etiam ſunt alba oculorum earum, & denigrantur facies ipſarum, & accidunt in eis lentigines & baras, & deſiderãt cibaria horribilia, & aduenit eis ſubuerſio animæ & nõ eſt eis appetitus. Et non leguntur mulieres ex naufea, niſi ex multitudine ſanguinis qui deſcẽdebat in omni mẽſe cum menſtruis: quod eſt quia iſte ſanguis quando re ſpicit ipſum embrion aſcendit ad ſtomachum, & ſecũdum quantitatem illius humoris deſiderant ipſę cibaria horribilia. Et proteꝰditur hæc ægritudo in eis vſq; ad menſem quartum: quoniam in primis menſibus ſufficit embryoni parũ ſanguinis vt nutriatur eo. Quando vero magnificatur, tunc indiget ſanguine toto propter augmentum nutrimenti ſui: quapropter non accidunt eis accidẽtia iſta. Et hæc eſt ſignificatio alia ſuper impregnationem, & eſt illa quã dixit Hippocrates in tractatu quinto libri aphoriſmorum quum dixit. Quãdo vis ſcire an mulier ſit prẽgnans, tunc da ei in potu apud ſomnum aquam mellis. Si ergo cõſequitur eam punctio in ventre eius, tunc eſt pregnans: & ſi non conſequitur eam, tunc non eſt pregnãs. Aqua autem mellis facit punctionem, quoniam generat inflationem & ventoſitates, & nõ eſt poſſibile eis penetrare in inteſtinum rectum, quoniam coarctatum eſt & ſtrictum propterea q̃ coarctat ipſum matrix. Reuoluitur ergo ventoſitas in inteſtinis, & facit accidere punctionẽ: & propter illud oportet vt ſit aqua mellis quæ datur cruda, non cocta vt generet ventoſitates plus. Et ſit mulier poſtq̃ accepit ipſum gẽra repleta cibis. Et ſunt hæ etiã ſignificationes ſignificantes an embryon ſit maſculus an fœmina, & ſunt illæ quas dixit Hippocrates, & exiſtimauit q̃ quando mulier ſit prẽgnans ex maſculo, eſt color eius bonus; & ſi eſt prẽgnans ex fœmina, eſt ecõtrario illius. Et q̃ non ſit impregnatio ex fœtibus maſculis ſecundum plurimum, niſi in latere dextro, & fœminini in latere ſiniſtro. Et tu diſcernis huiuſmodi exmotu embryonis ipſius, q̃ eſt quia motus embryonis maſculi fit ſemper in latere dextro, & fœmine in latere ſiniſtro. Et impregnantur ex maſculis in latere dextro, quoniam eſt vehementioris caliditatis ꝓpter ꝓprinqui tatem ſui loci hepati, & vicinitatem ſuam eis: & quoniã vena in qua currit ſperma ad latus matricis dextrum, eſt ex rene dextro: & quoniam teſticulus mulieris dex ter, ex quo egreditur ſperma ex latere matricis dextro, eſt vehementioris caliditatis. Et impregnantur ex fœminis ex latere ſiniſtro propter cauſas quæ ſunt contrariæ iſtis. Et mulieribus quidem quæ ſunt prẽgnantes, ſi eſt eis deſiderium ciborum horribilium, cõuenit in primis exercitium temperatum, deinde potent aquam decoctionis anethi cũ melle mundo, donec facilis ſtat vomitus humoris nociui, & ſolutio naturę. Et confert eis ex cibis panis cocꝰus, & carnes autem decoctarum cum iure condito delectabili, non vnctuoſo penitus. Et ſit potus vinum citrinum, ſuauis odoris, antiquum Et ex fructibus paſſæ, & granata, & cytonia, & pyra, & mala. Et dentur eis loco luti, vt comedant amylum frixum, & cicer frixum, & fabæ frixæ, & triticum triſxum etiam. Et comedant ex oleribus endiuiam, & lactucam, & teraxacon, & erucam. Et ponãtur ſuper ſtomachum deforis fomentationes, & emplaſtra, & olea quæ ſtringunt & confortant ſtomachum, ſicut cerotũ factum cum cera, & maſtice, & ſpica, & roſis, & abſynthio, & oleo de ſpica. Et conferunt iuuamentum non parum etiam emplaſtra prædicta, in cura debilitatis hepatis & ſtomachi. Si autem læduntur ex ventroſitatibus & cauſis alijs in hora impregnationis, accipiant quaſdam harum medicinarum quas narro. Electuarium diamargariton iuuatiuum pregnantibus, & dolori matricis, & ventoſitatibus: Rec. margaritarũ non perforatarum, pyrethri, omnium ana pondus drach. ſ, zinziberis, & maſticis, omnium ana drac. iiij, & zurubed, & doronici, & ſeminis apij, & acori, & ſeitaragi, & cardamomi, & nucis muſcatæ, & heil, & cinnamomi, & garioffilorum, & macis, omnium ana drac. ij. piperis, & macropiperis, amborum ana drach. ij. cinnamomi drach. v. zucchari mundi quantum eſt pondus omnium: teranť, & cribellẽtur, & detur ex eo cochlear vnum, aut duo cochlearia & ſunt aure. iiij. cum vino permixto. Summa eſt. xix. Aliud prægnãtibus quarum ſtomachi ſunt debiles, & ipſarum hepata, & generantur in eis ventoſitates, & abortiunt: Recꝰ. ſeminis apij, & cymini infuſi in aceto, & frixi, amborum ana vnc. j. ameos, & zinziberis, amborum ana vnc. iiij. caſtoreꝰ vnc. ij, zucchari drac. xx. terantur, & cribellentur, & detur ex eo cochlear. j. cum vino permixto: Sũma eſt. vj. Aliud prægnantibus, & eis quæ abortiũt ſemper. Rec. zurunbed, & doronici, & caſtoreꝰ, & muſchi, & aſſę, & ſiſſinin & eſt heil, & gallarum, & ſpodij, omnium ana drac. j. zinziberis drac. x. zucchari. ʒ. xx. terantur, & cribellẽtur, & conficiãtur cum melle quãſtum neceſſe eſt: doſis ſit pondus drac. j. cum aqua roſata. Summa eſt. x. Aliud mulieribus quæ impregnãtur, & capiunt eas vẽtoſitates, & dolor ſtomachi. Recꝰ pe caſtorei drach. j. zurunbed, & doronici, & ſeminis apij, omnium ana drac. ij. zucchari drach. xxiiij. teranꝰtur, & cribellentur, & adminiſtretur: & doſis ſit pondus drac. j. cum aqua aniſi, & maſticis: Sũma eſt. v. Aliud ad ventoſitates quæ eueniunt prægnantibus, & ad ſolutionẽ naturæ, & nominatur conſeruans embryonẽ: Rec. caſtorei, & nucis muſchatæ, & zurunbed, & doronici, omnium ana drac. v. ameos, & ſeminis apij, amborum ana pondus drach. j. ſeminis iuſquiami albi, & margaritarum nõ perforatarum, omnium ana drac. j. zucchari tripium omnium: miſceãtur & detur. Potio ſit drac. j. cum vino: Summa eſt. viij. Aliud prægnãtibus, & ventoſitatibus in matricibus, & cõſeruat embryonẽ. Rec. zurũbed, & doronici, omnium ãñ. ʒ. ij. margaritarum nõ perforatarum, & bdellij, & corallij, & karabæ, & ſetæ crudæ, omnium ana drac. j. caſtorei drac. j. & ℈. vſneæ, & ſpicæ, omnium ana drac. ℈. heil, & croci, & garioffilorum, omnium ana drach. j. mellis quantum neceſſe eſt: doſis pondus drach. j. cum vino permixto, aut miſceatur cum zuccharo, & detur ſiccũ. Summa eſt. xiij. Linimenta ad apoſtema accidens in pedibus prægnãtium: conuenit ad illud papyrus, quãdo infunditur aceto, & ponitur ſuper ipſum. Et oleũ roſatum, quando miſceãtur cum aceto, & concutitur, & inunguntur cum eo pedes. Et ℈ lolatrum ℈ etiam cum aceto, & kimolea, & eſt marmor inuentum in lusto viridi, quãdo ponitur cum aceto & linitur. Et cinis caulis, & ſal ſixum, quando teritur cum oleo, & linitur cum eo. Et confert cinis caulium, quando ſolubitur cum aqua ſiclæ, & emplaſtrantur cum eo pedes. Et liscium tritum reſolutum eſt aqua caulis, & aloes, & fauſel, & ſandali rubei, quando liniuntur eſi aqua ſolatri.

Pondus cõ ſiderationis ſi. quid ſit.

Nota q̃ zurũbed eſt medi cina alia a ze doaria, ſicut declaratũ eſt in ſecundo canone.

Regimẽ prægnantiũ quæ appetũ cibos extraneos in primis menſibus.

Aſſa fœtera, & ſal cõtritũ.

De mulieribus quibus difficilis ſit partus.

Cap. XXXVI.

Difficultas partus ſit ex parte eius quę parit, & ex parte nati, aut ex parte ſecundinæ. Et fortaſſe eſt prohibens ex tertio, quod eſt, quia aut eſt ex humore groſſo & pinguedine, aut propter paruitatem matricis totius, aut propterea quia ipſa non eſt aſſueta dolori, aut propterea quia ipſa eſt timoroſa, aut propter phlegmonem qui eſt in matrice eius, aut in vno aliorũ membrorum, aut propter ægritudinem præter iſtam, aut eſt natura mulieris debilis, quare non poteſt compreſſionem

Abrucalis vi dit quinq; fe tus in vtero.

Alia vlcera, & strictura vteri, aut coarctatio fœtus.

pressionem facere & expulsionem propter debilitatem in ea naturalem: aut propter antecessionem partus ante horam quæ est necessaria. Et difficultas partus ex parte nati, aut est propter magnitudinem eius, aut propter ipsius grossitudinem, aut est paruus valde lenis, aut quoniam caput eius est magnum, aut est forma eius mirabilis, sicut ille qui duo habet capita; aut quoniã est mortuus, aut est viuus sed est debilis, & non potest extendi: aut quoniam sunt numero mul ti, sicut dixit Abrucalis, quia vidit quinq; nasci in vna tre; aut quoniam est ei figura egressa a natura, quod est quia eius figura qui nascitur, naturaliter, in primis est vt egrediatur super caput suum, & manus eius extẽsas super coxas suas, & caput eius non sit declinans ab ore matricis. Et figura secunda est vt egrediatur super pedes in primis, absq; declinatione ad vnum duorum latorum. Et reliquæ figuræ diuersæ ab istis duabus, sunt egressæ a natura. Et quandoq; fit difficilis partus ex parte secundinæ, aut quoniam rumpitur propter grossitudinem suam, aut ipsa erumpitur ante horam suam propter substilitatẽ suam, quod est quia humiditas quę est in ea quando euacuatur ante horam suam, nõ labitur cum lapsu embryonis in exitu propter victoriam suæ siccitatis. Et difficultas partus propter res egressas a natura, aut est propter constrictionem vehementem, aut propter inæqualem caliditatem quæ dissoluit virtutem. Et iam accidit etiam difficultas partus ex passionibus animalibus. Si ergo est difficultas partus propter oppilationẽ, ꝯ autex debilitate embryonis ipsi℞ reducimus ipsum ad mollificationẽ, ita vt effundamus in matricẽ oleum fisaminum calidum cum decoctione fœnugræci, aut aqua decoctionis maluæ, aut aqua in qua decoctum est semen lini cum aqua mellis, aut cũ aqua & oleo fisamino; & facimus eas federe etiam in tina, in qua est aqua in qua decoquuntur camomilla, & fœnugræcum, & semen lini, & caulis, & quę sunt illis similia. Et quidam administrant motus fortes, & medicinas facientes sternutare. Timida autem oportet vt teneatur donec quiescat acuitas timoris, & robusta fiat, & confortetur. Illi autem quæ non consueuit & non est experta partum, præcipimus vt retineat anhelitum suum vehementer, aut impellat ipsum ad partem miracli. Et illam cuius minoratur anhelitus, & superuenit ei syncopis, medicamus cum odoriferis bonis: & quum confortatur virtus cum æqualitate, cibamus eam cum paucitate ciborum. Et illã quæ est pinguis valde, facimus iacere super ventrem suum & faciẽ suã, & reducimus genua eius versus coxas eius, donec quando stringitur matrix ipsa, & attrahitur matrix ad partem vuluæ, donec est in directo orificij vuluæ: & si declinat versus vel amen quod distinguit inter membra superiora & inferiora, confortamus os eius, & mollificamus os matricis cum ceroto, aut cum oleis aliis. Q; si in aliquo membrorum est egritudo, tũc oportet vt soliciti simus de ea: & si est in intestinis stercus siccum retentum, extrahimus ipsum cum clystere leni. Et secundinam quæ non rumpitur, incidimus cum digitis aut cum cultello, & ponimus eam inter digitos: & intromittimus in primis manum sinistram ad concauitatem matricis, & clysterizamus eam cum aliqua ex humiditatib⁹ oleaginis viscosis. Et si figura embryonis egressa a figura naturali, reducimus eam ad figuram naturalem: quandoq; enim impellimus ipsum, & quandoq; educimus eum & extrahimus ipsum, & quãdoq; complicamus ipsum, & quandoq; facimus ipsum descendere. Si ergo egrediuntur in primis pedes eius, tunc non trahimus ipsum cum vehementia, quod est quia tenes tur ergo aut non egreditur aut incidit ur. Si ergo accis dit hoc, impellimus ipsum digitis nostris cum facilitate, & reducimus iunctu ram quę exiuit ad locum suum necessarium. Et si embryones sunt multi numero aut duo, tunc oportet vt impellamus eos ad superiora, & extrahamus vnum & vnũ. Et oportet vt faciamus istas res omnes cum facilitate absq; corruptione, & effunda mus in hũc locum oleum multotiens. Et si est prohibi tio embryonis ad egressionem, quoniam est mortuus tunc redimus ad attractionem eius cum ferro aut cum istis medicinis. Si ef quę attrahunt embryonem velociter, fiue sit viuus fiue mortuus. Rec, myrrhæ, ellebro ri nigri, & opopanacis, & fellis thauri, omnium æquales partes terãtur & fiant fusel longi, & supponat ipsum fibi mulier: descendet enim tũc fiue viuus sit fiue mortuus. Aliud ad hãc intentionem: Sumantur bezard, & myrrha, & fustes caulis, & fel thauri, misceat & sus fumigef cũ eo sub ipsa: ipsa enĩ proijciet ipsum statim.

De lapsu matricis. Cap. XXXVII.

Si lapsus matricis ad exteriora est ex dolore partus aut ex causa alia, tũc oportet in primis vt euacues intestina ex stercore cum clystere leniente, & prouoces vrinam donec non sit in vesica aliquid: deinde præcipe mulieri vt dormiat, & sit caput eius inferius, & anchę eius altiores eo. Et collige omne crus cum coxa sua, & distingue inter ea, & funde super locum egref sum ex matrice etiam ex oleo rosato multum tepido, & submergein hoc oleo lanam, & pone eam in circuitu vuluæ, & super pattem quæ egressa est a matrice. Et submerge etiam pannum lini in acatia, aut succo barbæ hircinæ dissoluto cum vino, aut cum aqua in qua decocta sunt gallę, & myrrhus humida, & pone ipsum per partem quæ egressa est. Et facecam federe ad vmbilicum suum in tina, in qua est aqua, i qua decocta sunt mirrhus hũida, & gallę, & cupulæ glandiũ, & sumach, & folia oliuarum, & rhamni, & nux cypressi: & da hãc medicinam vt supponat eam. Lana quę conuenit matrici quæ lapsa est exterius a loco suo. Sumãtur acatię, & myrrhę, & thuris, & ladani, & balaustiorum, & myrthi humidæ, & lentium excorticatarum, & gallarum, omnium ana partes æquales: terantur, & cribellentur, & conficiantur cum vino pontico, & inuolucrur cum lana mũda, & submergati oleo mirrhino, & desmulieri vt supponat eã. Si autẽ lędit eã aligd ex pruritu sorifi cio mficis, decoq; folia rhãni, & folia granatorũ, & lẽtes excorticatas cũ zuc, & da ei cũ lana vt supponat illud.

TRACTATVS SEXTVS
Ioãnis filij Serapionis, & hẽt. xx. capitula.

Capitulum primum de causis febris ephemeræ.
Capitulum. ij. de febre ephemera accidente ex calore solis, & ab aere valde æstuoso.
Capitulum. iij. de febre ephemera accidẽte a frigore.
Capitulum. iiij. de febre ephemera accidẽte ex balnea tione cum aquis sypticis.
Capitu. v. de febre ephemera accidẽte ex cibis calidis.
Capi. vj. de febre ephemera accidẽte ex labore corpis.
Capitulum. vij. de febre ephemera ex ira.
Caitulum. viij. de febre ephemera accidente ex cogitatione, & trisitia.
Capitulũ. ix. de febre ephemera accidente ex vigilijs.
Cap. x. de febre ephemera accidẽte ex dolore ẽguinũ.
Capitulum. xj. de febre hectica.
Cap. xij. de febre syn ocho, quę est febris sanguinea.
Cap. xiij. de febre tertiana, q̃ cãex putredine cholerę.
Cap. xiiij. de febre q̃tidiana, seu de febre phlegmatica.
Capitulum. xv. de febre quartana.
Capitulum. xvj. de febre hemitritęa.
Cap. xvij. de febribus, q̃ noiantur empialas, & liparia.
Cap. xviij. de febre, q̃ fit cũ cõitate membri dolentis.
Capitulum. xjx. de syncopi.
Cap. xx. de illis, quorum virtus debilitatur cũ sudore,

De causis febris ephemeræ. Cap. I.

CAusæ quidem febris ephemeræ sunt quasfluor quia quædam ex eis sunt quæ occurrunt exterius, sicut frigus, & calor, quando sunt fortes seu vehementes; aut balneatio cum aqua aluminis, aut aqua sulfuris. Et quædam ex eis sunt quæ ingrediuntur corpus, sicut cibus, & potus, & medicinæ, & quæ sunt illis similia. Et quædam ex eis sunt quæ inferunt passiones, sicut motus, qui sunt aut corporales, sicut labor cum ambulatione multa, aut equitatione assidua: aut sunt motus animales, sicut vigilię, & mœstitia, & tristitia, & ira. Et quædam ex eis sunt quæ accidunt ab extra, sicut dolor qui accidit in aliquo membro: (vel secundum aliam literam, Et quædam ex eis est dolor accidens in aliquo membrorum, sicut dolor accidens ex apostemate emunctoriorũ causato a causa extrinseca.)

De febre ephemera accidente ex calore solis, & ab aere valde æstuoso. Cap. II.

SCias quòd illis quibus accidit febris ephemera ex sole, & ab aere valde æstuoso, igniuntur seu inflammantur capita eorum, & cutes ipsorum, plus quàm ignitantur seu inflammentur in speciebus aliis febris ephemeræ. Et capita illorum qui ambulant in sole tempore longo, igniuntur seu inflammantur plus quàm corpora ipsorum. Et accidit soda, & rubedo in oculis, & caliditas, quoniam huiusmodi febris ephemera lædit spiritus animales proprie: (vel secundum aliam literam, Et accidit in capite soda, & pulsatio vehemens, quoniam in huiusmodi febre læduntur spiritus animales proprie, & oculi eorum rubescunt & inflammantur.) Quapropter oportet vt effundatur post resolutionem febris super capita eorum cõtinue, aqua tepida dulcis, ĩ qua iam decocta sint camomilla, & viola ficca, & flores nenufaris, & rosæ: & inungatur caput cum oleo violato, aut oleo de nenufare & rosis: & faceos dormire in domo frigida, in qua strata sint folia al kaleſt: & ciba eos cum cibariis & potibus frigidis humidis. Quũq; redierit ad ꝯplectudinẽ ꝑfectam resolutionẽ febris, opꝫ vt caueãt sibi ab oĩbus rebus q̃ calefaciunt.

Al Kaleſt eſt ſpecies ſi icis ſicut in ſirma noſtra pluries declaratũ eſt. Alia literꝛ, cibos conſue tos, ſeu ad re gimen.

De febre ephemera accidente a frigore. Cap. III.

FEbris ephemera accidens ex frigore, exiccat corpus, & arefacit, & solidũ efficit, sicut illud quod fit ex balneatione cum aqua aluminis, & cũ aqua sulfuris: (vel secundum aliam literam, & solidum efficit, & similatur febris ista febri ephemeræ quæ fit ex balneatione cum aquis sytpticis.) Et patientes hanc febrem ex frigore, sentiunt grauitatem in capitibus suis, & in reliquo corpore eorum. Et sunt vrinæ eorum albæ decliues ad citrinitatem parum, quoniam caliditas quæ est in eis, non compleuit tincturam vrinæ. Et pulsus eorum sunt parui, veloces, frequentes: parui quidem propter frigus, velocitas vero & frequẽtia ipsorum pulsuum est, quoniã caliditas est iam submersa ad interiora. Et propter illud confert eis post resolutionem febris, balneum cum aqua calida, in qua decocta sint chamomilla, & melilotum, & maiorana: postquàm sub infirmo posita fuerit hæc aqua bulliés, ita vt somenteretur cum vaporibus eius. Et inungatur patiens cum oleis resolutiuis & sedãtibus, sicut oleum camomellinum, & oleum anethinum, & oleum alkeiri. Et administretur oleum postquàm sudauerit patiẽs, quia non oportet administrare oleum ante sudorem, vt non oppilentur pori propter viscositatẽ olei. Qui autem patientes hanc febrem egrediuntur ex balneo, ciba eos cum cibis calefacientibus parum, sicut sunt assiidbegi, idest, ferculum ex carne elixata, (vel secũdum aliam literam, sicut brodium carnis elixatæ,) & bibat modicum aquæ calidæ: (vel secundum aliam literam, & sorbeat modicum olei cum brodio carnis.) Et ponantur eoram manibus eorum prunæ ignis, & ante ipsos accendantur ligna tamarisci ficca. Et confortentur spiritus ariales ipsoꝝ cũ odoriferis, & cũ speciebus aromaticis, & cũ odore ligni aloes, & citri, & maiorane, & narcisci, & alkeiri, & sily mbrij, & quę sunt illis similia.

De febre ephemera accidente ex balneatione cum aquis sytpticis. Cap. IIII.

SIgnificatur ſuper febrẽ ephemerã accidẽtẽ ex balneatione cũ aquis ſtypticis, ſicut cũ aquis aluminis, & cum aquis ſulfureis, ex tactu: quoniam cutis eſt dura, ſiltrata, ſolida, extenuata, ficca, arida, plus quàm cutis illorum quos inuaſit febris ephemera ex frigore: & ſimilatur illis qui manus ſuas ſubmergunt in aqua gallarum, aut corticum granatorum, & quæ ſunt illis ſimilia tempore longo. Et quando ponis manu tuam in quacũque parte corporis, ſentitur in prismis diminutio caliditatis, & poſt illud quando expanditur cutis ſub manu, & prolongatur tactus eius ſuper ipſam cutem, manifeſtatur caliditas, & ſentitur vehementia eius plus. Et eſt vrina declinans ad albedinem, aut ad citrinitatem: & hoc accidit quoniam ſuperfluitates aquoſæ quæ conſueuerant euacuari, retinentur propter ſoliditatem cutis. Et oculi eorum nõ ſunt ſubmerſi, & quandoque ſunt inflati. Etiam & pulſus arteriarum ipſorum non eſt paruus, ſicut in illis in quibus accidit febris ex cogitatione, & mœſtitia, & vigiliis, & labore: quoniam virtus in hac febre eſt remanens, & caliditas eſt profunda, & non reſoluitur neq; finitur. Et oportet, vt ſcias q̃ non ſemper accidit febris ephemera in corporibus, quando inſpiſſatur cutis eorum: ſed illis corporibus accidit febris ephemera ex indurationẽ & inſpiſſatione cutis, quando ab eis reſoluuntur vapores humidi ſanguinei, qui propter prædictam inſpiſſationem retinentur: vnde fit aggregatio ipſorum vaporum. Et inuadit etiam febris ephemera illis corporibus quorum vapores ſunt calidi & ficci, & non eſt materia quæ in eis putrefiat. Et ſi eſt illic materia quæ putrefiat, inuadit eos febris putrida. Et curatio quidẽ illorum quibus accidit hæc febris ephemera, ſit etiam cum rebus eiſdẽ quibus curatur febris ephemera quæ eſt ex frigore: verum iſti tardant plus in balneo q̃ illi, quoniam indigent reſolutione, & non tardant in tina multum. Et oleum quod ipſi adminiſtrant, ſit parum, & fricatio ſit multa, lenis, ita vt leniatur cutis, & reſoluantur ſuperfluitates retente in corpore. Et opꝫ vt vtãtur cibis velocis digeſtionis in q̃titate moderata, & vt bibant parũ de vino, ſi durities ſeu inſpiſſatio cutis fuerit pauca. Si vero durities ſeu inſpiſſatio cutis fuerit multa, non vtantur vino omnino: quoniam de proprietate vini eſt, vt expãdat ſuſpluitates & excitet caliditatẽ.

De febre ephemera accidente ex cibis calidis. Capitulum quintum.

HÆc febris plus accidit in ſpiritu naturali q̃ eſt in nobis, q̃n cibi & potus læd̃t hepar plus q̃ alia mẽbra. Et pp hoc ſunt vrinę eoꝝ decliues ad caliditatẽ, & pariẽs hãc febrẽ ſentit caliditatẽ in hepate. Et pp hoc opꝫ vtexhibeant ea q̃ ꝑerunt hepati, & quocãt vrinã, ſicut ſyrupus acetoſus tactus cũ zuccharo, & aq̃ granatoꝝ acetoſoꝝ, & q̃ ſunt illis ſimilia. Et ponat ſuper hepar exterius epithema factũ cũ ducibus landalis, & roſis, & camphora, & aq̃ kalef, & aq̃ roſata.

De febre ephemera accidẽte ex labore corporis. Cap. VI.

ILlorum qui laborant in ambulatione aut æquitatione aut in pugna, ignĩuntur ſeu inflamantur iunctũrę omnes: & ſimiliter ſpiritus vitales etiam, & proprię ſpiritus animales, quia ad cor & ad cerebrum ex hoc quòd ipſa ſunt ſuperius eleuãtur vapores plus. Et ſecundum communitatem corporꝫ quæ laborant, ſunt arida, extenuata, ficca. Secundum proprietatem vero

vero si non est labor vehemens in corporibus, tunc siccitas apparet in eis tempore paruo tantum, deinde egreditur ex eis humiditas quæ est sicut ros, & vapor calidus quando resoluitur humiditas humorum; & humectatur siccitas corporis, quod in hora declinationis febris efficitur roridum. Si vero labor fit multus, tunc corpus efficitur siccum in declinatione ægritudinis etiam, & est pulsus tunc paruus. Et si labor nō fuerit multus, tunc pulsus est magnus consequutiuus seu frequens, quia febriens indiget attractione aeris, propter caliditatem & siccitatem quæ comitantur ipsum: & vrina est subtilis, acuta, propter laborem & resolutionem. Et eius quidem subtilitas est propter resolutionem multam, eius autem acutas est propter motum qui ignitur seu inflammauit corpus. Et sentitur aliquid de dolore in iuncturis, propter confricationem earum ad inuicem apud motum. Et oportet vt curentur isti in primis cum quiete & tranquillitate, & post resolutionem febris (vel secundum aliam literam, & post declinationem febris) fedeant in tina aquæ tepidæ donec humectentur. Et non oportet vt tardent in balneo isti, neque illi quos inuadit febris propter aerem valde effluosum, quia ægritudo ambosrum simul est siccitas. Et vngantur corpora eorum si tempus est calidum siccum, & complexio infirmi est decliuis ad hæc duo, cum oleo violato & nenufarino aggregato cum aqua pauca. Quòd si istæ dispositiones sunt econuerso, ex parte aeris & ætatis & complexionis, inungantur cum oleo de keiri & oleo chamæmellino: & sit fricatio lenis valde temperata in multitudine sua donec humectet eos. Et post oleum etiam facimus eos federe in tina aquæ tepidæ, donec humectetur corpus, & acquirat humiditatē loco illius quæ ex eo fuit resoluta. Et post tinam administramus oleū etiam, & conseruetur humiditas quam corpus acquisiuit ex aqua. Et præcipiamus eis vt caueant sibi ab eis quæ exiccant corpus, & proprie a coitu, quoniam ipse exiccat corpus & debilitat ipsum. Et nutriamus ipsos cum cibis humidis, paucarum superfluitatum, facilis digestionis, & accipiant eos vicibus multis (vel secundum aliam literam, Et nutriamus eos cum cibis humidis facilis digestionis, & huiusmodi cibi sumantur vicibus pluribus,) non vice vna: & bibant vinum non antiquum, permixtum, vt humectetur corpus.

De febre ephemera ex ira. Cap. VII.

In illis quibus accidit febris ephemera ex ira, est velox motus oculorum suorum, qui egrediuntur & eminent exteriusquoniam caliditas innata mouretur ad exteriora, propter vindictam faciendam ex nocentibus. Et rubet facies ipsorum propter motum sanguinis ad exteriora corporis. Et videtur corpus ipsorum plenum, pingue, propter ebullitionem sanguinis & ipsius feruorem. Et quandoq; fit color citrinus ex timore permixto cum ira. Et vrina est citrina & acuta, (vel secundum aliam literam, Et vrina ipsorum est citrina non acuta.) (Alia litera habet, Et vrina eorum est citrina paucæ acuitatis,) & pulsus eorum est velox, magnus, propter motum, & propter augumentum caliditatis. Et ingenium quidem ad istos febrientes, est in primis sedatio iræ ipsorum, & bonificatio anhelitus ipsorum cum delitijs, & post illud regimen ipsorum sit cum cibis bonis in complexione sua frigidis & humidis. Et non oportet vt exhibeatur eis vinum donec fedetur caliditas, quia de proprietate vini est excitare iram. Et similiter oportet vt prohibeantur etiam a balneo, quoniam balneum adiuuat materias quæ sunt in corporibus eorum ad putredinem, & facit euenire febrem, & facit resudare & expellere illas materias ad quædam membra, vnde facit accidere apostema. Et oportet etiam vt intendatur studium circa cor, quoniam hæc febris non oritur & non incipit nisi ex corde.

De febre ephemera accidente ex cogitatione & tristitia. Cap. VIII.

In patientibus quidem febrem ephemeram ex cogitatione & tristitia, motus oculorum suorum & eminentia ipsorum ad exteriora, quandoque augetur, & quandoq; quiescunt oculi, & videntur quasi submersi. In illis autem qui cogitant, quandoque est eorum cogitatio in eo quod contristat. Quum ergo solliciti sunt de eo quod ipsi timent vt eis accidat, submergitur caliditas eorum innata, & sequuntur eam spiritus, & sanguis, & membra quorum motus est facilis ad interiora: vnde apud illud profundantur oculi eorum. Et quando cogitatio eorum est de euasione, seu est in spe euasionis a timore & periculo, tunc accidit eis contrarium illius: caliditas enim naturalis tunc egreditur ad exteriora, & sequuntur eam spiritus, & sanguis, & oculi eminent & mouentur motu veloci. Pulsus autem eorum quando caliditas submergitur ad interiora, est paruus: sed quando dilatatur ad exteriora, est pulsus magnus. Et vrina eorum est acuta, ita vt mordicet membrum per quod transit. Et oportet vt curentur isti cum contrario illius quod eis accidit, & ingenietur vt ipsi lætentur & gaudeant & sperent, eum omnibus speciebus ingeniorum diuersorū, quæ solent inducere gaudium & lætitiam & spem eorum quæ desiderantur. Et ingenietur etiam omni ingenio vt remoueatur ab eis multitudo cogitationis, quoniā multitudo cogitationis debilitat seu infestat animam, sicut dixit Plato. Post declinationem vero febris, oportet vt infirmus fedeat in tina aquæ dulcis tepida, donec humectetur corpus parumper, deide vngatur cum oleo cui est virtus infrigidandi & humectandi, sicut est oleum violatum, & oleum nenufarinum. Et non sit fricatio continua, vt non exiccetur corpus. Cibatio autem istorum fiat cum cibis humidis laudabilis humoris, sicut caro pullorum, & franculinorum, & caro hœdorum, & pisces petrosi, & brodium leguminū frigidorum, & attriplex, & cucurbita, & his similia: nam passiones animales proprietatem habent exiccādi corpus valde. Et signum huius est, quoniam videmus plures eorum qui non cogitant, & non patiuntur tristitiam neq; mœstitiam, digerere totum illud quod comedunt ex cibis. Illi vero qui cogitant & patiuntur mœstitiam aut tristitiam, non digerunt quod comedunt ex cibis, etiam si sint facilis digestionis paucę quātitatis. Et oportet vt exhibeatur ipotu vinum permixtum non antiquum, in quātitate pauca, ita vt non exiccet corpus ex multitudine eius quod de eo administratur. Nam quando vinum exhibetur cum mensura, remouet vigilias, & facit euenire somnum: & propter illud humectat & lætificat tristes, & sedat tædium & tristitiam. Et vniuersaliter dico quòd oportet vt sit regimen totum infrigidans & humectans, & sit elongatio a rebus exiccantibus. Ipse enim nocent valde, & proprie coitus: vt non permutetur seu perducatur febris ephemera ad febrem hecticam.

Signū efficax qualiter passiones animæ lesiunt negligentia & tristitia exiccant corpora valde, & debilitant digestiuam.

De febre ephemera accidente ex vigilijs. Cap. IX.

Scias quòd patientibus febrem ephemeram ex vigilijs, accidunt istæ significationes, scilicet citrinitas coloris propter motum choleræ accidentem ex vigilijs. Et propter paucitatem digestionis accidit corpori thebegi, idest, tumefactio similis cachexiæ & profundātur oculi propter multitudinem motus qui resoluit, & grauantur palpebræ & motus ipsarum. Et pulsus est paruus propter debilitatem virtutis. Et vrina quamuis fit acuta, tamen est indigesta, turbida: (vel fm alia lām, Et vrina est paucę q̄titatis, acuta, nō digeraſ.

gesta, turbida. Ops aũt vt isti febricites curẽt cũ rebus quæ contrariantur vigilijs: & sit ingeniatio in attrahendo somnum cum embrocis super caput factis cum aqua, in qua decocta sint camomilla, & rosæ, & violæ siccæ, & folia nenufaris, & hordeum excorticatum, & papauer. ♃ ♄ Et fricentur manus & pedes, ita vt attrahatur materia ad inferiora, & descendant vapores retẽti in capite. Et cibatio eorum sit cum cibis humidis velocis digestionis. Et exhibeatur eis in potũ vinum permixtum non antiquum. Et prohibeantur isti ab omnibus rebus quæ excecant corpus, & proprie a coitu. Et regantur isti cum huiusmodi rebus, donec redeat corpus ad dispositionem primã cum somno nocturno; quoniam somnus nocturnus attrahit tranquillitatem plus propter consuetudinem primo: & secundo quia caliditas naturalis propter humiditatem noctis & frigiditatem eius, profundatur ad interiora, vnde est causa completæ digestionis. Et tertio, quia tenebræ noctis attrahunt sensibus quietem: somnus vero diei propter contrarium harum rerum efficit contrarium illius. Et somnus quidem qui est inter mane, seu inter horam matutinam vsque ad quatuor horas, est medius inter istos.

A fia littera, humiditas cum oleo tepida rino, & oleo violato.

Quare somnus nocturnus conferat, & somnus matutinus est medius inter eos.

De febre ephemera accidente ex dolore inguinum. Cap. X.

Quare ex vlcere in pedibus aut cruribus accidat apostema in inguinibus

DOlor inguinum, est dolor emunctoriorum & lacertorum qui sunt in radicibus coxarum. Nã quãdo accidit aliquod vlcus in pedibus & cruribus, tũc natura properat ad vlcus vt rectificet ipsum, & sequuntur eam spiritus & sanguis. Quumq; huiusmodi in transitu suo perueniunt ad inguina, repleut ipsa propter eorum raritatem & spongiositatem: vnde fit in eis apostema. ♃ Quòd si principium huius apostematis fuerit causa primitiua, sicut vlcus in pede, tunc facit accidere febrem ephemeram. Et si apostema fuerit ex causa antecedente, sicut ex repletione, tũc ex eo accidit febris putrida. Et significatur super hanc febrem etiam ex pulsu, quia in febre ephemera est pulsus magnus valde frequens, & ex profundo corporis eleuatur post ebullitionẽ roritas quædam calida mordicatiua, & rubet facies secundum plurimum, & inflatur; veruntamen rubedo eius sequitur colorem sanguinis, & inflatio ipsius plus. Et vrina est declinis ad albedinem. Et oportet vt patientes hanc tebrem, curentur incipiendo cum introitu eorum in balneo, & faciendo eostardare in eo. Et administretur eis fricatio cum æqualitate, & non vngantur oleo aliquo: quoniam oleum humectat corpus, & oppilat poros eius. Deinde cibentur cum cibis subtilibus, & prohibeantur a potu vini.

A fia littera, quod nominatur diuturnum. Si principiũ apostematis fuerit vlcus in pede, causa tũ causa primitiua, tunc ex apostemate præcedẽte fit repletio corporis, tunc ex tali apostemate causatur febris putrida.

De febre hectica. Cap. XI.

FEbris hectica, quæ est febris fixa, stabilita, diuidi tur in duas species: quarum vna est quæ accidit ex'adustione caliditatis: & ad eam sequitur febris dach continua: (vel secundum aliam literam, ex adustione caliditatis: ad quam sequitur febris fubtilis continua.) Altera vero species est quæ accidit in corporibus senum absque febre, quando extinguitur caliditas naturalis quæ est ieis ex multa resolutione: & actidit absque dolore: & hanc nominat Phylagrius medicus, senectam ex ægritudine. Et iam nos vidimus multos, quos inuasit hæc ægritudo, ex senibus & pueris & adolescentibus, absque quòd finita fuerit caliditas eorum naturalis, & extincta ex multitudine ægritudinum, & assiduatione dolorum. Istæ igitur sunt duę species primę febris hecticæ. Species autem prima diuiditur in tres species, quia humiditates quę sunt in nobis, sunt quatuor, scilicet illa quæ est in vasis seu in venis, & illa, quæ est ♃ in locis vacuis quæ sunt in nobis, & illa quæ est in carne propinqua tempori suæ coagulationis, & illa qua continuatur membra. Quũ autem calefit illa humiditas quæ est in vasis, idest, in tra venas & arterias, calefit corpus etiam. Et si calefiat & putrefiat illa humiditas, tunc ipsa facit accidere febres, ex putrefactione eius quod est in venis & arteriis. Et quando calefacta fuerit humiditas quæ est in locis vacuis, tunc accidit prima species febris hecticæ quæ est facilis curationis. Quando vero calefacta fuerit illa humiditas, quæ est in carne proxima tẽpori suæ coagulationis, tunc accidit secunda species febris hecticæ mediocris, quę nominatur Maralmus, idest, debul seu extenuatio, quæ est difficilis curationis. Si vero calefiat humiditas qua continuatur membra corporis omnia, tunc accidit ex ea species tertia hecticæ, & nominatur Charugas, & eius intentio est extinctio & cõfractio. Harum autem specierum ♃ prima est facilioris curationis & magis sperabilis, secunda vero est difficilior & media in spe, tertia autem species non habet curationem. Si enim resoluta est humiditas per quã membra continuantur, quomodo est possibile vt permaneat corpus? Hæc igitur est opinio quorundam de febre hectica. Secundum vero sententiam aliorum, diuiduntur istæ tres species fic. Dicunt. n. ♃ quando cordis complexio naturalis alteratur seu inflammatur & non finitur humiditas quæ est in eo adhuc, sed est in ipso ficut ebullitio, nominatur tunc prima species hecticę. Et quando accidit in ebullitione eius consumptio humiditatis & finis eius, tunc accidit species secũs da hecticæ. Et quando læduntur membra similium partium, seu membra radicalia, scilicet, venæ & arteriæ & velamina, tũ vt in eis dominentur caliditas & siccitas, (vel secundum aliam literam, ita vt sint obsessa seu oppressa a caliditate & siccitate,) tunc est species tertia hecticæ. Signa autem quæ significant vnãquamque istarum specierum, sunt ista quæ nunc dicemus & cætera.

A fia littera, spargit omnibus membris, existes in locis vacuis quæ sunt inter ea, (vel sũt alia littera, in venis partibus, & in vacuitatibus intebrosũ,) & humiditas tertia ♃ est in membris carnosis, ♃ humiditas propinqua tẽpori suę coagulationis & sic adhęrentię cõmembris. Quæ ta autem humiditas est illa quæ continuatur membra. Quũ aũt calefit illa humiditas quę est in venis & arteriis, tunc calefit totum corpus. Et si illa putrefiat, ac clefit ab ea febris putredinis. Et si calefiat & ę fiat tur, seu diuinitur illa humiditas ę in orificiis venæ & in vacuitatibus membrorũ, tunc accidit prima species hectiçę. Si vero aũt accidit ę & consumit humiditas quarta, ę destruit membra continẽtia illam partẽ, tunc causatur terteria species hectiçę, quę nõ natur charugas.

Alia littera a principio huius capituli vsq; ibi. Species autem prima diuiditur in tres species &c. ficiacet.

De hectica seu de aldach. Cap. XI.

INtentio huius nominis hectica, seu huius nominis aldach, apud Arabes est dispositio seu qualitas fixa seu stabilita in corpore: & est genus quod diuiditur in duas species: quarum vna est dispositio febris fix, quæ accidit ex adustione calidi tatis, seu ex calidirate adurente. Altera vero species est dispositio sicca dominans & fixa, quæ accidit in corporibus senum absque febre: & hanc nominat Phylag ius medicus senectam ex ægritudine. Et iam nos vidimus multos, quos inuasit hæc ægritudo ex senibus & pueris & adolescentibus, absque quòd finita fuerit caliditas eorum naturalis & extincta ex multitudine ægritudinum, & assiduatione dolorum. Istæ igitur sunt duæ primæ species huius nominis generalis, quod dicitur hectica seu aldach. Species autẽ prima diuiditur i tres species &c.

Nota q; ex hac ficcitate ęs exaltatio affirmatur, q; hectica ſenectutis ę eſt abſq; febre, nõ eſt ſpes tibi huius mõ generalis hectica ſeu aldach, quod ſignificat diſpoſitionẽ ſeu qualitatem fixam, q; mutẽ ad hecticã febrilem, & ad hecticam ſenectutis. Et Auic. in noſtra logtur de hectica ſenectutis poſt ca pitulũ de hectica febrili, niſi poſt ſuſtentiã antiquorum, ſicut Serapionis & aliorum, q; ſcribẽdo de febre hectica, ſcripſerũt etiam in eodem capitulo de hectica ſenectutis.

Signa autem quæ significant vnamquamque istarum specierum, sunt ista quæ nunc dicemus. Si incipit febris ephemera exira, aut tristitia, aut mœstitia, aut cogitatione multa, & remanet vsque ad diem secundum & non quiescit penitus, & nõ addit super illud in quo incepit; & apparet in colore & forma nigredo seu obscuritas, & extenuatio, & citrinitas: & tangendo infirmum, & venas, & arterias ipsius semper sentitur caliditas: tunc scias quòd hæc est prima species febris hectiçę. Si autem augetur caliditas, & vehementior fit cum istis significationibus, quando datur infirmo cibus in quacunque hora fuerit, ita vt existimetur quòd ipsa caliditas iã fit magis addita ♃ prius, & habeat giodi, tũc ops vt scias ♃ febris iã puenit ad scdam speciẽ hectiçę. Et tunc oportet vt cibetur infirmus, duobus aut tribus diebus

A lia litera, Cauſa ſitꝫ, vt quæ poſt cibū accidit eis hęc additio ca iditatis, eſt qa ci bus & potus frigi dus qui ſ. ientit ad interiora corporis ſtatvocatur mel bris ſ quus eſt ſita caliditas, tūc is, ſa reſiſtit & opponit cibo & potui frigi do, ſicut cala & la pis calefactus, qñ ſig eos effundit aſi multa, tūc eſt vẽ ebullitio eorū vehemẽs, ita vtea defatoꝝ qſi eo currit & approxi mat, & aduſt. Et cauſa in hoc eſt, qꝫ humiditas ad exci tat calcẽ ſeu excitat ſpecies calcis vẽ appetit & dili git ſpecies calcis ma nifeſtatur caliditas & hoc qđ eſt opꝰ nio loquẽtiū in curatiõ. Plato au tem dixit calidita tẽ ſupradictā cau ſari ex hoc, qꝫ pori ni amplitatur & di latantur ab aqua vinde manifeſta tur illa caliditas

die bus cum cibis mo deratæ quantitatis laudabilis humoris, & in horis diuerſis, ita qꝫ cibes vice vna in mane, & vice alia in meridie, & vice alia in veſperis: & ſi q̃cũq; hora cibet, ſemp auget caliditas, tūc iudica ꝑfẽter q̃ iſta eſt ſpecies ſcda hecticæ, & nõ febris putrida.

Significationes autem ſpeciei tertiæ, ſunt iſtæ, quòd oculi ſunt ſubmerſi quaſi poſiti in profundo, & vident ſua ſpatia nudæ a carne, & apparent in oculis lippitudo ſicca, & color infirmi eſt cinerituꝫ quaſi iam ſuper ipſum ſit proiectus pulvis, & cutis faciei & frontis eſt tenſa, arida, ſiccaz & eleuatur ſuperiora ſuperciliorum & palpebrarum cum grauitate. Quum ergo iacent, aſcẽdunt, & claudũtur oculi eorum abſq; quòd ipſi ſint dormientes, ſed claudunturoculi ex debilitate quę eis accidit. Et applanantur tempora, & ſiunt abſque carne, & detumeſcunt ſua extenuantur ventres eorum, ita vt videantur ac ſi ſint vacui ab inteſtinis & a viſceribus: & cutis corporum ipſoꝝ eſt arida ſicca. Et quando cum digitis tangitur, ſeu comprimitur, tunc videtur quòd ſit ſicut cutis coriata, vel ſicut corium præparatum, ſiccum. Pulſus autem in eis eſt paruus, debilis, frequens, durus ſicut corda. Paruitas autem eius, & debilitas ipſius, eſt quia virtus eſt iam debilitata. Et durities eius eſt propter ipſius ſiccitatem. Frequentia vero ipſius pulſus eſt propter caliditatem. Et eorum vrina eſt olegina, in qua apparent quædam ſimilia a minibus ſeu ſquammis, propter liquefactionem mẽbrorum radicalium, & reſolutionem eorum. Et quando effunditur vrina in vaſe, tunc auditur vox eius ſicut vox oleiefuſi in vaſe: & cauſa illius eſt propter viſcoſitatem vrinæ. In aqua vero effuſa in vale, ex quo non viſcoſa, non ſentitur niſi ſonitus fortis. Iſte igitur ſunt ſignificationes hecticæ cauſate ex caliditate adurentes & huiuſmodi hectica, eſt hectica febrilis quæ diuiditur in tres ſpecies, ſicut iam prædiximus. Signa autem ſpeciei hecticæ quæeſt ægritudo accidens ex dominio frigiditatis & ſiccitatis, nominata hectica ſenes cẽtis, ſunt iſta. Pulſus enim in huiuſmodi ægritudine eſt paruus, debilis, rarus: & vrina ẽ alba, ſubtilis ſubæ.

Cura febris hecticæ.

Cura autem hecticę quę eſt abſq; febre alia putrida, & abſque materia præparata ad putredinem, eſt in primis exhibitio lactis aſini. Et eligatur aſina iuuenis, ſtatui coloris; propinqua tempori partus. Et ſit lac eius lene, album, ſen peraræ ſubſtantiæ, ita vt quando diſtillatur ſuper vnguem aut ſuper ſpeculum, non expãdatur ad latera. Et oportet vt nutriatur aſina cum herbis frigidis humidis, ſicut coriandrum humidum, & altilis plana, ideſt, & herba græminis quæ naſcitur ſuper fluminaz, & endiuia, & hordeum album & detur in potu aqua dulcis, bona, clara: ita enim generatur ex huiuſmodi aſina ſic nutrita, eſt magni iuuamenti. Et nutriatur infirmus cum mes excorticato, decocto cum attriplice, aut ſpinachia, aut lactuca, aut cucurbita. Et detur in potu aqua granatorum dulcium, & aqui cucurbitę: (vel ſecundum altam literam; Et detur in potu aqua granatorum muzorum, & aqua cucurbitæ.) Et faciatur infirmum ſedere in tina aquę, in qua decocta ſunt folia cucurbitę, & hordeum excorticatum, & nenufar & violæ, & quæ ſunt his ſimilia. Et poſt eius egreſſionem ex tina, inungatur cum oleo nenufarino, & cum oleo ſeminis cucurbitę dulcis, aut oleo violato permixto cum cera alba diſſoluta, vel cum cera ablutaquoniã huiuſmodi oleum humectat corpus, & conſeruat humiditatem quam acquiſiuit ab aqua tinę. Quòd ſi conſentit virtus, tunc mulgæ ſuper ipſum lac aſinę, aut lac capræ, aut mulieris, antequam infirmus deſcendat in tina: quia lac quãdo mulgetur ſuper corpus, humectat ipſum valde. Quòd ſi virtus eſt debilis, tunc permiſcea tur lac cum aqua tinę, quam diximus, & non ſedeat in firmus in tina multum, vt non debilitetur virtus, neq; proſternatur, neq; mollificetur. Et non vngatur infirmus ante introitum eius in tinam, vt non oppilentur poroſitates corporis eius ex viſcoſitate olei, & vt non prohibeatur humiditas aquæ ingredi ad interiora corporis eius. Et ſedeat infirmus in tina vice vna poſt lac in mane, & vice alia poſt cibum & potum in veſperis, donec calditas aquæ in tina attrahat humiditatem ac quiſitã ex cibis & potibus, ab interiori corporis ad exteriora ipſius, (vel ſecundum aliam literam, donec attrahat calditas aquę in tina humiditates acquiſitas ex cibis, ab interioribus ad exteriora corporis,) & redire faciat illas humiditates ſupercorpus, & ſpargi in membra ipſius. Si autem caliditas hecticæ fuerit diminuta, & corpus fuerit mundum a materia præparata ad putredinem, tunc exhibeatur infirmo machid vaccinum mundum a butyro, & ab vnctuoſitate. Et in principio exhibeatur ex eo pondus drachmarꝫ decem: & adiatur in eo ſecũdum gradationem vſque ad drac. xxx. Et ſi conſentit virtus & digeſtio, & addis ſuper hanc quantitatem lactis, non erras. Et exhibeatur lac ſupra ſcriptum cum iſtis trochiſcis, quorum deſcriptio eſt hæc. Recipe ſpodij drach. iiij. roſarum drach. vj. ſemi nis portulacæ, ſeminis cucurbitæ dulcis, omnium ana drach. iij, boli armeni drach. iiij, karabæ drach. iij, terrantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua plantaginis, & fiant trochiſci, & exiccẽtur iſti enim trochiſci prohibẽt ne fiat febris. Quòd ſi in infirmo ſit febris putrida, aut corpus eius nõ ſit mundum a materia præparata ad putredinem, tunc oportet vt caueat a generibus lactis, & loco ipſius lactis exhibeatur aqua hordei decocta cum cancris fluuialibus, aut aqua cucurbitæ. Modus autem præparandi & recũficandi cancros ſupradictos eſt iſte. Recipe cancros fluuiales & recentes in vita, & abſcindantur pedes eorum, & dentes ipſorum, & ablue eos cum aqua frigida & cinere & ſale cõmuni tribus vicibus, donec remoueatur ab eis fœtor ſeu alia mala qualitas ipſorum: deinde lauentur cum aqua frigida ſola, & contundantur, & decoquantur cum aqua hordei excorticati, & detur in potu ex hac aqua lib. ſ. poſtquam exhibitum fuerit infirmo aur. ſ. exiſtis trochiſcis, qui cõferunt febri hecticæ, & phthiſi, quorum deſcriptio eſt hęc. Reci. platãginis drac. iij, boli armeni drach. ſ. papaueris albi drachmas quinq; ſpodij drach. iiij. roſarum drach. vj, ſeminis cucurbitę dulcis excorticati, & ſeminis portulacæ, & ſeminis citrulli excorticati, omnium ana drach. vj, ſeminis cytoniorum excorticati drach. vij, ſucci liquiritiæ drac. x. gummi dragacanthi, amyli, omnium ana drach. iij, ſeminis melonis, & cucumeris, omnium ana drach. vij. Summa medicinarum eſt numero. x. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum mucciliagine pſyllij, & fiant trochiſci, & exhibeatur ex eis aureũ vnũ; cum aqua granatorum, & aqua cucumeris in ieiunio. Et detur poſt horam aqua hordei decocta cum cancris ſecũdum q̃ narrauimus. Et cibetur ex cucurbita cum attriplice & portulaca, aut cum mes excorticato in fetculo cum oleo amygdalarum dulcium, permixto cum oleo de ſemine cucurbitæ dulcis. Et inungatur corpus in veſperis cum oleo nenufarino, & cum oleo ſeminis cucurbitæ dulcis. Et ſedeat infirmus, ſi eſt tempus calidum, in domo frigida ſtrata cum ſoliis kalef, ſeu ſalicis, & roſis, & myrtho, & nenufare, & ſaeſefran, ideſt, baſilicone. Q. ſi accidat eis ſyncopis, tunc pone ſuper membra eius linimẽtum factum ex aqua myrthi, & aqua roſata, & ſandalis, & camphora, & roſis tritis, & ligno

Cucurbita dulcis dicitur addifferentiam cucurbitę, q̃ ad ſenſum guſtus ſentitur amara.

Machid vaccinũ, ideſt vaccinũ coagulatum i vre, aut in vaſe diſſolutum ad hoc vt per ſequẽtiam ſa dis mulcẽ, extrahatur abeo ſua butyri ſicut cõtur virtatur in criſtę q̃ ſequuntur. Et ſic extrahitur butyrũ. Et thmõi lac poſſumẽtur & mũdũ a butyro, ſue ſit accroſſum ſuo mõ, exhibetur cor poribus calefactis ſedſebilibus hedi cis fm Serap. hic tion ponit nihil lod lac q̃ nõ eſt accroſſum. Et nota q̃ lac ſa prædictũ nominatũ macłał, appel latur etiam apud Arabes aldeg.

A lia litera, vinos recentes.

aloes crudos & roret semper sup faciē eius aqua rosata infrigidata. Et ingenietur omni ingenio, vt non resoluatur ex corpore eius aliquid, Et exhibeatur vitellus oui forbilis, aut medulla panis cum vino non antiquo plurimum permixto, Et da ei etiam ex hac forbitione hora post horam, & eius modus est. Sumatur caro rubea ex collo hœdi, & ex costis eius, & incidatur in partes paruas, & decoquatur in olla noua leniter seu suauiter cum modico salis, donec egrediatur aqua eius: deinde coletur illa aqua, & fundatur super ipsam quantum est medietas eius ex succo pomorū, & q̄tū est deci ma pars oīum vini odoriferi, & exhibeat infirmo ad forbēdū: hoc. n. facit aduenire infirmo virtutē multam. Q̄ si vides virtutē iam debilitatā, & mēbra iam exiccata & resoluta, & videris venas vacuas a sanguine, & costas subtiliatas & expoliatas a carne, & arundines seu focilia manuum & pedum iam subtiliata, tunc oportet vt caueas a curatione istorum: quoniam tunc est labor vanus. Et ingenia omni ingenio vt non soluatur natura i eo qui patitur hecticam neq; in eo qui patitur phthisim. Q̄ si natura ipsorum fuerit soluta, tunc loco aquæ hordei exhibeatur fuich hordei, decoctum cum milio excorticato torrefacto parumper: & quandoq; puluerizatur super ipsum gummi torrefactum. Et conferunt etiam isti trochisci, quorum descriptio est hæc. Rec. boli armeni drac. v. castanearum torrefactarum drac. iiij. spodij drac. iij. seminis acetosæ excoticati. 3. j. berberis. 3. iij. rosæ. 3. iiij. karabæ. 3. iij. Summa medicinarum est numero. vij. terantur, & commisceantur cum aqua cytoniorum, & aqua pomorum, & fiant trochisci, & exhibeantur in mane cum aqua pyrorum, aut aqua cytoniorum. Et in vesperis exhibeatur semi. pfyllij torrefacti aur. j. cancrorū adustorū. 3. j. gūmi torrefacti drac. f. boli armeni aur. f. permiscean tur omnia, & exhibeantur cum aqua pomorum. Et ciberur cum herba acetosa elixata, seu frixa cum amygdalis torrefactis, excorticatis. Et etiam lentes excoticatæ torrefactæ, iam decoctæ duabus vicibus, a quibus effusa fuerit aqua prima: & decoctæ vice secunda cum aq̄ granatorū, & aq̄ sumach, & aqua cytoniorū. Et exhibeat fauich de gobera, aut fauich de nabach, aut fauich granorū granatorū, & fauich pomorū absq; zucchara. Et si cogeris, da suffuf granorum granatorum cū charad, & tharathit, & granis myrthi, si in infirmo nō est tuſſis. Si vero cum eo fuerit tuſſis, da gummi Arabici, & bolum armenum, & pfyllium, & castaneas, & grana myrthi, & syrupum myrthinum purum. Si autem accidit in intestinis excoriatio, tunc curamus cum clystere prædicta in capitulo excoriationis. In cura autem speciei secundæ hecticæ, quæ nominatur senecta exægritudine, oportet vt ingenietur in primis in calefactione corporis, & incipiamus cum rebus temperatis, deinde cum rebus fortibus in calefactione, Et propter illud oportet vt exhibeatur primo mel citri condit, & mel zinziberis conditi, & fecacul, Et cibetur infirmus ex brodio carnis arietum castratorum, & columbinorum. Et exhibeatur in potu vinum nō valde antiquū, quoniam vinum antiquum propter tatem habet inducere sodam, & exiccare corpus. Et infirmus sedeat in tina, in cuius aqua decocta sit camomilla, & maiorana, & quæ sunt illis similia. Et confortetur cum odoratione odorum delectabilium calidorum, sicut narcisus, & citrum, & iasminum, & maiorana, & lilium, & quę sunt illis similia. Et fiat eis suffumigium assidue cum ligno aloes. Et si debilitatur corpus parumper, damus ei in potu theriacam, & diamuschum, & mithridatum: (vel secundum aliam literā, cum ligno aloe. Et in fine si corpus fuerit parumper fortificatum, damus in potu theriacam, & diamuschum, & mithridatum.) Et oportet vt infirmus caueat a coitu, Quumq; virtus corporis redierit, & confortata fuerit, tūc oportet vt curetur eū hoc clystere. Recip. caput arietis cum pedibus suis, & proiciantur in vase mundo, & effundantur super eos libr. x. aquæ, & de frumento contuso, & ex ciceribus contusis, omnium ana pugillum vnum, anethi, camomillæ, & tribulorum, omnium ana vnc. j. ficuum albo rum & nigroꝝ pinguium numero. x. decoquātur omnia donec remaneat ex eo tertia pars, & coletur, & fusmatur ex eo lib. f. & misceantur eū eo butyri vaccini vnc. j. olei fisamini vnc. ij. & olei de ben vnc. j. & misceatur totum, & clysterizā eū eo tribus diebus. Et expectetur quinq; diebus, seu quiescat quinq; diebus, de inde reuertatur etiam ad hanc curam cum hoc eodem clystere, donec humectetur corpus, & impinguetur. Et inungatur corpus in nocte cum oleo de narcisso cū cera alba, & in mane exhibeatur ad sorbendum vitellum oui cum modico vini, deinde ingrediatur balneū & non dimittatur infirmus morari in eo. Et post egressionem a balneo cibetur cum brodio carnis aromatizato cum zinzibere, & spica, & cinnamomo, & galanga, & quæ sunt eis similia: deinde dormiat. Et regatur hoc regimine donec redeat corpus eius ad naturā suā.

Clyster ex decoctione carnis arietis & pedum eius.

Modus faciēdi aquam ex carne hedi.

De febre synocho, quæ est febris sanguinea.

Cap. XII.

Tredifici existentes in febre hectica cum solutione naturę.

FEbris quæ non incipit cum periodo, sed ipsa ab inceptione sua vsq; ad eius consumptionem, est sicut periodus vnus, generatur ex sanguine, qui quando calefit calefactione tantum absq; putredine, facit accidere febrem ephemeram: (vel secundum aliā literam, facit accidere febrē similem ephemerę.) Quādo autem sanguis putrefit proprie in vasis, seu in venis magnis, tūc accidit febris acutior illa, & nominatur synochus. Et huic eidem sunt tres species, seu, & hæc febris sinochos diuertificatur, quia aut ipsa incipit cū quiete seu cum remissione, deinde augetur paulatim paulatim: quoniam illud quod putrefit de sanguine, est plus q̄ illud quod resoluitur. Aut incipit cum fortitudine seu cum intensione, deinde diminuitur paulatim paulatim vsq; ad eius consumptionem, & hoc fit quādo illud quod resoluitur est plus q̄ illud quod putrefit. Aut incipit cum dispositione cum qua remanet a principio vsq; ad consumptionem illius dispositionis, & illud fit quando quod ex sanguine putrefit, est æquale ei quod resoluitur. Signa autem huius febris sunt rubedo faciei, & oculorum, & inflatio temporum & repletio totius corporis, & pigritia, & grauitas, & sopor cum inflammatione vehementi, & corpora eorum sunt calida & humida, fiscur illa quæ egrediūtur ex balneo. Et pulsus est magnus, fortis, plenus, lenis. Vrina vero subtilitia est subtilis cum colore alargiuani, idest, cum colore purpureo. Et quandoque accidit infirmo asthma ex multitudine sanguinis in membris superioribus, scilicet in hepate & corde, & propter multitudinem vaporum qui ascēdunt ad pectus & pulmonem.

Sauich Sic bera Nabach quod sit quod iuet istorum vide in reper torio nostro.

De cura febris synochi.

Febris autem quæ fit ex calefactione sanguinis tantū, absq; eius putredine, curatur curatione simili quæ curatur febris ex putredine sanguinis, incipiēdo in primis cum phlebotomia venæ: & si confentit virtus, extrahemus de sanguine donec accidat syncopis, q̄n ista euacuatio confert iuuamēto magno in huiusmodi febre. Et quandoq; sequitur ad illud solutio naturæ, & euacuatio choleræ, & roritas totius corporis, & sudor vnde sedatur & quiescit febris, Et nō oportet vt aduertatur de numero dierum &c.

Alia litera a principio curationis huius febris, vsq; ad hanc particulam. Et non oportet vt aduertatur de numero dierum &c. sic iacet vt infra.

Febres sanguineæ si sunt ex calefactione sanguinis tantum, propter priuationem euentationis, & fuerint paucæ

paucæ oppilationes, oportet vt curentur curatione febrium sanguinis putredinalium. Et si humores fuerit furiosi valde, tunc necessaria est cura fortior ista, & tũc si nõ festinetur ad curam, perducitur sanguis ad putredinem, & fit febris ex putredine sanguinis. Et propter hoc oportet vt fiat euacuatio cum apertione venæ, & extrahatur de sanguine donec accidat syncopis, quoniam in huiusmodi curatione est iuuamẽtum magnũ, si consentit virtus, quoniam corpus reuertitur ad temperamentum cum frigiditate accidente ex syncopi. Et quandoq; sequitur post illud expulsio naturæ cum fusione ventris. Et quandoq; euacuatur cholera cum vomitu. Et quando ad istas euacuationes subsequitur roritas & sudor in toto corpore, & febris extinguitur statim. Q. si non fiat phlebotomia in huiusmodi cura perducitur res ad timorem magnum, nisi virtus fortis sit & erumpatur sanguis ex aliquo locorum, & currat sudor multus, vnde infirmus liberetur a morte. Et non oportet vt aduertatur seu cõsideretur de numero dierum a principio ægritudinis, quum virtus est remanens, quia quum ipsa fuerit fortis, tunc non oportet vt sis contentus phlebotomare in sexto & in septimo tantum, immo in reliquis diebus aliis. Si autem cogeris in aliqua hora prohibere extractionem sanguinis, administra regimen iuuatiuũ quod aperit oppilationes, & ꝯincidit, & sedat ebullitionem ☞ sanguinis & caliditatis. Et quando apparuerint ingna digestionis, & nõ est in aliquo membrorum præcipalium apostema, neq; durities neq; macies corporis, neq; vides in aliquo membrorum corporis aliquid, per quod timetur ꝙ noceat eipotus frigidus, tunc conceditur potus aquæ frigidę, & propter si infirmus fuerit consuetus potare illã: quoniam membra radicalia quãdo fuerint fortificata cum temperamento, quod eis aduenit ex hoc potu, attrahunt ad se humores laudabiles conuenientes, vt cum eis nutriantur, deinde expellunt quod non conuenit eis per fecessum, & per id quod egreditur ex cute. Q. si natura non expellit per se, & oporteturit mundificare illud cum medicina, tũc oportet exhibere in potu decoctio nem prunorum, & tamarindorum, & passularum mũdatarum ab arillis, cum cassia fistula & tereniabin, post menstruationem quantitatis istorum secundum virtutem & secundum ætatem. Q. si cum hoc non obedit natura, tunc oportet administrare clysterem lenem factum ex camomilla, & violis siccis, & cribulis, & febestẽ, & hordeo excorticato, & althea, & zuccharo rubeo, & penidijs cum oleo violato, aut oleo sisamino, & sale communi, & modico baurach. Positq; autem le nita fuerit natura, oportet vt det in potu aqua hordei. Et si natura fuerit decliuis ad siccitatẽ, det in potu ipsa aqua hordei cum aqua granatorum dulcium, aut cum iuleb aut cum zucchar; & si non fuerit decliuis ad siccitatem, cum aqua granatorum muzorum, aut cum syrupo acerosõ zuccharino. Q. si fuerit conueniens vt infirmus assumat cibum, tunc oportet cibare ipsum in mane post assumptionem aquę hordei in frigore aeris quoniam in hac hora sedatur caliditas parumper cum aspiratione aeris frigidi, & fit appetitus cibi. Quando enim aer fuerit calefactus, & patientes fuerint inflammati, & caliditas eorum fuerit vehementior, tunc non oportet in hac hora exhibere eis aliquid de cibo. Cibus autem eorum sunt lentes excorticatę, & spinachia cum mes excorticato, aut cucurbita cum oleo amygdalarum dulcium, aut cum oleo omphacino ablutos quoniam hoc oleum est frigidum ex hoc, ꝙ est factum ex oliuis crudis. Si autem nõ potest comedere panem cum oleribus quæ diximus, tunc oportet exhibere eis fauich hordei iam infusum in aqua calida hora vna, deinde ablutum cum aqua frigida permixtum cũ zuccharo, vt non inflet ventrem & non generet in eis rugitum; (vel secũdum aliam literam, fauich hordei iam infusum in aqua calida per horam, vt non generet rugitum & inflationem, deinde ablutum cum aqua frigida, & permixtum cum modico zucchari.) Et secundũ hunc modum exhibetur etiã fauich siliginis, & fauich tritici, quãdo ablutur cum aqua calida, deinde abluitur cum aqua frigida, & datur cum zuccharo in potu. Et dentur eis ex fructibus pruna recentia, & granata muza, & poma, & medulla citrulli, & cucumeris, & giumar palmę, & vua alba, & quæ sunt illis similia. Et si natura fuerit decliuis ad ficcitatem, fit potus eorum aqua prunorum, seu infusio prunorum, & aqua cucurbitæ cum zuccharo, & iuleb, & aqua granatorum mu zorum, & aqua citrulli. Si autem natura fuerit decliuis ad lenitatem, tunc exhibeatur fechania bin, & rob agre ste purum, & rob de ribes. Q. si natura fuerit vehemẽter soluta seu lenis, tũc exhibeatur aqua fauich hordei cũ trochiscis de spodio constrictiuis: & elonga ab ipso iuleb & zuccharum, & da i potu rob granatorum acetosorum, & rob malorum, & cytoniorum purum. Et si accidat febrienti soda, tunc funde super caput oleum rosatum tepidum, (vel secundum aliam literam, tunc vehementer inungatur caput cum oleo rosato tepido, permixto cum modico aceti fortis,) aut cum oleo de kalef cum aqua rosata, quoniã hoc prohibet materiã, & reprimit eam. Si autem volumus extinctionem tantum absque repercussione, tunc ponemus super caput aquam portulacæ, & aquam kalef, & aquam rosatam, & oleum rosatum, & violatum, & oleum nenufarinũ. Et ex eis quæ conferunt iuuamento magno, est succus virgæ pastoris, & semperuiuæ, quando miscetur cum oleo rosato, & oleo violato, & oleo de semine cucurbitæ duleis, & modico aceti potentis, & camphoræ. Q. si necessaria est emplastratio, tunc fiat emplastrum cum extremitatibus kalef recentibus contritis, & portulaca, & rosa cucurbitæ, & musco aquæ, & semperuiuæ; & farina hordei, quando conficitur cum aqua rosata, & sandalis albis, & aceto pauco: & linitur frons cum linimẽto facto ex sandalis albis: & camphora cũ aqua cucumeris, & aq; rosata, & modico aceti. Si autem febrienti accidunt vigilię, tũc confice hoc linimẽtum cum aqua foliorum papaueris, aut lactucæ humidæ: & emplastretur etiam cum emplastro ex folijs violarum humidis, & nenufare humido, si reperitur, & lactuca, & papauere, cõtritis contritione bona cum modico farinę hordei, & altheæ, & conficiatur cum aqua cucumeris, & cucurbitæ, & oleo violato. Si autem nõ quiescit soda, & existimatur ꝙ in capite sint retenta vapores acuti ficci, tunc oportet vt administretur embroca cum aqua, in qua decocta sint flores camomillæ, & violæ ficcæ, & rosæ, & hordeum excorticatum, & flores nenufaris, & quę sunt illis similia. Si autem fuerint vigiliæ, tunc misce cum istis medicinis papauer cum cortice suo, & semen lactucæ. Et si non quiescit soda cum embrocis etiam, & non sit febris in infirmo, aut cum eo fuerit febris lenis quieta, tunc super caput mul geatur lac mulieris, si fuerit virtus debilis. Si vero fuerit fortis, mulgeatur lac caprarum. Et post administrationem lactis emplastretur caput cum emplastris, quæ diximus ante, & expectetur hora vna donec quiescat infirmus, deinde fiat ei caputpurgium cum oleo violato, aut oleo nenufarino, & lactę mulieris lactãtis puellam. Q. si non sedatur dolor cum hac curatione etiã, tunc emplastretur caput cum emplastro facto ex camomilla, & violis siccis, & farina hordei, & althea, & oleo violato, & aqua frigida. Et si sunt illic vigiliæ, tũc oportet vt addas in emplastris cortices papaueris, & semen lactucę, & poma mandragorę recentia, si inueniuntur: & conficiatur emplastrum cũ aqua lactucæ loco aquę. Et nõ oportet vt cures cũ istis curationibus, nisi quãdo

A fla strera, euacuat peplectionem, & extinguit.

Cõfectiones in exhibendo aquam frigidam.

Ad sodam.

Ad vigilias.

soda est ex vaporibus calidis siccis. Quando autem caput est plenum vaporibus grossis humidis, oportet vt caueantur lac & caputpurgia, quia iste modus sodę dupli-
catur cum huiusmodi curationibus. Et significatur super hunc modum sodæ, ex grauitate quæ est in capite cum dolore; quoniam si fuerit cum dolore grauitas in capite, significat q̃ ipso sunt vapores humidi multi. Quare tunc oportet vt curetur cum vapore aquæ, in qua decocta sit camomilla tantum, donec resoluantur vapores per resolutionem, quam acquirunt pori capitis ex aqua camomillæ. Et fi indiget embrocatione, faciemus eã ex illa aqua camomillę potũ vaporationem factam cum eo. Et oportet vt elongetur ab oleo,
Quãdo in ca pite est grauitas aut subeth caucndum est ab administratione olei. Embrocatio manuũ & pedum cũ aqua calida, attrahit vapores ad inferiora.
quando in capite est grauitas aut subeth, quoniam retinet materiam intus, & prohibet eam a resolutione. Et effunde super pedes & manus aquam calidam, in qua decocta fuerit camomilla, quoniam hęc attrahit materiam ad inferiora, & facit descędere vapores. Q̃ si sentit infirmus apud effusionem huius aquæ, materiam & vapores descendere in dorsum & spondiles, tunc soda quiescit. Et si non sentit illud, non quiescit soda, quoniam materia adhuc est sursum retenta: & tũc oportet vt stringantur manus & pedes strictione forti, donec lædantur & doleant. Et si tibi necesse est stringere testiculos, facillud. Si autem accidat infirmo angustia, & inflammatio, & syncopis, tũc oportet emplastrare stomachum & ventrem cum emplastro facto ex cinere cinarum, & althea, (vel secũdum aliam literam, ex cinere foliorum cãnarum, & althea,) & sandalis albis, & camphora, confectis cum aceto. Et confert etiam rasura cucurbitæ, quando teritur & permiscetur cum farina hordei, & althea, & aqua rosata, & aceto. Et similiter portulaca, quando teritur & miscetur cum rosis tritis, & sandalis albis, & aqua rosata, & folia kalef recentia. Et virga pastoris cum aqua rosata, & aceto. Et alta haleb, idest, muscus aquæ, quando permiscetur cum sandalis albis, & camphora, & aceto. Et iacent sic in domo frigida, quę sit strata cum foliis kalef, & extremitatibus vitis, & myrtho humida, & sahe sefram, idest, basilicone habente folia minuta, & rosis recentibus sũ inueniuntur, & floribus nenufaris, & curbibus aquarum frigidarum quæ permutantur quotiens cale fiunt. Et ponatur super stomachum & ventrem cerotũ factũ ex oleo rosato, & aqua cucurbitæ, & niue; huiusmodi enim extinguit extinctione vltima. Et iuuantur etiam cum clystere facto ex aqua portulacę, & aqua foliorum pſyllij cum oleo rosato, (vel secundum aliam literam, cum clystere facto ex portulaca, & aqua pſyllij, & oleo rosato,) & aqua cucurbitæ decocta, & aqua cucumeris, & oleum violatum. Et similiter aqua virgę pastoris, & aqua kalef; huiusmodi enim conferunt iuuamento efficaci ad extinguendum inflammationem, & cafacan, & syncopim caufatam ab ea. Et ii accidit in lingua siccitas vehemens & asperitas, tunc oportet vt extrahatur muccillago seminis cytonioꝝ, & pſyllij & seminis altheæ, & misceatur cum ea oleum seminis cucurbitæ dulcis, & zuccharo: & lãbat ex eo infirmus affidue: & fricetur lingua, quando ipsa denigratur & exasperatur, cum istis seminibus prædictis ligatis in petia tini, donec rubeat color eius: (vel secundum aliam literam, & fricetur etiam lingua si fuerit nigra, cum petia tini infusa in istis muccillaginibus, donec rubescat & fiat lenis.) Et accipiat infirmus in ore suo aquam cucumeris affidue, & oleum violatum, & aquam granatorum muzorum vehementis saporis, cum oleo seminis cucurbitæ dulcis. Et si accidat infirmo subeth magnum, ita vt non possit aperire oculos suos, neq; loqui nunc nõ ponas super caput eius oleum, neq; emplastrũ factũ ex farina hordei, sed embroca super ipsum oleo rosatum & acetum; quoniam hoc confortat caput, & remouet subeth. Q̃ si accidat infirmo ſquietudo seu angustia, ita vt ipse permutetur a dextris & sinistris, & proijciat seipsum hucatq; illuc, & inflatur venter eius, & quum manu percutis super ipsum, sentis vocẽ ficut tympanistunc si soluitur venter eius, seu natura ipsius & non remouetur illa inflatio, scias q̃ infirmus moritur, præcipue si apparent in eo bothor seu maculæ vio laceæ: (vel secundum aliam literam, si apparent in eo morbilli virides, præcipue si sunt amplæ latæ,) & currit ex corpore sudor multus: (vel secundum aliam literam, præcipue si sunt amplæ latæ, existentes in pluribus locis corporis. In huiusmodi ergo dispositione, oportet vt fugias a curatione eius. Si autem accidit infirmo fluxus sanguinis narium secundum semitam cristis, tunc oportet vt gaudeas & leteris ex hoc, & non ab scindas eum. Q̃ si huiusmodi fluxus fortis fiat adeo vt debilitetur virtus, tunc oportet vt cures eum curatione descripta in capitulo fluxus sanguinis narium.
Inquietudo siu angustia.
Fluxus sanguinis narium.

De cura febris caufatæ ab almessere, seu ab eryſipelate.

Si causa huius febris est apostema nominatum eryſipelas, quę ẽ almessere, op; vt curef primo almessere cũ phlebotomia venæ, deinde cũ medicina solutiua facta ex speciebus myrobalanorũ, & ex prunis, & tamarindis, & fumo terræ. Et fi est nobis necesse, damus etiam aquam solatri, & aquam endiuiæ, & aquam lubleb cũ cassia fistula. Et damus post illud aquam hordei cum aqua granatorum muzorum. Et liniatur apostema cũ sandalis rubeis, & faufel, & sief memithę, & bolo armeno cũ aqua solatri, & aq̃ coriandrihumidi, & cãphora.

De cura febris caufatę a varioliſ: (vel fm aliã ſam,

Si hæc febris fuerit propter causam variolarum, & virtus & ætas consentit, tunc non est aliquid magis iuuatiuum q̃s phlebotomia venæ. Et si aliquid prohibet phlebotomiam, tunc oportet vt adminiſtrentur vensolæ. Et custodi oculos ita vt non egrediatur in eis variolæ, seu vlcera variolarum, & distilla in eis ambos a ſſidue aquam rosatam, & aquam sumach. Quidã autem exprimunt ex femine & ex pulpa granatorum, & distillant in oculum: (vel secundum aliam literam, Quidam autem liniunt oculos cum eo quod exprimitur ex femine & ex pulpa granatorũ.) Quum ergo apparẽt vlcera in oculis, oportet distillare ſeis cohol, seu antimonium diſſolutum in aqua coriãdri humidi, aut coriãdri ficci infusi in aqua pluuiali colata. Et damus in potu hanc medicinam, vt egrediantur velociter vlcera seu variolæ abſq; constrictione pectoris, & abſq; angustia, & cafacan, & abſq; nausea, & descriptio medicinæ est hæc, Recl. laccæ mundatæ drac. v. lentium non excorticatarum neq; ablutarum drac. vij. (vel secundum aliam literam, lentium excorticatarum ablutarum drac. vij.) dragacanti drac. iij. decoquantur ista cum libr. j. aquæ donec remaneat tertia, & coletur, & exhibeatur. Deinde detur in potu omni die aqua hordei, postq̃ decocte fuerint ex ipsa partes. ij. & pars vna lentium: (vel secũdum aliam literam, Deinde exhibeatur aqua hordei omni die, & decoquatur cum duabus partibus hordei pars. j. lentium:) & comedant mes, & lentes, & attriplices, & olus iamenum cum oleo albusto. Q̃ si infirmus indiget lenitione naturę, tunc oportet vt ipsa leniatur cum decoctione iuiubarum, & prunorum, & tamarindorum, & cassia fistula, & terenisbin, vſq; ad diem septimũ; deinde post septimũ oportet vt cauearur a medicinis solutiuis, quoniam de con
suetudine huius ægritudinis est, vt accidat in fine eius solutio ventris, quia materia quando remanſit intus, & non egressa fuerit ad exteriora, expellitur a natura, & facit accidere diarrhœam aut excoriationẽ propter acuitatem suam. Et propter hoc oportet vt post septẽ dies,

Angustia, Inflãmatio, Syncopis.

Sicc̃tas & asperitas linguę.

Subeth
In subeth magno oleiſtoſa tum est admiſtrandum.

dies, exhibeantur in cibo lentes iam torrefactæ & decoctę cum aqua granatorum muzorum: & loco cucurbitæ ponantur cum eis giumar palmę. Et ex fructibus exhibeatur vua alba, & granata muza, & pома, & pyra, & cytonia. Et si tempus est hyemis, accendantur ignis ligna tamarisci, & sarmenta vitis. Quum ergo incipiunt vlcera exiccari, liniatur super ea cum penna linimentum factum ex farina rizi perfici, & farina milij cum radicibus cannarum exiccatis, & croco, & amylo permixtis cum aqua rosata. Et quidam alij liniunt corpus infirmi cum sale contrito dissoluto cum oleo sesamino. Quidam alij faciunt federe infirmum in aqua in qua iam decocta sint ficus, & sal, & ♃ furfur rizi. ♆ Et oportet vt sternatur sub eis stratū impletum milio, & panico aut rizo: quoniam hoc exiccat vlcera velociter. Et si egreditur in naribus aut in ore aliquid ex vlceribus seu ex variolis, oportet vt inungantur nares cum oleo violato permixto cum cera alba & dragacanthio. Et extenuatur illud quod ex eis accidit: ore, cum mucillagine seminis cydonium, aut mucillagine psyllij. Q. si natura fuerit soluta, tunc exhibeatur in potu suffut de seminibus, cum trochiscis de spodio factis cū semine acetosæ, quorum descriptio est hæc, Rec. spodij drac. iij. rosarum rubearum drac. v. seminis acetosæ excorticati drac. vj. gummi parum torrefacti, & balaustiorum, omnium ana drac. v. boli armeni drac. iij. terræ sigillatæ, berberis, omnium ana drac. v. granorū myrthi alborum drac. iiij. amyli, & croci, omniū ana drac. iij. castanearum drac. v. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua cytoniorum, & fiant trochisci, & exiccentur, & dentur ex eisin potu cum aqua pyrorum stypticorum. Et cibetur infirmus cum milio ex corticato torrefacto iam decocto cum hordeo torrefacto, aut cibet cū sauich hordei. Et si dīgēt clystere, cucumus eos cū vno clystere ꝑdictoꝝ: & curatione excoriationis. Et nō comedat duragi, neq; pullos, donec exicc entur vlcera seu variolæ, & mundificet corpus a febre. Q. si patiētes febrē sanguinis, post eradicationē febris indigent eo quod extinguat illud, quod iam remansit ē corpore de acuitate seu de impressione febris, damus in potu istos trochiscos. Rec. spodij drach. iij. seminis portulacæ drac. v. semis cucumeris excorticati, 3. iiij. seminis cucurbitæ dulcis drac. vj. gummi dragacanti, amyli, omnium ana drac. iij. succi liquiritiæ drac. vij. terantur, & cribellentur, & misceantur cum mucillagine seminis psyllij, & fiant trochisci, & dētur cū aqua granatorum, aut cum aqua citrulli, aut cum aqua endiuiæ, aut cum aqua cuscutæ.

Trochisci remouētes impressionē cali ditatis quę remanet post eradicationē febris.

De febre tertiana, quæ causatur ex putredine cholerę. Cap. XIII.

SVper hanc febrem tertianam sumuntur quidem significationes ex rebus naturalibus, & ex rebus quæ non sunt naturales, & ex rebus prætet naturam. Et cognoscitur ipsa febris tertiana ex causis prætet naturalibus, quoniam ipsa incipit cum rigore diffi cili, si fuerit materia eius putrescens extra venas & arterias: & si est intra venas & arterias, tunc est febris tertiana cōtinua, aut febris adustiua seu causon. Et in nul la istarum duarum febrium est rigor seu tremor, quoniam materia ipsarum est comprehensa in venis & arteriis. Sed differētia inter febrem tertianam continuā, & inter febrem adustiuam, est &c.

Nota ꝙ Serapio infra exaplificat figū ficationib⁹ ꝙ pris a rebus naturalibus, & non naturalibus.

Alia litera, tortices rizi.

Alia litera habet prīcipium huius capituli vsq; ad istā particulam, Sed differentia &c. sicut infra.

Scias ꝙ quando febris tertianæ materia est extra venas & arterias, tunc ipsa incipit cum tremore difficilit & si est intra eas, incipit ab ꝙ tremore, & accidit febris tertiana assidua. Sed differentia inter tertianam assiduam & comburentem seu adustiuam, est ꝙ cholera faciens febrem tertianam continuam, est in omnibus venis corporis æqualiter, sed in adustiua, est inflammatio & ebullitio cholerę, seu putrefactio cholerę proprie in venis quæ sunt in circuitu cordis. Et quandoꝙ est febris adustiua ex putrefactione phlegmatis falsi, fisut dixit Hippocrates in libro epidimię. Q. si materia faciens febrem tertianam putrescat extra venas, tunc febris incipit cum rigore seu tremore, qui est sicut pun ctura acuum, & sicut horripilatio quæ causatur ex effusione aquæ ebullientis super corpus subito. Et hoc quidem accidit, quoniam cholera citrina habens partes subtiles igneas, mouetur ad superficiem corporis exteriorem, quumꝙ pertransit super membra sensitiua, mordicat ea, & lædit ipsa: vnde caliditas naturalis fugiens nocumentum mordicationis, profundatur cū sanguine versus profundum corporis: quia ♃ accidit ex hoc tūc tremor propter frigiditatem membrorum extrinsecorum. ♆ & propter mordicationem & nocumentum accidens in membris sensitiuis. Et quandoꝙ fit tremor etiam propter humorem frigidum effusum super membra sensitiua, sicut tremor qui accidit in febre phlegmatica, & in febre melancholica. Verum illa tremor qui accidit in febre phlegmatica, non fit secundum plurimum in principio febris phlegmaticæ, nisi propter grossitudinem phlegmatis & viscositatē eius: sed in fine quum subtiliatur humor, augetur tremor paulatim paulatim, ita vt fiat vehemens. In quartana autem seu in febre melancholica, tremor in principio est debilis, quoniam illud quod effunditur super membra ex humore melancholico, est res parua, quia est humor grossus: & in fine fit tremor fortis, quando subtiliatus est humor, & fit currens: & tremor quidem fortis accidēs in fine, est significatio bona in hac febre melancholica. Et tremor quidem qui accidit in febre tertiana, ex hoc ꝙ accidit in ea mordicatio sicut punctura acuum, ideo nominatur tremor simplex: (vel secundum aliam literam, nominatur tremor absolute.) Tremor autem accidens in febre phlegmatica, est cum frigore sicut nix, & nominatur alcharisie, seu nominatur frigus. Tremor vero qui accidit in febre quartana quia ex eo accidunt dolor membrorum, & grauitas, & dolor in ossibus, nominatur tremor faciens laborare ossa. Et ad febrem quidem tertianam sequuntur vomitus cholerę citrinæ, & solutio vētris cholerica, & paroxismi eius longiores funt circa duodecim horas, qñ febris tertiana fuerit pura, & qes feu ĩterpolatio inter paroxismū & paroxismū sunt, xxxvj. horarū, & periodi eius sunt septē, & terminatiꝰ quatuordecim diebus, sicut dixit Hippocrates. Et febre quidem tertiana accidunt sitis, & inflammatio, & soda. Et patientes hanc febrem nō desiderant vt cum eis aliquis loquatur, aut moueat eos. Et accidunt eis vigiliæ, & non sentiūt grauitatem in capite. Et quandoꝙ infrigidātur manus & pedes ipsorum, aut propter declinationem caliditatis naturalis & sanguinis ad profundum membri, in quo est putredo: (quādo sanguis attrahitur versus illud mēbrum, propter caliditatem generatam in eo ex putredine) aut quoniam febris est cōpōsita ex febre quotidiana, & ex febre interpolata, cuius materia est extra venas, & effunditur ad membra sensibilia, sicut dictum est. Et in fine paroxismorum febris tertianæ sequitur sudor &c. (Alia litera habet, Et fortasse infrigidantur manus & pedes, & sequitur ad resolutionem periodorum, seu in fine periodorum, sudor: quoniam humor est subtilis faciliter resolubilis, & expellitur ad superficiem corporis, & liberat infirmum a paroxismo particulari: & illud non est in febre phlegmatica, propter grossitiem humoris phlegmatici, & viscositatē eius.) Et vrina est subtilis ignea, propter permixtionem cholerę cum aquositate sanguinis. & propter multam caliditatem igneam. Et pulsus eorum in principio paroxismi

A accidentia febris cholericę

A alia litera, tūc infrigidātur exteriora corporis, & fit tremor propter febrem in perfici corporis extrinsecę.

xismi est paruus, quoniam caliditas nõ expanditur ad huc in corpore toto; & quum status est propinquus, fit pulsus magnus, velox, frequens. Fit autem magnus & velox, propter necessitatem: & si fit frequens, propter caliditatem choleræ quæ causat necessitatem. Et non est in pulsu diuersitas, nisi diuersitas quæ appropriatur febri: quoniam non est illic materia quæ debilitet virtutem. Istę igitur sunt significationes super hanc febrem tertianam, sumptæ ex rebus præter naturam. Significationes autem sumptę ex rebus naturalibus super hãc febrẽ, sunt qa ipsa fm plurimũ fit in statu adolescẽtiæ, & in complexione calida cholerica, & in tempore ęstiuo, & in regionibus calidis siccis: & secundum plurimum accidit corporibus extenuatis, & habẽtibus corpora macra sicca. Et significatur super hanc febrẽ chorlericam ex rebus non naturalibus, quoniam plurimũ accidit eis qui vtuntur multitudine ciborum calidoꝝ, & potibus calidis, & exercitijs multis laboriosis, & coitu supra mensuram moderatam. Et iam vidimus multas gentes, in quibus verificatum est eis accidisse hanc febrem tertianã, ex significationibus sumptis a rebus non naturalibus. Et oportet vt scias, qꝫ hæc febris tertiana est febris acuta, verũ ipsa est salubris, & eius acuitas est propter subtilitatem humoris facientis ipsam: quoniam huiusmodi humor digeritur & resoluitur cũ facilitate. Salubritas autem eius a timore, est propter eius acuitatem, id est, propter breuitatẽ temporis eiusqꝫm ipsa separat a natura: (vel fm alią lĩam, qm̃ dimittit naturã, & facit eã quiescere, & non debilitat ipsam.) Et fi natura laborat i hac febre die vno, quiescit in die secundo qui est post ipsum, propter leuitatem materię seu cholerę: quoniam ipsa non est grauis super naturã, vel quoniam ipsa non grauat naturam. Et est sciẽdum qꝫ ex cholera citrina quædam est quæ generatur in hepate, & sunt quatuor species eius, scilicet pura citrina, & ẽt rubea clara, cui9 gñatio est i hepate, & ẽ tenuior & pura citrina: at qm̃ ipsa ẽ ex pmixtiõe humiditatis aquosę cũ illa cholera rubea. Et est etiam alia species quę dicitur vitellina, & est similis vitello oui crudo: & hæc species est grossior qm̃ illa prima, & eius generatio fit ex permixtione humiditatis grossæ phlegmaticæ cũ cholera rubea clara, quæ quidem cholera rubea similatur sanguini subtili: & spissitudo quidem cholerę, aut est ex resolutione aquositatis, aut ex permixtione virulentiæ sanguineæ. Et ex cholera est quę generatur in stomacho, & sunt tres species eius, scilicet cholera porrina, quæ similatur porris; & cholera zinaria, quæ similatur viridi gris: & cholera nil, quæ similaꝫ colori azuro. Et ista tres species generantur in stomacho ex cibis calidis acutis, sicut piper, sinapis, & alleum, & cepe, & mel, & quæ sunt illis similia. Febris autẽ tertiana nõ generatur ex illis tribus speciebus cholerę, maxime ex cholera portina & zinaria, quoniã natura expellit ipsã velociter per superius & inferius, & non morat in corpore donec faciat accidere febrem: immo tertiana fit ex cholera rubea, & cholera citrina, & reliquis speciebus cholerę quæ generantur in hepate supradictis. Et oportet etiam vt sciatur qꝫ febris tertiana, si non est tertiana pura, non sunt in ea istæ significationes, quas diximus, manifeste, sed sunt diuersę secundũ mensurã diuersitatis humorum, (vel secundum aliam literam, secundum mensuram diuersitatis permixtionis humorum,) quoniam ipsa febris prolongatur nõ tantum in quantitate temporis paroxismorum, quæ est circa .xii. horas, immo etiam i numero paroxismorum, quoniã fiunt plures paroxismi qm̃ septem. Et proprietas huius febris tertianæ est, qꝫ patientes ipsam sentiunt in hepate suo inflammationem & feruorem vehementem.

Restat autẽ inquirere quomodo sit possibile, vt chorlera citrina & cholera nigra putrefcant, quum ambæ duæ sint ficcæ. Pro decisione huius dubij, sciendum qꝫ aliqua sunt ficca in complexione & in substãtia sua, sicut lapis, & ferrum, & quę sunt illis similia: aliqua vero sunt ficca in complexione & in virtute sua, & sunt humida seu fluida in substantia, sicut acetum, mel. vinũ vetus, cholera citrina, & cholera nigra, & quæ sunt istis similia. Huiusmodi enim sunt ficca fvirtute & in complexione, & in substantia sua sunt humida fluida. Et propter hoc istæ duæ cholerę, scilicet cholera citrina, & cholera nigra, putrescunt & corrumpuntur propter humiditatem seu fluxibilitatem substantiæ suæ, & propter solubilitatem seu fluibilitatem corporis sui & nõ propter complexionem & virtutem ipsaꝝ ficcã.

De cura febris tertianæ.

Quia illud ad quod intenditur in hac febre, est duęres, scilicet mala cõplexio calida ficca, & materia, ideo oportet contrariate istis duabus rebus simul. Malæ enim complexioni calidæ siccæ contrariandum est cũ his quæ infrigidant & humectant, & materiæ contrariandum est cum his quæ ipsam euacuãt. Et quoniam mala complexio est magis dominãs in hac febre qm̃ materia, ideo oportet magis declinare ad humectationẽ & extinctionem qm̃ ad euacuationem. Quare oportet administrare post lenitionem naturæ factam cũ aqua prunorum, & tamarindorũ, & iuiubarum, & tereniabin, aliquid de aqua hordei, quoniã ipsa est ex eis quæ infrigidant & extinguunt febrem, & humectãt & mũdificant materiam fermentem ipsam, per virtutem absterſiuam quæ est in ea, & ipsa cum hoc etiam nutrit & conferuat virtutem. Et oportet vt detur in potu aqua hordei per tres aut quatuor horas ante paroxismum, aut post eradicationem febris, vt stomachus in hora paroxismi sit vacuus. Q. si aliquid prohibet exhibitionem aquæ hordei, detur in potu aqua cucurbitæ, & aqua granatorum muzorum, aut fecanijabin zucchari num. Et cibetur infirmus cum cibis infrigidãtibus humectãtibus, sicut lactuca, & attriplex, & olus iamentũ, & malua, & cucurbita, & citrulli, & quæ sunt his similia. Et quando apparet in vrina digestio, tunc oportet vt euacuetur materia ex locis ad quæ ipsa declinat. Si enim ipsa plus declinat ad stomachum, seu ad ostoma chi, euacuabimus eam per vomitum cum fecaniabin & aqua calida. Et si declinauerit plus ad intestina, tũc euacuabitur per clysterem lenitiuum. Et si est decliuis versus superficiem corporis tũc euacuabitur per sudorem. Et si est decliuis ad venas & ad hepar, tũc oportet euacuare ipsam cum his quæ prouocant vrinam, sicut est decoctio apij, myrobalanorum, & absynthij, in tertiana pura post digestionem. Absynthium enim est calidum, quare nõ oportet exhibere ipsum ante digestionem, vt non fit causa inflammationis febris: sed ipsum est exhibendum post digestionem, vt si aliquid de materia remãserit, subtiliet & leniat ipsam: quia in absynthio sunt duę virtutes, scilicet virtus styptica, & virtus solutiua. Quotiens ergo exhibetur absynthium ante digestionem humoris, non fecurabitur quin ingrossetur materia, & ipsa retineatur sua styptic itate: quare necessarium est vt accidat angustia. Et cum virtute solutiua quę est in absynthio, mouetur humor ad euacuationẽ & cum virtute styptica ipsius, fit illud quod euacuatur difficilis euacuationis, & propter hoc laborat natura, & lædit a duabus virtutibus simul. Si vero absynthiũ exhibeatur post digestionem, & posteã materia fuerit iam subtiliata, tunc facilis fit euacuatio eius, quia duæ virtutes quę sunt in absynthio adiuuant ad illud. Virtus enim solutiua ipsius iuuatur ꝑ cum virtute eius styptica, quæ aggregat & exprimit ad virtutem expulsiuam, ita vt expellatur humor, & moueatur etiã ad expulsionem. ☞ Si autem febris tertiana fuerit pura, tũc oportet vt præcipiatur infirmum balneari ante qm̃ aspar-

A ſta ſtiptica, a virtute ſtyptica, qa ipſa aggregãdo & exprimendo materiam, in eitat virtutẽ expulſiuã, ita vt expellatur humor, et mouetur etiam ad exitum ex tra corpus,

pareant signa digestionis,qm illud extinguit per natu
ram propter aquam, & cum hoc humectat & extiguit
etiam per accidens, quoniam balneum euacuat mate
riam faciẽtem febrem. Et administramus quidẽ ipsum
balneum ante digestionem, quoniam qualitas in hac
febre est magis dominans cũ materia, & materia etiam
est facilis resolutionis, & nõ timetur q ipsa inspissetur
& non resoluatur, & faciat accidere oppilationem. Et
si infirmus magis diligit vt infundatur feu fedeat in tis
na, tunc concedatur ei illud, quoniã non est ex eis que
nocẽt, immo iuuat, quoniam lenitur & ratificatur cor
pus cum huiusmodi tina, & per eam fit resolutio super
fluitatum, & acquisitio eius quod acquiritur ex virtu
te aquæ. Et si infirmus fuerit consuetus balneo, opor
tet vt infirmus sit gre idatur balneum vicibus duabus in
die, & fiat balneum primo propter ægritudinem, & se
cundo propter consuetudinem. Si vero febris tertiana
fuerit non pura, aut fuerit febris quotidiana aut quar
tana, tũc oportet vt infirmus non balneetur ante diges
stionem, quoniam materia in istis est dominans difici
lis resolutionis: & non oportet vt præcipiatur eis bal
neum ante digestionem, vt non effundatur seu nõ mo
ueatur materia, & non faciat accidere oppilationes &
apostemæ, & nõ corrumpatur ex permixtione materię
effusæ, illud quod prius non erat aptum corrũpi. Quũ
vero apparuerit digestio, & facta fuerit facilis resolu
tio, tunc præcipiatur patientibus has febres, vt ingre
diantur balneum.

De cura tertianæ non puræ.

In cura tertianæ non puræ sunt duæ res, quarũ vna
cõtrariatur alteri, scilicet virtus & multitudo materiæ
quoniam multitudo materiæ indiget ieiunio, vt natu
ra euacuet & subtiliet humorẽm, & facilis fit ei resolu
tio: virtus vero indiget cibo, vt nõ prosternatur & de
bilitetur. Quare ille qui intendit curationem bonam
& perfectam, oportet vt incedat via media seu medio
cri, & exhibeat cibum die vno, vt conferuetur virtus:
& dimittat cibum die alio propter materiam, vt non
multiplicetur materia, & grauet, & vt nõ prosternatur
virtus propter ieiunium: quoniam sicut ieiunium cõ
fert multitudini materiæ, similiter nocet virtuti: & sic
ut cibus intenditur vel exigitur a virtute, similiter ci
bus non conuenit multitudini materiæ. Quare opor
tet (sicut diximus in his q̃ præcesserũt) vt relisttatur illi
quod ex eis est magis difficile, & magis proficuum seu
necessariũ. Si enim virtus fuerit permanens, præcipia
tur infirmo ieiunium. Q̃ si virtus non fuerit stabilis,
tunc fiat econtrario. Et sit studium nostrum circa virtu
tem proprie, non in hac ægritudine tantum, immo in
omnibus ægritudinibus q̃ sunt ex repletione. Et opor
tet vt infirmus assiduet administrationẽ vomitus, post
cibaria subtilitia quæ abstergãt. Ersi natura fuerit sic
ca, tunc oportet vt administretur clyster acutus, quo
niam humor faciens hanc febrem, est grossus, viscosus
compositus, difficilis euacuationis, propter commix
tionem eius cum phlegmate, Q̃ si prohibeat aliquid
a clystere, & volumus euacuare ipsum per superius, &
virtus fuerit debilis, & caliditas fuerit v ehemens, tunc
oportet euacuare eum cum syrupo rosarum, aut cum
geleniabin aut tereniabin asperlis cum aquis, aut cum
aqua lubleb, & cum violis siccis. Si vero virtus fuerit
fortis, permanens, & materia fuerit dominans fortis,
tunc oportet euacuare infirmum cum pilulis factis ex
aloe, & mastice, aut cum pilulis de eupatorio. Illa au
tem quæ iuuant iuuamento magno, sunt pilulæ istius
descriptionis. Rec. hierę picrę drac. v. succi absynthij,
& succi eupatorij, ommium ana drac. iij. seminis apij,
myrobalanorum citrinorum, & myrobalanorum ni
grorum, omniũ ana drac. iiij. salis indi drac. ij. trochi
scorum de rosis drac. v. turbith drac. vij. Summa medi
cinarę ẽ numero. viiij. teranf. & ceribellẽt, & misceãtur
cũ aqua apij, & fiant pilulæ, & exhibeantur ex eis. 3. ij.
cum aqua tepida in nocte. Q̃ si natura fuerit lenis,
& non indigeat medicina solutiua, tũc damus eis in po
tu aquam cum syrupo acetoso. Et si indigẽt aqua hor
dei, tunc decoquantur radices apij & fœniculi cum aq̃
hordei, quoniam ipsa confert istis febribus per illud,
quod est in ea de absterſione & de frigiditate & de hu
mectatione, ita vt expellat febrem. Et hæc quidẽ aqua
contrariatur complexioni phlegmatis, & qualitas fri
gida aquæ frangitur permiscendo cum ea radices apij,
& radices fœniculic Gale, vero permisc ebat cum ea pi
per. Et ebentur febrientes si materia fuerit grossa, cũ
aqua cicerum. Q̃ si caliditas fuerit magis dominans,
tunc cum ficla, & sparagis: quoniam ista quamuis sint
subtilia humida, tamen prouocant vrinam. Et post se
ptimum diem exhibeatur decoctio absynthij, sicut di
xit Gale. in libro ad Glauconem, quoniã subtiliat mas
teriam, & confortat stomachum, & qui dic. xiiij. &c.
(vel secundum aliam literam, Et post septimum diem
exhibeatur decoctio absynthij, sicut dixit Gal. in lib.
ad Glauconem, quoniã materia est grossa & caliditas
paucæ: propter illud exhibetur absynthium, vt sub
tiliet materiam, absq; q̃ timeatur q̃ ipsum moueat ma
teriam sua caliditate, sicut diximus in tertiana pura.
Et exhibetur etiam absynthium vt confortet stoma
chum, qui secundum plurimum debilitatur per hanc
febrem, quæ est causa generationis phlegmatis, sicut
facit in febre quotidiana. Et post diem quartum decis
mum) detur i potu aqua fœniculi, & aqua apij cum ge
leniabin & trochiscis de rosis. Q̃ si prolongatur hæc
febris, detur in potu decoctio eupatorij, & caueatur in
firmus cautela vehementi, vt in eo non prolongetur fe
bris, ficut prolongata est febris quam dixit Gale. in li
bro ad Glauconem. Incepit enim illa febris in autum
no, & nõ est eradicata vsq; ad tempus veris, & paroxis
mi eius in principio erant. xiiij. horarum, deinde pro
longati sunt, ita vt perdurarent vigintiquatuor horis.
Et oportet vt caueatur infirmus a balneatione ante dis
gestionem, quoniam si fiat illud, tunc accident tria no
cumenta: quorum vnum est q̃ materia faciens hanc fe
brem, ex hoc q̃ permixta est cũ humore grosso phleg
matico, si fuerit commota seu effusa, & non fuerit reso
luta, generat oppilationem & putredinem. Secundum
nocumentum est, quia materia putrescens retenta in
membro, quando ealefit ex balneo, & effunditur per
misceretur cum humiditate quæ est in corpore non pu
trefacta. Tertium vero nocumentũ est, q̃ quando eua
cuatur illud quod est subtile de materia, tunc difficilis
fit resolutio eius quod remanet de materia propter
suam grossitiem.

De febre quotidiana, seu de febre phlegmatica.

Cap. XIIII.

HÆc febris fit ex phlegmate quod putrefit a cali
ditate præternaturali, quoniam hæc caliditas
quum egerit in humiditatem aggregatã in cor
pore, calefacit eam, & putrefacit ipsam aut intra venas
& arterias, aut extra ipas, scilicet in stomacho, & locis
vacuis qui sunt in nobis extra venas & arterias. Et illa
quidẽ materia phlegmatica quæ putrefcit intra venas
& arterias, non facit frigus in membris, ex hoc q̃ ipsa
non effunditur ad ea. Materia autẽ phlegmatica pu
trefcẽs extra venas, facit febrem cum periodis, in quos
rum principio caufatur & sentitur frigus in membris,
propter causam qui intra dicemus. Et oportet vt scias
q̃ hæc febris cognoscitur, seu discernitur q̃ a reliquis
aliis febribus putridis, ex causis præter naturam, & ex
causis naturalibus, & ex causis q̃ non sunt naturales. ☞
Significationes vero super hanc febrem sumptæ ex re
bus præternaturalibus, sunt secũdum quòd dicemus,

Nam

¶ Pule valde confert es in febre tertiana non pura.

¶ Ista littera, ab aliis febribus putridis, ex rebus præternaturali bus, & ex rebus naturalibus, & ex rebus non naturalibus,

Nam patientes hanc febrem, sentiũt in principio eius frigus, propter illam partem phlegmatis quę adhuc nõ putrefit, & in fine sentiunt horrifilationem, propter illud phlegma quod iam putrefit & calefit. Et ex sensione quidem caliditatis prolongatur in statu, quoniã phlegma est difficilis digestionis & calefactiõis, propter suã frigiditatem & humiditatem, & propter grossitiẽ suã. Et caliditas habentium hanc febrem, est calida humida cum acuitate pauca. Humiditas autem eius est propter humiditatem phlegmatis & multitudinẽ ipsius. Acuitas autem eius est ex putredine, quia eleuãtur ex hoc humore putrido fumi, sicut eleuantur ex lignis viridibus. Et nõ sentitur illa caliditas quotiens ponitur manus super corpus, nisi postq̃ morauerit temporelõgo super corpus, quoniã caliditas multiplicatur in profundo corporis, propter grossitiem humoris phlegmatici & viscositatem eius. Quumq; rarificatũ fuerit corpus, & subtilata fuerit materia, tunc eleuatur caliditas & apparet eius essentia. Pulsus autem patientium hanc febrem, est paruior multum q̃ pulsus habẽtium febrẽ quartanam, quoniam humor phlegmaticus nõ dissoluit virtutem fua frigiditate rãtum, immo cum sua multitudine: quoniam humor phlegmaticus addit supra humorem melancholicum additione multa, seu quoniã humor phlegmaticus est multo plus q̃ humor melancholicus. Et pulsus etiam istorum est spissior, quia diminutio ipsius pulsus a magnitudine cum inflammatione, seu putrefactione humoris phlegmatici multi, attrahit seu causat spissitudinem in pulsu. Et vrina istorum febrientium in principio est subtilis alba, propter cruditatem humoris phlegmatici: in fine vero eius febris, & hora declinationis, fit rubea grossa, & hoc quã do recipit humor digestionem & euacuatur. Et quando prolongata fuerit hęc febris, apparet in facie patientis febris trehel, idest, tumefactio similis cachexiæ, & magnitudo splenist & illud pp grossitiẽ materiæ. Et color corpris fit decliuis ad viriditatẽ pp frigiditatẽ phlegmatis. Et paroxismi istius febris secundũ plurimũ fiũt in vespere, quoniam ista hora est hora digestionis. Et egestiones istorum sunt humidæ valde, permixtę cum phlegmate, si non fuerit complexio infrmi calida. Et tẽpus paroxismoꝝ huius febris est decẽ & octo horaꝝ, & eoꝝ dimissio est. vj. horis. Et nõ eradicãt paroxismi eradicatione completa propter grossitiẽ materiæ, q̃m corpus nõ mundificatur ab his paroxismis, sicut mundificatur in tertiana: quoniam materia eius est subtilis in hac autem febre phlegmatica caliditas est concalcata in interiori corporis: & propter grossitiem materiæ corpus non mundificatur ab ea. Et accidit istis febrientibus dolor stomachi, & vomitus multus phlegmatis. Et non est in declinatione febris sudor, immo est eradicatio paroxismi absq; sudore, ppter grossitiem humoris & viscositatem eius: & propter hoc non mundificatur ab ea corpus, sicut mundificatur in tertiana & in quartana. Et os ipsorum est humidum plenum saliua, & minoratur sitis eorum. Et isi sitiunt non sitiunt propter phlegma, immo propter caliditatem & putredinẽ eius, sicut accidit eis qui comedunt pisces recentes, & ficus, & batecam, & quæ sunt illis similia: quoniam istis accidit istis non propter naturam comestorum, quę diximus, fed propter caliditatem existentem in stomacho. Similiter etiam accidit sitis in istis febrientibus, non ppter naturam phlegmatis. sed propter caliditatẽ & putredinem quæ est in eis. Ita igitur cum quibus cognoscitur hæc febris, sunt exeis quæ sunt extra naturam. Ex rebus autem naturalibus cognoscitur hęc febris secundum hunc modum, quoniam ipsa secundum plurimũ accidit habentibus complexionẽ phlegmaticam, in ætate pueritiæ & senectutis. Et non accidit quidem pueris proprie nisi propter grossitatem eorum in senibus vero propter multitudinem phlegmatis dominantis in eis, & propter paucitatem caliditatis ipsis. Est post istos accidit etiam eis qui sunt multum gulosi in regimine suo, & illis qui sunt humidæ complexionis. Et plurimum accidit in hyeme, & in regionibus & in partibus frigidis humidis. Et hæc quidem febris cognoscitur etiam ex rebus nõ naturalibus, quoniam ipsa fecidum plurimum accidit eis, qui vtuntur malo regimine, & ocio multo: & eis qui non digerunt cibum sum frequenter, & eis qui multiplicãt balneũ proprie post cibum. Et proprietas huius febris est dolor stomachi & ventris, & tumefactio cachectica manuum & pedum, & quandoq; faciei etiam: & color habentium hãc febrem est decliuis ad albedinẽ. Et oportet vt scias q̃ hæc febris prolongatur, & non fecurarur patiens eam a perditione. Prolongatio autem eius est quoniam phlegma quod est causa ipsius, est grossum, frigidum, viscosum, tardæ digestionis, difficilis resolutionis. Et in ea est magnus timor, quoniã natura laborat omni die, & non permittit eam quiescere die vno integro: & q̃m os stomachi fm plurimũ est læsum, ita vt rex lępione ipsius accidat syncopis, & prohibitio a cibo, & malitia digestionis. Causa autem propter quã huiusmodi febris non faciliter eradicatur, immo prolongatur tempore, est multitudo phlegmatis, & grossities, & viscositas, & frigiditas eius.

De cura febris phlegmaticæ.

CVratio quidẽ huius febris, vniuersaliter I principio suo, post tres aut quatuor dies, est cum rebus quę subtiliant & incidunt, sicut fecaniabin & quæ prouocant vrinam. Et oportet vt exhibeantur in hac febre ea quæ leniunt ventrem, & fit studium ad os stomachi. Iam enim diximus q̃ proprietas huius febris est, vt sit cũ dolore stomachi: nam plurimũ quod in eo aggregatur, est iste humor phlegmaticus. Quare oportet vt sit studium in eo, proprie in hora difficilis febris: (vel secundum aliam literam, proprie in hora status:) quoniam in hac hora quando materia est digesta necessaria est euacuatio eius cum vomitu & solutione ventris, & cum emplastris confortantibus. Et hæc ofa quando non administrãtur secundum qd̃ oportet, tũc emplastra & alia, lædunt & contrariantur stomacho.

Curatio autem bona ad hãc febrem, a principio vsq; ad diem septimum, est cum geleniabin cum aqua calida solum. Sed post hunc diem, scilicet in octauo, oportet vt misceatur cum geleniabin aliqua ex medicinis, quę confortant stomachum & ventrem, & prouocant vrinã prouocatione forti, sicut mastix & anisum. Aut exhibeantur istæ medicinæ singulariter, aut decoquãtur ipsæ, & exhibeatur decoctio ipsa cum geleniabin. Et oportet vt sit quãtitas geleniabin & medicinarum secundum ætatem & complexionem. Et est necesse vt ipsi prohibeantur a potu aquæ frigidæ, quoniam ipsa ingrossat materiam & auget quantitatem eius, & propter hoc prolongat hanc febrem. Immo loco eius admittatur aquam calidam, proprie in principio paroxismi, quoniam sedat frigus accidens in hac hora, & subtiliat materiam, & sedat sitim si accidit: quoniam quãdo resoluitur materia, & deponitur ex stomacho, sedatur sitis si accidit eis, præcipue si accidit sitis ex phlegmate falso. Et si patientes hanc febrem indigent lenitione naturæ, exhibeantur eis geleniabin & retenias bin cum aqua calida, aut cum aqua lubleb non bullita cum penidijs: (vel secundum aliam literam, aut cum aqua lubleb non calefacta cum penidijs.) Et ex hominibus sunt, qui volunt vt ponatur cũ aqua lubleb medulla carthami, quoniã medulla carthami euacuat hus morem phlegmaticũ. Et ex hominibus sunt, qui exhibent violas siccas & zuccharum. Et melius istis est clyster lenitiuus in principio, & post illud clyster acutus.

Medulla carthami euacuat phlegma.

Viola ſicc cũ zuccharo.

Et ſi

Et si indigent aqua hordei, tunc decoquatur in ea de corticibus radicum apij, & radicum fœniculi, pondus vnc. j. & exhibeatur cum tantundem fecaniabin facto cum melle bono. Q_2 si aqua hordei acescit in stomacho eorum, tunc oportet vt loco eius exhibeatur aqua mellis decocta, quæ nominatur Melicratum. Et si accidat patienti hanc febrem vomitus, nõ oportet vt abscindatur propriæ in principio paroxismi, quoniam alleuiat materiam: (vel secundum aliam literam, quoniã resoluit hanc febrem. & eradicat eam.) Q_2 si multiplicatur vomitus ita vt resoluat virtutẽ, seu debilitet virtutem, oportet vt abscindatur dando in potu miuam cytoniorum, & syrupum granatorum factum cũ mensura. Et ex eis quę conferuntiuua mento maximo est iste syrupus, cuius descriptio est hæc. Rec. granorum granatorum acetosorum paucæ acetositatis drach. x. thuris albi, & mastichis, mentæ, ana drac. vij. decoquantur cum duabus libris aquæ donec remaneat medietas, & coletur, & detur ex eo in potu parumper parumper, in hora post horam. Aqua autem prunorũ, & tamarindorum, & rob agrestę, & quæ sunt his similia, nõ oportet vt exhibeantur, gp suam frigiditatem in hac febre.

Syrupus valde conferens ad vomitum fu perfluum.

Q_2 si non accidat vomitus ab expulsione naturę, tũc oportet vt prouocetur cum arte, cibãdo infirmum cũ raphano infuso in syrupo acetoso. & post dando ei in potu aquam calidam, in qua decoctum sit anethum, & calamentum, & aliquid de sale permixtum cum syrupo acetoso, in quo iam fuit infusus raphanus. Quibus vomuerint, tunc masticet aliquid de mastice, & anniso, aut menta, vt confortetur stomachus eorum. Q_2 si accidat eis post vomitum soda, tunc oportet vt detur eis in potu post vomitum, calamentum, vt resoluatur materiat (vel secundum aliam literam, tunc oportet vt fomententur seu embrocentur cũ vapore aquę, in qua decocta fit camomilla, vt resoluatur materia, deide potantur manus & pedes ipsorum in illa aqua calida.) Et si oportet, stringantur crura cum strictione vehementi, vt attrahatur materia ad inferiora. Et nõ oportet vt adminis tretur oleum nisi cũ hac materia permixta fuerit cholera. Nam si non fuerit illud, vel si nõ fuerit ita, & adminis tretur oleum & res humectantes, tunc prolõgatur febris, & augetur soda, & ingrossatur materia, & prohibetur eius resolutio. Et post hoc oportet cons iderare qualitatem ægritudinis, & quantitatem virtutis. Si enim virtus fuerit fortis, subtilibamus cibũ eorum, propriæ si iam appropĩquat hora status. Q_2 si virtus fuerit debilis, & non expectat statum ægritudinis, tũc oportet vt isti cibentur post diem septimum, & ingrosseturregimen: & quum appropinquat hora status tũc ponat regimen eos subtile, vt nõ occupet natura i digestione cibi, & vt ipsa nõ impediat a pugna ægritudinis, seu a pugna ztra ægritudinẽ. Q_2 si virtus fuerit debilis, & status ægritudinis fuerit lõginquus, tũc op; vt adminis tretur cibus mediocris inter subtilem & grossum: & adminis tramus ex eo in principio plus parumper, & in statu aliquid modicum, nisi sit virtus debilis, & status propinquus: tunc enim oportet vt resistatur ei ad quod magis exigit necessitas, vel vt resistatur ei quod est fortius & difficilius duarum rerum. Et sit studium in conseruando virtutem. Si enim virtus est debilis, & status ægritudinis est longin quus, tunc oportet vt incedatur via media, vt non prosternatur virtus, & non ingrossetur materia ex multo cibo. Post statũ vero oportet vt augeatur cibus, secundum qp ex eo est facta minoratio ante statum, & vt fiat permutatio ex pauco cibo ad multum parumper parumper, (vel secũdum aliam literam, Post statum vero oportet vt augeatur cibus, secundum qp ex eo facta est minoratio ante statum sicut enim a principio ægritudinis cibus paulatine paulatine minoratur, procedendo ex multo cibo ad modicum cibum, versus statum, sic̃iliter post statũ oportet vt augeatur cibus, paulatim paulatim procedendo ex pauco cibo ad multum cibum. Et oportet quidẽ vt sit hora cibi ante eradicationem febris, aut ante paroxismum per tres aut quatuor horas, ita vt quãdo susperuenit febris occurrat stomacho mundus; (vel secun dum aliam literam, ita vt quando suprueuerit febris, in ueniat stomachum vacuum:) quoniam febris quando superuenit, & in stomacho fuerit cibus, tunc ipsa fortificatur & augetur valde. Virtus enim debilitatur a ma la complexione febrili, & non alterat cibum; & quum non alteratur seu non digeritur cibus, tunc ipse efficitur materia febris. Cibus autem patientium hanc febrem sit aqua ciceris, & sicla, & asparagi elixati cũ oleo albuto, aut muri. Potus autem eorum, si materia non fuerit multa grossa, sit ʒ fecaniabin, Q_2 si materia fuerit congelata grossa, tunc fecaniabin est nociuum magis quam oportet vt potus ʒ fit aqua mellis, & aqua zucchari. Et si ægritudo prolongata fuerit, & pertranserit dies, xiiij. tunc detur in potu aqua endiuiæ, & aqꝫ fœniculi, & aqua apij cum geleniabin, & trochisci de rosis cum aqua endiuiæ, & cum melle colato. Et conferunt eis semper pilulæ de aloe, & mastice, & pilulæ de eupatorio. & pilulæ alefangineæ, aut pilulæ huius de scriptionis, quæ conferunt febribus phlegmaticis, & mundificant caput & stomachum. Rec. hieræ picrę drach. vij. turbith albi mundi drach. x. myrobalanorũ nigrorum drach. v. trochiscorum de rosis drac. iiij. fasolisindi drac. iij. fucaba. bedauard, omniũ ana drac. iiij. anisi drac. ij. herbæ eupatorij drach. iiij. Summa medicinarum est numero, viij. teruntur, & cribellentur, & misceantur cum aqua apij bullita, colata, & fiant pilulæ, & dentur vnicuiq; homini secundum quantitatem virtutis. Q_2 si non eradicatur febris cum hoc, ex hibeatur hæc decoctio. Rec. radicis apij, radicis fœniculi, radicis liquiritiæ rasæ, omnium ana drach. x. radicis ʒ fquinanti drach. vij. ʒ anisi drac. iij. masticis, thuris, herbę eupatorij, absynthij, omnium ana ʒ. vij. bedauard drach. v. fucaba drach. iiij. pallularum enucleatarum drac. xx. myrobalanorum citrinorum mũdatorum a suis ossibus drac. x. corticum myrobalanorum nigrorum drach. vij. decoquantur cum libr. iiij. aquæ donec remaneat libr. j. coletur, & detur ex ea in potu tertia pars libræ cum vnc. j. geleniabin aut fecaniabin. Decoctio alia ad febrem antiquam. Rec. eupatorij drac. xx. fucaba, & bedauard, absynthij, & grasnorum seu seminum capparum, coriandrorum siccorum, omnium ana drach. vij. corticum myrobalanorum citrinorum, fumiterræ, omnium ana drach. x. decoquantur cum lib. iij. aquæ donec remaneat libra, & coletur, & detur in potu tribus diebus. Q_2 si frigus fuerit vehemẽs, exhibeatur hæc decoctio, cuius descriptio est. Rec. herbæ eupatorij drac. v. ameos drac. iij. feminis fœniculi, apij, omnium ana drach. iiij. corticũ radicum tribulorum, radicum squillæ, omnium ana drach. vij. cherchean drac. vj. rosarum rubearum. ʒ. v. origani drach. ij. decoquantur cum libr. iiij. aquæ donec remaneat libra, coletur, & detur in potu ex ea tertia pars libræ in ieiunio dum est tepida. Decoctio ad febrem longam cum qua est frigus vehemẽs. Rec. origani, & ameos, rosarum, omnium ana drach. iij. coriãdri ficci drach. iiij. calamenti fluuialis drach. v. pallularum enucleatarum drac. vij. zinziberis drach. iij. decoquantur cum libr. iij. aquæ donec remaneat libra, & coletur, & detur ex ea in potu tertia pars libræ dum est calida. Et ex eis quæ sedant frigus vehemens in hac febre, est vt ponatur sub ipsis febribus aqua bulliẽs, in qua decocta sint chamæmilla, & melilotum, & maiorana, & quæ sunt his similia. Et quando inungitur corpus etiam cũ oleo de sceha, ʒ ʒ & alchaisun, aut

Alia ffrera, fit syrupus acetosus, si vero fuerit grossa.

Vtrag; ffrera ẽ cubias, quã syrupus acetosus est digestibilis? Et non. Potest responderi qp si materia est grossa congelata syrupus acetosus nocet, sed si sit mistus cum re alia frangente frigiditatem eius tunc non nocet.

Decoctio ad ffebr phlegmatica cuã do prolongatur.

A ffebre, illorum dracvii. radicis fquinanti drach. ij.

Decoctio ad fri gus vehemens.

Cherchean.

Alia ffrera, armeno.

aut oleo de costo & sedatur frigus. Et non oportet vt febrientes cibentur cum pullis, neq; cum franculinis, donec declinet febris, & minoretur, nisi prosternatur & debilitetur virtus. Q. si accidat in facie & in pedis bus tumefactio cachectica, tunc oportet vt denturin potu ex istis trochiscis. Trochisci qui conferunt tumefactioni cachectice, accidẽti in facie, ex febre phlegmatica cũ frigore. ℞. anisi. 3. v. amygdalæ excorticatæ rũ. 3. iiij. florũ sgnati. 3. iij. laccæ ablutæ drach. v. reubarbari drach. vj. croci drac. iij. hieræ picræ drac. vj. succi eupatorij drac. iij. ℈. seminis apij, & fœniculi, omnium ana drach. iij. mentæ siccæ drach. iiij. spicæ, rosa rum, ana. drac. vj. Summa medicinarũ est numero. xiij. terantur, & cribellentur, & misceantur cum aqua solatri, & fiant trochisci, & dẽtur in potu cum aqua calida, aut cum decoctione radicum. Et si exigit necessitas, dẽtur in potu confectiones quæ sunt sicut diacurcuma, & omorusia, & diacosium. Et ex eis quæ conferunt in quamentum magnum, sunt trochisci quos scripsit Gal. in libro decem tractatuũ, seu in libro miamir. Defcri ptio trochiscorum ex decem medicinis, qui conferunt febri phlegmaticæ antiquæ, & frigori accidenti, & tumefactioni cachecticæ accidẽti in facie & manibus & pedibus. Rec. anisi drac. iiij. succi eupatorij, folij indi, assari, spicę, absynthij, amygdalarum excorticatarum, masticis, omnium ana drach. iij, seminis apij drach. j. aloes drac. iiij. terantur & cribellentur, & misceantur cum aqua apij, & fiant trochisci, & dẽtur in potu cum aqua tepida, aut cum aqua fœniculi, aut cum syrupo acetoso. Et oportet vt scias, ꝙ si hęc febris fuerit non febris phlegmatis puri, & fuerit ei permixta putredo choleræ citrinę, tunc oportet vt cauęas ab omni quod est vehemẽtis calliditatis, seu ab omnibus valde calefacientibus. Et in summa dico, ꝙ oportet vt intendat cu ratio versus humorem qui dominatur. Si enim fuerit permixta cholera nigra cum phlegmate, & ingroſſatur it ipsum, tunc oportet vt curetur cum his quæ calefaciunt calefactione sufficiẽti sicut cum trochiscis de absynthio, cum aqua radicum, aut confectione de caulibus: (vel secũdum aliam literam, aut confectione cum sulfure, aut confectione diapipereon, aut theriaca, aut diacymino, & quæ sunt illis similia.

Trochisci ofpetres tumefactioni cachectice accidentis facie, ex febre phlegmatica cum frigore,

De febre quartana. Cap. XV.

SVper hanc quidem febrem sumitur etiam significatio ex rebus præternaturalibus: nam ad ipsam præcedit aduentus aliarum febrium putridarum secundum plurimum, erraticarum seu permixtarum. Humor enim faciens accidere hanc febrem quartanã, non fit secundum plurimum, nisi ex adustione aliorũ humorum, scilicet ex adustione fanguinis, aut cholerę aut phlegmatis, aut melancholię naturalis. V nusqsq; enim istorum humorum dum putrefit ꝛ febre putrida, aduritur, & incineratur a calore febrili: vnde ex putre dine febrili maxime chronica, alicuius istorum humo rum paulatine generatur & congeritur humor melancholicus, non natur alis, adustus: qui post aliquam ista rum febrium multiplicatus mouetur ad putredinem, & causat febrem quartanam. Et si dubitatur, qualiter humor adustus, incineratus, a calore febrili putrido, possit post aliquam febrium prædictarum de nouo putrefieri, & causare aliam febrem quartanam putridam, quum sit humor siccus, adustus, & incineratus, aptus refiltere putredini? Dicendum ꝙ in capitulo de tertiana, declarauimus, ꝙ licet humor cholericus, & humor melancholicus, sint ficci in complexione & in virtute sua, tamen in substantia sunt corpora fluida apta putre scere. Similiter dicatur ꝙ licet humor faciens febrem quartanam, secundum plurimum, sit humor non naturalis, adustus, & incineratus a calore putrido febrili, & habeat complexionem & virtutem siccam, tamen quia substantia huiusmodi humoris incinerati est cor pus fluidũ aptum putrescere, sicut humor cholericus, & humor melancholicus, naturalis, vt dictum est: ideo verificatur ꝙ febris quartana succedit secundum pluri mum post febrem putridam, sanguineam, aut phlegmaticam, aut melancholicum naturalem, aut post febrem cholericam. Ex rebus igitur præternaturalibus sumitur significatio super febrẽ quartanam ꝛterpolatã aut continuam, quia huiusmodi febris secundum plurimum fit post alias febres putridas, erraticas seu permixtas, maxime post febres cholericas, & minꝰ fit post febrem putridam melancholię naturalis. R aro autem accidit quartana non post febres putridas alias, sed inscipiendo ex putredine humoris melancholici multiplicati, aut ex ægritudine & ꝛfione splenis, qui non mundificat humorem melancholicum a sanguine: aut ex multiplicatione comestorum & potuum generantium humorem melãcholicum, vnde ist e humor multiplicatur in venis supra illud, quod est possibile spleni mundificare. Et in principio quidem periodi quartanæ, accidit tremor fatigans corpus, & lædens ipsum.

Et tempus durationis paroxismi quartanæ, si est pura, est, xxiij. horarum. Et si cum ea est permixta cholera citrina, minoratur tempus periodi eius. Et si phlegma fuerit permixtum, augetur tempus periodi & prolongatur. Et oportet vt scias ꝙ longitudo periodi non est nisi propter grossitiem materiæ, & multitudinem eius, quoniam ipsius resolutio est difficilis: aut quoniã virtus est debilis, & non potest eam expellere: aut propter spissitudinem corporis, ita vt ab eo difficiliter resoluitur materia. Et quando ꝙ prolongantur paroxismi ꝛ etiam propter ꝛpus, sicut contingit in febre quæ fit in hyeme. Et quando ꝙ abbreuiatur paroxismi propter causas quæ sunt istis contrariæ. Et dimissio huius febris est. xxxxviij. horis. Et est corpus mundum, quia materia est sicut cinis. Et est vrina ꝛ in inceptione sua subtilis, alba, cruda. Alba quidem propter humorem melancholicum qui nõ est digestus, subtilis vero propter siccitatem humoris melancholici qui non est digestus. In fine vero, & in hora declinationis, vrina patientium quartanam, est vrina nigra: quoniam ille humor melancholicus iam est digestus, & euacuatur per vrinam. Et in summa dico ꝙ vrina istorum alteratur in hac febre ad ſpecies diuersas, secũdum diuersitatem humorum generantium febrem, ita vt vrina in eo in quo generata est febris quartana ex adustione cholerę citrinæ, diuersa est ab vrina eius in quo generata est febris quartana ex adustione phlegmatis: & sic de aliis. Nam secundum diuersitatem ſpeciei humoris melancholici, & secũdum diuersitatem generationis eius ex aliis humoribus, fit diuersitas vrinæ in patientibus ipsam quartanam. Pulsus autem eorum in principio paroxismi, est paruus, tardus, interfectus seu diuersus: & causa in hoc est frigiditas materiæ, & grossities eius, & hebetudo ipsius. In statu vero pulsus est magnus, frequens: & causa in hoc est vehementia virtutis motus eius in illa hora. Et non inuenitur in hac febre æqualitas pulsus, nisi quando inuenitur aliqua quies: Diuersitas autem pulsus reperitur illic propter priuationem ęqualitatis, Quando autem pulsus est velox frequens, sicut fit in febre tertiana, tunc difficile est comprehendere modicum æqualitatis. Et in patientibus quidem hanc febrem, magnificatur ſpleni eorum propter multitudinem humoris melancholici, quoniam ſplen est minera eius. Et color eorum declinat ad viriditatem. Et cutis eorum est nigra, ficca, arida, propter ficcitatẽ humoris melancholici. Et sudor in eis etiam minoratur. Hæc igitur sunt signa febris quartanæ sumpta a rebus præternaturalibus. Signa vero sumpta ex rebus naturalibus sunt ista quæ dicemus, quoniam hæc

A ista litera, febris pptempt annis. Si in quarta accidẽte ibi me, efficitur chronica, & prolongatur tempus eius, ꝙ si accidat ipsa te, ꝙ humora ipsius est ꝛpore puro. Et ꝙ ſiq; abbreuiatur paroxismus ſiq; fuerit naturalis materia & velox ſi eius resolutio, aut ꝙ ſiq; est pura & ꝙ facilis ſ eius resolutio, aut ꝙ ſiq; virtus augmentatur & ſi fuerit, ꝙ ſi expellitur materia. Et ꝙ ſiq; paroxismus antecedit, aut ꝙ ſiq; materia febrilis tur & putrefit velocitate, aut ꝙ ipſa est multa, & aggregatur velociter. Et ꝙ ſiq; paroxismus paroxismi, aut ꝙ ſiq; materia eſt groſſa, & ipſa difficilis eius aggregatio. Et ꝙ ſiq; ſit putrefactio, aut ꝙ ſiq; ſit ſimilis, & ipſa difficilis eius aggregatio. Et ꝙ ſiq; ſit dimiſſio ipſius febris, eſt. xxxxviij. horis. Quãdo fuerit eradicata, eſt poſt mũdũ ab indigeſtione & mundificatione ſplẽti, qui ipſa materia ſimilat cholerã. Et ꝙ ſiq; ſit mixta calliditas ſtabilis ea, ꝙ ſi calliditas nõ remanet, vſq; eſt humiditas. Et ſi ꝙ ſiq; ſit mixta ſtabilis ea, ꝙ ſi ſanguinatis ab igne, ſic ignis adurentes ſi eo, & ſic ſi ſanguinis viriditas qſi ac eſt ſuperit ab igne & poſt ea exiſtit exuberat ab eis ſumus & vapor. Et ſi hoc ſi humiditas, quia depẽdet ignis, & ſi ſi ignis eſt rectitus. Et eſt vrina habentis ſe hãc quartanam.

febris quartana secundum plurimum accidit habenti bus naturam melancholicam, &in ętate consistentię, &in habentibus complexionem frigidam &ficcam, &etiam in habętibus complexionem calidam ficcam, quando in eis aduruntur humores. A rebus autem non naturalibus fumitur significatio super hanc febrẽ quoniam ipsa secundum plurimum accidit intempore autumni, &in regionibus &partibus frigidis ficcis &in eis qui vtuntur regimine ficco, &in eis qui assiduant cibaria generantia humorem melancholicum: sicut caro bouina, &pisces saliti, &caules, &lentes, &caseus antiquus, &quæ sunt illis similia.

De cura quartanæ.

CVra quidem febris quartanæ in principio suo, si sanguis fuerit dominãs, fit cum phlebotomia basilicæ manus sinistræ, aut venæ nigræ. Et si sanguis fuerit niger, oportet vt euacuetur sufficienti euacuatione. Si vero fuerit sanguis rubeus clarus, oportet vt abscindatur &non moueatur, quoniam non securatur ab euacuatiõe huiusmodi sanguinis a casu vitutis. Q. si sanguis non fuerit dominans, non oportet in principio euacuare humorem malum, indigestum, &inobedientem ad exitum &ad euacuationem, propter sui grossitiem. Si enim fiat illud cum medicina solutiua violentando humorem prædictum ad exitum, tunc mouebitur humor ille, &agitabitur, &non erit securitas etiam, quin medicina solutiua bibita deficiat ab euacuatione humoris melancholici peccãtis, &extrahat illud quod non oportet euacuare, vnde lędatur corpus duobus modis: quorum vnus est q̃ euacuat illud quod erat conueniens corpori, secũdus modus est quia approximat ei aliquid quod ipsi nocet. Post appartionem autem signorum digestionis, oportet tunc exhibere istis febrientibus medicinas euacuantes humorem melancholicum, sicut epithymum, &cellebonis niger, &polypodium, &myrobalani nigri, &ftechas, &agaricus, &lapis armenus, &fene, &quæ sunt his similia. Et cibentur isti cũ cibis laudabilis humoris, vt ab eis vincatur ille humor malus. Et quoniam humor melancholicus est frigidus ficcus, oportet vt cibentur cum cibis calidis humidis, vt subtilient sua caliditate, &faciliter faciant currere materias sua humiditate. Et cum hoc etiam oportet vt fint subtiliatiui, resolutiui inflationum, lenientes naturam. Subtiliatiui quidem, vt subtilient grossitiem humoris melancholici et resolutiui vero, inflationum vt resoluant inflationes, &ventositates generatas ab humore melancholico in stomacho &splene. Sint autem lenientes naturam, vt prohibeatur aggregatio superfluitatum in corpore. Si enim non lenitur natura cum cibis sicut oportet, administrabimus clysteras lenes in principio, ad leniendum ficcitatem humoris, &humectandum, &ad preparandum ipsum ad euacuationem: deinde post illud administrentur clisteres fortes, quoniam ad grossitiem illius humoris non sufficit operatio leuis seu pauca. Et sit studium in eo quod facit humorem obedientem ad euacuationẽ, &administretur comestio althaæ rich, &finapis aliquibus diebus, non secundum vsum cibi, sed secundum viam medicinæ subtiliatis fua qualitate grossitiem istius humoris melancholici. In substantia autem huiusmodi comestorum non ętiuum ẽ tum de quo sit curandum, quoniam humor qui generatur ex pisce salito, qui nominatur altharich, est melancholicus, quoniam piscis prędictus ex natura piscis est frigidus &grossus, &ex natura salis est siccus. Et secũdum hanc semitam administrantur quandoq; sed raro, confectiones calidæ, sicut cyminiũ, &diapipereon, vt fua calidităte subtiliet humorem melancholicum. Et fiat illud non continue, sed diebus intermediantibus, vt non resoluatur subtile &remaneat grossum; &etiam vt resoluatur residuum humoris melancholici, ita vt fiat fluidum &aptum effundi &euacuari cum lenitate seu facilitate. Et oportet vt istis administretur exercitium deambulationis &fricationis temperatũ: cum huiusmodi enim regimine est possibile vt rarifice tur cutis, &subtilietur materia, &resoluatur parseius. Balneum autem oportet vt caueatur omnino, aut minoretur ingressio in ipsum: quoniam accidit i balneo vt effundatur materia ad membrũ aliquod, &accidet illi egrossities &corrumpetur: &etiam illud quod de ea est subtile, resoluetur i balneo, &quod est grossum lapidificabitur, sicut diximus. Et ille humor grossus peruenies ad porositates latas seu rarificatas ex balneo, oppilabit eas. Quando vero appropinquat status oportet vt administretur regimen subtile, &paucitas motus, vt non abscindatur seu impediatur pugna naturæ. Et assiduetur administratio medicinarum quæ euacuant humorem melancholicũ, quoniam ipse iam est digestus, &subtiliatus, &præparatus ad euacuationem. Et oportet etiam vt tũc exhibeatur theriaca, quo niam ipsa subtiliat; &si fuerint aliquæ reliquiæ humo ris, resoluit &euacuat eas. Et exhibeantur medicinæ similes istis, sicut medicamen de assa fœtida. Verum oportet vt scias, q̃ si erimus ausi exhibere has medicinas ante q̃ appareant signa digestionis, &ante q̃ adue niat status ægritudinis, tũc deficiet ab euacuatione humoris, &agitabitur materia solũ, &effundetur &current. Q. si effundetur, permiscebitur cum humoribus bonis, &alterabit eos, &cõuertet ipsos ad sui naturã. Et si fiet hoc in membro vno solum, tunc accidet magnum nocumẽtum, &fiet febris magna, difficilis, malæ speciei. Et si materia ista melancholica putrefiet in duobus membris, tunc ex ea fiet inflammatio duarum quartanarum. Et si putrefcet in tribus membris, tunc fient tres febres quartanæ. Et oportet vt in principio &in fine huius febris, sit sollicitudo proprie cum his quę conueniunt hepati &splẽni. Hepati quidem, quo niam ipsum est causa inflammationis &adustionis fan guinis; splẽni vero, quoniam ipse recipit fæcem illius quod inflammatur &aduritur. Et oportet vt exhibeatur in principio continue secaniabin, quoniam ipse confert istis duobus membris, scilicet hepati &splẽni. Post hoc autem, scilicet i fine quum digesta fuerit materia, exhibeantur isti trochisci, qui conferunt hepati &splẽni, in febre quartana facta ex adustione cholerę citrinæ &sanguinis: ℞

Rec. succi eupatorij drach. iij. scolopendriæ drach. v. rauedsceni, &laccæ, omnium ana drach. iiij, spodij, drach. v. seminis citrulli, seminis portulacæ, omnium ana drac. iiij. rorisarum, berberis, omniũ ana drach. vij. spicæ drach. iiij. seminis cusc utæ drac. vj. anisi, &semi nis apij, &seminis fœniculi, omnium ana drach. iij. ra dicis cappar um drach. iiij. croci drac. ij. granorum alben drac. iiij. seminis endiuiæ, seminis cucumeris, omnium ana drac. ij. terantur, &cribellentur, &commiscẽantur cum aqua apij, &fiant trochisci, qui exhibeãtur cum secaniabin, aut cum aqua fœniculi &endiuię &cuscutæ. Et quandoq; iuuantur isti etiam cum troschiscis absynthij, &cum administratione vomitus. Et præcipe infirmo vt vtatur ietunio in die paroxismi, &proprie ei cuius febris est ex adustione phlegmatis, &ei etiam cuius febris est ex adustione sanguinis. Quan doq; confert ieiunium, quoniam sanguis propter suã humiditatem indiget vt subtilietur cum ieiunio, &cũ his quę sunt illis similia. In eo autem cuius quartana est ex adustione cholerę citrinæ, non oportet vt administretur ieiunium nisi prolõgetur valde. Si enim prolongatur &apparuerint signa humoris frigidi grossi, oportet exhibere in potu istam decoctionem, quę confert febri quartanæ factæ ex adustione phlegmatis, &

datur

A proximat ei aliqd. fme dicinã solutiuã, q̃ suaueng mobitate nocet absq; eua cuatiõehumo ris nociui.

Altharich, fi cut declarati est in summa nostra, est pi scis salit⁹ val de vtilis tus in Ferria.

Trochisci qui conferunt he pati &splẽti in febre quar tana facta ex adustiõe cholerę citrinę &sanguinis. Alia littera, &exhibeantur post. xx. dies a principio egri tudinis.

Decoctio pfe rens adfebrẽ quartanã fa ctã ex adustio ne phlegma tis.

datur in potu post digestionem. Rec. feminis apij, anisi, cordumeni, omnium ana drach. v. ameos drac. iiij, origani ℥ fyluestris. 3. vij, radicis chercherheæ. 3. iij. ℔ passularum enucleatarum drac. xx. eupatorij, drac. x. calament i montani drach. x. (vel secundum aliam litteram drach. v.) decoquantur cum tribus libris aquę do nec remaneat libra, & detur in potu ex ea tertia pars li bræ dum est tepida, non in die paroxismi, immo ami nistretur in die paroxismi vomitus, & ieiunium post ipsum. Et quandoq; iuuantur etiam iuuamento magno in hac febre quando prolongatur, cum hoc medicamine, cuius descriptio est. Rec. ameos drach. x. carui drach. vij. piperis drac. iij. assæ fetidæ drach. v. zinziberis drach. iiij. calamenti montani drach. x. cassiæ lignęæ drach. v. spicæ drach. x. terantur, & cribellentur, & commisceantur cum melle, & exhibeatur ex eo pondus drach. j. cum aqua apij & fœniculi. Et post hoc etiam exhibeantur istæ piluļę in qualiber hebdomada quarum assumptio valde confert quartanæ, quando exhibentur post digestionem: quarum descriptio est. Rec. epithymi drach. x. ameos drach. viij. aniſi, seminis apij, seminis fœniculi, omnium ana drach. iij. turbith drach. x. salis indi drach. v. polypodij drach. vij. hieræ picræ drach. x. agarici drach. viij. terantur medicing, & misceantur cum hiera picra, & conficiantur cū aqua mentæ, & fiāt piluļæ, & detur i potu ex eis. 3. j. ℈. cum aqua calida, in principio noctis. Et quidam sunt qui administrant piper nigrum solum, & quādoq; administrant hoc in hora declinationis. In principio autē ægritudinis, oportet cauere ab administratione medicinarum calidarum, vt non duplicetur febris, ficut diximus ante.

A lia litera, cāpestris, cala menti montani, origani, mentastri ana drac. v. Chereherheæ

Piluļę confer tes quartanę quando dan tur potu post di gestionem.

De febre hemitritęa. Cap. XVI.

HÆc quidem febris non nominatur hemitritęa, nisi quoniam eius medietas est febris tertianæ, & altera medietas est febris phlegmaticæ: quare efficitur hæc febris composita ex istis duabus febribus verum vna ipsarum est exterius, scilicet tertiana, & altera interius, scilicet phlegmatica. Et hæc hemitritæa est vera, pura. Et non nominatur hemitritæa pura, nisi quando vna istarum duarum febrium est interius, & altera exterius, quæcunq; ambarum fuerit, tertiana aut phlegmatica. Quoniam si omnes simul fuerit exterius aut interius, tunc ista febris quando componitur secū dum hunc modum, non nominatur hemitritæa, sicut dixit Hippocrates in primo libro epidimiæ, q; hæc febris non tollerat periodos seu dimissionem febris, in quantum ipsa est continua, secundum vero modum alium ipsa tolerat periodicationem seu dimissionem febris: (vel secundum aliam literam, sicut dixit Hippocrates in primo libro epidimię, q; hemitritęa febris nō separatur penitus, idest, q; ipsa in quibusdam dispositionibus est continua, & in quibusdam aliis dimittit, & non est cōtinua.) Hurus autem febris, scilicet hemitritęę, tres sunt species. Aut enim ī ea dominatur cholera citrina; & apparent in ea istæ significationes choleræ, scilicet tremor accidens habenti eam subito, & vomitus cholerę citrinæ, & vrina cholerica, & amari tudo vehemens: (vel secundum aliam literam, & calis ditas vehemens.) Aut phlegma dominatur in ea: & apparent signa phlegmatis ita vt manus & pedes infrigidentur, & pulsus est tardus diuersus. Aut duo humores in ea sunt æquales; & apparent signa, quæ ad ſe inuicem non superantur in significando magis vnū duorum humorum ℈ alterum. Et hæc est hemitritæa pura. Duæ autem aliæ species, scilicet illa species in qua dominatur cholera citrina, & species altera in qua dominatur phlegma, non sunt ambæ hemitritęę purę. Et hæc quidem febris die vno est difficilis vehemens, & die altera est quietа. Et causa in hoc est quia in die primo sunt duæ febres, scilicet febris quæ est ex cholera, & febris quæ est ex phlegmate. In die vero secunda est febris vna tantum, scilicet phlegmatica, & ex causa huiusmodi febris, phlegmatica est leuior illa quæ fuit in die primo, in quo erant duæ febres. Et si queratur, quare hæc febris nominatur media tertiana, & nō nominatur media phlegmatica. Dicendū, q; nomen quās do est compositum ex duobus nominibus, scilicet ex eo quod est notum, & ex eo quod non est notum, tunc denominatur ex illo quod est occultum, sicut dicitur de cōpōsito ex morbo accidentali & homine, q; ipsum est egrū fm medietatem, & dominatur a nomine mor bi occulti, non a nomine hominis noto. Similiter etiā hęc febris non denominatur media phlegmatica, quo niam febris phlegmatica continua est manifeste nota: tertiana vero quia est cum paroxismis, non est ita manifesta. Et propter hanc causam hęc febris nominatur media tertiana, ab illo quod est occultum, non ab illo quod est manifestum.

Nota ℣ alia litera nō lic tiā particuli, & ſi queratur negātis de cla ratione ſtitius quęſtis, videli cet: quod hęc febris dicitur tuchemitritęa ſeu media ter na.

De cura febris hemitritęę.

OPortet vt curetur hæc febris hemitritęa secundum humorem dominātem in ea. Si enim ista febris fuerit pura, in qua nō dominatur humor cholericus, neq; humor phlegmaticus, tūc curabimus eam cum rebus permixtis. Q_2 si in ea cholera citrina fuerit dominans, & infirmus indigeat lenitione naturæ, tunc oportet lenire naturam cum aqua prunorum tamarindorum, & tereniabin, & cassia fistula: & dare in potu post lenitionem naturæ, aquam hordei, & ſyrupum acetoſum zuccharinum. Et cibentur patientes cum mes ℥ ℈ & cū attriplicibus, & ſpinachijs. Q_2 si phlegma fuerit dominans in ea, & necessaria fue rit lenitio naturæ, oportet vt dentur eis in potu aqua lubleb cum geneliabin, & post illud exhibeatur genes liabin cum aqua masticis: & trochisci de roſis eriam cū aqua fœniculi & apij. Q_2 si duo humores fuerint æqua les, tunc oportet vt sit curatio cum curatione media, vt non accidat inflammatio ex rebus calidis, & nō fiat ingroſſatio cum rebus frigidis. Q_2 si dominatur vnus duorum humorum, tunc oportet vt curetur cum his quæ conueniunt illi humori.

A lia littera, excorticato.

A ℣ masticis

De febribus quæ nominātur empialæ & liparię. Cap. XVII.

PHlegma quidem vitreum, quod est frigidius de speciebus phlegmatis, quandoq; dominatur in toto corpore, autin aliquo membro. Et quod ex eo dominatur in toto corpore, aut totum putrefit, aut nō putrefit aliquid ex eo, aut putrefit quędā pars eius, & q̄dā ps eius nō putrefit. Q_2 si totū est nō putrefactū, generat in corpore frigus vehemēs, & patiēs ipsum nō calefit absq; febre. Q_2 si totū iam est putrefactum, aut est putrefactium extra venas & arterias, & tunc facit febrem phlegmaticam periodicam: aut putrefit intra venas & arterias, & tunc facit accidere febrem phlegmaticam continuam. Q_2 si pars *eius* putrefit & pars eius non putrefit, tunc facit accidere febrem quæ nominatur empialas, & patiens hanc febrem sentit in interioribus corporis sui frigus, & extra corpus sentit calorem. Et causa in hoc est, quoniam calor qui iam putrefit, facit accidere caliditatem & inflāmationem: & pars phlegmatis quę non putrefit, facit accidere frigus. Vrina autem habentium hanc febrem, est minoris caliditatis q̄ vrina habentium febrem quotidianam phlegmaticā, & est vrina groſſior q̄ illa: quoniam materia faciens hanc febrem, est groſſior q̄ materia faciēs febrem quotidianam. Et pulsus ipsorum est tardus, diuersus, plus q̄ sit in illa febre. Et quandoq; paroxismat omni die, & quandoq; omni tertia die, & quandoq; omni quarto die. Et nō significatur super has febres, nisi ex signis ficationibus earum, & non ex paroxismis ipsarum.

Et

Et similiter etiam dicēdum de reliquis febribus, signorum ratnes enim significant super febres ex paroxismis earum. Et quandoq; est paroxismus huius febris scilicet empiales quatuor horis, & quandoq; septem horis, & quandoq; xxiiij. horis, & quandoq; pertransit huc ter minum secundum grossitiem materię & multitudinē eius, & spissitudinem corporis illius infirmi, & raritatem eius, & debilitatem virtutis, & fortitudinem eius: & secundum tempus anni est lōgitudo & breuitas paroxismi. Et hæc quidem febris scilicet liparia, nō prolongat tempore, quoniam natura secundum plurimū vincit eam, & destruit ipsam. Et quandoq; morat, xx. diebus, aut minus aut plus. Febris autē quæ fit in omnibus quinq; diebus, aut in omnibus septem diebus, aut in omnibus decem dieb⁹, fit ex phlegmate grosso, aut ex cholera nigra; & periodi eius ꝓcedunt aut postponuntur secundum grossitiem materiæ facientis ipsam febrem; & vrina & pulsus sunt secūdum materiā ex qua accidit hæc febris. Febris autem quæ dicitur liparia, sicut dicitur a Gal, est febris in qua infrigidātur extremitates membrorum, & quod apparet de corporeis; & profundum corporis & viscera aduruntur cum sit vehementi, & aperitate linguę. Et pulsus illorum est parvus, debilis, fecundum caliditatem quæ iam est in profundo corporis. Et liparia quidem est contraria empialos, quia in empialos frigus est interius, & caliditas exterius; & in liparia est contrarium illius, & adtuentus quidem liparię quandoq; est ex cholera citrina, grossa, non pura.

Nota ꝙ sāa litera nō sūt illam partiū iam, & aduētus quidem liparię &c.

De cura empialæ & liparię.

Oportet vt in hac febre folliciti simus de stomacho cum vomitu, deinde cum potionibus quæ infrigidāt & mundificant stomachum, & prouocant vrinam: sicut aqua fœniculi & apij cū geneſiabin & fecaniabin. Et detur in potu infusio aloes, & hiera picra, & pilulæ de eupatorio, & pilulæ de aloe cum mastice. Et administretur clyster in quo sit quædam acuitas, vt abstergat humorem grossum, sicut clyster factꝰ ex camomilla, & melliloto, & medulla carthami, & centaurea minore, & furfure, & anetho, & cymino, & almuri, & melle. Et cibentur cum aqua ciceris, & almuri, & cymino, & oleo amygdalarum dulcium, & fiela, & alpasragio. Et confert in principio liparię geneſiabin cum fecaniabin, & in fine exhibeatur infusio aloes, & hiera picra, & aqua fœniculi & endiuiæ & apij; & etiam trochiſci de rosis & mastice. Et vniuerſaliter oportet vt illud quod administratur in hac febre scilicet liparia, sit minoris caliditatis ꝙ illud quod administratur in febre empiala.

De febre quæ fit cum communitate membri dolentis. Capitulum. XVIII.

Si accidūt febres ex dolore alicuius membri, sicut hepatis, & splenis, & lateris, & renum: aut cum læsione cerebri, oportet vt conuertatur studium totum ad membrum infirmū, ita vt mundificetur. Quū enim abscinditur causa faciens ægritudinem, abscinditur etiam effectus. Si enim non abscindimus supfluitates seu putredinem earū, non destruitur febris: quoniam causa faciens eam est fixa permanens. Et in summa dico quòd oportet vt fit resistentia & intentio nostra, ad causam facientē febrem plusq; ad ipsam febrē.

De syncope. Capitulum. XIX.

Syncope est res vna, & est resolutio spiritum vitalium subito. Causæ autem eius sunt multæ, & vnicuiq; earum est cura proportionata conueniēs: quare nunc intendendum est in hoc secūdum ꝙ poſsit homo, vt quando accidit hæc syncope subito, sit possibile nobis resistere ei, vel succurrere ei. In illis igitur in quibus accidit syncope propter cholericam passionem, aut solutionem ventris, aut propter aliquā euacuationem superfluam, seu egredientem terminū æqualitatis, oportet rorare seu aspergere super faciem eorum aquam frigidam, & constringere nasum eorū, & fricare os stomachi ipsorum, & mouere eos ad vomitum cum intromissione digitorum aut pennę, & stringere manus & pedes eorum strictura forti. Q. si fuerit euacuatio per inferius, stringantur manus: si vero fuerit euacuatio per superius, stringārur duo crura. Et quandoq; iuuantur isti quibus accidit huiusmodi syncope, cum potu vini permixti cū aqua frigida. Balneum autem est conueniens eis quibus accidit syncope ex diarrhœa. Illis vero quibus accidit syncope causa eruptionis sanguinis, aut causa fudoris supra mensuram, balneum est contrarium valde: quoniā ipsi magis indigent in frigidatione, & stypticatione magis ꝙ calefactione & mollificatione. Et vinum quidem permixtum confert eis valde, præcipue quādo fuerit permixtum cum aqua frigida. Et isti quidem non indigēt ligatura seu strictura membrorum suorum, neq; vomitu neq; aliqua ſpecie motus: sed oportet vt quieſcant omnino. Et administrentur res quæ infrigidant & stypticant, & sedeant vel iaceant in domo in qua flat ventus frigidus. Et alteratur aer domus ad qualitatem frigidam & stypticam, sternendo in ea myrthum humidā, & rosas, & extremitates vitis. Illorū vero quibus accidit syncope propter repletionem, oportet fricare manus & pedes fricatione vehementi, & cale facere eos, & stringere ipsos, & prohibere ipsos a cibo & vino & a balneo: & sint isti contenti aqua mellis, in qua iam decocta sint calamentum montanum aut campestre, aut hyssopus, aut hsope. Et detur eis in potu etiam syn copus acetosus. Et similiter etiam curētur mulieres quibus accidit syncope propter matricem: verum non exhibeatur eis syrupus acetosus, immo stringantur pedes earum & fricentur, & applicentur ventosæ super duo crura. Illis vero mulieribꝰ qbꝰ accidit syncope ex euacuatione multa sanguinis a matrice, ponanturventosę sub mamillis. Illis vero quibus accidit declinatio matricis ad superius, aut ad vnum duoꝝ laterum, applicentur ventosę super inguina, & super coxas; & fac eas odorare odores fœtidos, & fac suppositoria odori fer a, vt perueniat ad matricem illud quod cum odore bono est calefactiuum resolutiuum. Q. si accidat syncope ex debilitate stomachi, oportet vt emplastretur membrum cū emplastro confortante ipsum, sicut emplastrum factum ex alcasb, idell, dactylis non complętæ maturis, & vino, & sauich hordei, & croco, & aloe, & mastice, & inungatur cum oleo absinthii, & mastice, & cytonijs, & oleo nardino, permixtis cum cera & vino. Q. si acciderit in stomacho caliditas & inflammatio, tunc permisce cum istis quædam res quæ infrigidant, sicut rafura cucurbitæ, aut succus lactucæ, aut solatri, aut agrestæ. Et q̄nq; confert eis iuuamento magno fricatio manuum & pedum, q̄m quando curātur hac curatione, bonæ fiunt dispositiones eorum valde. Q. si acidat eis ex his rebus inflammatio, oportet vt abluant cum aqua dulci tepida ſtatim. Illis aut quibus fiunt frigus, oportet vt exhibeat medicamen factū ex tribus piperibus, & piper de ſe, & syrupus de absinthio. Illi vero quibus accidit syncope ꝓpter humores malos mordicantes, cogant vomere cū aqua calida so la, aut cū quibusdam oleis. Q. si vomitus est eis difficilis, tūc caleſiāt primas partes stomachi & manus & pedes. Q. si vomitus non est eis facilis cum hoc, tūc moueatur vomitus cum intromissione digitorū aut pennæ. Quòd si non poteſt etiam cum hoc vomere, tunc detur eis in potu oleum calefactum multis vicibus, quoniam hoc quotiens datur in potu, mouet vomitū & lenit naturam, & lenitio naturæ confert istis valde. Q. si non lenitur natura, oportet ingeniari ad leniendum

dum eam cum suppositorijs impositis inferius, & quū feceris hoc & iuuantur cum eo, tunc detur in potu aliquid de floribus absinthij decoctis cum aqua mellis, & ingenietur ad confortandum stomachum cū omnia ad hoc præparata, administrādo eam intetius & exterius. Et non oportet vt administrentur res stypticæ in principio, sed post euacuationem malorum humorum. Q. si causa sincopes fuerit phlegma multum frigidum, aggregatum in stomacho, tunc eius cura est cū embrocatione olei de absinthio, deinde post illud exhibeatur aqua mellis, in qua decocta sint hysopus, & quæ sunt his similia; & detur eis in potu fecani abinthe piper. Et oportet vt omnes species curationis fint cale facient es, subtiliantes, & incidentes. Q. si accidat syncope quibusdam hominibus ex frigore vehementi, oportet vt curentur cum omni specie eorum quæ cale faciunt, & detur eis in potu vinum permixtum cum aqua calida, & cibentur cum cibis calefacientibus, & fricentur seu inungantur prope ignem, & curentur cū contrario eius quo curatur sincope accidens a calore vehemēti. Et illi quidem cui accidit sincope vehemēs ex aere calido, & angustia, propter longam moram in balneo, oportet vt succurratur dando in potu aquam frigidam, & cum aspiratione aeris frigidi, & cum extinctione, & vt iaceant in locis in quibus flat vētus frigidus, & fricentur stomachi ipsorum, vel vngantur stomachi ipsorum, deinde post illud exhibeatur cibus & potus. Et si causa sincopes est magnitudo apostematis calida, aut malitia seu malignitas febris, & accidentis mala in principio periodi febris, oportet quando manus & pedes infrigidantur vt calefiant, & fricentur fricatione vehementi, & prohibeam eos a somno & a cibo & potu. In eo autem in quo timetur sincope ex siccitate complexionis fuæ, tūc præcedat cibatio ante paroxismum cum pane infuso in vino, & sit illud modicum, quia si exhibeatur ex eo multum, aut comedatur aliquid difficilis digestionis, tūc sincope augmentatur & fit fortior. Q. si causa sincopes fuerit vehemētia læsionis in aliquo membro principali, tunc detur in potu fecaniabin, aut aqua mellis decocta cum calamento montano, & cibatio eorum sit cum cibis incisiuis, & fricentur etiam manus istorum & pedes eorum & stringantur, & administrentur etiam ea quæ prouocant vrinam; & quando curantur cum hac cura & iuuantur, tūc detur eis in potu vinum album antiquum styptic um in parua quantitate. Q. si accidat syncope quia causa temporis euacuationis subitæ, tunc confortetur infirmus cum odoriferis bonis, & cibetur cū forbitionibus facilis digestionis. Et si accidat sincope ex vehementia tristitiæ & timoris aut ex delectatione & gaudio, & similibus animæ passionibus subito aduenientibus, tunc confortetur infirmus cum odoriferis, & cum retentione anhelitus, & cogeeos vomere. In illis vero in quibus accidit sincope ex dolore colico forti & difficili, et ex punctione ventris, aut ex dolore membri alterius, tunc sincope fedatur cum emplastrationibus & fomentationibus, & cum fricationibus suauibus.

A ista littera, si libet istionibus.

De illis quorum virtus debilitatur cum sudore. Capitulum. XX.

OPortet vt prohibeatur sudor illorum, quorum virtus resoluitur ex multo sudore, cum rebus quæ exiccant & stypticant, sicut lutum samus, & merda sengi, & gallæ, & amylum, (vel secundum aliam literam, & gallæ & alumen,) & folia myrthi, quando feruntur & pulueriz antur super corpus. Aut inūge corpus eorum cum oleo florum vitis, aut oleo rosato, aut oleo de cytonijs, aut oleo arboris masticis. Et iuuantur etiam cum minuto thuris, quando teritur & pulueriz atur super corpus.

TRACTATVS SEPTIMVS libri Ioannis filij Serapionis, & continet capitula. xxxvij.

Capitulum primum in quo est rememoratio rerum, quarum cognitione indiget, qui diligit compositionem medicinarum secundū quod oportet & precognitionem simplicium earum ante ordinationem earum, & ipsarum compositionem.
Capitulum secundum de indigentia medicinarū com positarum, quæ sint.
Capitulū tertium de intērionibus communibus, quibus intenditur quātitas eius quod proijcitur de medicinis simplicibus, in medicinam compositam.
Capitulum quartum de canonib⁹, super quos fundantur quantitates seu mensure, illius qđ proiicitur de medicinis simplicibus in medicinam compositam.
Capitulum quintū qualiter conferunt medicinæ omnes communiter membris læsis.
Capitulum sextum de conceptione intētionum secundum semitam exempli.
Capitulum septimum de significationibus omnibus acceptis ex intentionibus communibus.
Capitulum octauum de compositione theriacarum, & aliarum confectionum.
Capitulum nonum de hieris, & compositione earum.
Capitulum decimum de medicinis solutiuis, qualiter soluant.
Capitulum. xi. de canone compositionis medicinarū solutiuarum, & quantitate potionis ex eis.
Capitulum. xii. de medicinis soluētibus choleram citrinam, & quantitate potionis ex vnaquaq; earum, per quantitatem quæ non nocear.
Capitulum. xiii. de medicinis quæ soluunt choleram nigram.
Capitulum. xiiii. de medicinis soluentibus phlegma.
Capitulum. xv. de medicinis soluentibus aquositatē.
Capitulum. xvi. de solutionibus, & electuarijs soluentibus, & primum illius est medicina solutiua, quæ fit similis algiueres, & soluit phlegma.
Capitulum. xvii. de pilulis conferentibus ad genera ægritudinum omnium.
Capitulum. xviii. de trochiscis conferentibus ad omnem ægritudinem.
Capitulum. xviiij. de alcamaitha.
Capitulum. xx. de giuarefadideſi cōfectionibus grosse trit is.
Capitulum. xxi. de allohocath.
Capitulum. xxii. de decoctionibus.
Capitulum. xxiii. de syrupis.
Capitulum. xxiiii. de gargarismis.
Capitulum. xxv. de oleis.
Capitulum. xxvi. de clysteribus.
Capitulum. xxvii. de dhimadhec.
Capitulum. xxviii. de vnguentis.
Capitulum. xxix. de linimentis.
Capitulum. xxx. de pulueribus, & medicinis siccis.
Capitulum. xxxi. de capurpurgiis.
Capitulum. xxxii. de dentifriciis.
Capitulum. xxxiii. de medicinis quæ conferūt oculo, ex eis quas pbauerunt faciēres alcohol in Baldach.
Capitulum. xxxiiii. de medicinis compositis, quantū remanet operatio earum secundum intentionem illorum de Nisabur.
Capitulum. xxxv. de abaigibet.
Capitulum. xxxvi. de medicinis vomitus.
Capitulum. xxxvii. de mensuris, & ponderibus.

In

In hoc capitulo est rememoratio rerum quarū cognitione indiget, qui diligit cōpositionem medicinarum secundum quōd oportet, & præcognitionem simplicium earum, ante ordinationem earum, & ipsarum compositionem. Cap. I.

NEcesse est illi qui vult cōponere medicinas ſm q oportet, vt sit sciens virtutem cuiuscq; earum, & non sit cōtentus in illo super cognitionem virtutum earū, quæ sunt in gradu generico, sicut faciunt quidam ex æditoribus librorum. Ipſi enim narrant in libris suis, q hęc medicina calefacit, & hæc medicina infrigidat, & hęc desiccat, & hæc humectat. Immo cognoscat virtutes earum ſm diſtinctionem & determinationem, & sciat in quo gradu sit operatio cuiuscq; earum, ex vnaquaq; harum virtutum & operationū. Quod est, quia ex medicinis sunt quæ faciunt vnam quamq; harum operationum, quas diximus, operationem occultam valde, & ex eis sunt quæ faciunt illam operationem ꝯ manifestam, ℈ & ex eis sunt quæ faciūt illam operationē in potentia, & ex eis sunt quæ faciunt illam completam & integram. Et quum medicinæ diuerſificentur ſm gradus ſuos, tunc nō ſufficit huiuſmodi vt sciat ex eſſe earum, q hæc medicina calefacit aut infrigidat, immo oportet vt sciat quātum est de proprietate medicinæ, vt calefaciat aut infrigidet. Cuius exēplum est q gummæ omnes calefaciunt, & hæc est res communis omnibus eis, verum tamen inter eas in calefactione est diuerſitas non parua. Et ſimiliter etiam multa genera lactis plantarum calefaciunt, & inter ea in calefactione est diuerſitas multa, ex via additionis & diminutionis. Inde est q quando tu comparas opoponacum ci aſſa & cum ſerapino, tunc est hoc nihil. Et non oportet vt dicamus ea quæ sunt a nobis lōginqua. Nos enim posſumus dicere diuerſitatem inter res, quarum virtus est virtus vna in rebus quæ comeduntur & bibuntur omni die. Inde est q anethum, & cepe, & ruta, omnia calefaciunt; verum tamen inter ea in calefactione est diuerſitas multa valde. Cognitio ergo ordinum ſeu gradū medicinarum, est fundamētum ſuper quod est innitendum in cognitione medicationis ægritudinū, ita vt quando conſideratur membrum iam infrigidatum vltima infrigidatione, tunc eis medicatio, est cū medicina calida in vltimo ♋; & quando conſideratur membrum, cui iam acciderit frigus quantūcunq; alteratur a diſpoſitione ſua naturali alteratione pauca, tūc eius medicatio est cum medicina quæ calefacit calefactione paucā; & quum cōſideratur membrum q iam infrigidatum est infrigidatione multa valde, tunc ei medicatio est cum medicina calida multę caliditatis. Quum ergo res sit ſecundum q natraui, tunc iam inuenimus in narratione noſtra vnicuiq; reliquarum rerum, quæ calefaciunt, aut infrigidant, aut faciunt vnam ex reliquis iſtarum operationum, gradus quatuor; & diſcernimus per hos gradus, & diſtinguimus res quæ calefaciunt calefactione parua, & manifestantur res quæ calefaciunt calefactione multa manifeſta, & res quæ faciunt illud operatione fort i multę virtutis valde, ita vt ipſe eum illa comburant vel adurant. Et diuiſimus hanc diſtinctionem eandem in reliquis qualitatibus aliis. Et vnicuiq; quatuor graduum sunt tres manſiones. Quare ex medicinis est, quæ est quaſi in principio gradus, & ex eis quę est quaſi in fine eius, & ex eis quæ eſſinter illa. Quod est, quia medicinæ quæ vlcerant caliditate ſua, ſicut medicinæ quę ex eis nominantur putrefactiuæ; & sunt illæ quæ putrefaciunt illud cui obuiant ex corpore. Et quarumdam earum oſtendit vtrius hora qua occurrunt corpori, & quædam earum indigent vt morentur duabus aut tribus aut quatuor horis; deinde manifeſtatur virtus earum: & quædam earum indigent vt morentur die ſua tota, aut plus illo, deinde oſtenditur virtus earum. Et ſicut indiget, qui vult compoſitionem medicinarum ſecundum q oportet, vt sciat de eſſe medicinarum calefacientium illud quod narraui, ſimiliter indiget vt sciat in medicinis infrigidātibꝫ, & in medicinis humectantibus, & in medicinis exiccantibus. Genera autē medicinarum sunt tria; quædam enim earum sunt ex plantis, & quædam ex mineralibus, & quędam ex animalibus. Et iam sciuiſtis virtutes earum omnes ex libro ſimplicium, ſecundum diſtinctionem & determinationem, ex libris qui sunt æditi de virtutibus medicinarum. Et ſicut vos indigetis cognitione virtutum medicinarum ſimplicium cum perfectratione, taliter vt ſit vobis poſſibile per illud, vt componatis in omni loco ex rebus quas inuenitis, proprie medicinas quæ conueniant corporibus quæ indigent a vobis medicationibus; ſimiliter neceſſe est vobis etiam, vt ſitis ſcientes res accidentes in corpore, ex eis quæ sunt extra naturam. Et iam ſciuiſtis quòd intentio prima in medicina, ad quam intendimus in medicatione, non extrahitur niſi ex ſpeciebus rerum egreſſarum a natura: & quia ſignificat ſuper hoc ſubſtantia membri infirmi, & complexio aeris continentis. Et multi ex prudentibus medicis conſideraverunt etiam cum ſuis cōſiderationibus in iſtis rebus, quas diximus, in ætate infirmi, & hora præſenti ex horis anni, & diſpoſitione aeris in hora præſenti, & regione, & quid ſit illud quod infirmus conſueuerat, & coratur cum eo ex artibus, & quid præterijt de conſuetudine eius. Neceſſe est ergo vobis vt ſitis ſeruantes omnes iſtas res, ſi vultis vt extrahatis in omni loco & regione, illud quo indigetis ex ſimplicibus & compoſitis, donec non occultetur vobis medicina. Et oportet vt ſcietis etiam cum hoc, quia multotiens eſt medicina vna ſimplex, ſecundum quòd creata est a natura ſcilicet in ſanatione ęgritudinis, & aliorum ex eis quæ accidunt in corpore extra naturam: & multotiens in illo indigetur medicinis compoſitis. Et ego ſum nuncians tibi cauſam quæ facit illud hic.

A ſa fętera, fortem

De indigentia medicinarum compoſitarum. Capitulum II.

SI poſſibile eſſet vt medicinemus omne quod accidit in corpore, ex ſpeciebus rerum egreſſarum a natura; cum medicinis ſimplicibus, non indigeremus penitus in aliqua horarum medicina compoſita. ♎ Verum res nō est ita, quod est quia tu multotiēs indiges calefactione corporis tali, quæ peruenit ad aliquam menſuram, & tamen non potes inuenire medicinam quæ calefaciat corpus illa menſura. Et non oportet vt medicina qua medicatur ægritudo, ſit niſi ſecundum ægritudinem, & per comparationem eius. Nam ſi in corpore eſt ęgritudo frigida, qua elongatur corpus a complexione ſua naturali, iiij. numeris, tunc res manifeſta est, quòd est neceſſarium vt ſit medicina, qua medicatur hæc ęgritudo, in quantitate caliditatis additæ, ſupra complexionem naturalem æqualis huic quantitati. Et multotiens quando nos non poſſumus inuenire medicinam ſimplicem, cuius calefactio ſit huius quantitatis, & inuenimus duas medicinas ſimplices, quarum vna eſt calidior complexione temperata tribus numeris, & altera calidior temperata quinq; numeris, premiſcemus ambas, & ponimus medicinam compoſitam mediam inter vtraſq;. Erit ergo calidior complexione temperata quatuor numeris. Et in medicinis ſimplicibꝫ sunt medicinæ multæ, de quibus impoſſibile est vt adminiſtrētur, niſi miſceant cū realia; ☽ ſicut illud qđ accidit, ſi nobis neceſſe eſt vt medicem ℞ aliqđ mēbrū cū medicina linita ſup

A ſa fętera, Sed nō eſt via ad hoc, qa q̄q; indigemus calefactione corpꝭ cū meſura, q̄ nō inuenīſi in medicinis ſimplicibus. Nam in eis hoc nitur calefactio, qut, quēiat ad illū meſurā q̄ expetimus, ad ęgritudinē qđ curamus. Et ita hoc miſcem⁹ diuersis diſtātiꝫ, ſtīū vna ſit maioris caliditatis valde, ꝙ ſcipsa tpata, & alia medicina minoris caliditatis, & fiat iter eas mediū compoſitū, cū uīt maioris caliditatis ꝙ̄ complexio tpata. Et multę sunt medicinę ſimplices, & non est poſſibile adminiſtrare abſq; q̄ ſi ei⁹ miſceamus aliqđ.

ipſum, ſicut emplaſtrum. Quum ergo volumus illud, non inuenimus aliquam ex medicinis ſimplicib⁹, quę ſit conueniens vt adminiſtret ſola in hoc modo, neq; aſphaltum, neq; cerą, neq; gũmi-ſ-pini, neq; pix, neq; ſordities alueoꝝ apum, neq; ladanum. Et plus longin quum illo ab hoc vt ſit conueniens ad hoc, eſt ziniar, & ceruſa, & merdaſengi, & alia ab illis ex reliquis medicinis ſodiendo extractis ex mineris. Et ſiſ'r ex medicinis ex genere plantaꝝ, nō eſt poſſibile vt facias ex ea ſimplici ſola linimentum, quod liniat ſicut emplaſtrum. Qñ ergo res eſt ſm hoc, tunc iam inuenerũt res ęte antiqui cōpoſitores emplaſtroꝝ, in hoc cp ipſi permiſceuerunt oleum, in quo decoquunt medicinæ quæ fodiendo extrahuntur, in emplaſtris; & liquefactione earum etiam, qua liquefaciunt illud quod liquefit ex eis, cum oleo; & proiectione eorum in eis: qua proiectum illud quo indigent, ex medicinis quæ ſunt ex genere plantaꝝ ſiccarum, tritarum, cribellataꝝ. Et hic eſt genere plantaꝝ ſiccarum, tritarum, cribellataꝝ. Et hic eſt ſunt ægritudines aliæ ex eis, in qbus neceſſaria eſt vna medicina ſimplex, ſicut creata ex natura: veꝝ nos permiſcemus cum illa medicina, medicinas alias, quibus qñq; volumus frangere violentiam eius, & qñq; volumus cum eis expellere horribilitatem ſaporis eius, ſicut dixit Hippocrates in libro ſuo, qui eſt de regimine ægritudinum acutarum, vbi dixit: cp ſi dolor eſt interior velamine, & habens ipſum non inuenerit tactum eius in furcula, tunc oportet vt leniamus naturam cũ elleboro nigro, aut cum ſemine plantæ, quæ nomina tur bebelium, & eſt portulaca ſylueſtris, poſtq; permiſceantur cum-ſ- elleboro nigro daucus, & ſileon, & eſt keiſim campeſtris, & ſemen apij mōtani, aut cymini, aut aniſum, aut alia ex medicinis ſubtilibus: & cum ſemine & lacarboris alaniuden. ⁊ Et in hoc quidẽ ſermone oſtendit Hippocrates, cp neceſſitas non eſt niſi medicinæ ſolutiuæ: verumtñ indiget pp abominationem & horribilitatem ſaporis ſui, re quæ ei faciat bonam, vt ſit poſſibile homini bibere eam, & ſit poſſibile vt moretur & remaneat in ſtomacho. Mulæ enim medicinaꝝ quæ bibunt, perueniũt ex abominatione & horribilitate ſui ſaporis, & vehementia illius, ſuper bibentem ipſas, vt hora qua bibit eas accidere faciant ei nauſeam, donec euomat eas ſtatim: & quædam earꝝ ex huis ſit poſſibile vt moreñ in ſtomacho parum, verũ tamen poſt illud excitant vomitum pillud, quod aeci dit ab eis ex eructuatione ſua mala. Et ſicut iſtæ medicinæ, quas dixit Hippocrates, permiſceñ cum medicinis ſolutiuis, vt bonum faciãt odorem eaꝝ: ſiſ'r permiſcentur etiam cum medicinis quæ dicuntur ſedatiuæ dolor, medicinæ aliæ, vt frangant virtutem earũ, & expellant violentiam ipſarum: ſicut eſt illud qñ volumus vt in potu detur opium, aut iuſquiamum, aut cortex radicis mandragoræ. Hic ergo eſt vnus modus neceſſitatis medicinæ compoſitæ. Et maior modoꝝ neceſſitatis compoſitionis medicinaꝝ eſt, quo indigetur in ægritudinibus quæ indigent medicinis, in quibus aggregantur virtutes contrariæ ſimul, ſicut ægritudines quæ indigent medicinis quæ prohibent receptionem materiei, & reſoluunt: & medicinis quæ abſtergunt & leniunt: aut medicinis quæ ingroſſant humores, & ſubtiliãt eos ſimul. Et in illis quæ ex medicinis compoſitis ſunt plus iuuatiuę, & nobiliores earum, & ſunt in ordine ſuperioris quantitatis, tu inuenis virtutes contrarias, ſicut oſtẽdam illud. Et hic ẽt eſt modus alius ex modis neceſſitatis cōpoſitionis medicinaꝝ, et eſt, quia nos forſitan volum⁹ vt ſit nobis medicina reſiſtens, & expellens venena multa ex venenis animalium habentium venenũ, & medicinas multas ex medicinis interficientibus. Et iſte modus ex modis neceſſitatis compoſitionis medicinarũ, prouocauit homines ad hoc vt facerent theri acam, & ante theriacam fa

Alia ſitera,

Ziniar ideſt grugo gris,

Alia ſitera, elleboro daucus aut ſemen apij montani, aut cyminum, aut aniſum, aut alia ex medicinis boni odoris, & miſcetur cũ ſemine por tulacę hac plantę anuiden.

cerẽt medicamen quod dicitur mithridatum, & alias ab iſtis medicinis compoſitis multas confectiones. Et neceſſitati compoſitionis medicinarũ ſunt multi alij modi, quarum quantitas eſt minor quãtitate iſtorum quos narrauimus: verumtamen coegerũt nos ad compoſitionem medicinarum. Et ego faciam vos ſcire illa capitula omnia in hoc libro, poſtq; narrauero vobis canones, ſuper quos fabricamus rem in compoſitione medicinarum.

De intẽtionibus communibus, quibus intendit quan titas eius qđ proijcitur de medicinis ſimplicibus in medicinam compoſitam. Caꝑ. III.

MEdicinæ ſimplices proijciuntur in medicinã compoſitam, propter cauſas plurimas, diuerſas. Quædam enim earum proijciuntur propter ægritudinem, propter quam componitur illa medicina: ſicut carnes viperarum in theriaca. Et quædã propter medicinas alias quæ proijciuntur in illam medicinam compoſitam. Et medicinarũ quæ proijciuntur in illam medicinam, propter medicinas quæ ſunt in medicina compoſita, aliæ ſunt per quas quæritur conformatio illarum medicinarum: ſicut ſunt radices *lilij* cœleſtis, & acorus, & agaricus in theriaca. Et aliæ ſunt per quas quæritur vt adiuuẽt alias medicinas, ſuper velocitatem penetrationis in corpus: ſicut vinũ in theriaca. Et aliæ ſunt qbus quęrit refrenatio illius medicinæ, & fractio illius: ſicut gũmi in theriaca. Et aliæ per quas quęritur rectificatio, eius quod eſt in illis medicinis ex qualitate mala, & expulſio malitiæ eius: ſicut proijciuntur cum ſcamonea piper & aniſum. Et aliæ per quas quæritur vt permaneant illæ medicinę, ita vt non reſoluantur *velociter*: ſicut opium in confectionibus calidis.

De canonibus, ſuper quos fundantur quantitates ſeu menſurę illius, quod proijcitur de medicinis ſimplicib⁹ in medicinã compoſitã. Caꝑ. IIII.

CAnones quidem ſup quos fundant quãtitates ſeu menſuræ illius, quod proijcit de medicinis ſimplicibus in medicinam compoſitam, ſunt duo: Quoꝝ vnus eſt canon ſimplex, & alter eſt compoſit⁹. Canon aũt ſimplex eſt, qñ qñ medicina quæ proijcit eſt vehementis virtutis, tunc oportet vt ex ea proijciat quantitas parua: & qñ eſt debilis, tñc oportet vt ex ea proijciatur quantitas multa, vt ſuccurrat cum additione in quantitate illi, quod ingredit de diminutio ne in qualitate ſua. Et ſiſ'r etiam oportet vt proijciatur de medicina multoꝝ iuuamentoꝝ, quantitas multa, vt cum additione quantitatis eius ſuccurrat illi efficacitæ quæ defideraꝝ, vel ſuccurrat ſeu perficiatur cum quantitate ſua illud, quod ex ea eſt neceſſarium: vel illud quod ex ea quęrit, Et proijciatur de medicina pauci nutriment i quantitas pauca, vt ſit diminutio iuuamenti eius, ſm menſuram diminutionis, operationis eius ſeu iuuamenti eius. Canon vero compoſitus eſt, quia qñ eſt medicina ſimplex, in qua eſt aggregata virtus eius vehemens, & iuuamenta ipſius plurima, oportet vt proijciat ex ea in medicina compoſita quantitas temperata, qñ nõ oportet vt ex ea multiplicetur, quũ virtus eius eſt fortis ſeu magna: & non oportet etiam vt ex ea minoretur, qñ iuuamenta eius ſunt plurima. Et qñ medicina eſt vehementis virtutis & iuuamentorum paucoꝝ, oportet vt ex ea proijciaꝰ quantitas pauca valde, qñ iam eſt poſſibile in ea, vt conſequatur ex vehementia ſuæ virtutis iuuamentum quod ex ea indigetur. Et ſiſ'r etiam qñ medicina eſt debilis virtutis multoꝝ iuuamentoꝝ, tunc oportet vt ex ea proijciaꝰ quantitas multa valde, vt additio quantitatis ſit ſuffi ciens ad illud quod efficeret, ſi eſſet vehementis virtutis. Et qñ eſt medicina debilis virtutis pauci nutrimen ti, tunc oportet vt proijciatur ex ea quantitas tempe

Alia ſitera, arabice hẽc hoc capituli ſicut tranſlatio latina inſtrafcripta.

rata

rata ſolum abſq; additione & abſq; diminutione, qa non oportet vt ex ea multiplicef ex hoc, q̄ ipſa eſt pau ci iuuamenti: neq; minoretur de quantitate eius pro pter debilitatem virtutis ipſius.

De canonibus quæ poſsi ab initio rei in quantitatib⁹ eius quod proijcitur in medicinam compoſitam ex medicinis ſimplicibus. Caſ. IIII.

Transla tio latina.

CAnon igitur eoq; primus eſt, qa oportet vt pro iiciatur in medicinam cōpoſitam ex omni me dicina cuius virtus eſt virtus vehemens quanti tas parua: & ex omni medicina cuius virtus eſt debil is quantitas multa vt conſequat per multitudinē quan titatum ſuarum illud a quo deficit virt⁹ eius. Canon ſecundus eſt; quia oportet vt ſit illud quod proijcitur in eam ex medicina cuius iuuamenta ſunt multa; aut ſunt pauca; ſed ſunt velocia quantitas multa, Et ex me dicina cui non ſunt niſi iuuamentum vnum; aut iuua menta duo; aut ſunt iuuamenta multa; ſed non ſunt velocia quantitas parua. Et intentio ſermonis mei me dicina fortis aut vehemēs virtutis eſt in cuius patua quantitate eſt qualitas vehemens; & operatio eius eſt fortis in calefactione aut in infrigidatione; aut in exic catione; aut in humectatione; ſicut eſt euphorbium & opium. Et intentio ſermonis mei & multorum iuua mentoꝝ eſt de cuius, prietate eſt, vt conferat ægritudi nibus multis; q̄uis virtus eius non ſit vehemens ſicut agaricum. Canon tertius eſt; qa oportet vt ſit quanti tas medicinæ fm ſitum mēbri ad quod intendi cum ea. Quod eſt; quia ſi medicina cōfert membro longin quo a loco, tunc oportet vt proijciatur in eam quantita tas multa; q̄m virtus eius reſoluitur & debilitatur an teq; ipſa perueniat ad ipſum propter longitudinē vie ſup ipſam. Et ſi non attēditur p medicinā niſi ad mem brum p̄pinquum; tūc oportet vt ſit medicinę q̄ritas parua. Canon quartus eſt; q̄ ſi iuuamentū medicinæ eſt iuuamentum nobilis q̄ritatis ſublimis proijcif ex ea q̄ritas multa. Et ſi iuuamentū eius nō eſt nobilis q̄ritatis neq; ſublime ſis cōtentus ex ea ſup quantitat paruā. Canon quintus eſt; qa ſi illud quo iuuaf ex me dicina eſt inuentū in alia ex medicinis quæ cadūt in il lam medicinā cōpoſitā ſis contentus ex ea ſup quanti tatem paruam. Et ſi eſt ei iuuamentum proprium non inuentum in aliqua medicinarū aliarum ponaf illud quod ex ea proijcif quantitas multa. Canon ſextus. Et ipſe quidem facit neceſſariam diminutionē ſi medi cina permiſcet ei iuuamentis aliquid nocumentiat in corpore aut in cōpoſitione. Quare oportet vt ſufficiat ex ea q̄ritas parua. Canon ſeptim⁹. Et ipſe qui dem facit neceſſariā eſſe additionē; qua ſi ei medici na ſunt medicinæ alię quæ deſtruāt virtutē eius & de bilitāt eā: tunc oportet vt proijciat ex ea q̄ritas multa. Qualiter conferunt medicinæ omnes communiter membris ſcſis. Capitulum. V.

ET oportet vt inquiramus in primis de cauſa, ꝓp quam proijcimus ex medicina multoꝝ iuuamē toꝝ quantitatem multam, & ex medicina pauco rum iuuamentoꝝ quantitatem paruam. Et eſt nobis neceſſe ante inquiſitionem de illo, vt præmittamus & ſciamus qualiter eſt iuuamentum cuius ſit medicina, quæ ſunt ad vnam quamq; ægritudinum membroꝝ. Dico ergo ꝙ hoc proculdubio eſt, aut q̄m ſubſtantia illius medicinę perueniat ad membrum in quo eſt ægri tudo, aut virtus eius tantum, aut amb̄e ſimul. Et illud fit, aut q̄m membrum læſum attrahit virtūꝫ ad ſe, aut q̄m ambæ currunt ad ipſum ex ſeipſis. Neceſſe eſt no bis vt inquiramus an ſubſtantia medicinæ perueniat, an virtus eius, & an aliud ab vtriſq; attrahat ambas, aut ambæ attrahantur ad illud. Dico ergo ꝙ ſubſtan tia poſsibile eſt vt attrahatur, ſed virt⁹ vacua ſubſtan tia impoſsibile eſt vt attrahatur. Quod eſt, quia ſimili tudo ꝓp quam attrahitur res, non eſt niſi ꝑ quantita tem quandam complexionis, iiij. elementoꝝ. Impoſ ſibile autem putandum eſt, q̄ illa qualitas conſimilis ſeparetur a ſubſtantia, a qua generaf, abſq; corruptiōe eius. Lapis enim magnes non attrahit virtutem ferri, immo attrahit ipſum ferrū. Et ſiſt karabe attrahit cor tices tritici ipſius, non virtutem eius; & triticum attra hit aquam, non virtutem aquæ. Et ſiſt etiam attrahit fel choleram, & renes aquoſitatem, & hepar thylum, nō virtutes eoꝝ. Q̄ ſi non peruenit medicina ad mēbrum læſum niſi ꝑ attractionem, tunc manifeſtum eſt quia non attrahitur niſi ſubſtantia eius, non ipſius virtus, tantum. Et ſi nō membrum ipſum attrahit me dicinam, imno nō medicina niſi ex ſe ipſa attrahitur ad membrum, tunc manifeſtum eſt quia non niſi vir tus tantum peruenit, aut cum partibus quę ex ſubſtan tia eius ſubtilibus valde currentibus. Q̄ ſi ſubſtantia medicinæ ipſius ex ſe ipſa peruenit ad membrum læ ſum, & facit in ipſo quod poſsibile eſt vt faciat; & illud fit q̄n attrahit ipſam ſpiritus qui eſt in nobis, & recipit virtutem eius, & peruenit cū peruētione eius ad mem brum læſum, ꝓp inuentionem cōitatis anhelit⁹ in cor pore, ſicut recipit aer qualitatem medicinæ & odora mentum eaꝝ, & peruenit cum eo ad loca longinqua: tunc manifeſtum eſt quia ſequit ex hoc, ꝙ non peruenit medicina ad membrum læſum tm̄, neq; ad plura membra, ſed ad ea omnia æqualiter. Et quum hoc ſit ita, tunc non eſt poſsibile niſi vt faciat in membrū in firmum operationē debilem. Et poſsibile eſt, quia q̄n permutaf membrum læſum ex diſpoſitione bus egreſ ſis a natura ad diſpoſitionem naturalem, permutētur membra ſana, quæ ſunt fm̄ diſpoſitionem naturalē ad diſpoſitionem egreſſam a natura. Turpe igit̄ vt dis camus ꝙ medicina non agit in ſcſum membꝝ, niſi q̄n virt⁹ eius peruenit ex ſeipſa ad ipſum. Remanet ergo nunc vt dicamus, quia ꝑ attractionem peruenit medi cina ad membrū. Et fortaſſe aliquis dubitat & dicit, q̄ oſs attractor non attrahit niſi quod ſile eſt ſibi; & q̄uo eſt poſsibile vt attrahat natura membri medicinam, et ipſa eſt cōtraria naturæ eius? Dico ergo ꝙ membrum dum permanet fm̄ diſpoſitionem naturalem, non at trahit niſi q̄d ſibi aſſimilaf, & quod ſit ſibi ꝑprium. ſ. cibum. Quum ergo accidit ei diſpoſitio aliqua egreſſa a natura, tunc nō attrahit niſi illud q̄d eſt contrarium illi diſpoſitioni. ꝙ deſiderium quieſcendi a nocumen to, ſicut mēbrum q̄n eſt calidum deſiderat frigiditatē, & q̄n eſt frigidū deſiderat calidit atē. Et ꝓp illud mem brum læſum attrahit medicinā ꝺibitam, q̄uis ſit ei contraria ꝓ naturam. Et illud q̄n non poteſt medicina agere ex longinquo, ſicut medicina ſolutiua. Et illud q̄n medicina ſolutiua ſola attrahit & ſoluit humorē, quem poſsibile eſt ei ſoluere & attrahere, q̄uis ſit lons ginqua ab eo. Et medicina quidem ſolutiua q̄n attra hit humorē læꝺentem, reducit ipſum in vias in quib⁹ vadit cibus, ꝺonec peruenit ad ſe. Quū ergo appropin quat ei, & continuaf cum ea, & lædit naturā ventris et inteſtinoꝝ ex medicina & ab humore attracto, expel lit vtraq; & ſimiliter ipſa, ſi medicinā & humorem læden tem, & euacuat vtraq; ſimul. Et fortaſſe aliquis dicit, ſi illud eſt ita, quare ergo ſit q̄ſi ſubſtātia medicinæ attra hit membrū ſcſum, q̄ nō mutat illud membrū tm̄, ſed multotiens mutat totum corpus ſimul: Dico ergo ꝙ medicina proculdubio q̄ſcqdat ex virtute ſua ſpiritui qui eſt in nobis, ergo peruenit cum eo vſq; ad totum corpus, & mutat ipſum; verumtū parua eſt eius muta tio qua mutat reliquum corpus, quantum ad mutatio nem ſuam qua mutat membrū læſum. Quod eſt, quia ſubſtantia eius cum plurimo virtutis non attrahit niſi membrū læſum, ꝑprie. Ad reliqua vero membra actа non mutat niſi rem paruam. Quia ergo oſtēdimus

has res, tunc manifestum est ꝙ medicina quæ confert membris multis, oportet vt proiiciatur quàtitas multa, vt perueniat ex ea ad vnũquodq; membroꝝ læsoꝝ cum quantitate qua indiget. Ex medicina aũt cuius iuuamentum est vnum aut duo iuuamẽta, sufficit quantitas parua: qm̃ non diuiditur in membra multa.

¶ De cõceptione intentionum secundum semitam exempli. Capitulum. VI.

IStæ sunt intẽtiones simplices, ꝙ ſicq; ex istis componuntur intentiones aliæ magis manifestæ in ꝺe terminatione quantitatis earum, & sunt ſicut medicinæ fortes qñ fuerint pauci iuuamẽti, & ſicut membrum in quo imprimitur proximum, aut nõ fuerit iuuamentum proprium, & tunc oportet vt illud quod proiciatur de ea sit parum valde. Et qñ cum istis reb⁹, quas diximus, est ei iuuamentum proprium, aut est ei⁹ iuuamentum rarum facile, tũc oportet vt proiciatur ex ea quantitas parua. Et si est fortis & multorum iuuamentoꝝ, aut eoꝝ quæ sunt debilis, & membrum in quod agit est ꝟ propinquũ, tunc oportet vt proiiciatur ex ea quantitas multa. Et si cum istis rebus sunt ei iuuamenta propria, aut iuuamentum in rebus paucis, tunc oportet vt proiiciatur ex ea quantitas multa. Quum ergo medicina est debilis, & est paucoꝝ iuuamentoꝝ, & nõ sunt iuuamenta ei⁹ subtilia, ſ. ſpria, aut membrũ in quod agit est lõginquũ, aut iuuamẽta eius sunt in reb⁹ multis, tunc oportet vt proiiciatur ex ea quantitas temperata. Q. ſi est debilis virtutis, & iuuamẽta eius sunt multa, & est ei res ſpria, tunc oportet vt proiiciat ex ea quantitas multa. Et si est vehementis virtutis, & membrũ in quod agit est propinquum, & iuuamẽta eius sunt parua, & sunt in rebus multis, tunc oportet vt proiiciat ex ea quantitas parua valde. Et tibi ineſt vt componas has intẽtiones vehementiori perſcrutatione ꝙ hic, qñ tu combinas eas, & duplicas ipſas, & triplicas ipſas, & quadruplicas ipſas. Sed illud quod narrauimus tibi ex istis, quas scripſi, est secundum viam exempli.

De ſignificationibus communibus acceptis ex intentionibus communibus. Cap. VII.

INtentio omnium eaꝝ est hæc. Si aggregaſ ex omnibus intentionibus quæ exigunt quantitatem, & minuiſ intentio vna, tũc oportet vt proiiciaſ ex ea quantitas parua. Et qñ aggregantur oẽs quæ exigunt quãtitatem paruam, aut minuiſ vna tm̃, tunc oportet vt proiſciaſ ex ea quantitas parua. Quum ergo permiſcentur iſtæ intentiones quæ exigunt multitudinem, cum illis quę exigunt paucitatem, cõſideramus tũc, ſi illę quæ exigunt ꝟ paucitatem, ſunt pauciores illis quę exigunt multitudinem, piicimus quantitatem minorem: & ſi ſunt æquales in quãtitate, piicimus quantitatem æqualem.¶

De permixtione theriacarum & aliarum cõfectionũ, deſcriptio, alta, completa, nobilis, ex deſcriptionibus theriacæ. Capitulum. VIII.

REcipe trochiſcoꝝ ſquillę aur. xlviii, (ita plecit Andromachus, & oẽs medici alij poſt ipſum; verumtm̃ Ardimittrius medicus, qui fuit in tpe Gal: minuit ex hac qũtitate aur. ii. tm̃) & trochiſcoꝝ viperæ aur. xxiiii, trochiſcoꝝ andaracoron, & piperis nigri, & opij, omnium ſimile illius. Ex cinamomo aũt oẽs antiqui proiecerunt aur. xii. niſi Magius, qui fuit princeps medicoꝝ in tpe Galeni, ipſe enim dupli cauit hoc pondus prædictum. Et roſarum aur. xii. ſeminis rapę ſylueſtris, & ſcordeon, (& eſt alleum ſylueſtre) & radicis lilii cœleſtis, & agarici, & ſucci liquiriţ, & olei balſami puri electi, omniũ æquales huius ponderis, & myrrhę, & croci, & zinziberis, & rauend, & pentaphylon (in alia deſcriptiõe albatilon, & eſt quinqueſolium) & calamenti montani, & praſij, & petroſelini, (& eſt ſemen apij montani) & ſtœchados, & coſti, & piperis albi, & macropiperis, & aldhachathamõ (& eſt pulegium ceruinum) & thuris, & floris ſquinanti, & gũmi albotin, & caſſię ligneę ſ nigręꝝ, ſ & ſpicæ, & poli, omniũ æna aur. vi. & ſtoracis liquidæ, (& eſt mel alubne) & ſeminis apij, & ſiſeleos, & ſeminis azufera, & ameos, & chamędreos, & chamępitheos, & ſuci hypocyſtidos, (& eſt herba hirci) & ſpicę romanę, & folij, & meu, & gentianę, & ſeminis fœniculi, & terræ figillatę, & calcadis uſti fm̃ medietatẽ ſuę adustionis, & amomi, & acori, & carpobalſami, & hypericon, & ſu, idęſt, rubęę tinctoꝝ, & gummi, & cordumeni, (& eſt carui agreſte) & aniſi, & acatię, omniũ æna. ʒ. i. bdel lii aur. iiii. & dauci, (& eſt ſemen baucię ſylueſtris) & bezard, (& eſt galbanum) & aſphalti, & opoponacis, & centaurę minoris, & ariſtolochię, omniũ æna aur. ii. Ex ariſtolochia vero antiqui proiecerunt longam, ſed nobis videſt vt ex a proiiciamus rotundam. De caſtoreo aũt proiiciunt quidam aur. ii. & quidã. iiii. De ſerapino vero proiecit Andromachus aur. iiii. keſicatris & Democritus & Magius, piecerunt ex eo aur. ii. & mellis ſylueſtris mundi, quod colligunt apes ex alsahaſſe, deſpumati lib. x. & vini antiq. odoriferi, acuti, kiſt. ii. & ſunt lib. iii. Iſtę ergo ſunt medicinę ex qui bus fit theriaca. Liquefiant quę ex eis liquefiunt, & in fundant quę infundunt, & teranť ſicca, & cribellent, & cõficiant cum melle, & ponaťin vaſe de ſtagno aut de argento, & non impleaťvas, immo ſit tin eo ſuppliatas vt expiret medicina. Et oporteť vt detegaťaſſidue, vt expiratio eius ſit plus, & poſſibile ſit vt eavelocius, qm̃ hęc medicina indiget tpe longo donec maturef. Et ſumma medicinarum, ſiter in el & vinum, eſt. lxiiii.

De hora adminiſtrandi theriacam.

Iuuene ſcit quidem hæc medicina poſt. xii. annos. Quidam aũt volunt adminiſtrare ipſam dum eſt propinqui tpis fortis. Adminiſtrant ergo eã in anno gnato, & anno octauo, & plurimum illius apud puncti um ram animalium habentium venena, & potum medicinarum fortium interficientium. Malitia enim accidens ex istis, indiget medicinis fortibus. Iam ergo feci vos ſcire horam adminiſtrandi eam. Apud morſum vero viperarum, & ſerpentiũ, & morſum canis rabioſi, & reliquorum animalium habẽtium venena, & apud potum ¶ venenoꝝ, ¶ adminiſtra hanc medicinam qñ eſt, ppinqui tpis; & in reliquis vermibus & reptilibus, qñ eſt antiqua, qm̃ nõ indiget hac virtute tota. Et hęc medicina quidem eſt recens, vſq; ad tres annos, & anti qua ad complementum. xxx. annorum. Poſt hoc autem tempus aut nihil penitus agit, aut debilem effi cit operationem.

Probatio theriacę.

Tibi poſſibile eſt vt probes theriacam altam, & quę eſt propinqui temporis ab antiqua, & ſepares inter an tiquam ex ea & quę eſt, ppinqui tpis, & inter illam in qua non eſt falſitas ex alia. Et probatio eius eſt tribus modis. Primus eſt vt intendas ad hominem, q̃ in potu ſumpſit medicinam ſolutiuam, aut medicinam vomitiuam, ſ. elleborę album, aut ſcammoneam, aut aliã ab vtrifq; ex medicinis fortibus, & deſcet in potu ex theriaca q̃ titas lupini, & eſt q̃ titas mediętatis aur. i. Si ergo deſtruiť per ipſam actio medicinę ſolutiuę in operatione ſua, tunc ſcias qa theriaca eſt bona, & ſi ſoluiť, tunc ſcias qua eſt debilis & non agit. Et ſecundus eſt modus ille, quo probauit eam Gal, & eſt vt accipias gallum ſylueſtrem, qui non eſt nutritus in domibus, ſicci corporis, & incita ſuper eum quędam animalia habentia venena, & mordeant ipſum, & da ei in potu ex

A ſia litera, de inſtitutibus compoſitionis ſecũdum ſemitã demonſtrationis.

A ſia litera, Caſ. vi. de intentionibus compoſitis ſecũdum ſemitã expſitionis, iſtę ſunt intẽtiones ſimplices, & ꝙſi cõponũtur ex istis intẽtionibus, intentiones aũt ꝙſi vehementioni determinationę quantitatũ ſuarũ, & ſæpiũ illius eſt ꝙſi medicina eſt pauci nutrimenti, aut mẽbrũ in quo operatur eſt ꝓpinquũ, aut opatio eiꝰ nõ ſ velox ſed ſubtilis, tũc oportet vt piciatur ſ ea parũ. Quando vero cũ his rebus, & diximus, eſt ei iuuamẽtũ ꝓpriũ, aut eſt eiꝰ iuua. mẽtũ rarũ ſeu ta ro eutenus, tunc oportet vt ſiicia tũr de ea quantitas pauca, non multa. Sed quando medicina eſt fortis, multi iuuamẽti, aut ſubtilis feu velocis, aut mẽbrũ i quo opatur eſt longin quũ, tũc oportet vt ſpiciatur de ea qũtitas ꝑata. Et ꝙſi fuerit medicina debilis, & fuerit multi iuuamẽti, & velocis, & mẽbrũ i quo opatur fuerit

A ſia litera, multitudinẽ, ſunt plures, vel ꝙ exigunt quãtitatem multã, ſunt plures, ſi illę quę exigunt quãtitatem ſũt minores, ſũt pauciores, ſiicię nius quãtitatem minorem.

A ſia litera, odoriferę.

A ſia litera, medicinarũ interficiẽtiũ.

ex illa theriaca aut anteq̃ incites ſup ipſum, aut hora qua mordetur. Si ergo euadit & viuit, tunc ſcias quia illa theriaca eſt bona: & ſi moritur, tunc ſcias quia eſt theriaca mala cui non eſt operatio. Et modus tertius eſt ille, quo, p̃bant eam quidam medicorꝝ ex illis, quo rum tempus eſt propinquum: & eſt, quia accipiũt me dicinam interficientem, aut opium, aut aliam, & dant in potu ex ea gallo aut cani aut alij ab iſtis duobus ani malibus: deinde dant ei in potu ex theriaca poſt ea m, cognoſcunt ergo per illud bonitatẽ eius ab ipſius ma litia. Iam ergo petuenimus ſup expoſitionem p̃batio nis theriacæ: ergo loquemur nunc de iuuamẽtis eius.

De iuuamentis theriacę, & quantitate quã opor terſin potu ſumere ex ea in vnaquaq; egri tudinum, & materia ex rebus cum quibus datur.

Primum iuuamẽtum theriacæ & nobilius eorum, eſt quod facit ad medicinas gnicioſas, & morſum ha bentium venena. Et oportet vt ſit quãtitas eius quod datur in potu illis ex eis, ſicut quantitas auellanæ cum vnc, iiij, &, ℈, vini. Et ſignifico per medicinas fortes, opium, & alſucaran, & cantarides, & iuſquiamum, & reliqua quæ ſunt illis ſimilia. Et ſignifico per habẽtia venena, viperas, & ſerpẽtes, in quorum capitibus eſt, quod eſt ſimile duobus cornibus: & ſerpentes ex quo rum morſu accidit ſitis, & ſunt illi in quibus ſunt ve ſtigia nigra: & ſcorpiones, & dracones, & ſerpentes q dicuntur ſerpentes aquoſi, & ficci, & quercini. Et qui habitant in radicibus quercus, & eſt eis odor fœtidus, & facientes mingere ſanguinem et rutela. Et datur ad rectificandum corruptionem accidentẽ ſimilem qua litati veneni interficientis. Et datur ex ea illi qui patit tuſſim antiquam, & recentem, & qui patitur aliquem dolorẽ in pectore & coſtis ſuis. Et daſ ex ea iſtis quan tum eſt lupinus, & ad dolorem pectoris & coſtarum quantitas lupini. Qui ergo ex illis habet febrẽ, bibat ipſam cũ ſyrupo de malis: (& in deſcriptione alia, cũ iuleb & aqua.) Et qui nõ habet febrem, bibat eam cũ ℈ melle. ℈ Et ſumat in potu ex ea qui habet inflatio nem in ſtomacho ſuo, aut puncționẽ in inteſtinis ſuis aut dolorem colicum, ℈ quantitate lupini in mane ℈ cum aqua, ille inquam qui habet febrem ex eis: & ei q non habet febrem cum aqua mellis. Et cuius appetit⁹ eſt fortis valde, aut cuius appetitus eſt debilis, oportet vt detur in potu ex ea illis, aut cum aqua, aut cũ vino permixto: & non ſit quantitas aquæ aut vini permixti plus, iiij, vnc, &, ℈, neq; minus vnc, ij. Et expellit tre morem qui fit in paroxiſmis, & frigus, & vomitũ, quę accidunt in inceptione paroxiſmi febris, qũ ſumitur in potu fm quod narrauimus. Et ipſa cum hoc prouo eat menſtrua, & extrahit fœt⁹ mortuos ex matrice, qñ bibitur ex ea quantitas lupini cum ſecaniabin, aut cũ aqua mellis, in qua decocta ſunt, pulegium ceruinũ, aut rura. Et cõfert etiam, qñ bibitur cum decoctione aſſari, icteritiæ. Et confert etiam hydropiſi, verumtã men quidam medicorum dant ex ea habentibus hy dropiſim, aliquid vt deglutiãt ipſam ℈ poſt comeſtio nem ℈ cibi: & quidam eorum dant eam eis in potu ſo lutam cum quantitate vnc, j, ℈, &, ℈, ex aceto permixto. Et ſi bibit eam qui habet abſciſſionem vocis cum ge leniabin de melle, aut cum coagulato vuę, ſanat eam. Et ſim iliter ſi renet eã in ore ſuo cum eo, quod ſit du plum eius ex dragaganto. Et confert etiam ſputo ſan guinis, qñ eſt ex pulmone, aut ex pectore: verumtãmẽ quando eſt ægritudo propinqui temporis, tunc opor tet vt bibat eam, habens eam, cum aceto permixto, & ſit quantitas potionis ex ea lupin⁹ aut aut. Et ſi eſt egri tudo antiqua, tunc oportet vt bibat eam cũ vnc, iiij, &, ℈, aquę, in qua decocta ſunt febeſten: & oportet ut detur in potu iſtis mane, aut in veſperis. Et confert et ad dolorem renum, qñ bibitur cum geleniabin de zu charo: & ad vlcera inteſtinorum, & fluxũ ſanguinis ex ventre, qñ bibitur cum aqua in qua decoctũ eſt ſu mach: & ad lapidem generatum in veſica & renibus, quãdo bibit cum decoctione aſbſynthij, aut apij mon tani: & ad deſtructionem anhelitus, quãdo bibitur cũ ſecaniabin facto cum aceti ſquillitici tribus quartis vnc, j, & ad apoſtemata dura melancholica: & ad apoſtemata hepatis & ſplenis antiqua, qñ bibitur cum ſe caniabin ℈ facto cum melle faui. Et con fert ad epilepſiam, qñ adminiſtramus eam in gargariſ mo: deinde poſt illud datur in potu ex ea quantitas drach. ſ. cũ aqua, aut cum ſecaniabin ſquillitici quan titate drach. viij. Et confert ℈ etiam ad ſatietatem nau ſatiuam ℈ & cafacan ex cholera nigra. Iſta ergo ſunt iuuamenta theriacæ nobilia propria. Et in ea ſit ſunt iuuamenta alia multa, quæ ſequuntur ea quæ dixim⁹ neceſſario: quod eſt, quia ſi confert epilepſiæ, tũc iam certificatur quia confert ſodæ antiquæ, & hemicra nææ, & vertigini. Et ſi diſſoluit apoſtemata quæ ſunt in hepate & ſplene, tunc iam certum eſt quia etiã apet tit oppilationem quæ eſt in eis. Et ſi prouocat vrinã, tunc iam certum eſt quia etiam ſanat ex difficultate. Et ſi valet ad ℈ ſatietatem nauſeatiuam, ℈ tũc iam cer tum eſt quia tetinet ſolutionem naturæ. Iſta ergo ſunt iuuamenta theriacæ in ſanatione ægritudinũ. Et ha bet etiam iuuamenta in conſeruatione ſanitatis: & il lud, quia ſi quis biberit ex ea in hora ſanitatis, ſecurat cum ea a nocumentis multis accidentibus a cauſis tri bus, ſicut quod accidit a morſu habentium venena, & a potu medicinarum interficẽtium, & a peſte acciden te ex corruptione aeris & corruptione aquę: & ipſa cũ hoc qñ bibitur, prohibet cauſas antecedẽtes, ne faciãt accidere in corpore aliquam ex ægritudinibus. Et ex eis, quæ facit theriaca, ſunt operationes, quas non fa cit ſua proprietate, & ſunt ex operationibus, quæ ſe quuntur eius primas ex neceſſitate, ſunt quia facit exi re aſcarides, & quia ſanat illum, ſuper cuius ſtomachũ ſit difficilis digeſtio cibi. Ipſa enim confortat ſtoma chum, & hepar, & prohibet, & retinet fudorem exic cantem cum virtute, & aperit orificia hæmorrhoidas rum, & prouocat menſtrua, & ſanguinem qui egredi ex inferiori parte, qñ retinetur retentione nociua: & retinet ipſum, & prohibet eum, qñ ſuperfluit & debi litat habentem ipſum, & res aliæ multæ ſimiles iſtis. Iam ergo dedimus complementum ſermonis in ope ratione theriacæ, & iuuamentis eius veræ: & oportet vt loquamur nunc de medicinis compoſitis, quæ ca dunt in ea.

Modus faciendi trochiſcos de viperis.

Quando nos recedimus a reliquis ſpecieb⁹ ſerpentum, eligim⁹ ex eis genus nominatum vipera, & eligi mus ex iſtis fœminas ſine maſculis, & differentia qui dem inter fœminas & maſculos eſt, quia maſculi hab bent duos dentes tantum, & fœminæ plures duobus dentib⁹: & color earum eſt decliuis ad flaueitatem, & motus earum eſt velox, & tendunt capita earũ verſus altum: & oculi earum ſunt declues ad rubedinem, & eſt cum eis audacia: & aſpectus earum eſt ſylueſtris, & capita earum ſunt lata, & ventres earum ſunt collecti, ſolidi: et reliqua corpora earum ſunt ſm hanc formã: & exitus ſtercoris earum eſt apud extremum caudarũ earum, & curſus earum eſt volox abſq; quiete, agilis. Et oportet vt ſithora in qua capitur, in principio ve ris, aut in medio veris. Et locus ex quo capitur, opor tet vt ſit locus qui non appropinquat littori maris: nã de illis quæ ex eis capiũtur ex littore maris, dicitur ga accidit illi qui vtitur eis ſiris vehemens, quæ forſitan interficit habentem eam. Quum ergo capiuntur, non dimittantur, immo abſcindantur capita earum, & ipſæ

A ſiccatan ſe cundum A ra bes eſt cicuta.

A ſiſa literæ, aqua mellis, vel ſecundum aliam literam, cum ſyrupo de melle.

A ſila literæ, Quãtitate aur. j. in mane.

A ſiſa literæ, ante come ſtionem.

A ſiſa literæ, ſquillitico.

A ſiſa literæ, colirię paſſioni.

A ſiſa literæ, ad colliricam paſſionem.

A lia litera, nõ moueant & currat ex eis fanguis post abscissionẽ capitũ & caudatum ip farũ, non cõ eniunt arti

sarum caudæ statim absq; tardatione. Quòd si ℈ post incisionem non currat ex eis sanguis, & non commoueantur, tunc non cõueniunt ad artem ℈ theriacæ: qđ est, quia sunt debiles, infirmæ. Et si remanet motus in eis, post abscissionem capitum ipsarum & caudarum earum, & currit ex ea sanguis hora longa, tunc sunt cõuenientes ad faciẽdam theriacam: quod est, quia hoc significat ꝙ ipsæ sunt fortes, sanæ. Et mẽsura quæ absciditur a duobus lateribus ex vnaquaq;, est, iiij. digitorum. Et excorietur tota cutis earum, & extrahæ pingued earum quæ est in intestinis earum, & reliquo ventre: deinde proijciatur in ollam figuli nouam, aut ollam æris stagnatam, & fundatur super eas aqua fontis, & sal recens, & rami anethi. Et quidam modernorum fundunt super eas oleum, & ponunt sub olla carbones quercus, & dimittatur super ignem donec decoquantur carnes earum, sicut oportet. Et mẽsura decoctionis earum, est vt separetur caro ab ossibus. Quũ ergo eleuatur olla ab igne, separentur carnes ab ossibus, & fit inter manus tuas scutella vitrea, in qua fit de iure earum res modica, vt proijciatur in eam de carne quæ separatur ab ossibus, vna pars post aliam, vt non exiccetur. Quum ergo completur separatio carnis ab ossibus, tunc exprime eam bene a iure: deinde pondera eam, & tere eã in mortario ℈ quod fit de lapide mos-

A lia litera, lapideo,

lari, in alio, de lapide ℈ coco: & tere eam, & rora sup ipsam de iure viperarum paulatim, donec teratur contritione bona completa, & permisce eum ea panẽ. Et Andromach̃ quidem; & est ille qui ingeniauit, vt intromitterentur carnes viperarũ in theriacam) non nominauit mensuram veram ponderis carnis viperarũ & panis. Magius autem & Democritus & Gal. protecerunt ex vnoquoq; partem cum qualitate. Quidam autem modernorum eligunt, vt illud quod proijcitur ex pane, sit quarta carnis aut quinta. Faciunt ergo it a, & est operatio bona; & oportet vt panis sit ex simila munda, & proijciuntur in confectione eius fermentũ & sal quantitate temperata; & coquatur in furno cum studio seu cum diligentia multa, et exiccetur in domo arida, in qua non sit roritas, donec exiccetur & sit pofibile terere ipsum in mortario. Et oportet vt infundas panem antec℈ permisceas ipsum cum carne viperarum, in parte cum iure viperarum, deinde cõmisce eum cum carne, & cõfice illud, & face ex eo trochiscos subtiles, et submerge digitos tuos in oleo balsami. Deinde ponantur in vase vitreo, & exiccentur in domo calida, & cõuerte eos in omni die, & absterge subtile quod inuenitur super eos, & inunge eos cum oleo balsami. Et similiter fac, donec exiccent exiccatione completa, & cõserua eos in vase vitri in domo calida. Hoc ergo est melius, quod fit ex trochiscis de viperis.

A lia litera, vir tutis squilę.

Opus trochiscorum de squilla.

Et nũc loquemur super facturam trochiscorum de squilla. Oportet vt eligamus excepa squillæ illã quæ est ℈ grauis, plena, media, nec ℈ in magnitudine sua. Et nõ inuoluas cum luto, ficut faciunt quidam, vt nõ remaneat in ea fordities, fed inuolue eam fermento, & assa eã in furno ℈ ficut oportet, aut in fartagine in qua coquitur panis, aut in tanur qui iam fit calefactus, & extrahe cinerem eius. Et qñ decocta est, ℈ accipe interiorẽ cepæ, leni post decoctionem, & tere eam contritione vltima cum summa cautela, & commisce eam ea farinam recentem ex farina orobi. Et Andromachus qui dem proijciebat ex cepa partem. j. ex farina partes. ij. Magius autem cõtrariabatur huic proijciebat enim ex cepa squillæ partes. ij. & ex farina partem. j. Et Democritus proijciebat ambas cũ equalitate. Et tu oportet vt compares quantitatem mẽsurarum tuarum fm quantitatem virtutis cepæ, ficut facis in qũtitate castanium viperarum. Quod est, quia fm quantitatẽ ℈ bonitatis viperarum, ℈ & virtutis earum, et operationis ipsarum, oportet vt compares. Quum ergo cõfeceris squillam cum farina orobi, cum superfluo studio, face ex eis trochiscos subtiles, & submerge digitos tuos in oleo rosato, & exicca eos, & conserua eos, sicut fecisti de trochiscis viperarum. Ita ergo oportet vt facias troch iscos de squilla.

A lia litera, quantitate.

De opere trochiscorum andaracoron.

Trochisci andaracaron sunt diuersi quod est, quia descriptiones artis eorum sunt diuersæ in quantitate medicinarum, & etiam ℈ in qualitate ℈ ponderũ. Verumtamen nos significamus hic complexionẽ descriptionum, quæ ex eis est melioris æqualitatis, fm ꝙ scius imus eam ex fanitate pỗderum eius, & est hæc. Rec. corticis radicum darusahan aur. vj. & calami aromatici, & costi, & xylobalsami, & assari, & meu, & amomi, & masticis, & chauan rubeæ, (in alio, albæ) & fu, omnium ana aur. vj. & floris squinanti aur. xx. & aristolochiæ, (& in descriptione alia, rauend,) & cassiæ lignea, & cinamomi, fm hoc pỗdus: & spicæ indæ, (& est spica altib) aur. xij. & folij tantundem, & myrrhæ clarę aur. xxiiij. & croci aur. xij. teratur vnaquęq; harum medicinarum, & cribelletur per se, deinde ponderentur in istis ponderibus, deinde misceantur in mortario, & cõficiantur cum vino antiquo odorifero dulci, & face ex eis trochiscos, & exicca eos i vmbra, & serua eos ficut seruasti trochiscos, de viperis, & trochiscos de squilla. Ista ergo sunt cõposita quæ proijciunt in theriaca. Et summa medicinarum est. x viij.

spica altib. i. spica boni odoris.

Quæstio mirabilis de theriaca, & iuuamento eius in ægritudinibus prædictis, per quid est.

A lia litera, humida, pondęrosa, mediocris.

A lia litera, donec decoquatur, aut i tanur ita cale facto ex quo extractus fit citris eius,

Verumtamen fortasse contradicit nobis, qui dubitat in quibusdam illorum, & dicit. Propter quid confert theriaca in vnaquaq; ægritudinum quibus confert, an ex medicinis quibus compontur? sicut ex agarico in mordicatione reptilium, & costo in hepate & splenetica per commixtionem omnium earum? Quòd si dicitis ꝙ confert per medicinas ex quibus componitur, tunc quis conuenit vobiscum, ꝙ quantitas parua valde, quæ cadit in vnaquaq; potiõe ex medicinis simplicibus, confert & in potione ex ea vna? Nam ex vnaquaq; medicinarum simplicium est quantitas parua. Et si proijceretur ex eis decuplum illius, non esset possibile vt conferret per quantitatem necessitatis. Et ex eo quod est negandum etiam est, vt corpora sint diuisa per partes paruas, & aggregentur per humiditatẽ vini & mellis, & non patiatur vnaquęq; earum a compare sua, & agat in eam. Quum ergo alterãtur omnes & mutantur, fit eis complexio communis, quæ nõ est vnicuiq; medicinarum simpliciũ. Quòd fi dicitis quia iuuamentum theriacæ est per comixtionem harũ tantum, tunc iam sequuntur sermonem verum causæ negandæ, & destruit hunc sermonem illud quod respondistis ex causa, in proiectionem vniuscuiusq; medicinarũ. Opponimus ergo huic dubitationi, et dicimus, ꝙ theriaca facit has operationes per complexionem communem reliquis, ex quibus componitur. Et huic complexioni communi est virtus reliquarum operationum cuiusq; medicinæ simpliciũ, de qua diximꝰ, ꝙ possibile est vt efficiat eã vnaquæq; medicinarum simpliciũ & firmant operatiões simplices in cõpsita, & fortasse adiungitur eis operatio cõis etiam, & est illa quæ generatur ex commixtione omnium earũ. Et significationes super illud sunt manifestæ, quod est ꝙ vnaquæq; medicinarũ simplicium qñ est composita ex quatuor naturis, alteratur & commiscetur & acquirit complexionem communem. Nam operationes cuiusq; naturarum ex quibus cõponitur, sunt remanentes in complexione eius communi, ex qua componitẽ, sicut rosa. Quod est, quia acquirit frigiditatem & lypticitatem

pticitatem ex terra, & caliditatem & subtilitatem ex aere. Ista ergo acquirit ex naturis ex quibus componi tur, & acquirit ex commixtione harum communi cõfortationem stomachi. Quod est, quia hoc non est in aliqua naturarum simplicium: & similiter etiam theriaca. Ipsa enim acquirit ex vnaquaq; virtutum medicinarum simplicium, ex quibus diximus ipsam componi. Ex commixtione autem earũ istæ operationes confortantur & duplicantur, sicut confortatur ſtyptícitas in calcadis, (& sit colcotharum) ex commixtione eius, & additur ad ſtyptícitatẽ terræ. Et generatur ex complexione theriacæ etiam operatio propria, ſicut ſtyptícitas reliquarum quæ egreſſæ ſunt ab æqualitate, & reductio eius ad æqualitatem. Et etiam violentia quæ est in vnaquaq; medicinarum, frangitur per aggregationem earum ad inuicem, ſicut caro viperarũ, & opium. Quod est, quia ista duo qñ permiſcentur cũ theriaca, temperantur & permiſcentur ita, q; caro viperarum non est caro, neq; opium opium, ſed est theriaca, quod ſimilatur carni viperarum, & acquirit opetationem eius: & quod ſimilatur opio, acquirit operationem eius, ſicut ignis in homine non est ignis, neq; aqua aqua, ſed quod ſimilatur iſtis duob⁹ ſcilicet cho leræ & phlegmati.

Modus theriacæ diateſſaron conferentis ad duritiem in hepate, & ſplene antiquam, & ad ægritudines ſtomachi, & ad epilepſiam, & amiſſionem intellectus, & vertiginem, & mordicationẽ reptilium malorũ, & alfacan, & ventoſitates quæ incitantur ſuper viſceraꝝ, & corpora.

℞. gentianæ romanæ, & baccarum lauri, & ariſtolochiæ ana ℥ longæ ℥ & myrrhæ omnium ana æquales partes terantur, & cribellentur, ſi conficiantur cum melis deſpumati quantitate neceſſaria, & detur ex ea vnicuiq; ægritudinum quas diximus, cum eo quod conuenit ex potibus. Inquit Abuhabran: Minor potio eius eſt drach. x. maior eſt ab aur. vſq; ad drach. ij. Non oportet vt tranſeat illud omnino.

Modus confectionis mithridati, ex deſcriptione Galeni.

Scias q; Mithridates iſte qui compoſuit hanc confectionem, ſtuduit in probatione omnium medicinarum ſimplicium quæ ſunt contrariæ venenis mortiferis niſi paucis, & expertus eſt virtutes earum ſuper malos homines, ſuper quos neceſſaria erat mors. Ex eis enim sunt, quas inuenit conferentes cum proprietate ſua mordicationi ruteę, & ex eis quę cõferunt punctura ſcorpionum, & ex eis quę conferunt morſui viperarum, & ex eis quæ conferunt aconiton, (& est ſtrãgulator adhib)et ex eis lepori marino, et ex eis aliis venenis ab iſtis. Mithridates ergo permiſcuit omnes iſtas, & fecit ex eis medicinam vnam, ſperans q; ſit cõferens omnibus venenis perniciosis. Et poſt illud Andromachus princeps medicorum in Aron, quum addidit in numero medicinarum & minuit, fecit confectionem quæ nominatur theriaca. Et mithridates nõ permiſcuit aliquid ex carne viperarum, niſi parum, cũ medicinis aliis quæ non ſunt in hac confectione: propter illud facta eſt theriaca valde iuuatiua ad mordicationem viperarum, ſupra iuuamentũ mithridati. Veruttamen in ægritudinibus aliis nõ abbreuiatur mithridatum a theriaca, immo eſt in quibuſdã rebus magis vltimum ex ipſa.

Permixtio mithridati.

℞. radicis lilij aur. vj, & carath. xij, opij aur. iiij, & carath. vj, caſtorei aur. vj, & carath. vj, polij aur. v, & carath. vj, coſti aur. vj, & carath. vj, piperis ℥ j. aur. vj, & carath. xij, & quidam proiiciũt ex eo carath. ix. piperis albi aur. v, & carath. vj, ſpicæ mõtanę aur. vij, & carath. ix, caſſiæ ligneæ aureos. v, & carath. vj, thuris aur. vj, ſifeleos aur. v, & charath. vj, ſucci barbę hircinæ aur. vj, acori aur. ij, ſcordei aur. ij, & charath vj, et quidam proiiciũt aur. v, carath. vi, folij aur. iiij, ſalis aur. v, & charath. ix, & quidam proiiciũt aur. vj, & cinamomi ℥ aur. vi, & carath. vj, ſerapini aur. ij, carpobalſami aur. ij, & quidã proiiciunt aur. v, & carath vj. myrrhæ aur. vj, croci aur. vij, & carath. vj, ſtoracis aur. v, & carath. ix, cinamomi aur. vij, & carath. vj, ſeminis bauciæ ſylueſtris aur. vj, & carath. ix, & ℥ fu, ex eo quod aſportatur de terra Æthiopiæ, aur. ij, petroſelini aur. iiij, ariſtolochiæ ℥ aur. iiij, fœniculi, & ſpicæ romanæ, omnium ana aur. iiij, hypericon aur. ij, zinziberis aur. vij, & carath. vj, acatiæ aur. ij, & quidam proiiciunt aur. iiij, auellanarum romanarum mundatarum aur. ij. (in deſcriptione alia, auellanarũ alaurki romanarũ aur. ij, ſ, radicis lilij alurki) gentianæ aur. iiij. aniſi aur. iiij, pulegij ceruini aur. vi, & carath. xij, meu quod aſportat de terra Almutiki aur. iiij. (& quidam proiiciũt aur. ij.) roſarum ſiccarum aur. iij, ſquinanti aur. vi, & charath. vj, gummi aur. ij, corduменi aur. iiij. (& quidam proiiciũt aur. ij.) opoponacis aur. vi, gũmi balſami aur. vi, & carath. xij, bezard aur. vij, & carath. vi, ſecanor aur. ij, & carath. vi. (& quidam proiiciunt aur. vi.) alchalimbat aur. vi. & carath. vj. vini aſportati ex Libus quantum neceſſe eſt, mellis deſpumati ſimiliter. Permiſce vtraq; & adminiſtra ea. Summa medicinarum eſt. xlv.

Modus Mithridati deſcriptione communi, & confert eis quorum infrigidantur corpora, & decrepitis non in hora ſenij, & illis qui habent conſtrictionem anhelitus, & tuſſim antiquam, & ad ſaniem quę eſt in pectore, & oppilationem in hepate, & putrefactionẽ humorum, & diarrhœam & facit appetere cibum, & facit bonum colorem corporis, & liquefacit lapidem in renibus, & ſanat vrinæ difficultatem, & deſtruit cõ ſtrictionem pectoris, & refrenat cholerã, & prohibet choleram nigram noc ere corpori, & ſeruat fœtus in matrice, & ſanat ex foda ; & acuit viſum, & prohibet omnia venena pernicioſa nocere homini, & facit eua dere ab omnibus ſpeciebus veneni mortis. Et propter illud poſtq̃ pbauit ipſum Mithridates, appropiauit ipſum, ita q; nominauit ipſum immortale. Cuius permixtio eſt.

℞. myrrhæ, croci, & agarici, & zinziberis, & cinamomi, & dragaganti, omnium ana drach. x. ſpicæ, & thuris, & ſ mel ſcatrameſiæ, ana ℥ ſquinanti, & xylobalſami, & ſtœchados, & coſti, & chamæpitheos, & galbani, & alchalimbat, & macropiperis, & ſucci barbę hircij, & caſtorei, & ſifeleos, & folij, & ſtoracis, & opoponacis, omnium ana drach. iij. (& in deſcriptione alia drach. viij.) caſſiæ lignęæ, & leucopiperis, & melanopiperis, & hermodactylorum, & polij, & ſcordei, & dauci, & melliloti, (& in deſcriptione alia, carpobalſami) & gentianæ, & olei balſami, & trochiſcorum ℥ cocon, ℥ & bdelij, omnium ana drach. vij. rutæ. x. vij, ammoniaci, & ſpicæ cretenſis, (& eſt romana) & maſticis, & gũmi, & petroſelini, & cordumeni, & fœniculi, & opij, & roſarum rubearum, & meſchatrameſir, (& in deſcriptione alia, loco meſchatrameſir, catanus) omnium ana drach. v. aniſi, & acori, & meu, & ſeſelis rapini, & aſſari, omnium ana drach. iij. fu, & acatię, & ℥ pinguedinis ℥ ſtinci, & ſeminis hypericon, omnii ana drach. iij. & ℥. vini antiqui odoriferi, & infundatur illud quo indiget, & mellis deſpumati, quãtum neceſſe eſt. Permiſce ea vtraq; & cum eis permiſce reliqua, & adminiſtra ex eo poſt, vj. menſes, ſitq; doſis ſicut auellana cum eo quod confert ex potibus. Et ſum ma medicinarum eſt. lvi. medicinæ. Et in hac deſcriptione ſunt medicinæ, quæ non ſunt in deſcriptione Galeni

Aſia litera, rotundę ꝑ

Aſia litera,

Aſia litera, bungi.

Aſia litera, & ex forti

Aſia litera, fu

Aſia litera, myrrhę q; aſportat ex ſiteres aut ægypcioſcinũ

Nota de gũmi balſami, quia reperit in regione Mecheę, ſicut nar ratũ eſt a fide dignis.

Aſia litera, naturis bonibilonici.

Aſia ſtera, farſiun,

Aſia litera, vmbilici interioris;

Galeni, xiij. & ſunt, agaricum: & hermodactili, & ruta, & ammoniacum, & meſcatrameſtæ, & aſſarum, & dragagantum, & fœchas, & chamæpithys, & melilotum, & carpobal ſamum, & piper nigrum, & bdellij. Et in deſcriptione altera Galeni, ex medicinis quæ nõ ſunt in deſcriptione communi, ſunt duę medicinæ, et ſunt radix lilij & ſal.

A lia littera, fatſhen

Deſcriptio {cocon} quod ingreditur in confectionem mithridati.

Rec. paſſularum kefineni mundatarum interius & exterius drach. iiij. alchalimbat drach. xxiij. myrrhę, & ſquinãti, omnium ana drach. ij. cinamomi, & bdellij, & blaciæ biſantiæ, & ſpicæ romanæ, & caſſiæ ligneæ, & melliloti, & cyperi, & baccarũ lauri, omniũ ana drach. iij. & calami aromatici drac. vij. croci. 3. j. darſeſahan pondus drach. ij. & ℈. vini, & mellis quantum neceſſe eſt. Summa medicinarum eſt. xv.

Confectio perfica, quæ dicitur keſkinegi, quæ confert multis ægritudinibus, & proprie ægritudinibus infantium & puerorum, quibus aduenit epilepſia, & tortura, & colica, & alcuzez: & mulieri prægnanti ex qua currit ſanguis menſtruus, & præfocationibus matricis, & mulieri bus quæ abortiũt ſemper, & ſi ę dunſ a vẽtoſitatibus. Et iſta eſt permixtio eius.

Rec. caſſiæ ligneæ, & zufeferãd, (& eſt radix mandragore) & ſeminis harmel, & fœniculi, & carpobalſami, & ariſtolochiæ longæ, & ariſtolochiæ rotũdæ, & muſchi, & ambræ, omnium ana drac. iiij. opij, & coſti, & nucis muſchatæ, & myrobalanorum citrinorum, omnium ana drac. xij. caryophyllorum drac. xxiij. cinamomi, & per mixtionis aggregatæ quę dicitur keſute, & arſenici citrini, & ſeminis lilij, omnium ana drach. ij. heil drach. xiiij. (& in deſcriptione alia, xx. & in deſcriptione alia, xij.) aconi drach. viij. ſerapini, & doronici, (& in deſcriptione alia, & mu, & eſt azhafen, & detur ſeminis aradameran, omnium ana drach. vi. ne heiſet, & neremiſcik, & macis, & cyperi, & croci, omnium ana drach, x. mugath drach. xv. ſtoracis humidæ drach. v. ſeminis maru, & murdaſcarani, & foliorum myrthi, & nucis cupreſſi, & ſeminis alhamel, omnium ana drach. xij. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle deſpumato, & adminiſtretur. Summa medicinarum eſt. xxxiiij.

Deſcriptio keſute quæ cadit in keſkenegi.

Rec. calami aromatici, & blaciæ biſantiæ, & thuris, omnium ana drac. iiij. vſneæ, & cinamomi, & croci, omnium ana drach. i. ſtoracis {humidę} & eſt mel ſtoracis calamitæ drach. iiij. muſchi, & ligni aloes, amborum ana drach. ℈. conficiatur cũ vino antiquo odorifero, & dimittatur donec exiccetur, & adminiſtret. Summa eſt. xi.

A lia littera, liquidę,

Confectio inda, quæ nominatur kelkelenici, & cõfert ad mollificationem ſtomachi, & frigus eius, & febres antiquas, & ſincopem, & difficultatem vrinæ, & albaras, & morpheam, & vigilias, & fracturam oſſiũ, & tuilim humidam, & extenuatis qui non habent febrem, & ei cuius corp' infrigidatur, & ad hæmorrhoidas, & ſplenetícos, & ad dubelati, & colicam, & hydropicos, et ad prægnãtem infirmam, & ad prefocationem matricis, et ad ventoſitates in iuncturis, & ad inflationem & dolorem ancharũ & genuũ et dorſi.

Cuius permixtio eſt.

Rec. myrobalanorum nigrorum, et bellericorum, et ſeremblegi, & piperis, & macropiperis, et zinziberis, et febe, et eſt medicina inda, et ſcitaragi indi, et cal calion, et eſt medicina indæ et ſalis indi, et ſalis rubei, et ſalis naptici, et ſalis gemmæ, et ſalis maſſę, et lingue auis, et cyperi, et heil, et cinamomi, et abrengi, et origani perſici, et nigellæ, et granorum nil, et cymini indi, & eſt carmeni: & ſunt, duſtekiki, & eſt haſikiki: & ãmur, omnium ana drach. iiij. caſtorei drach. viij. tur bith libram. i. & ſextaria. iiij. paſſularum mundatarũ aur. c. emblicorum aur. cc. penidiorũ lib. vj. & ℈. olei ſiſamini lib. iii. (& in deſcriptiõe alia inuenim' lib. i.) terantur medicinæ, & cribellentur ſiccę, & decoquan tur paſſulæ ſolæ cum aqua, & coletur, & fundatur in ea caſſia fiſtula. Et terantur emblici groſſe, & in fundeos in. xxiiij. libris aquæ die & nocte, & decoquantur donec remaneant. viii. libræ aquæ, & coletur, & proiiciantur emblici: deinde reducatur aqua emblicorũ ad ollam. Et conficetur manibus caſſia fiſtula quæ in fula fuit in aqua paſſularum, & coletur ſuper aqua em blicorum, & proiiciantur penidii ſuper eam, & decoque eam lento igne donec liquefiant penidii, & inſpiſſetur aqua ſicut mel, deinde proiice ſuper eam oleũ ſiſaminum, & moue ipſum manu tua donec miſceatur cum aqua bene. Et permiſce medicinas tritas & cribratas cum orali, & repone eam in vaſe vitri. Potio eius ſit aur. iii. aut. iiii. omni homini ſm quantitatem ſuæ ætatis & ſuæ virtutis. Summa medicinarũ eſt. xxxii.

Deſcriptio alia alkelkelengi, & confert hydropicis, & ſplenéticis, & dolori hepatis, & ictę ritiæ, & cõpilationi, & habentibus ad dubelati, ſana, experta, electa.

Permixtio eius eſt.

Rec. myrobalanorum citrinorum drach. xx. myro balanorum nigrorum, & bellericorum, omnium ana drach. xv. emblicorum lib. iiii. tamarindorũ drach. l. paſſularum mundatarum lib. i. funde ſuper eas. xxx. libras aquæ, & decoque eas donec remaneãt. viii. libræ, & coletur. Et ſumatur ex caſſia fiſtula, quæ ſit mundata ex arundine ſua & granis ſuis, libra. i. & fundantur ſuper eam. viii. lib. aquæ quas colaſti, & bulli eam in ea, & cõfrica eam bene, & cola eam in cribello donec non remaneat in ea aliquid ex rotulis. Et ſum'. e. iiii. libras penidiorum, & proiice eas ſuper eã, & decoque eam donec liquefiant penidii, & fiat ſubſtantia eius ſicut ſubſtãtia mellis. Deinde funde ſuper eam ex oleo ſiſamino recenti lib. mediam, & permiſce ea, & bulli ea duabus ebullitionibus, & remoue ea ab igne. Deinde accipe ablute, & ſpicę, & roſarum, & meu, & dauci, & petroſelini, & rubeæ, & rauend ſeni, & ſalis indi, & radicum lilij cœleſtis, & agarici, omnium ana drach. vi. chamædreos, & ſiſeleos, & aſſari, & maſtices, & ariſtolochiæ longæ, & xylobalſami, & gentianæ, & citri excorticati, & caſſiæ ligneæ, omnium ana drachmas quatuor ſucci eupatorii, ſucci abſinthii, cyperi, floris ſquinanti, omnium ana drachmas quinq; ſeminis cuſcutæ, ſeminis attriplicis, ſeminis lilii, ſcammonęæ, omnium ana drachmas decem ſeminis apii, & coſti, & acori, & ſeminis fœniculi, & aniſi, omnium ana drachmas centum turbith drach. l. (& in deſcriptione alia, turbith drachmas centũ &. l.) cymini carmeni drachmas quatuor terantur, & cribellẽtur cum orali, & ſumantur mezerion boni drachmas viginti & proiiciatur ſuper ipſum libram vnam aquæ, & olei de amygdalis dulcibus drachmas tres & decoquantur donec conſumatur aqua, & remaneat oleum. Deinde cola eum, & lini ex eo medicinas, & proiice eas ſuper penidios qui decocti fuerunt, & permiſce vtraq; multum, & pone illud in burnia vitrid; ſitque potio drachmæ quatuor cum lacte camelarum, aut aqua caſei, aut aqua ſolatri, aut kekengi. Et ſumma medicinarum eſt. xlv.

Modus

Modus confectionis fagzaneæ, quæ cõfert ægritudinibus frigidis omnibus, & vent oſitatibus groſſis, & inflationi, & frigiditati ſtomachi, & malitiæ digeſtionis, & dolori colicæ, & duritiei hepatis, & difficultati vrinæ ex phlegmate & frigore, & illis qui mingunt quaſi muchos, & dolori dentium, quãdo ponis ip ſam ſup locũ corroſum & locũ doloris. Cuius pmixtio eſt.

Rec. caſtorei, & opii, & cinnamomi, & aſſari, & fu, & meu, & dauci, omnium ana drach. i. myrrhæ, & piperis, & macropiperis, & galbani, & coſti, omnium ana drach. vi. croci drach. F. reſoluatur quod reſoluit eũ rob, (& in deſcriptione alia, loco rob aqua mellis.) Et quæ ſicca ſunt terantur, & cribellentur. & liquefac galbanum cum melle, & permiſce ea, & adminiſtra eã poſt. vi. menſes cum eo quod conueniens eſt ex potibus. Summa medicinarum eſt. xiii.

Alia littera, ventre.

Modus confectionis diamarte, quæ confert ad oppilationem hepatis & ſplenis, & frigus matricis & inflationem in ſtomacho, & prouocat ſanguinẽ men ſtruum. Et confert febri quartanæ, & tuſſi humidæ, & conſtrictioni anhelitus, & icteritiæ ex oppilatione & mollificatione mem brorum. Cuius permixtio eſt.

Rec. harmel lib. iii. thuris, & maſticis, & carpobalſami, & caſſiæ lignææ, & melliloti, & croci, & piperis, & ſpicæ, omnium drach. x. ariſtolochiæ longæ, & ra uend ſeni, omnium ana drac. xx. zurunbet, doronici, omnium ana drach. iiii. opii, & zinziberis, & coſti, & caſſiæ lignææ, omnium ana drach. xii. caryophylloꝝ drach. vi. ellebori albi, & rofarum ſiccarum, nigellæ, omniũ ana ſextaria. vi. cyperi ſextaria. xx. aloes drac. xiiii. (& in deſcriptione alia, cyperi ſextaria. x.) mellis deſpumati quantum neceſſe eſt. Adminiſtretur poſt vi. menſes. Potio fit drach. i. cum eo quod cõuenit ex potibus. Summa eſt. xxiii.

Differẽtia inter zedoariã & zurũbet, vide in ſumma tractatu ſuper ſecundũ canõ. & dicendũ, capitulo de zedoaria, & capitulo de zurũbet.

Modus confectionis nominatæ asfarſelim, quę cõfert ad choleram nigram, & vẽtoſitates, & cafacan, & dolores puerorum, & ægritudines matricum. Et hæc eſt eius permixtio.

Rec. piperis albi, & zinziberis, & ſalis indi, omniũ aua drach. vi. opii, & euphorbii, & caſtorei, & caryophyllorum, & croci, & maſticis, & pyrethri, omnium ana drach. v. coſti drach. vi. alſafire, & alſafireſteni, & cyperi, & zurunbet, & doronici, & ariſtolochiæ longæ, omnium ana drach. ii. olei balſami, & aquæ canforæ, omnium ana drach. iii. Terantur medicinæ ſiccæ, & infundantur aquæ neceſſe eſt infundi in vino, & conficiantur cum melle deſpumato, & detur ex eo omni homini ſecundum quantitatem complexionis ſuæ. Summa medicinarum eſt. xix.

A qua canfore qã fit, declaratũ eſt in ſcbo caſi.

Modus confectionis omoruſiæ, quę confert ad dolorem ſtomachi ex frigiditate, & malitiæ digeſtionis, & duritiei vel grauitati hepatis & ſplenis, in quibus eſt durities, & ad tumefactionem multam ſimilem cachexiæ. Cuius permixtio eſt.

Rec. dauci, & cymini, & carmeni, et carpobalſami, & caſſiæ lignææ, & cordumeni, & floris ſquinanti, & ſeminis apii, & aniſi, & ſpicæ, omnium & mentæ ſiccæ, & ameos, & marmacur, ana drac. i. macropiperis, & leucopiperis, & coſti, omnium ana drac. F. myrrhæ drach. iii. baccarum lauri. x. numerot acori, & croci omnium ana drach. ii. mellis deſpumati quantum neceſſe eſt. Miſceantur & adminiſtrentur, fitq; potio eius quãtitas auellanæ vnius cum aqua calida & vino permixt o. Summa medicinarum eſt. xix.

Modus confectionis curcumæ, conferentis ad debilitatem & duritiem in hepate & ſplene, in quib⁹ eſt durities, & ſtomacho, & ægritudinibus antiquis, & hydropicis, & bonſi efficit colorẽ. Cuius pmixtio eſt.

Rec. ſpicæ romanæ, & croci, & caſſiæ lignææ, omniũ ana drac. ii. cinamomi, & coſti, & myrrhæ, & floris ſquinanti, omnium ana drach. i. mellis quantũ neceſſe eſt. Doſis pondus drac. i. cum aqua decoctionis radicum apii, & maſticis, & aniſi. Summa medicinarum eſt. vii.

Modus confectionis laccæ maioris, quæ cõfert ad debilitatem & duritiem antiquam in hepate & ſplene, & aperit oppilationem, & prouocat vrinam, & frangit lapidem in renibus, & etiam ad inceptionẽ hydropiſis eſt iuuatiua valde. Cuius permixtio eſt.

Rec. laccæ drach. viii. amygdalarum amararum ex corticatarum, & cinamomi, & folii, & caryophyllorum, omnium ana drach. v. chamæpitheos, & meu, et fu, & myrrhæ, & hyſopi ſiccæ, omnium ana drach. iiii. ſpicæ drach. xii. gentianę, & ariſtolochiæ rotũdę, omnium ana drach. vii. aloes ſuccuttrenſis drac. xiiii. dauci, feminis apii, petroſelini, cymini carmeni, zinziberis, omnium ana drach. viii. croci drach. iii. aſſari drach. vii. rubęę drach. xv. carpobalſami, & bdellii, omnium ana drach. vii. & F. caſſiæ lignęę, & maſticis, & calami aromatici, omnium ana drach. vii. thuris drac. iii. & F. macropiperis, & ariſtolochię longę, omnium ana drach. vii. ſucci liquiritię drach. xii. & F. rauend drach. xv. polii, & ſquinanti, amborũ ana drac. iii. piperis, & coſti, omnium ana drach. x. ſiſeleos, & olei balſami, omnium ana drach. iii. Terãtur ſicca, & cribellentur cum ora li, & reſoluantur quę reſoluunt cum vino, & conficiantur cum quantitate mellis quę neceſſaria eſt, & adminiſtretur, fitq; potio quantitatis auellanæ cum eo quod conuenit ex potibus. Summa eſt. xxxviii.

Confectio dialaccę minor, quę confert ad debilitatem hepatis & ſtomachi, & ad frigiditatem amboꝝ, & duritiem antiquam, et aperit oppilationem quę eſt in hepate & ſplene. Cuius permixtio eſt.

Rec. laccę, & coſti, & baccarum lauri, & lupinorũ, & fœnugręci, & piperis, omnium ana pondus drac. ii. & fœnugręci, & piperis, omnium ana pondus drac. ii. & fœnugręci, & piperis, omnium ana drach. iii. mellis quantum neceſſe eſt. Sit rauend ſeni drach. iii. mellis quantum neceſſe eſt. Sit potio pondus drach. i. cum aqua decoctionis abſinthii. Summa eſt. vii.

Confectio hepatica mirabilis ex arteGal, & cum ea curauit Parmenum collectorem ſpecierum, quum infirmatum fuit hepar eius. Cuius permixtio eſt.

Rec. croci aur. ii. meu, & aſſari, & fu, & ariſtolochię, & dauci, & petroſelini, & myrrhę, omnium ana aur. iiii. ſpicę indę, & ſpicę romanę, omnium ana aur. vi. coſti, & caſſię lignee, & floris ſquinanti, omnium ana drach. i. carpobalſami aur. iii. & F. rubęę aur. viii. & F. ſucci liquiritię, & ſcolopendrię, & polii, & eupatorii, omnium ana aur. iii. olei bal ſami aur. vi. medicinę andaracon aur. v. mellis quantum neceſſe eſt. Potio, quantitas auellanę vnius cum aqua mellis ſuper vnc. i. geleniabin de melle. Summa eſt. xii.

Confectio athanaſiæ maioris factæ cum hepate adhib, quæ confert ad dolorem hepatis & ſplenis & ſtomachi, & excoriationem, & vẽtoſitatẽ, & tuſſim antiquam, & ſputum ſanguinis, & eſt ſedans ab ægritudinibus ſicut confectio filonij. Cuius permixtio eſt.

Rec. croci, myrrhæ, & opij, & caſtorei, & feminis iuſquiami albi, & coſti, & cordumeni, & ſeminis papaueris, & ſpicę, & eupatorij, & hepatis adhib, & cornu dextri ex cornibus capręæ combuſti, omnium ana partes æquales. Terantur quæ terũtur ex eis, & liquefiãt

cum

cum vino, & conficiantur cum melle despumato, & administretur post. vj. menses. Sitq; potio ex ea quantitas ciceris cum eo quod cōuenit ex potibus. Et Gal. quidem loquitur super hepar adhib, in libro suo decē tractatuū fic. Simile est, q̄ operatio hepatis adhib est cum tota substantia eius, non cū qualitate vna aut duabus. Quod est, quia ego iam probaui illud probatiōe sufficienti. Et ad ministratio eius est vt teratur multū, & detur ex eo aur, vnus cum vino ℈ parū cocto dulci. Quod est, quia parum coctū dulce vadit ad hepar suauiter, ℈ & est paratum ad nutrimentum, & est mediū in calditate & frigiditate. Et q̄n non est iuuamētum eius cum qualitate vna tātum aut cum duabus, immo cum tota substantia eius, factum est quod iuuat ad reliquas species malitiæ cōplexionis. Et non est iuuamentum in malitia complexionis calidæ tantū, sed ipsum non nocet malitiæ complexionis frigidæ. Illi aūt qui habent febrem occultam, (& in descriptione alia, manifestam,) excepta febre hectica, sicut accidit quibusdam ex parte hepatis, oportet vt accipiant hanc medicinam cum aqua, aut cum vno succorum quorum præmissimus rememorationem, sicut est, succus endiuiæ minuræ. Et dixit in libro suo de medicinis simplicib⁹. Ego proieci ex hepate adhib multotiens in ℈ medicinam eupatorij, & confert dolori hepatis; verumtamē ego iam distinxi inter eam, & inter illam quæ commi scetur ab ℈ hepate cum ratiocinatione, & non sicut super fluitatem virtutis eius, & cornu dextri non adusti. Summa est, xij. ℈

ATHANASIA minor ad has ægritudines.

Rec. storacis, & croci, & costi, & spicę, & opij, & casiæ lignææ, omnium ana. 3.iiij. succi eupatorij. 3. viij. radicis lilij. 3. xij. mellis quantū necesse est. Potio auellana vna cum eo quod conuenit ex potibus. Medicinæ sunt octo.

CONFECTIO amara nominata ℈ cokiæ, ℈ quæ valet ad durtiem hepatis, & tussim, & ℈ saffati. Et primi qui composuerunt hanc medicinam, fuerunt Ægyptij, & vtebantur ea quando tussumigabant illa sua. Cuius permixtio est.

Rec, myrrhæ, & alchalimbat, omnium ana. 3. iiij. spicæ, & croci, & cinamomi, & cassiæ lignææ, omniū ana. 3.i. floris squinanti, & calami aromatici, & bdellij, omnium ana. 3.ij. ℔. (& in descriptione alia, loco bdellij, darsefahan) passularum coraseni mūdatarum ab interioribus & cortice. 3. xxv. mellis quantum necesse est. Potio, fit potio. 3.i. cū decoctiōe hyssopi. Et infundantur quæ in funduntur, & resoluantur quę re soluuntur ex medicinis cum passulis cum vino odorifero, & terantur ficca, & cribellētur, & liquefiat alchasimbat cum melle, & misceatur totum & moueatur. Summa est, x.

CONFECTIO Philonij persici, quod cōfert eruptioni sanguinis, & solutioni naturæ, & quod curit de sanguine menstruo; & prægnantibus ex quibus descendunt menstrua, & ventofitatibus accidentibus in matrice, & conferuat embryonem in vētre matris suæ, & constringit os matricis. Cuius permixtio est.

Rec. piperis albi, & seminis iusquiami albi, omniū ana. 3. xx. opij, & terræ sigillatæ, amborū ana. 3. x. croci. 3. viij. & in alia. v. euphorbij, & spicę, & pyrethri, et myrrhæ, omnium ana. 3. ii. castorei. 3. j. zurunbet, doronici, & margaritarum nō perforatarum, & muschi, omnium ana. 3. ℔. canforæ danich. i. & ℔. mellis colati de ſpumati quantum necesse est. Potio fit pondus. 3. i. cum eo quod conuenit ex potibus. Summa est, xv.

CONFECTIO Philonii tharsensis, & dicitur Phylonium romanum, quæ confert ad dolores mulos, & proprie ad dolores colicæ, & est sedatiua doloris. Cuius permixtio est.

Rec, leucopiperis, & seminis iusquiami, amborum ana aur, xx, opii aur, x. croci. v. euphorbij, & spicæ, & pyrethri, omnium aur. i. mellis despumati quantum necesse est. Potio fit quantitas ciceris cum aqua calida. Summa est. vii.

DESCRIPTIO Phylonii alia, quæ cōfert ad colicam, & dolorem hepatis, & splenis, & stomachi, & vertiginem, & difficultatem vrinæ, & tussim antiquā, & constrictionem anhelitus, & ad vētositates accidentes in matrice, & ad mulieres quę non impregnantur.

Rec, piperis albi, & seminis iusquiami, amborum ana. 3. xx. opii. 3. x. croci. 3. v. petroselini, & seminis apii, & spicę, omnium ana. 3. iiij. cassiæ ligneę, & folij, & euphorbij, & pyrethri, & carpobalsami, omniū ana 3.i. mellis quantum necesse est. Potio est quantitas ciceris vnius, ad dolorem colicæ cum aqua decoctionis anethi, & ad dolorem hepatis cum aqua decoctionis polij, & ad dolorem splenis cum fecaniabin facto cum corticibus radicis capparis, & ad dolorem renū & difficultatem vrinę, cum decoctione ℈ fœniculi & apij, & ad asthma cū aceto squillitico, & ad tussim assiduam cum aqua hordei aut cum decoctione hyssopi, Summa est. xii.

CONFECTIO de vsnea, quę confert ad debilitatem stomachi & hepatis propter frigiditatem. Cuius permixtio est.

Rec. cinamomi, & vsneę, & calami aromatici, & spicę romanę, & masticis, & cassiæ ligneę, omniū ana. 3.i. floris squinanti, & costi, & croci, & myrrhę, omnium aū. 3. iii. heil, & nucis muscharę, & macis, & xylaloes, & muschi, omnium ana. 3. ℔. Terantur medicinę siccę, & infundātur myrrha & crocus cum aliquo potuum conuenientium, & conficiatur cum melle, & administretur, Summa est. xv.

CONFECTIO diamuschi dulcis, quę cōfert ad cafacan, & constrictionem anhelitꝰ, & ad reliquos dolores accidētes ex cholera nigra. Cuiꝰ permixtio est.

Rec. zurunbet, & doronici, omnium ana. 3. ij. mastis garitarum non peforatarum, & carabę & coralli, omnium ana. 3. i. fetę crudę. 3. i. & ℔. been albi, & rubei, et folij, & spicę, & cardamomi, & caryophylloru, & castorei, omniū ana. 3. ℔. zinziberis, & leucopiperis, omnium ana danich. ii. muschi chirat. iii. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle non decocto, & administretur. Potio ex eo est quantitas ciceris cum vino odorifero, Summa est. xv. (Et in descriptione alia vsneæ, & caryophylorum, amborum, ana drach. ℔. Summa est. xvii.)

DIAMVSCVM amarum factum cum absinthio & aloe, quod confert ad cafacan, & apostemata epiglotis, & humiditates multas in stomacho, Cuius permixtio est.

Rec. absinthii, & aloes omnium ana. 3. vi. rauend 3. vi. ameos, & croci, & seminis apii, omniū ana. 3. iiij. moschi, & spicę, & foliꝰ, & myrrhę, omnium ana. 3. ij. castorei, 3.i. & ℔. terantur, & cribellētur, & conficiantur cum melle, & administretur. Summa est. xi.

CONFECTIO alia diamoschi, quæ cōfert ad choleram nigram, quę est ex adustione cholerę citrinę. Cuius permixtio est.

Rec, masticis, & croci, omnium aū. 3. ℔. floris absinthii. 3. j. (& in descriptione alia, masticis, et croci, amborū ana. 3. ℔.) & badrumbue, i. melissę, & epithymi, omnium ana. 3. j. xyloaloes, & sech. i. galię, omnium ana. 3. i. & ℔. moschi. 3. ℔. zurunbet, & doronici, omnium ana drach. ij. margaritarum non perforatarum, & coralli, & carabę, & fetę crudę, omnium ana drach. iij. aloes drach. xxiiij. mellis quantum necesse est. Potio completa est pondus drach. ij. cum aqua calida. Summa est, xvij.

Confectio

Nota verba Gal. de proprietatib⁹ hepatis adhib.

Alia littera, dulci. Quod est, quia vinū dulce vadit ad hepar suauiter

Alia littera, medicinā fa ciē sū fucco eupatorij, ad dolorē hepatis, & non in utrij in alia medicina vir tutē maiorē qñ ēparari ipſā ad alias medicinas.

Alia littera, cluſi vel clu ſij,

Alia littera, radicis

CONFECTIO quę nominatur caserte, & prouocat vrinam, & aufert difficultatem eius, & frangit lapidem. Et inuenta fuit in thesauris regum. Cuius permixtio est.

Rec. opij, & euphorbij. & castorei, & spicæ odoris feræ, & cinamomi, & zinziberis, & macropiperis, & croci omnium ana. ʒ. iiij. seminis iusquiami albi. ʒ. ij. olei balsami. ʒ. xxx. Teranf icca, & infundantur opiū & crocus in vino, & permisceantur, & liniantur cum oleo balsami, & conficiātur eum melle, & administretur post mensem quātitas uellanæ cum aqua calida, aut cum aqua apij, aut cū aqua anisi, (& in descriptiõe alia, post hęc membra.) Summa est. x.

CONFECTIO alia quæ prouocat vrinam, & confert illis quorum corpora sunt frigida, & confert ad dolorem heparis, & oppilationem quæ accidit in eo, & ad illos qui non bene digerunt, & illos gbus nõ præparatur coitus propter frigus renum, & illis quibus est difficultas vrinæ, alleuiat prouocationem eī. Cuius permixtio est.

Rec. squinãti, & dauci, & carpobalsami, & anisi, & assari, & petroselini, & ruuēd, & spicæ, & croci, & cassiæ lignęæ, & meu, & fu, & chamæpitheos, & cinamomi, omnium ana. ʒ. iij. granorū pinearum. ʒ. xxx. mentæ. ʒ. j. mellis quantum necesse est. Summa est. xvj.

CONFECTIO alia quæ prouocat vrinam, & frangit lapidem, & sanat apostemata dura quæ sunt in renibus, & vesica, & difficultatem vrinæ. Cuius permixtio est.

Rec. assari, & meu, & fu, & petroselini, omniū ana ʒ. ij. acori, & dauci, & carpobalsami, & anisi, & seminis apij, & draganganti, omnium ana. ʒ. i. Terantur, & cribellentur, & conficiantur cum rob, & detur, siue potio pondus. ʒ. i. cum aqua decoctionis capilli Veneris, & radicis liquiritiæ. Summa est. x.

CONFECTIO medicinæ alibfulidus aut alis fulidos, & est alkekengi, quæ confert renibus & vesicę, in quibus sunt vlcera, & ei qui mingit sanguinem, sana, experta. Cuius permixtio est.

Rec. seminis iusquiami, & seminis apij, & seminis fœniculi, omnium ana. ʒ. vij. seminis cucumeris. ʒ. v. succaran. i. cicutę, & seminis acetosæ, & opij, & pinearum tarrefactarum, & croci, & abusæ, & est auellana assata; & amygdalarum amararum torrefactarum, omnium ana. ʒ. iij. granorū alkekengi. xxv. numero, draganganti. ʒ. iiij. Terantur, & cribellentur, & conficiantur cum rob, & detur ex eo pondus. ʒ. i. cum candidicon, aut aqua mellis post. vi. menses. Et quidam faciunt ex eo trochiscos. Summa medicinarum est. xiij.

CONFECTIO diahirundinis, quæ cõfert ad præfocationes, Cuius permixtio est.

Rec. anisi, & seminis apij, & ameos, & floris squinãti, & lilij cœlestis, & cinamomi, & amomi, & aristolochiæ longæ, & aluminis iamenī, & seminis harmel, & myrrhæ, & radicis liquiritiæ, & cassiæ lignęæ, & croci, omniū ana. ʒ. i. crocomagmatis, & est medicina cõposita, & descriptio eius est in sequentibus; & seminis rosarum, aut rosarum siccarum, omnium ana. ʒ. ij. costi, & cineris hirundinum recētis, omnium ana. ʒ. iij. spicæ, amyli, omnium ana. ʒ. ß. gallarū viridium mediarum in magnitudine. viij. numero. Terātur, & cribellentur, & conficiantur cum melle despumato, & administretur; & sumatur ex ea quantitas gallæ, & dissoluatur eam cū aqua mellis, aut aqua hordei, aut decoctione rosarum & lentiū & radicis liquiritiæ, & præcipe vt gargarizetur cum ea, & liniatur de foris tribus vicibus aut. iiij. in die. Medicinæ sunt. xxi. ¶ Inquit Abubahrain cp hæc medicina non bibitur, & non fit ex ea aliquid nisi quia gargarizatur & linitur exterius, aut in fine apostęmatum gutturis, qũ desperatur de apertione eorū. Et est fortior fiercore canis, & fortior omnibus medicinis aperientibus apostema qđ est in gutture. ¶ Dixit Gal. de virtute huius medicinæ, cp medicina, quam diximus, est composita ex medicinis contrariarum virtutum; & non sunt contrariæ rātum, sed sunt duæ species fortes simul; sed medicinę resolutiuę sunt plurisvirtutis cū constrictiuæ. Et fiercus quidem hyrundinum est calidum resoluriuum; nam fiercus re liquoę animalium adinuicem addit vnū super aliud. Similiter cinis eius qñ adurit ur. Et alhaarmel est in calefactiõe in ordine tertio. Propter illud ergo in eo est virtus resolutiua. Et in cinamomo est virtus subtiliationis, plusq̃ in reliquis medicinis remanentibus, et est resolutiuus, & liliū & aristolochia; nam ista ēt sunt ex medicinis resolutiuis sicut myrrha ēt. In ipsa enim est virt⁹ permixta ex resolutiõe & stypticitate. Et l caſſia lignea, & croco, & spica, & amomo, & costo, vincens sup ea est virtus calefactionis, & resolutionis proprie in costo. Et in flore squinanti etiam est virtus per mixta; verum tamen est debilis in duabus dispositioni bus. ſ. in calefactione & cõstrictione. Et gallæ sunt ex medicinis quę constringunt cum quantitate, sicut alumen iameni. In rosis vero stypticitas est debilis. In amylo autem & liquiritia est virtus leniēs res asperas. Super hirundines vero Andromachus & Abues loquuntur sermonem occultum, & loquuntur super eas alij ab istis duobus apertius, quāuis sint distentientes: quod est, quia quidam eorum prępiunt comburi nidum hirundinum plurimum, cuius fabricatum est ex stercore earum. Et quida m eorū sunt qui comburunt hyrundines ipsas. Et quidam sunt qui comburunt filios earum. Et oportet vt laudetur Asclepiades, qñ ipse loquitur super eas planius, & ostendit qño oportet comburi filios hyrundinum. Inquit enim: Non oportet vt permisceantur cū medicina hirundines, nisi ster cus earum. deinde inquit. Ita oportet vt comburātur hirundines secundum hunc modum.

MODVS comburendi hirundines.

Sumātur pulli hirundinum, & puluerizetur super eos sal, & ponantur cum pennis suis in vase figuli, & stringatur caput eius cum luto, & ponatur super prunas, quarum accensio est in statu.

MODVS crocomagmatis scilicet cõmixtionis croci, qđ cadit in diahirundinē, & confectiones alias.

Rec. croci, & cinamomi, amborum ana. ʒ. ij. rosarū siccarum, amomi, costi, omnium ana. ʒ. i. (& in descriptione alia. ʒ. ij.) myrrhæ. ʒ. iiij. radicis lilij cœlestis, & folij indi, omnium ana. ʒ. ij. & ſ. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum vino, & fiāt trochifci, & exiccentur in vmbra. Et vbiuis enis rememorationē croci permixti, projice ex illis trochiscis. Summa est. viij.

CONFECTIO diasulfuris, valens ad febres quæ sunt cum periodis cum tremore, & ad illum qui habet tussim, & sputum sanie & sanguinis, & constrictionem anhelitus, & alcuzez, & deponit lapidem ex renibus, & vesica, & confert hydropicis, & cõfert spleneticis valde, & prouocat vrinam, & confert mordicationi reptilium, & soluit venena mortifera. Cuius permixtio est.

Rec. sulfuris citrini, & seminis iusqami albi, & cordumeni, & storacis, & myrrhæ, omnium añ. ʒ. viij. rutæ, & costi, amborum ana. ʒ. x. opij, & croci, amborū añ. ʒ. ij. cassiæ lignęæ. ʒ. vij. (& descriptiõe alia. ʒ. xij.) piperis albi. ʒ. xxij. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle; & administretur post sex menses. Et detur ante periodum febris secūdum quantitatem ætatis infirmi & virtutis. Summa est. xj.

CONFECTIO facta ex terra figillata, liberās a venenis perniciosis, & a mordicatiõe reptilium malorum, & est ſana. Cuius permixtio est.

Rec.

Nota cp in alia ſi tera non habetur ita particula, inquit Albubahrain, ſcq; tibi, Dixit Gal.

Rec. terræ sigillatæ, & arciatidos, (& est granū alharar idest granum abel) omnium ana aur. ij. coaguli, gagel aur. viij. coaguli leporis aur. iiij. gentianæ, & baccarum lauri, & aristolochiæ rotundæ, & seminis rutæ sylvestris, & myrrhæ, omnium ana aur. i. terantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle desp umato. Potio eius sit quantitas fabæ vnius cum eo quod conuenit ex potibus. Summa est. viij.

THERIACA scorpionum.

Rec. calamenti fluuialis, & mōtani, amborum ana ℥. vij. gētianæ, ℥. viij. piperis, & opoponacis, omnium ana, ℥. j. conficiatur cum melle quantum necesse est, & detur. Potio sit pondus. ℥. i. cum vino puro.

CONFECTIO de assa, conferens ad punctūram scorpionum, & omnium reptilium malorum, & tremorem in periodis febris.

Rec. assæ, & myrrhæ, & piperis, & foliorum rutæ, omnium æquales partes; conficiātur cum melle, & detur, sitq; potio pondus. ℥. j. ad punctūram scorpionum cum vino, & ad febrem cum fecaniabin, ante periodū febris per quantitatem horæ. Summa est. iiij.

CONFECTIO *Galeni*, quæ confert ad punctūram scorpionum.

Rec. aristolochiæ aur. iiij. piperis aur. ij. opij aur. j. pyrethri aur. iiij. conficiantur, & fiant pilulæ ad quantitatem lupini, & dentur vt deglutiantur ex eis duæ cū *vini puri* quantitate. ℥. iij. Medicinæ sunt. iiij.

CONFECTIO alia Galeni, ad scorpiōes quan do mordicant.

Rec. aristolochię, & zinziberis, amborum ana aur. viij. (& inuenimus in descriptione alia aur. i.) & calamenti fluuialis, & ☿cimarum ☽rutæ sylvestris, omniū ana chirat. ix. conficiātur cum sanguine testudinis, & fiant trochisci, sitq; pondus cuiuslibet trochisci charath xij. & detur cum vino puro. Medicinę sunt. iiij.

CONFECTIO alia ad mordicationem scorpionum Gal.

Rec. cymini, & orobi, (& in descriptione alia, cyminis ethiopij, & non dicitur orobi) & sulfuris quod non tetigit ignis, & piperis albi, omnium ana aur. iij. castorei aur. i. ℈. aniuden, & andacoca, ana aur. j. ℈. f. terantur, & conficiātur cum vino, & detur ex eo aur. j. cum vino puro. Medicinæ sunt. vj.

CONFECTIO alia Galeni, ad punctos a scorpionibus.

Rec. florum rutæ sylvestris, & florum erucæ, (& in descriptione alia, loco erucæ, bauciæ.) pyrethri, stoma cis, sulfuris quod non tetigit ignis, omnium ana aur. vij. castorei aur. ij. conficiantur cum sanguine testudinis, & detur pondus charath. xij. cū vino puro; & emplastretur cum ea locus cum folijs lauri decoctis cum vino, aut emplastra ipsum cū radice lilij, (& in descriptione alia, liquiritiæ cū acro.) Summa est. vij.

CONFECTIO de costo, conferens ad duritiē præcedentem in hepate, & oppilationem venarū quæ sunt in eo. Cuius permixtio est.

Rec. costi, & cynamomi, amborum ana. ℥. viij. semis sapij, & anisi, & florum squinanti, omnium ana. ℥. viij. casſiæ lignęæ. ℥. vij. & ℈. assari, & croci, amborum ana. ℥. iiij. ☿ rauend ☽ ℥. iij. mellis quantum necesse est. Summa est. x.

CONFECTIO diafaraficon, conferens ad febres antecedentes. Cuius permixtio est.

Rec. rauend feni, & succi absinthij, & succi eupatorij, omnium ana. ℥. x. ☿ cinamomi, & spicæ, & florum squināti & anisi, & assari, & amygdalarum (in descriptione alia, amygdalarum amararum) excortica tarum, & casſiæ lignęæ, omnium ana. ℥. v. (& in descriptione alia, amygdalarum amararum, & casſiæ ligneę ana. ℥. i. myrrhæ, & croci, omnium ana. ℥. iiij. terātur, & cribellentur, & conficiantur cum melle, & administretur. Summa est. xij.

Alia litera, solationē vē tris, & ad tenesmū, & ad punctūram,

CONFECTIO ad ☿ resolutionem naturæ, & solutionem eius, & confert ad splenē, & punctionē, ☽ & tussim assiduam. Cuius permixtio est.

Rec. castorei, storacis, ☉opij, & seminis iusquiami, & croci, & assari, & myrrhæ, omnium æquales partes, mellis quantum necesse est. Potio quantitas orobi. Summa est. vij.

CONFECTIO anacardini, cuius descriptionem transmisit Salube filius Gabrielis, ex gente Nisabur, & curauit cum ea multos ab ægritudine, quæ dicitur alzemane. Cuius permixtio est.

Alzemane est ægritudo quæ membra priuant motu, sic declarabit. Et est tertia, & prima quarti. Auicen. de febribus acutis. Felselmuel (vel secōm alios literā felselmuie) & anisi, omnium ana. ℥. xij. terantur, & cribellentur, & misceantur cum medicinis penidiorum. ℥. sexcentæ, positq; liquefiat cum aqua quantitate necessaria ad confectionē medicinarum; & conficiatur, & ponatur in vase, & sepeliatur in hordeo. vj. menfibus, deinde administret. Si ergo est tempus alfafel, i. tempus pestis, tūc oportet vt sumat in potu homo ante acceptionem olei de kerua ℥. j. diebus. v. & detur in potu in his. v. diebus ex pilulis de seitaragi tribus diebꝰ, deinde dentur in potu ex hac medicina diebus aliquibus, omni die aur. ij. Et in non hora pestifera dent in potu ex ea. ℥. i. & ℈. fm men furam *virtutis eius qui bibit eam*, & ætatē eius. Summa cum penidijs est. xiiij.

DIANACARDINVM secundum descriptionem Pauli, Cuius permixtio est.

Rec. anacardi. ℥. i. castorei, & aloes, omnium ana aur. lx. agarici aur. xxiiij. croci, & casſiæ lignęæ, & ☿ aristolochiæ, ☽ & acori, & assari, & cinamomi, & mastices, omnium ana aur. vj. costi, & seminis rutæ: & piperis albi, omnium ana aur. viij. xylobalsami, & assari, & chamædreos, & meu, omniū ana aur. iiij. spicæ aromaticæ aur. iij. epithymi, ℥. j. mellis quantum necesse ℈, sitq; potio aur. ij. cū syrupo de malis. Summa est. xviij.

Alia litera, reubarbari,

DESCRIPTIO alia dianacardini, quę cōfert ad dolores ſtomachi omnes, & ei qui est maniacus, & quem inuadit vertigo ex ægritudine ſtomachi, & ad guesgues, & ſodam antiquam, & dolorem pectoris, & hepatis, & splenis, & tenum, & malitiam complexionis, & podagram, & dolorem matricis, & lepra, & ggritudines cū sunt ex melancholia oēs. Cuius permixtio est.

Rec. spicæ, & myrrhæ, (& in descriptiōe alia, loco myrrhæ, meu,) & croci, & casſiæ lignęæ, & foliꝰ, & zinziberis, & aloes, & bdellij, & epithymi, & squinanti, & granorum abel, & aristolochiæ, & garyophyllorum, & carpobalsami, & olei balsami, omniū ana. ℥. j. & masticis, & mellis anacardi, & agarici, omnium aā. ℥. viij. margaritarum. ℥. ij. radicū *lilij* cœlestis. ℥. ij. corticum fœniculi libras. iij. aceti libras. v. (& in descriptione alia, loco libræ. v. aceti) infunde cortices fœniculi in aceto tribus diebus, deinde proijce *illud* in ollā, & coque illud paulatim, & cola illud, & exprime radices, & proijce eas, & proijce super illud aceti lib. i. & mediam mellis, & decoque illud super prunas cum facilitate, donec inſpiſſetur paulatim, & miſce cum eo medicinas, & reponatur in vase, & detur ex eo pōdus ℥. i. cum eo quod conuenit ex potibus. Summa est. xxj.

CONFECTIO ad podagrā, & est sana expta.

Rec. hermodactylorum. ℥. xx. agarici. ℥. ii. scammoneæ danich. i. & ℈. alfefire, & safireſteni, omnium ana danic. ij. foliorum capparis. ℥. iiij. piperis, & macropiperis, & zinziberis, & cymini, omnium ana. ℥. i. (& in descriptiōe alia. ℥. ij.) cinamomi danich. i. & ℈. foliorꝰ

Alia litera, ſeminis, & alia litera, florum

Alia litera, aristolochię

Alia litera, costi, &

alcannæ, ʒ. ii. been albi, ʒ. i, mehizara danich, ij. mel lis quantitate sufficienti, fiat; potio ex ea, ʒ. i. vel ꝙ ad ʒ. iij. cum aqua calida. Medicinæ sunt, xiiij.

CONFECTIO alia ad podagram mirabilis.

℞. myrobalanorũ citrinor, ʒ. v. pyrethri, ʒ. iij. leu copiperis, ʒ. i. hermodactylorum, ʒ. v. cymini, ʒ. vij. enulæ, ʒ. iiij. zinziberis, ʒ. i. & f. opii, ʒ. ß. ℈ agarici, ʒ. iii. ℈ cõficiantur cũ melle, & administret. Sũma est, viii.

A lia litera.

CONFECTIO alia ad podagram mirabilis effectus.

℞. hermodactylorum alborum aur. xii. alcãnæ, & foliorum capparis, aut corticis capparis, & piperis, & macropiperis, & zinzideris, & cymini carmeni, omniũ ana aur. i. salis ammoniaci, & salis indi, & spumæ maris, & florum sicc omnium, ana quartam aur. i. te rantur, & cribellentur, & conficiantur cum melle, & dentur ex ea aur. ii. in hora somni cum aqua calida. Summa est. xi.

CONFECTIO ad choleram nigram.

NOn est res ſm q̃ putant quidam, q̃ medicina ſolutiua qñ peruenit ad ſtomachũ, attrahit humores ab extremitatibus corpis ad ſtomachũ, q̃ humores dum sunt effuſi ſeu attracti ad ſtomachũ, tũc fit ſolutio ventris. Et hoc declarat primo, qa fires ſeu humor q̃ attrahit̃ peruenirent [a] ad mẽbrũ quod attrahit, [b] ita vt tangant ſe adinuicẽ, [c] tunc veriſimilius est illud quod ſermo neceſſitat vs q̃ ambo [b] remanerent in loco vno, & morarent ambo ſimul, & tunc nõ fieret ſolutio neq; expulſio humoris ex ſtomacho. [c] Et poſt hoc ſcdo declarat illud [d] ẽt, qa est poſe vt eſt fundat ad iferiora illud qd attrahit ad inteſtina, & eua cuet inde tũc facili⁹ & rectius. Et melius est vt euacuet inde ille humor effuſus ad intestina, qñ vt ipſe a cẽdat ad ſtomachũ, qa in aſcenſione eius ad ſtomachũ nõ est iuuamentũ, immo ineſt ei vt lędat ipſum ſtomachũ, & angustiet ipſum cũ malitia diſpoſitionis nociue, q̃ est in ipſo humore, ꝑp multã ſubtilitatẽ q̃ est in ſtomacho, ſi humor ꝓpriꝰ ſit cholera citrina, aut cholera nigra, aut humor crudus. Si aũt est poſſibile, vt humor ang ſtians deſcẽdat ex inteſtinis, & euacuet & expellat ꝑ virtutem expulſiuam quæ est in eis, tunc quæ neceſſitas

a ad mẽbrũ qđ attrahit &c. i. ad ſtomachũ, q̃ virtute medicinæ attrahentis in eo, attrahit ad ſe humorem ex [1] ſinguꝫ ſicut magnes attrahit ad ſe ferꝝ, ita vt tangant ſe ad inuicem. i. ita vt humor attractus ab ſtomacho & medicina attrahente existens in eo, ſe inuicẽ tangant, ſicut ferrũ attractum & ma gnes attractus ip ſum ſe tangũt ad inuicem,

b Tũc veriſimilẽ est illud quod ſermo neceſſitat vt deſcẽt ꝑ aboꝛe. i. tunc veriſimilius ẽ ꝑ ambo. ſi-

tas

humor attractus & medicina attrahens ipſum ad ſtomachum, remanerent in loco vno, in ſtomacho, & morarentur ambo ſimul in eo, & tunc non ſeret ſolutio neq; expulſio humoris attracti ex ſtomacho. Nã ſicut ferrũ attractũ a magnete exiſtentiꝫ in vno loco, poſt eius attractionẽ remanet & moratur ſimul cũ magnete. i. ſito loco, ſimiliter & verus eſſet ſermo ſupradictus, vide licet q̃ qñ medicina ſolutiua, attrahit ad ſtom, attrahit humores ad ipſum ab extremitat bus corpis, ſicut magnes attrahit ferrũ &c. tunc ipſe ſermo neceſſitat & cõcludit, q̃ humores attracti ad ſtom a medicina in eo exiſtente, deberent remanere & morari ſimul cũ medicina in ſtomacho, & non expelꝫ ex eo quare &c.

c Et poſt hoc ſcdo declarat illud. i. et poſt rõnem ſuprad ctam declarat per ſecundam rationem, q̃ ſermo ſupradictus non est verus, ꝑ q̃ res non est ſecundum q̃ putant quidam, q̃ medicina ſolutiua &c.

tas estvt hmõi humor ascendat ad stomachũ, quẽ non sit qđ cogat ad illud: Et declaratur ꝙ non est qđ cogat huiusmodi humorem ad ascendendũ ex hac parte Scilicet ex intestinis, quoniam nõ inuenitur in stomacho virtus expellens res angustiantes, cuius similis non sit in intestinis, immo melior est quia intestina expellũt superfluitates quæ perueniunt ad ipsa cũ duobus paniculis. Et stomachus quidem non expellit superfluitatem quæ generatur in ea, nisi cum periculo suo extrinseco. Intestina etiam sunt consueta recipere superfluitates extraneas angustiantes, quas necesse est expelere, licut supfluitates cholericæ, & similes: istæ enim quanto plus remanent in eis, acquirunt additionem in iuuamento suo. Iam ergo apparet quòd non est locus opinioni, quòd illud quòd effunditur ad intestina ex partibus corporis, ascendat ad stomachum: neq; ꝙ natura regens corpus dimittat viam propinquam, facilem, in qua non est læsio seu passio, & incedat via ei contraria, longinqua, in qua est læsio seu passio. Et ipsa quidem natura, recta a sapientia operatur in vnaquaq; medicinarum solutiuarũ, & tribuitur vnicuiq; earum a creatore glorioso & excelso virtus quædam propria, qua attrahit humorem sibi proprium ex humoribus qui sunt in corpore hominis. Cuius exemplum est, qđ datur scamonææ, & aloe, & quæ sunt illis similia, virtus quæ attrahit choleram citrinam: Et posita est virtus quæ attrahit choleram nigram, in epithimo, & elleboro nigro, & polypodio, & quæ sunt illis similia: & virtus quæ attrahit phlegma & reliquos humores crudos, in cẽtaurea, & pulpa coloquintidis. & agarico, & quæ sunt illis similia: & virtus quæ attrahit aquositatem in corpore, in quibus est aquositas multa ex corpore hydropicorum, est in mezereon, & tubal æris, & quæ sunt illis similia. Quum ergo ex omnibus harum duarum medicinarum simplicium, aut pluribus earum, componitur aliquid, tũc illud appropriatur virtutibus compositis seu mulris, quę solunt humores diuersos, ita vt medicina quæ componitur ex scammonea & pulpa coloquintidis attrahit humorem, qui est ex phlegmate & cholera citrina. Et qñ accipitur medicina composita ex elleboro nigro & scamonea, tũc ipsa euacuat humorem qui est ex cholera nigra, & cholera citrina. Et tu qdem inuenis simile huic in reliquis humoribꝰ. In hmõi autem medicina composita, quantitas euacuationis vnius duarum medicinarum diuersarũ est maior seu est plus, q̃ alterius, per quantitatem ponderum medicinarum simplicitũ, ex quibus componitur. Et illius exemplum est, ꝙ qñ homo vult componere medicinam quæ soluit choleram citrinam & phlegma, ex scammonea, & pulpa coloquintidis, tunc ei inest, si vult euacuare ex cholera citrina, plus vt addat in quantitate q̃ proijcit in eam ex scammonea. Et ei inest, si vult facere contrariũ illius, vt ponat compositionem illius econtrario. Nam medicinarum solutiuarum ita est operatio. Quum ergo dixi compositionem medicinarum solutiuarum, tunc oportet vt scias cum illo, ꝙ medicinæ facientes vomitum sunt cum eis ẽt, quia iudicium super eas est iudicium vnum, fm ꝙ inter vtrasq; non est differentia in attractione. Et illa quidẽ differentia quæ est inter ambas, est ꝙ medicinarum solutiuarũ motus est quietior motu earum, quæ faciunt vomitum. Et operatio solutiuarum est tardior, & operatio earum quæ faciũt vomitum, est econtrario illius. Et propter hoc non attrahunt medicinæ solutiuæ attractione ⸗ necessaria, ⸗ sicut faciunt medicinæ vomitiuæ attractione vehementi. Et medicinæ quidem solutiuæ mundificant sũ perfluitates ex corpore per hoc, ꝙ attrahunt eas ad inferiora tantum, & inde euacuant eas. Medicinæ autẽ vomitiuæ mundificant superfluitates ex corpore per hoc, ꝙ attrahũt eas ad superiora, qñ virtus medicinæ vomitiuæ quæ est in stomacho, vincit virtutem reputã suam quæ est in intestinis; & superat eam pp illud qđ inest ei de vehementia, quia medicinæ facientes vomitum sunt fortes velocis motus valde, & necessitas eas in humoribus ad quos non peruenit mundificatio, est ab ꝙ motu necessario, aut pp elongationẽ loci in quo ipsi sunt, aut pp grossitudinem eorum, aut pp viscositatem ipsoꝝ, aut pp eorum malitiam fit vt superẽtur, & extrahantur a corpore, Verumtũ medicinę quæ faciunt vomitum, possibile est cum hmõi virtute qua attrahunt humores ad superiora, vt extrahant eos inde Medicinarum aũt solutiuarũ qñ peruenit vna ad stomachum, non indiget virtute quæ attrahat humores inferius. Humor enim quẽ possibile est ipsas attrahere ex quocũq; loco corporis, fiue sit locus propinquus siue longinquus, attrahitur in via p quam peruenit eis ad corpus. Q. d. si fuerit in loco ⸗ extrinseco, ⸗ tunc ipse peruenit ad intestina velociter: & qñ peruenit ad ipsa, tunc eradicant ipsum tamẽ rem extraneã, & mouentur ad expellendum eum subito ad locum, ad quẽ inest ei p naturam vt expellat, s. ad inferiora. Et si ẽ in loco longinquo, tũc spargit proculdubio invenis spar fione ex longinquo ad propinquum paulatim paulatim, donec perueniat ad intestina: quumq; peruenerit ad intestina, facit operationem filem operationi illiꝰ, qui attrahit ex propinquo, & læsio eius est sicut læsio ipsius. Vere diuerfificatur, qñ humor qui attrahit ex ꝓpinquo, est facilioris malitiæ, & breuioris ꝓfectionis & angustiæ & extensionis. Et ille q attrahit ex longinquo, facit torsionem, & punctura, & angustiã, & tensionem plus & vehementius, qa fm quantitatẽ longinquitatis membrorũ, ex q̃bus attrahunt humores ad intestina, p ipsoꝝ propinquitatem, est augmentũ & diminutio in istis accidentibus. Vere attractio humoꝝ a reliqs membris ab istis, est vnius & eiusdẽ modi, qa effusio humoꝝ qñ fuerit ex membris longinquis vsq; de, tunc ipsi descendunt inferi⁹, & euacuant inde, ẽt si sint in manibus & pedibus, & in mẽbris aljs. Nã si fuerint in manibus, nõ attrahunt in primis, & non penetrant nisi in venis quatuor, quæ sunt in duabus manibus, & post illud in duabus venis quę sunt supra spondylos dorsi, & post illud in venã quæ orit a latere gibboso hepatis, deinde penetrãt in venis quæ sunt in ipso hepate, & post hoc in venis quæ nominant mesarai cæ, & sunt minutæ. Et ẽt qñ trãseunt p orificia venaꝝ aperta ad intestina, ingrediunt in ea, & perueniunt ad spatium ipsoꝝ, & inde euacuant. Si aũt fuerint in pedibus humores, tunc ipsi penetrant & currunt in primis in venas, quę sunt in pedibus, deinde post illud in venas quæ sunt sup spondylos dorsi subtus, & post hoc in venã magnã exeũtem a gibbositate hepatis, & post in venas quæ sunt in hepate, & post in mesaraicas. Et ẽt qñ ingrediunt in orificia venaꝝ aperta ad intestina, expelluntad inferiora, & euacuant: & illud qa supfluitas quæ euacuat cum medicina solutiua in epigloti, & canna pulmonis, attrahit a medicina quæ est in stomacho, & in meri, p cõitatem quæ inest panniculo intrinseco stomachi cum epigloti, & mẽbris quę sunt ante ipsum, peruenit ad stomachũ per membꝝ attrahẽs ex pectore & pulmone, cũ eo quod ipsum attrahit ex epigloti. Quũ ergo peruenit hæc supfluitas ad stomachũ, expellit ex eo ad inferiora. Et non est quidẽ hæc supfluitas multa, neq; est acutatẽ est enim pauca, qa non est poꝰ vt multiplicet supfluitas in membris anhelitus, sicut multiplicat in instẽtis cibi. Et hmõi superfluitas ẽt non est acuta, qñ cor non generat superfluitatem acutam, neq; acgrit dispõnem alią ꝛa hora qua generant in eo supfluitates, peruenit animal ad interitum, siue sint hmõi supfluitates acutæ, aut nõ acutę. Quum aũt superfluitas

Tubal æris qđ sit, vide in re pertorio nostro.

Alia litera, noxiua.

vt superẽtur a natura.

Alia litera, propinqua,

superfluitas est in capite, tunc possibile est qñ attrahit ipsam stomachus p meri, vt fit ei⁹ penetratio in vuula & descendat ad stomachum: & hoc non fit in vigilijs nisi post laborem & pœnam, quia propter lacertos voluntarios positos super caput meri, tunc hora qua sentit homo in vigilijs illud quod descendit ex vuula ad meri, trascat & proijcit illud cum sputo. In somno vero possibile est vt descendat superfluitas in meri ad stomachum, præter quòd sentiat eam dormiens. Verum propter ea q̃ hæc superfluitas descendit ex cerebro, & est propria natura eius vt sit frigida, subtilis, aut viscosa non faciens cafacan, neq; angustiam, neq; nauseam: sed nõ mouerut nisi motu medicinæ solutiuæ, aut cõmotione humoris cholerici q̃uis sit paucus valde, tũc ipsa descendit infertius cum facilitate absq; læsione. Q_2 fi non est aliquid excitans eam ad descẽdendum, tunc indiget vomitu qui mundificet stomachũ ab ea. Superfluitates autem fixæ in vasis cerebri, proprie si sunt grossæ, aut declues ad grossitudinem, sicut reliquæ superfluitates, quæ attrahũtur ex corpore toto, at trahuntur quidem in primis qñ attrahuntur ex vasis cerebri ĩ alachaduan, idest, in duas partes posteriores eminẽtes in capite versus collum, & post illud descendunt ex eis ad duo vasa posita super spondylos q̃ sunt supra velamen, & postea ad venam nominatam kili, & ex ea ad venam quæ est in gibbo hepatis, & ex ea ad venas quæ diuidũtur seu ramificantur ex vena nominata porta, in cõcauo hepatis existẽte, deinde descendunt ad venas quæ diuidũtur ex hac in loco, qui est inter intestina & hepar, quæ nominantur etiam mesaraicæ, & egrediuntur ex orificijs harum venarum apertis ad intestina, & euacuantur sicut reliquæ superfluitates, quæ euacuantur ex omnibus membris. Verum tamẽ attractio harum medicinarũ solutiuarum quando cognoscitur ex genere suo, est res quæ meretur admirationem cognitionis ei⁹. Et ho cetiam oportet vt cõmemoretur, quia medicina solutiua quando ingreditur corpus, tunc non attrahit in primis nisi humorẽ sibi proprium: & post si remanet in eo virtus aliqua, tunc euacuat illud quod est possibile vt euacuetur. Ipsa enim euacuat ex humoribus alijs subtiliores humores, & magis præparatos ad euacuationẽ. Et narro in sermone meo illud, quod est possibile vt ipsa euacuet ex humore proprio, quoniam non est possibile vt extrahat aliquem ex humoribus quatuor secundum cõplemẽtum ex corpore, & remaneat homo in vita sua. Et dum permanet in medicina virtus solutiua, tunc ipsa facit hanc operationem semper, donec interficiat cum virtute sua illum qui accipiteam. Et propter hãc causam necesse est medicis, vt destruant operationem medicinæ solutiuæ, quando non fit eius solutio cum æqualitate seu cum temperamento. Quando autẽ accipitur medicina quæ soluit choleram citrinam, tunc primum quod soluit est illud quod est possibile ipsam attrahere ex humore cholerico. Q_2 si remanet virtus eius post euacuationẽ choleræ, tũc ipsa euacuat phlegma post choleram, quia hoc est subtilius reliquis humoribus remanentibus. Et si remanet etiam in ea virtus post euacuationem eius, quod est possibile ipsam euacuare de phlegmate, tũc euacuat choleram nigrã. Q_2 si accipiatur medicina quæ euacuat phlegma, tũc ipsa incipit & soluit phlegma, & post ipsum soluit choleram citrinam, & post eam soluit choleram nigram. Si autem accipiatur medicina quæ soluit choleram nigram, tunc ipsa incipit & soluit choleram nigram, & post eam soluit choleram citrinam, & post eam soluit phlegma. Et vnaquæq; medicinarum solutiuarum, si in ea etiam remanet virtus post euacuationem horum trium humorum, euacuat sanguinem, nõ qñ humor iste sanguineus sit grossior reliquis humoribus, & ex hac grossitudine sit difficilis ei⁹ solutio: sed hoc fit qñ sanguis est proprior naturæ, & magis necessarius. Et propter illud natura vehementius retinet ipsum, & cõseruat eũ, resistendo semp ne euacuet, donec virtꝰ vio lenter attrahens ipsum debilitetur in fine, & destruat.

Nota q̃ in alia litera Arabica libri Serapionis, nõ habetur Sermo Ioannitij supradictus, de medicina solutiua & vomitiua, quare &c.

De canone compositionis medicinarum solutiuarũ, & quantitate potionis ex eis. Cap. XI.

QVando volumus cõponere ex medicinis simplicibus medicinam compositam, oportet vt accipiamus ex vnaquaq; medicinarum simplicium potionem integram ex tota compositione, ac cipiamus potionem quæ completur ex ℥ vna ℥ simplicium. Nam si sunt duæ, accipiamus ex vnaquaq; media potionẽ: & si sunt, iij, tertiã: & si sunt, iiij, quartam: & ita fit per ratiocinationem fm mensurã numeri medicinarum, ex quibus cõponitur permixtio. Cuius exemplum est, quia quum fit medicina composita ex scammonea & coloquintide & aloe & agarico, tũc qñ potio ex scãmonea est, ʒ. f. & potio coloquintidis est, iiii. danich, & potio ex aloe est, ʒ. ii. & potio ex agarico, ʒ. i. &. iiii. danich, (& in descriptione alia, agarici ʒ. ij.) tunc oportet vt fit potio ex tota hac compositione, ʒ. i, & danich, j. & tirtiagi, j. (& in descriptione alia, potio. ʒ. i, & danich, ii. exceptis duobus granis.)

Alia litera, Iacatibus

De medicinis soluentibus choleram citrinã, & quantitate potionis ex vnaquaq; earum, per quantitatem quæ non noceat. Cap. XII.

EX medicinis soluentibus choleram, oportet vt detur sanis, qui sunt fusci, maciẽti, pilosi in principio iuuentutis, & ꝑprie in æstate, & viris plus q̃m mulieribus, & illis quorum cibi corrumpunt semper, & illis quorum restringuntur naturæ propter ficiratem stercoris, & illis qui trascitur, & quoq; urina est pauca, & vtuntur multum cibis calidis ficcis. Et ex infirmis, illis qui habent icteritiam, & alterationẽ coloris ex dolore hepatis, & carabitum, & est apostema quod fit in cerebro, aut maniam & est de genere epilepsiæ, aut mestire, aut vlcera excoriata, aut formicam aut febrem tertianam. Et secundum plurimum etiam illis, qui habent pleuresim, aut dolorem oculi, aut sodam, & vniuersaliter in ægritudine quæ generatur ex cholera citrina.

Aloes Exhibetres a lo e post cibũ datur.

Aloes quidam dant ex eo in vesperis. Et illud quod oportet, est vt detur in mane. Et illi qui dant ex eo post cibum, errant. Et ipsa quidem euacuat choleram citrinam, grossam, non aquofitatem eius solum. Q_2 fi detur ex eo quãtitas parua scilicet, ix. carath, iiii. danich & ℈. soluit ftercus tantum cum mensura. Et quum medicinæ solutiuæ sint nociuæ stomacho, aloes cũ hoc q̃ non nocet ei, confert ipsi. Quapropter confert illis, quorum stomachus debilis congregat superfluitates, & illis qui sentiunt grauitates in capite, & quibus adueniunt ophthalmia, & eis qui sitiũt multũ, & illis quos cõsequitur imaginatio lædens in somno absq; febre, & illis qui sentiunt horripilationis ambulationem in corporibus suis, & illis qui euacuant inferius ventositates frigidas aut calidas, aut mordicantur intestina eorum, aut sentiunt in stomachis suis inflammationem, aut subuersionem animarum suarum: & illis qui propter multitudinem superfluitatum retentarum in eis, non possunt medicari cum clystere. Et mundificat stomachum, & ventrem, & intestina, & loca propinqua istis. Corpus autem totum non euacuat, nisi detur ex eo quãtitas exhabentes. f. circiter. ii. aut. iij. fm sententiam antiquorum: fm modernorum vero sententiam quæ non nocet. Cap. XIII.

Aloes cõfert eis q̃ nõ post sunt curati, cũ clystere.

tiam,ʒ.ij.aut aur.i.& circiter ipſum,propterea cõmiſcentur ei maſtix,& roſæ,& reliquæ medicinæ facientes ſtypticitatem,& ipſe nocet ano.

Abſinthium.

Abſinthium deponit humorem cholericũ qui eſt in ſtomacho,& ſolutione educit ipſum inferi⁹,& prouocat vrinam.Et proprietas eius eſt vt mundificet ſuperfluitates cholericas, quæ ſunt in venis.Et propter hoc etiam qñ phlegma eſt retẽtum in ſtomacho, ſi datur abſinthium non cõfert aliquid.Et quum reliquis ſpecieb⁹ abſinthij ſint duæ qualitates & duę virtutes, in illo quod aſportatur ex Ponto eſt qualitas faciens ſtypticitatem multam:& in reliquis ſpeciebus abſinthij remanentibus eſt qualitas amaritudinis multę valde.Stypticitatem qñ tu guſtas ipſum, aut ſentis ſenſu occulto debili,aut non ſentis ſtypticitatẽ penitus.

Quare abſinthiũ aromaticũ aſportatũ ex ponto ſit magis eligẽdum in curationibus, ęgritudinum ſtomachi & hepatis.

Propter illud ergo oportet vt eligatur abſinthium quod aſportatur de Ponto,in ægritudine hepatis, & ſtomachi ex phlegmone.Et folia huius ſpeciei, & flores ei⁹, ſunt ſubtiliora valde reliquis ſpecieb⁹ abſinthij, & in flore huius eſt odor aromaticitatis cuiuſdam, & odor reliquarum eſt fœtidus.Quapropter oportet vt fugiatur ab eis,& adminiſtretur ſemper illud quod aſportatur de Ponto.Quod eſt,quia hoc confortat ſtomachũ & hepar,& aperit oppilationem, qm̃ cum eo eſt virt⁹ amara,& abſtergit,& ſubtiliat.Et potio integra ex eo eſt,vt des ipſum cum decoctione aut infuſione ex.v.ʒ.vſq; ad.ʒ.vij.Et ſi accipitur ſolum contritum, tũc in eo eſt quod eſt inter aur.vſq; ad.ij.ʒ.

Ellebor⁹ niger ſoluit cholerã citrinam groſsã valde pluſquã ſcammonea.

Elleborus niger ſoluit choleram citrinam groſſam valde,pluſq̃ ſcammonea,& datur in ægritudinib⁹ recentibus,& in ægritudinibus antiquis,qñ indiget medicina quæ ſoluit choleram citrinam,ſicut mania, & ſoda,& hemicranæa, & materiæ quæ deſcendunt ad oculos,& ægritudines pectoris.Et ipſe eſt iuuatiuus in mundificatione viſcerum valde,& matricis,& veſicæ,& ægritudinib⁹ antiquis in cãna pulmonis,& ictericia,& illis qui ſentiunt ſicut puncturã acuum ex melancholia,aut ſcrofulis,aut bothor,aut formicæ, aut vlceribus habentibus eſcaras excoriatis.Et ſoluit ex reliquo corpore abſq; vehementia,& ſine anguſtia,& proprie choleram citrinam:ſoluit enim ex ea multũ.Et fortaſſe ſoluit choleram nigram.

Elleborus nõ exhibetur ei q̃ hẽt febrem difficilẽ.

Et ſoluit ita cum facilitate,donec datur ex eo ei qui non habet febrem difficilem.Et oportet vt detur ex radicibus eius aur.j. & proprie cum aqua mellis, ſm ſentẽtiam antiquorũ: Moderni autem dant ex eo aur.ß.& quod ipſum efficit bonum eſt permiſceri ei calamẽtum,& origanum, & reliquas medicinas ſubtiles calidas,conferentes ſtomacho.Et oportet ei qui accipit ipſum, vt præcedat, & prohibeatur a cibis.

Scammonea eſt mala ſtomacho pluſq̃ medicinę ſolutiuę oẽs.

Scammonea ſoluit choleram citrinam pluſq̃ elleborus,& eſt mala ſtomacho pluſq̃ medicinę ſolutiuę omnes,& euacuat ſuperfluitates cholericas {recentes in ſanguine,} & oportet vt caueat eam ille qui habet febrẽ,& qui eſt debilis ſtomachi.Et potio integra ſm ſententiam antiquorum eſt.viij.carath,& ſm ſententiam {} modernorum eſt.ii.danich.

Alia litera, pmixtas cum ſanguine

Alia litera, antiquorũ eſt.i.iii.danich & ß.& ſm ſententiam

Patiẽs febrẽ & patiens debilitatem ſtomachi, caueat a ſcammonea.

Et oportet vt miſceantur cum ea medicinæ quæ conferunt ſtomacho,& illæ quæ faciunt eam deſcendere cito a ſtomacho,ſicut piper album,& zinziber,& aniſum,& ſal.Q; ſi neceſſitas prouocat ad hoc,vt detur ex ea illi qui habet debilitatem ſtomachi, tũc oportet vt miſceantur cum ea medicinę facientes ſtypticitatẽ, ſicut aloes,& maſtix,& ſuccus roſarum, {& rob} cytoniorum.

Alia litera, & ſuccus

Pulpa coloquintidis.

Alia litera, & illa.

Pulpa coloquintidis ſoluit choleram citrinam permixtam cum humiditate viſcoſa { } non ex ſanguine,ſicut elloborus niger & ſcammonea, immo ex neruis,& membris neruoſis.Et oportet vt detur ex ea plurimum eius ſm ſentẽtiam antiquorum.ix.carath, & ſunt.iiij.danich & ß.Et quidam dant ex ea vſq; ad aur.i.& ſm ſententiam modernorum aur.ß.& datur cum aqua mellis quãtitate.℥.iij.in qua decocta eſt ruta.Et oportet vt teratur multum, nam ſi nõ terit̃ multum,generat vlcus in inteſtino,& lædit neruos, & nõ nocet inteſtinis ſi permiſceatur cum ea dragagantum. Et oportet vt demus eam illi in cuius capite eſt ægritudo,aut in meninge, & eſt velamen quod eſt ſupra cerebrum:aut in velamine quod eſt ſuper algemgemma, ſicut illis qui habent vertiginem,aut hemicranæam, aut dolorem cranei,aut epilepſiam,aut apoplexia,aut ſpaſmum mandibularum, aut reliqui corporis.Et ad humiditatem oculi antiquam, & ad præparationem anhelitus,& aſthma, & tuſſim antiquam, & dolorem iuncturarum,& ad iſchiaticam,& ad ęgritudines quę ſunt in renibus & veſica.

ſup algẽgẽma .i.ſup craneũ,

Agaricus.

Agaricus ſoluit ſicut coloquintis,verumtamen debilius ea:& operatio eius tardatur,& nõ nocet ſtomacho.Et oportet vt dentur ex eo ſm ſententiã antiquorum,aur.ij.contriti cum aqua mellis,& ſm ſententiã modernorum.ʒ.ij.Et eligatur ex eo album, frangibile,in quo nõ eſt lignum,neq; eſt groſſum,neq; eſt perforatum,corroſum.

Succus cucumeris aſinini.

Succus cucumeris aſinini ſoluit ſicut ſcammonea. Et oportet vt dentur ex eo ſm ſententiam antiquorũ ix.carath,cum lactis recentis mulcti quantitate.℥.j.& ß.& ſm ſentẽtiam modernorũ danich.ij.& ß.aut.ʒ.ß.

Ietua.

Ietua & eſt ſpecies ex mezereon, etiam ſoluit ſicut ſcammonea.Et oportet vt dentur ex eo.ſ.ex lacte ei⁹ iiij.grana aut.v.tantum cum ſauich, aut ficubus, aut paſſulis.Et oportet vt deglutiatur cito, vt non veſicet os & linguam.

Lacterides.

Lacterides,ideſt,granum almeudena,cuius fructus dicitur eſſe amarus, ſoluit ſicut ſcammonea.Et oportet vt dentur ex ea ſm ſentẽtiam antiquorum, ex.vij.granis vſq; ad.xv.grana:& ſm ſententiam modernorum.v.grana.Q; ſi ſtomachus eſt fortis, dentur ſana: & ſi eſt debilis:dentur contrita.

Radix lilij cęleſtis.

Radix lilij cœleſtis ſoluit ſicut agaricus, & proprie ex viſceribus.Oportet ergo vt dentur ex eo ſm ſententiam antiquorum & modernorum.ʒ.ii.

Centaurea.

Centaurea qñ eſt recens,ſoluit choleram citrinam, viſcoſam,mucilaginoſam:& confert proprie ei, q̃ habet iſchiaticam,& bibitur decoctio ei⁹.Et oportet vt dentur ex eo aur.ii.qñ decoquuntur cum ea.iij.quartæ libræ vnius aquæ, donec conſumatur medietas.

Almezereon.

Alia litera, Sebrã

{Almezereõ} ſoluit ſicut ellebor⁹.Et oportet vt detur ex decoctione eius,qñ decoquitur, aur.i.cum tribus.℥.aquæ mellis, & abſinthij duplo.Et quidam faciunt ex eo etiam pilulas,& miſcetur ex eo etiam aur.ß.& ex abſinthio aur.i.& ß.

Polypodium.

Polypodium ſoluit ſicut coloquintis.ſ.humorem viſcoſum,mucilaginoſum,ex ſtomacho & iuncturis, & facit nauſeam.Et oportet vt teratur ex radice eius quantitas aur.ii.& bibatur cum aqua mellis,aut cum aqua hordei.

Ariſtolochia longa.

Ariſtolochia habens ramos ſcilicet longa,quando bibitur ex ea aur.i.cum aqua mellis, ſoluit ſicut coloquintis,& eſt conferens viſceribus.

Myrobalani citrini.

Myrobalani citrini ſoluũt choleram citrinam.Et potio integra ex eis eſt, vt bibatur ex aqua infuſionis eorum,aut aqua decoctionis ipſorum,ex.ʒ.vi.vſq; ad ʒ.xx.Q; ſi accipiantur contriti, tunc ex tribus.ʒ.vſq; ad.v.ʒ.qñ liniuntur cum oleo de amygdalis dulcib⁹, & miſcentur cum zuccharo.Et confert habentibus complexiones calidas.

Myrobalani nigri.

Myrobalani nigri ſoluunt choleram aduſtam, & ſtringunt ſtomachum & anum.Et potio ex eis,ſi accipiuntur infuſi aut elixati,eſt ex.vii.drach.vſq; ad.ʒ.v. (& in deſcriptione alia,ex.ix.drach.vſq; ad.x.drac.)

Si

Si autem accipiuntur contriti, tunc ex duabus drach. vsq; ad.v.drach.

Myrobalani Kebuli.

Myrobalani kebuli soluunt choleram nigram cū virtute, confortant stomachum & ventrem valde, & conferunt hemorrhoidibus. Potio ex eis est sicut myrobalanorum nigrorum.

Aqua granati dulcis & acetosi.

Aqua granati dulcis & acetosi, qñ accipiuntur & teruntur cum pulpis suis, & bibitur ex succo eorū quantitas libræ.ß.cum.xx.ʒ.zucchari, soluit choleram citrinam, & confortat stomachum.

Aqua anabac. anabac ē fructus notus i Syria, iuxta ciuitatē q hodiernis tpibus appellatur Saffet.

Aqua anabac soluit choleram citrinam aggregatā in stomacho & intestinis, & refrenat etiam caliditatē. Et potio ex ea est, quod est inter tertiam lib. vsq; ad lib.5.cum zuccharo.

Cassia fistula. Aqua calida

Cassia fistula soluit choleram adustam, & sedat acuitatem sanguinis, & resoluit etiā apostemata [acuta,] & lenit pectus. Et potio ex ea est ex.ʒ.iij. vsq; ad.ʒ.x. Et soluitur cum aqua calida & bibitur.

Altereniabin. altereniabin est spēs mannę, quę asportatur ex corasen, & vsitatur in Syria, & in ęgypto.

Altereniabin lenit naturam lenitate bona, debili. Et potio ex ea est ex.vii.ʒ. vsq; ad.xx.ʒ. & oportet vt eligatur quæ est alba recens.

Violę siccę.

Violæ siccæ soluunt choleram citrinam, & sedant sodam, & sinātiam. Et potio ex eis est ex tribus.ʒ.vsq; ad.vij.ʒ. Teruntur, & misceantur cum æquali mensura zucchari, & bibuntur cum aqua calida.

Aqua volubilis.

Aquavolubilis soluit choleram citrinam. Et potio ex ea est medietas libræ colatæ non bullitæ, cū pondere.ʒ.xx.de zuccharo.

De medicinis quæ soluunt cholerā nigrā. Cap.XIII.

EX medicinis quæ soluunt choleram nigrā, oportet vt dentur sanis, quorum color trahit ad nigredinem, & sunt macilēti. Quorum corpora sunt sicca, & sunt neruosa, & sanguis quorum est diminutus, & eorum venæ amplæ, & eorum ætates ætas primorum senum. Et illis in quorū naturis est ira, & acuitas, & odiunt homines, & sunt eorum pectora stricta. Et illis qui euadunt ex ęgritudinibus antiquis, & sunt indigentes solutione ex ægritudine. Et illis quorum ægritudines sunt melancholicæ, sicut lepra, & cancer, & reliquæ ægritudines melancholicæ.

Epithymum.

Epithymum est fortius medicinis omnibus soluentibus melancholiam. Et oportet vt detur ex eo quantitas multa, nam si non fit illud, nō soluit. Et nos iam dedimus ex eo multotiens vsq;.v.aur. sm̄ sententiam antiquorum: sm̄ vero sententiam modernorū, aur.ij. Et datur cum lacte recenter mulcto, & cum aqua mellis: (& in descriptione alia, loco aquæ mellis, aqua lactis. Et cōfert etiam decoctio eius cū elleboro nigro.

Calamentū campestre.

Calamētum campestre soluit choleram nigram, & oportet vt dentur ex eo aur.iii.cum aqua mellis.

Flores alhascę.

Flores alhasce & origani. & ipsi etiam soluunt choleram nigram, verūtamen debiliter: quapropter oportet vt misceatur cum eis sal. Et in hominibus etiā sunt qui dant vtrumq; cum aceto.

Lapis lazuli.

Lapis lazuli soluit choleram nigram, & oportet vt detur ex eo aur.i.postquam abluitur. Et si datur non ablutus, facit vomitum.

De medicinis soluentibus phlegma. Cap. XIIII.

EX medicinis soluētibus phlegma, oportet vt detur sanis, & ei super quem vincit frigus & humiditas, & ei cuius ætas est ætas senecta: & in tempore hyemis. Et ex infirmis illis quibus est mollificatio & apoplexia, & illis qui habent tumefactionem similem cacesie, & apostema in carnibus gingiuarū dentium. Et illis in quorum stomachis, & quorum pectoribus, aut quorum venis aggregatur phlegma multū. Et mulieribus qui habent fluxum sanguinis. Et illis q habent multum fluxum sanguinis, & quarum multiplicatur mucilago, & sunt grossæ. Et illis quorum appetitus destruit. Et illis qui habent ægritudinē ischiaticam, qñ est ex humore viscoso: quare resoluit iuncturam ancharum, & extrahit. Et illis qui habent hydropisim carnosam. Et illis qui habent lepram ex humore grosso non calido.

Storax liquida.

Storax liquida soluit phlegma, & oportet vt detur ex eo aur.i. cum aureo vno alkalimbat, sm̄ sententiā antiquorum & modernorum.

Pyrethrum.

Pyrethrum, & hoc etiam soluit sm̄ hanc formam: & oportet vt dentur ex eo sm̄ sententiam antiquorū ʒ.ii.& danich.i.& ß.& secundum sententiam modernorum drach.ii.tantum.

Flores alhascę.

Flores alhascæ duo aur.ex eis sunt potio vna, cum aceto & aqua.

Radix arboris marię.

Radix arboris mariæ, potio ex ea aur. vnus & medius cum aqua mellis.

Chamępitheos

Chamæpitheos potio ex ea est aur.i.& ß. quando teritur & fiunt ex eo pilulę, & deglutitur, soluit phlegma grossum.

Tubal ęris cypriū idest batitura ęris cyprii.

Tubal æris cyprium quando teritur ex eo medius aur. & miscetur cum alkalimbat aur.i.& fiūt ex eo pilulæ, soluit phlegma cum virtute.

Cortex cucumeris asinini.

Cortex radicis cucumeris asinini, quando bibitur ex eo.ʒ.ß.sm̄ sententiam antiquo℞ & modernorum, soluit phlegma cum virtute.

Alkerua.

Alkerua, & hoc etiam soluit phlegma solutione debili: oportet ergo vt excorticetur, & dentur ex eo.xj. grana, & plurimum eius. xvii. grana, sm̄ sententiam antiquorum, & sm̄ sententiam moderno℞.xi. tantū.

Bdellium.

Bdellium soluit phlegma, & oportet vt dent̃ ex eo sm̄ sententiam antiquorum & modernorum aur.ij. cum aqua mellis. Et cōfert proprie illis, quorum oculos abscindunt humiditates.

De medicinis soluentibus aquositatem. Cap.XV.

OPortet vt administrentur medicinæ soluentes aquositatem, ei qui habet hydropisim ascitem & mulieribus quibus est fluxus menstruorum alborum, & illis quibus sunt vlcera, ex quibus egreditur sanies, & illis in quorum membris est inflatio & tumefactio similis cacesię & mollificatio.

Tubal ęris.

Tubal æris, oportet vt sumatur ex eo aur.i.& ß.cū aqua mellis: & oportet vt odoret post parum acetum, vt non euomat ipsum.

Semen vrticę.

Semen vrticæ qñ excorticatur, & teritur, & conficitur cum melle decocto, & deglutitur, soluit cum virtute. Et oportet vt non tangat linguā & caput meri proprie, vt non adurat vtrumq;. Et potio ex eo sm̄ sententiam antiquorum & modernorum est. xx. grana, aut xxv. & plurimum eius.xxx.

Euphorbium.

Euphorbium, quando sumitur ex eo aur. i. & plus cum melle decocto, soluit phlegma, & aquam.

Medulla carthami.

Medulla carthami, quando sumuntur ex ea aur.v. et excorticatur, & teritur cum hordeo, & aliquātulo salis, soluit phlegma.

Ammoniacum.

Ammoniacum, qñ bibuntur ex eo duo aur. cum aqua mellis, soluit aquositatem. Et quidam dāt ex eo hydropicis cum aceto permixto.

De solutionibus & electuariis soluentibus, & primū illius ex medicina solutiua quæ fit similis algiueres, & soluit phlegma. Cap.XVI.

Algiueres ē confectio facta cum zuccharo aut melle.

REcipe heil, & anisi, omniū ana.ʒ.i. cinamomi, salis indi, & scammoneæ, omnium ana.ʒ.ß.macropiperis danich.i.& ß.zucchari.ʒ.iiii. Terantur, & cribellentur, & detur potio.ʒ.iiii. cum aqua calida. Summa medicinarum est.vij.

ELECTVARIVM bonum solutiuum.

℞.turbith albi triti cribellati.ʒ. ii. caryophyllorū, & nucis muschatæ, & croci, & xyloaloes crudi, oīum añ.danich.i.& ß. (& in descriptione alia, danich.ii.) scāmoneæ danich ß. mellis tabarzed.ʒ. iij. Misceant̃, & da totum eo℞ potionem vnam. Summa est.vi.

Medicina

MEDICINA alia soluens illum, cuius complexio est calida.

℞. turbith aur. i. ſcammoneę danich. i. (& in deſcriptione alia, danich. i. & ℈. roſarũ ſiccarum, & ſpodij, & croci, omnium ana danich. i. & ℈. mellis tabarzed ʒ. iii. & ſi addis in ea cymini carmeni infuſi i aceto tor refacti danich. iiii. & ℈. erit bonum. Permiſce, & da totum potionem vnam. Summa medicinarum eſt. v.

MEDICINA ſoluens choleram citrinã bona.

℞. zucchari albaſer. ʒ. x. ſcammoneæ. ʒ. i. & danich ij. Teratur, & cribelletur, & liniatur cũ oleo de amygdalis dulcibus, & detur põdus ℥. iiii. ℈. cum iuleb. Et quidam permiſcent etiam in ea croci parum. Medicinæ ſunt, ij.

zucchari albaſer eſt zucchарum de quo ſcribitur in ſecundo caſi.

A lia litera, drach. iii.

MEDICINA ſoluens quę fit cum amygdalis dulcibus ſublimis.

℞. amygdalarum dulcium ex corticatarum ex̃duobus corticib⁹ ſuis, & cinamomi, omnium anaz turbith boni. ʒ. ij. ſcammoneæ danich. ij. Teratur, & cribelletur, & conficiatur cum melle, & det potio ex ea. ʒ. iiij. in æſtate cum aqua frigida, & in hyeme cum aqua calida. Summa medicinarum eſt. iiij.

MEDICINA alia ſolutiua, quę fit cũ turbith, ad humorẽ mucilaginoſum, frigidũ, viſcoſum, bona.

℞. turbith, zinziberis, zucchari, omnium æquales partes, Teratur, & cribelletur, & det potio ex ea. ʒ. iij. cum vino commixto. Summa medicinarum eſt. iii.

MEDICINA quæ nominatur berafim, fortẽ efficiens ſtomachum, & confert ad malitiam digeſtionis, & punctionem in ano.

℞. myrobalanorum citrinorum, & nigrorũ, & zucchari, omnium ana. ʒ. i. & zinziberis. ℥. ſ. Teratur, & cribelletur, & detur potio ex ea drach. iij. Summa medicinarum eſt. iiij.

MEDICINA alia ſolutiua bona.

℞. aquæ cytoniorum lib. iij. mellis boni lib. ij. aceti ℥. vj. Deco quatur ſuper prunas donec ſtat ei ſubſtãtia mellis, deinde ſumatur zinziberis, & piperis albi, omnium ana. ℥. i. ſcammoneæ aur. iiii. Teratur, & cribelentur cum orali, & pulueriz̃etur ſuper illud, & detur ex ea in potu aur. i. & ℈. ſoluit enim choleram citrinã.

A lia litera, malhedaq.

Q. ſi visvt euacuet phlegma, tunc permiſce cum ea loco ſcammoneæ, ℈ carthami ℥. excorticati ex corticib⁹ ſuis contriti pondus ſcammoneæ. Si autem vis ſoluere choleram nigram, permiſce cum ea epithymũ, aut polypodium, aut elleborum nigrum. Summa medicinarum eſt. vj.

MEDICINA ſolutiua quæ fit cum cytonijs, Sumantur cytonia, & cooperiantur cum prunis, & aſſentur. Et ſumãtur ex carne eorum. ʒ. iiij. & piperis, & zinziberis, amborum ana danich. ij. & ſcammoneę ʒ. i. Terantur, & cribellentur, & conficiantur cũ melle, & det potio põdus. ʒ. i. cũ vino. Medicine ſunt. iiij.

Diacytoniden ſo lutiuum factũ ex carne cytoniorũ a ſatorum.

ELECTVARIVM diacytoniden ſolutiuũ.

℞. cytoniorum mundatorum decoctorum ℔. m modum prædictum, in operatione electuarij diacytonidẽ firmati in capitulo electuarioꝝ lib. i. mellis lib. ij. zinziberis, & macropiperis, omnium ana. ʒ. iiii. cinamomi. ʒ. ii. cardamomi, heil, amborum ana. ʒ. iii. maſticis. ℥. v. turbith. ʒ. xxx. ſcammoneæ. ʒ. x. Miſceatur, & incidatur, ſitq; pondus omnis inciſionis. ʒ. iiii. & detur cum aqua calida. Et qui vult accipere eam, moreẽ ieiunus. Summa medicinarum eſt. x.

Felfelmuni eſt ra dix arboris piperis, ficus. ſcribitur libro 8 hujus tract.

A lia litera, heil, & caryophyl lorũ omnium ana drach. i. turbith ał bi drach. vii.

ELECTVARIVM ſolutiuum ad illum, in cuius ſtomacho eſt phlegma: & ad illum qui non digerit cibum ſuum, & eius natura eſt ſtricta.

℞. myrobalanorum nigrorum. ʒ. vi. piperis, & macropiperis, zinziberis, & felfelmuni ana omniũ ana. ʒ. i. nacas. ʒ. vij. ℈. Terantur, & cribellentur, & ſumatur ex penidijs quantum neceſſe eſt, & liquefcãt, & miſcean tur cum medicinis, & detur potio ex eo per quantitatem nucis cum vino. Summa medicinarum eſt. viii.

ELECTVARIVM quod confert ad tremorem cordis, & confortat ſtomachum, & digerit comeſtia, & ſoluit ventrem.

℞. myrobalanorum kebulorũ. ʒ. xv. taliſafar. ℥. v. maſticis, & zurũbed, & doronici, & cinamomi, (& in loco alio loco cinamomi, caſſiæ lignęæ) omnium ana ʒ. iii. turbith. ʒ. xx. ſcammoneæ. ʒ. iii. penidiorũ. ʒ. xx. Conficiatur cũ melle potio. ʒ. iii. (in deſcriptione alia, ſcammoneæ. ʒ. iij.) Summa medicinarum eſt. ix.

Taliſafar, fuit ſcribit in libro Alcuin arabico, ſm aliquos eſt folia cuiuſdã fruc. Dioſc. R. atis, & eſt folia maſticis, aut fiuntur ei. Et dicitur ał ab q̃ eſt ſtrauaig.

ELECTVARIVM alleriaran, cõferens ad frigiditatem multam in hepate & ſtomacho, & ad hydropicos, & reliquas compſones. Cui⁹ permixtio eſt.

℞. myrobalanorum nigrorum, & bellericorum, & emblicorũ, & piperis, & macropiperis, & zinziberis, omnium ana. ʒ. iiii. cinamomi. ʒ. ii. cardamomi, & caryophyllorum, & heil, omnium ana. ʒ. i. ℔. nucis muſchatæ. ʒ. ſ. feitaragi, neremiſch, omnium ana. ʒ. iiij. turbith. ʒ. x. ſcammoneæ. ʒ. iiii. croci. ʒ. i. mellis quantum neceſſe eſt, aut zucchari par pondus reliquarum medicinarum. Summa medicinarum eſt. xvi.

SEIREARAN aliud deſcriptione Hamaran.

℞. heil, cardamomi, & macropiperis, & zinziberis, neremiſch, cinamomi, omnium añ. ʒ. iiii. ſcammoneæ aur. v. turbith aur. xx. Miſceantur, & conficiantur cũ melle deſpumato, & detur. Summa medicinæ eſt. x.

ELECTVARIVM de dactylis, quod accipitur in febre & abſq; febre, in æſtate & hyeme, & ſoluit abſq; læſione.

Dactyli heyron ſunt. dactyli dicũ bene manũ. Et ſiſt dactyli darfan, ſunt dicyl bene manũ, pingues & ſi cos.

℞. zinziberis, leucopiperis, omnium ana. ʒ. i. ſcammoneæ. ʒ. ii. ℈. carnis ꝺactylorum heyron aut aldarfan, amygdalarum dulcium excorticatarum ex corticibus ſuis, foliorum rutæ, omnium ana. ʒ. iiii. Terant medicinæ ſingulariter, & infundantur dactyli in aceto vini fortis, & terantur per ſe, & coleatur: & terantur amygdalę etiam per ſe, & miſceantur poſt illud cũ cæteris, & conficiantur cum melle, Potio drach. ij. Summa medicinarum eſt. vi.

ELECTVARIVM ſolutiuum, quod fit cũ ℈ mefacunia, ℈ conferens ad podagram, & dolorem iunctarum, & egritudines accidentes ex frigiditate, & inflationem in mirach.

A lia litera, ſcammonea Mefacunia eſt ſi ddãn, & eſt ſpe hermodactylos, & Arabice appellatur & labe mu ẽazele.

℞. ſcammoneæ, & cinamomi, & feitaragi, & zinziberis omnium añ. ʒ. viii. piperis. ʒ. vi. turbith. ʒ. x. macropiperis, & cardamomi, & caryophyllorũ, & ſeminis apij, & ameos, omnium ana. ʒ. iiii. ſalis ammoniaci, & ſalis indi, omnium ana aur. ii. meſacuniæ. ʒ. iii. zucchari, penidiorum, omniũ ana. ʒ. xx. galbani. ʒ. ii. & ℈. Terantur, & conficiãtur cum melle. Potio. ʒ. iiii. aut. ʒ. ij. cũ aqua calida. Summa medicinarũ eſt. xvii.

ELECTVARIVM ſolutiuum ad dolorem colicæ mirabile.

℞. myrobalanoꝝ citrinorum, & nigrorũ, & feitara gi, & zinziberis, & piperis, & macropiperis, & cinnamomi, & caryophylli, heil, cardamomi, & neremiſch & amyli, & caſſiæ lignęæ, & maſticis, & ameos, & ſeminis apij, & ſeminis fœniculi, & aniſi, omnium ana aur. vj. macis aur. ij. epithymi aur. xij. ſcammoneæ aur. x. turbith aur. xvj. ſpicæ, & mentæ ſiccæ, omniũ ana aur. iij. penidiorũ ex zuccharo lib. iij. mellis quantum neceſſe eſt. Terantur medicinæ, & cribellẽtur, & conficiantur cum melle. Potio aur. iiij. Expertum ſanum ad colicam & dolorem ſtomachi cũ ficcitate naturæ. Summa medicinarum eſt. xxvj.

ELECTVARIVM ſolutiuum ad dolorem colicæ, & nominatur ſafaudei.

℞. ſcamoneæ aur. vj. turbith aur. v. piperis, & macropiperis, & macis, & cardamomi, & zinziberis, omnium ana aur. iii. emblici, caryophyllorũ, cinamomi,

nucis

nucis muſchatæ, omnium ana aur. i. ℈ ß. zucchari tabarzed lib. ß. Terantur, & cribellentur, & liniãtur cũ oleo de kerua, & conficiantur cum melle, & detur potio ex eo ʒ. iii. aut ʒ. ii. ſecundum quantitatem virtutis & ætatis. Summa medicinarum eſt. xii.

ELECTVARIVM de radice lilij cœleſtis & alaniuden ad hydropicos.

℞. piperis, ʒ. xx. radicis lilij cœleſtis, ʒ. xxiiij. zinziberis, ʒ. ii. aniſi, maſticis, feminis fœniculi, omnium añ. ʒ. iiii. aniuden ℈ ſiracij ʒ. xvj. ameos, feminis apij, omnium ana ʒ. viii. mellis quãtum neceſſe eſt. Potio quantitas nucis. Summa medicinarum eſt. ix.

Alia litera, nigri

MEDICINA ſolutiua alleuiãs vrinam, & nominatur alnumdeicum mirengi, & eius intentio eſt mingere faciens.

℞. turbith, radicis lilij, ariſtolochiæ longæ, ſerapini, origani, & corurion, (& in deſcriptione alia, & cotrum, & eſt ſuccus eupatorij) & abſinthii, & coloquintidis, & ammoniaci, & opopanacis, & ſeminis apii, omnium æquales partes. Terantur, & infundantur cũ ſuccharo & vino, & ponantur in ſole, & adminiſtres tur. Summa eſt. xi.

MEDICINA ſolutiua quę abſtergit icteritiã.

℞. ſcammonеæ, aloes, ſtiracis, ſeminis attriplicis, omnium æquales partes; teranturq; & detur in potu ex eo pondus drac. i. cum melle ℈ aqua bulliente. Summa medicinarum eſt. iiij.

MEDICINA alia ſolutiua ad icteritiam, mirabilis valde.

℞. ſcammonеæ, ʒ. iiij. myrobalanorum citrinorũ ʒ. vi. ſucci eupatorij ʒ. ii. Teratur & cribellentur, & detur potio ex ea, ʒ. ii. cum aqua endiuiæ & ſuccharo. Summa medicinarum eſt. iij.

ALIA ad icteritiam.

℞. aloes, & ſulfuris, amborũ ana ʒ. iii. caſſiæ ligneę ʒ. ii. Terantur, & detur ex eo pondus ʒ. ii. cum candi dicon permixto cum aqua decoctionis fœniculi, Sum ma medicinarum eſt. iiii.

ALA ad icteritiam.

Capillus veneris teratur, & cribelletur, & detur ex eo pondus ʒ. iiii. cũ aqua decoctionis aniſi. Et aliſ per miſcent cum eo etiam myrobalanos.

MEDICINA ſolutiua ad icteritiã expta & certa.

Succus cichaminis viridis pondus ʒ. iii. ſumatur, & ſolue eum cum. iii. lib. zucchari, & decoque ipſum do nec remaneat tertia, & deſin mane. Certũ & expertũ.

ALIA ad icteritiam & inceptionem hydropiſis, & detur cum lacte camelarum, & aqua caſeij; & ſi eſt illic caliditas, cũ aqua ſolatri, & endiuiæ, & volubilis.

℞. ſucci eupatorij, rauend. croci, omnium ana ʒ. i. & ß. laccæ, feminis cuſcutæ, omnium ana ʒ. ii. florum ſquinanti, ſeminis citruli, ſeminis cucumeris, ſeminis portulacæ, & ſcãmoneæ, & antiochenæ aſſatæ in cytonio, omnium ana ʒ. i. Terantur, & cribellentur, & detur potio ex ea pondus aur. i. cum eo quod videtur ex robub prædictis. Summa eſt. ix.

ALIA quæ ſit cum mezereon, & ſoluit choleram nigram.

℞. mezereon infuſi in aceto exiccati, epithymi, omnium añ. ʒ. i. ſalis indi, myrobalanorum citrinorum, cymini carmeni, omnium ana ʒ. ß. Terãtur, & cribellentur, & detur potio ex ea ʒ. ii. Sũma medi. eſt. vij.

MEDICINA ſolutiua quæ ſit, & ſebrem, ſoluit choleram nigram & phlegma.

℞. ſebrem quę ex eo eſt decliuis ad rubedinem, ʒ. i. myrobalanorum citrinorum, ʒ. ii. Terantur, & cribellentur, & proiiciatur ſuper illos aquæ fœniculi recentis, prerer ꝙ feruеat, donec cooperiat eos; & ponatſi in ſole diebus aliquot donec exiccеt, & ponantſin vaſe. Quũ ergo exiccatur, & prouocat neceſſitas ad ipſum, terræ ex ea pondus ʒ. i. aut ʒ. ii. ℈ m quantitatem virtutis eius qui bibit ipſam, & permiſce eam cum zuccharo, & da eam cum aqua calida.

De pilulis conferentibus ad genera ægritudinũ omnium; quarum hæ ex illis, ſunt pilulæ cõferentes ad febres, quæ ſunt cũ periodis, & ad dolorem hepatis expertæ. Capitulum. XVII.

Alia litera, vespertinus

RЄcipe aloes, & ſucci eupatori, & ſucci abſinthii, & myrobalanorum citrinorum, omnium ana ʒ. iii. maſticis pondus, ʒ. i. croci ʒ. ß. rauend ſeni ʒ. ii. Terantur, & cribellentur, & conficiantur cũ aqua endiuiæ, & fiant pilulæ. Potio ex eis pondus, ʒ. ii. ℥ in ſecundo, ʒ in hora febris. Summa eſt. vii.

PILVLÆ aliæ quæ valent ad febres antiquas, ex humoribꝰ diuerſis ſpiritus, & a putrefactiõe viſcoſa.

℞. rauend, & maſticis, & ſucci abſinthii, & ſucci eupatorii, & ſucci liquiritiæ, omnium ana ʒ. i. myrobalanorum citrinorum ʒ. ii. & ß. feminis apii, & ſeminis fœniculi, omnium ana danich. iiii. & ß. trochiſcorum de roſis pondus. ʒ. ii. ß. hieræ picræ ʒ. x. Teranť, & cribellentur, & conficiantur cum aqua fœniculi, & fiant pilulæ, & dentur. Potio pondus ʒ. ii. cum aqua calida poſt occaſum ſolis per duas horas. Sũma medi. eſt. x.

PILVLÆ quę conferunt ad febres antiquas ex humoribus diuerſis, & ad dolorẽ hepatis, & inceptionem hydropiſis, iuuatiuæ valde.

℞. abſinthii, & ſucci eius, & ſucci eupatorii, & myrobalanorum citrinorum, & aloes, & maſticis, & croci, & rauend, & laccę abluræ, & aniſi, (& in deſcriptione alia, loco aniſi, aſſari) & ſeitaragi ficti, & hieræ picręomnium ana partem. i. Terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua ſolatri, & fiant pilulæ, & detur ex eis põdus, ʒ. i. cum aqua tepida in nocte; & ſi eſt tuſſis, permiſce cum medicinis etiam ex ſucco liquiritiæ, quod ſit æquale medietate ponderis medicinarũ, Summa medicinarum eſt. xii.

PILVLÆ ad febres antiquas.

℞. trochiſcorum de roſis, myrobalanorum kebulorum, omnium ana ʒ. iii. ſucci eupatorij, bedeguard, omnium ana ʒ. ii. abſinthii romani, ſuchaha, omniũ ana ʒ. i. ß. myrobalanorũ citrinorum, ſeminis cuſcutæ, omnium ana ʒ. viii. turbith, ʒ. x. agarici, aloes, omnium ana ʒ. viii. ſalis indi pondus ʒ. i. Terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua fœniculi. Potio pondus ʒ. ii. & ß. Summa medicinarum eſt. xii.

PILVLÆ de eupatorio ad dolorem, hepatis, & icteritiam, & febrem iuuatiuæ.

℞. aloes, ſucci eupatorii, myrobalanorum citrinorum, omnium æquales partes; terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua apij, & fiant pilulæ, & detur. Potio drach. ii.

PILVLÆ ad febres & dolorẽ hepatis, & ſplenis.

℞. trochiſcoꝝ berberis, aloes, ſucci eupatorii, ſucci abſinthii, myrobalanorum citrinorum, omniũ æquales partes. Terantur, & conficiantur cum aqua ſolatri, & fiãt pilulę, & adminiſtrent. Potio ʒ. ii. Sũma eſt. vi.

PILVLÆ quæ conferunt ad febrẽ quartanam.

℞. coſti amari, ſpicæ aromaticæ, chamędreos, cinamomi, croci, aſſari, florum ſquinanthi, carpobalſami, amomi, ſcordei, ariſtolochiæ rotundæ, folij, maſticis, caryophyllorum, gentianæ, ellebori nigri, omnium ana ʒ. ß. epithymi cretenſis, & agarici, & polypodij, & myrrhæ, omnium ana ʒ. iii. aloes abluti ʒ. viii. Teranť, & cribellentur, & coficiantur, & fiant pilulę. Potio ʒ. ii. cum aqua calida. Summa eſt. xxi.

PILVLÆ aliæ ad febrem quartanam.

℞. epithymi cretenſis, & myrobalanorum nigroꝝ & ellebori nigri, & ſucci eupatorii, omnium ana ʒ. i. ſalis gemmæ drach. ß. aloes drach. vi. & ß. Terantur, & cribellentur, & conficiantur, & fiant pilulæ. Potio

ſm

Alia ſtera, ad febrē quartanam.

ſecundum quantitatem virtutis. Medicinæ ſunt. vi.

PILVLÆ quæ fiunt cum altit. ad febrem tertianam & quartanam.

℞. myrobalanorum nigrorum, & ſucci eupatorij, omnium ana. ʒ. ii. granorū naſturtii. ʒ. ii. altit. ʒ. ſ. Terrantur, & cribellentur, & fiant pilulæ, & dentur vnicuiq; ſecundum virtutem eius, & ipſius complexionē. Summa medicinarum eſt. iiij.

PILVLÆ ad melancholicos, & complexionē frigidam, & ad febrem quartanā, & ad dolorē ſplenis.

℞. aloes, coloquintidis interioris, omniū ana. ʒ. v. nigellæ, & zurunbed, & finapis, myrobalanorum nigrorum, omniū ana partem. i. althit partem. ſ. terant, & cribellentur, & cōficiantur cū aqua porri, & adminiſtretur. Summa medicinarum eſt. vj.

PILVLÆ ad ventoſitates lędentes hepar & ſtomachum, & ad febrem.

℞. aloes. ʒ. v. ſucci eupatorij pōdus. ʒ. i. abſinthij romani. ʒ. i. & ſ. maſticis, cinamomi, carui, ameos, ſeminis apij, aniſi, omniū ana danich. ii. (& in deſcriptione alia. ʒ. ſ.) agarici. ʒ. i. Fiant pilulæ, & dentur omni homini ſecundum quantitatem virtutis ſuæ. Summa medicinarum eſt. x.

PILVLÆ *valētes* ad omnes febres cholericas, & *humiditates ſpiſſas* in ſtomacho, & paucitatē appetitus, & *malitiam* digeſtionis.

℞. rofarum pondus. ʒ. i. medullæ ſeminis citrulli, rauend ſeni, omnium ana danich. i. & ſ. maſticis. ʒ. ſ. ſucci eupatorij. ʒ. ij. myrobalanorum citrinorū. ʒ. ii. hieræ picræ, omnium ana. ʒ. vii. Summa medicinarū eſt. vii. Terantur, & cribellentur, & fiant pilulę, & dentur omni homini ſm quantitatem virtutis ſuæ.

PILVLÆ de maſtice & aloe, mundificantes ſtomachum, & conferentes ad ſodam, & recipiuntur in omni hora.

Alia ſtera, nō habet ij, quę ſumūtur poſt cibum.

℞. aloes partes. iij. maſticis partem. i. Terantur, & cribellentur, & cōficiantur cum ſucco ſolatri, & fiant pilulæ. Potio drach. ij.

PILVLÆ quæ ſumuntur poſt cibum, mundificantes ſtomachum ex phlegmate, & confortantes ipſum; & ſoluunt humorem crudum abſq; nocumento.

℞. myrobalanorum nigrorum, & maſticis, & aniſi, & ameos, & ſeminis apij, omnium ana partem. i. ſalis indi partem. ſ. aloes ſm pondus omnium. Terantur, & cribellentur, & cōficiantur cum aqua foliorum citri viridis; & fiant pilulæ. Potio drach. ii. Summa medicinarum eſt. vii.

PILVLÆ quæ conferunt ſtomacho, & confortant ipſum.

℞. abſinthij romani. ʒ. v. trochiſcorū de roſis. ʒ. iii. maſticis, florum ſquinanti, omnium ana. ʒ. ij. ſalis indi ʒ. i. aloes boni ad pondus omnium. Terātur, & cribellentur, & cōficiantur cum aqua foliorum citri boni odoris, & fiant pilulæ, & adminiſtrentur. Potio ex eis ʒ. iii. Summa medicinarum eſt. vii.

PILVLÆ allebeen, quæ dicuntur pilulæ Abri.

℞. aloes. ʒ. vii. maſticis. ʒ. iiij. turbith. ʒ. ix. rofarum ʒ. iij. myrobalanorum citrinorū. ʒ. v. croci. ʒ. ii. terantur, & cribellentur, & adminiſtrentur. Summa medicinarum eſt. vj.

PILVLÆ noſtræ magnę, mundificantes ſtomachum, & caput, & conferunt omnibus complexionibus in hyeme & æſtate.

℞. piperis, & macropiperis, & zinziberis, omnium ana danich. ii. myrobalanorum citrinorū. ʒ. ii. aloes, ſcammoneæ, omnium ana pondus. ʒ. i. turbith. ʒ. vii. croci. ʒ. ſ. Terantur, & cribellentur, & fiant pilulæ magnæ, & adminiſtrentur. Summa medicinarū eſt. viii.

PILVLÆ quæ conferunt ad vapores qui elevantur ex ſtomacho ad caput, & tenebroſitatē viſus, & faciunt deſcendere humores groſſos diuerſos.

℞. myrobalanorum citrinorum, & myrobalanorū nigrorum, omnium ana. ʒ. iiii. myrrhæ, ſucci liquiritiæ, licij, omnium ana. ʒ. ii. folij, caſſiæ ligneæ, florum ſquinanti, roſarū, maſticis, coloquintidis, agarici, omnium ana. ʒ. i. aloes. ʒ. xxi. Terantur, & cribellētur, & conficiantur, & fiant ex eis pilulæ, & adminiſtrentur. Summa eſt. xiij.

PILVLÆ aliæ quæ ſunt conuenientes ad mundificationem ſtomachi ex phlegmate, & expellūt ventoſitates groſſas.

PILVLÆ aliæ.

℞. myrobalanorum citrinorum,been albi,hermodactylorum,radicis almehizahara,aloes,omniũ equales partes. Terantur,& fiant pilulę. Potio drachma.ſ. Medicinę ſunt.v.

PILVLÆ aliæ ad podagram.

℞. fatirion.ß.j. hierę.ʒ.iij.hermodactylorũ.ʒ.j. meizahara.ʒ.ij. Terantur,& fiãt pilulę,& dentur. Omnes ſunt potio.ʒ. Summa medicinarum eſt.xiij.

PILVLÆ ad dolorem iunCturæ & podagrã.

℞. hierę picręturbith,omnium ana.ʒ.iiij. fatirion, hermodactylorum, meizaharan,omniũ ana.ʒ.ij. myrobalanorum citrinorum.ʒ.iij. bdellij.ʒ.ij. ſalis ind i aur.i. ſerapini,ſeminis apij,omnium ana.ʒ.ij. ſeitaragi.ʒ.ij.℈. origani perſici,zinziberis,omnii ana aur.i. Terantur,& conficiantur cum aqua caulis. Potio eſt ʒ.iij. cum aqua calida. Summa medicinarum eſt.xiij.

PILVLÆ Abuſeid,valentes ad podagram, expertę,ſanę.

℞.hermodactylorum,ſatirion, meizahara, rubeę, ſeitaragi,omnium ana.ʒ.v.ſalis indi.ʒ.iij.folioꝝ cappariſ,(& in deſcriptiõe alia,& fructus eius) & alcañę de Mecha,omnium ana.ʒ.v.myrobalanorum kebulorum.ʒ.vij.myrobalanorum citrinorũ.ʒ.x. agarici ʒ.x. turbith.ʒ. xv. hierę.ʒ. viij. bdellij.ʒ. iiij. Infunde bdellium cum aqua fœniculi,aut aqua ſolatri,& mortifica ipſum bene,& confice cum eo medicinas,& fac ex eis pulſas,& inunge digitos tuos oleo de lilio. Potio eſt.ʒ.ij.aut.ʒ.ij.ſ. Summa medicinarum eſt.xv.

PILVLÆ aliæ Abuſeid, quę bibuntur apud inceptionem ęgritudinis.

℞. myrobalanorum citrinorum, bellericorũ, emblicorum,zinziberis,omnium ana aur.ij.origani perſici aur.iij.ſeitaragi indi aur. vj. & ℈. ſalis indi aur.ij. hermodactylorum aur.x.& ℈. penidiorum aur.vi.& ℈. bdellij aur.ix.& ℈. Conficiantur cum aqua ſolatri, & fiant pilulę. Potio.ʒ.ij.℈. Medicinę ſunt.x.

PILVLÆ Abhalfadhil,ad podagram.

℞. ſalis indi,origani perſici,omnium ana drach.ij. myrobalanorum citrinorum,bellericorum, emblicorum,zinziberis,omnium ana drach.iiij. (& in deſcriptione alia,loco drac.iiij.danich,iiij. bdellij drac.vij. hermodactylorum drach.xxij. penidiorum drac. xv. ſeitaragi drach.xiij. turbith drach.xx. aloes drach.x. Mortificetur bdellii cum aqua ſolatri,aut aqua caulis,& fiant pilulę. Potio drachma.iij. Summa medicinarum eſt.xij.

PILVLÆ Iſaiæ,ad dolorem iunctuarũ,& podagram,expertæ,probatæ.

℞.aloes,ʒ.i.meizahara,myrobalanorum nigror̃, oĩum añ.ʒ .ij. (& in deſcriptiõe alia.ʒ.iiij.)ſatirion,& peoniæ,oĩum ana,ʒ.ij.caryophyllor̃.ʒ.ij.Fiant pilulę cum ſucco caulis.Potio.ʒ.ii.cum aqua decoctionis anethi & melle. Medicinæ ſunt.vi.

PILVLÆ ad humorem groſſum, viſcoſum,& ventoſitates groſſas,& iſchiaticã,& podagram, & ſtuporem,& confortant ſtomachum, & ſoluunt naturã abſq; nocumento.expertæ.

℞.ſerapini,bdellij,ammoniaci,ſalis indi,ſeitaragi, & alfeſiręæ,& feſtreſtim,ſeminis harmel,acori, ſemis nis apii,omnium ana aur.ʒ.hierę,iomaſalti,oĩum ana ʒ.v.coloquintidis interioris,ʒ.iii. Teranf, & fiant pilulæ.Potio eſt,ʒ.ij.ſ. Medicinæ ſunt,xiii.

PILVLÆ quæ vocantur deſehir, & conueniũt ad incẽptionem aquæ in oculo.

℞.aloes,ʒ.xxxij.maſticis myrobalanor̃ citrinor̃, roſar̃,oĩum ana,ʒ.x.croci.ʒ.ij.turbith albi.ʒ.iij. Fiãt pilulæ cum aqua ſolatri, aurcum aqua endiuiæ.

PILVLÆ de pyretbro,conferentes ad dolorẽ iunctũrarum.

℞.aloes,ʒ.xv.maſticis.ʒ.v.myrobalanor̃ citrinorum,ʒ.viii.dragaganti, leucopiperis, omniũ ana.ʒ.ij. pyretbri,ʒ.iiij.ſerapini,& coloquintidis interioris,& epithymi,& gũmi,oĩum ana,ʒ.vi.ſcammonex.ʒ.iiii. turbith.ʒ.xx.granor̃ nil.ʒ.v.Terantur, & cribellent, & conficiantur.Potio.ʒ.ij,& plus & minus ſm quantitatem virtutis. Medicinæ ſunt.xiij.

PILVLÆ de hiera,mundificantes ſlõm,& prohibent vapores aſcendere ad caput, bonæ, expertæ.

℞.hierę.ʒ.v.turbith.ʒ.viii.ſalis indi.ʒ.i.ſ. myrobalanor̃ kebulor̃.ʒ.v.bdellij iudaici.ʒ.iii. Teranf,& cribellenf,& infundatur bdellium, & conficiant cum eo medicinæ, & fiant pilulæ. Potio, ʒ.ii.ſ. cum aqua calida. Medicinæ ſunt.v.

PILVLÆ ſtomaticæ Gabrielis filij Meſuæ.

℞.turbith.ʒ.xxx.epithymi,ʒ.xij. granor̃ nil. ʒ.x. ſarcocollæ. ʒ. viij.colognitidis interioris.ʒ.vj.ſcãmonex.ʒ.vii.aloes,ʒ.xx.Terantur, & cribellent, & fiant pilulæ.Potio,ʒ.ij.ſ. Medicinæ ſunt,vii.

PILVLÆ aliæ.

℞.hierę.ʒ.x. myrobalanor̃ citrinorum,epithymi, agarici,polypodij,ſalis indi, granor̃ nil, ſcammoneę omnium ana.ʒ.iiij.turbith,aloes,omnium añ.ʒ.xiiii. coloquintidis,ſenę de Mecha,omnium ana,ʒ.ii.bdellij pondus.ʒ.i.Teranf,& conficiant cum aqua aniſi,et fiãt pilulæ.Potio,ʒ.ij.ſ. Summa medicinarũ eſt. xiiii.

PILVLÆ quæ dicuntur teſihir,& conueniunt ad inceptionem aquæ in oculo,expertæ.

℞.aloes.ʒ.xxxii.maſticis,myrobalanorum citrinorum, roſarum, omnium ana drach.x. croci drach.ij. turbith albi drach.iii.

De trochiſcis,conferentibus ad omnem ægritudinem. Cap. XVIII.

TROCHISCI Stellæ,valentes ad omnẽ ægritudinem ſtomachi debilis,q̃ ſuſcipit materias, & eructuationem acetoſam,& ad dolorẽ capitis, q̃ bibuntur,& linitur ex eis ſuper frontem cũ aceto: & ad ſputum ſanguinis,& excoriationem, & ad mordicationẽ reliquorum reptilium,q̃ ſumuntur cum aqua rutæ: & ad corrizam,& tuſſim antiquã,& febres quæ ſunt cum periodis,& ad dolorem aurium, q̃ funditur ex eis in aurem cum aqua ſpampſuchi:& ad fluxum ſanguinis,& ad dolorem gingiuarum,quando conficiuntur cum galbano:& etiam quando ponuntur in loco corroſo. Quorum permixtio eſt talis.

℞ Recipe myrrhæ,ſpicæ,caſtorei,caſſię ligneę,ter ræ ſigillatæ,corticis radicis mandragoræ, omnium ana.ʒ.iiii.croci,opij,coſti, omnium ana. ʒ.v.papaueris.ʒ.vj.(alias.viii.) dauci, aniſi, ſiſeleos, ſeminis ſuſquiami albi,ſtoracis ſiccæ, ſeminis apij, omniũ ana ʒ.viii.(& in deſcriptione alia,talk.ʒ.iiii.) Terantur ſiccа,& ſoluantur quæ ſoluunt cum vino odorifero,& fiant trochiſci,fiãt trochiſcus,ʒ.ſ. & exiccent in vmbra,& adminiſtrentur. Summa medicinarum eſt. xvi.

TROCHISCI de ſeminibus,valentes ad illũ cuius ſoluit natura ex debilitate viſcerũ, & vlcera quę fiunt in inteſtinis, & ad illos qui non digerunt cibos ſuos,& ad punctionem vehementem,& tenaſmon,& fluxum ſanguinis aſſiduum mulierum,experti.

℞.granorum myrrhi.ʒ.ii. ſeminis fœniculi, aniſi, ameos, ſeminis apij, ſeminis iuſquiami, dauci, omniũ ana,ʒ.i. opij.ʒ.vi. Teranf, & conficiant cũ vino, & adminiſtrent trochiſci,fiãt trochiſcus pondus.ʒ.ſ. Adminiſtrent trochiſci poſt. vi. meſes. Medi. ſunt.viij.

TROCHISCI de roſis,deſcriptione Aſclipiadis,infrigidant & confortant ſtomachum mollem, in quo eſt principiũ læſionis calidæ humidæ, & ſubuerſionem ſtomachi,ad eum qui habet aduſtionem & in flammationem. Quorum permixtio eſt.

℞.roſarum recẽtium aur. vi. radicis liquiritiæ aur. iiii. ſpicæ aur.i. Terantur,& cribellentur,& conficiantur cũ rob,& fiãt trochiſci,fiãt trochiſcus.ʒ.i. & exiccentur in vmbra, & adminiſtrent. Medicinę ſunt.iii.

TROCHISCI de roſis,ſecundum deſcriptionem ſuper quam eſt aggregatio,qui cõferunt ad febrẽ ex phlegmate,& ad dolorem ſtomachi, & mũdificãt, & exiccant ſtomachum humidum,ſani.

℞.roſarum,ʒ.xx. ſucci liquiritiæ, aut radicis eius, & ſpicæ,omnium ana.ʒ.xv. Terantur. & conficiantur cum rob,& fiant trochiſci,& exiccentin vmbra,fiãt pondus trochiſci.ʒ.j.& dentur cũ eo qui conuenit ex potibus. Summa medicinarum eſt.iii.

TROCHISCI de roſis,conferentes ad dolorem ſtomachi,& apoſtema quod ſit in eo.

℞.roſarum ſiccarum.ʒ.v.ſpicæ,radicis liquiritię, omnium ana.ʒ.iiii.melliloti, florum camomillæ, ſummitatum ſquinanti,omnium ana.ʒ.iii. maſticis, carabæ,omnium ana.ʒ.ii. Terantur, & conficiantur cum rob,& fiãt trochiſci,fiãt trochiſcus aur.i. Et exiccentur in vmbra,& adminiſtrentur, & dentur ad apoſtemata cum aqua ſolatri,& ad dolorem ſtomachi cum aq̃ aniſi & maſticis,aut cũ mua. Medicinæ ſunt.viij.

TROCHISCI de roſis, valentes ad ſtomachũ ex febre phlegmatis.

℞.roſarum ſiccarum.ʒ.ij.ſpicæ,radicis liquiritiæ, omnium ana,ʒ.j.carabæ,maſticis, omnium añ.ʒ.vij. (alibi.ʒ.vi.)xylobalſami.ʒ.v. Terantur,& cribellent, & conficiantur cum rob antiquo,& fiant trochiſci, & dentur. Medicinæ ſunt.vi.

TROCHISCI de roſis ſolutiui, & capiuntur in æſtate.

℞.roſar̃.ʒ.x.ſpicæ, radicis liquiritię,omnium añ. ʒ.v.ſcammoneæ,ʒ.iij. Terãtur,& cribellentur , & fiãt trochiſci, & detur ex eis trochiſcus, j. cũ aqua frigida. Summa medicinarum eſt.iiii.

TROCHISCI qui conferunt ad febrẽ tertianam,cum ſiti,& ſoda,& inquietudine, & conſtrictione naturæ & vomitu.

℞.mezereon qui aſportaf Alacard, & farinę hor dei,& zuccharitabarzed,& myrobalanorũ citrinor̃, omnium ana.ʒ.ij.Teratur mezereon cum myrobalanis,& cribelletur cum orali,& cribellet farina hordei deſuper:deinde tere zuccharũ, & permiſce ipſum cũ eo,& conficiatur cum aqua roſata,(alibi cum aqua frigida)& fiant trochiſci,fiãt pondus drachmæ vna trochiſcus, & detur cum aqua roſata. Summa medicinarum eſt quatuor.

Trochiſci

TROCHISCI auctrion, & eſt eupatorium, conferentes ad febres antiquas, & dolorem hepatis, & icteritiam.

℞. roſar. ʒ. v. ſpicæ, ʒ. ii. ſpodii, ʒ. i. ſucci eupatorii ʒ. viii. Teranť, & conficiantur cum aqua altereniabin, & fiant trochiſci, & dentur cum eo qui cõuenit ex potibus. Summa medicinarum eſt. iiij.

TROCHISCI de ſpodio & terreniabin, q conferunt febri, & extinguunt.

℞. roſar. ʒ. vi. terreniabin, ʒ. iiii. amyli, ʒ. iii. gũmi, dragaganti, ſpodii, croci, omnium ana. ʒ. ii. Terantur, & cribellentur, & ſoluat, terreniabin cum mucilagine pſyllii, & conficiant cum eo medicinæ, & fiant trochiſci, & adminiſtrentur. Summa medicinarum eſt vii. Et quidam addunt in eis citrulli, & ſeminis oleris benedicti, & ſeminis cucurbitæ dulcis, oſum ana. ʒ. ii.

MODVS aliustrochiſcorum de ſpodio, conferentium ad febres & inflammationem, & extinguũt.

℞. roſar. ʒ. vi. ſpodii, dragaganti, gummi omnium ana. ʒ. iiii. ſeminis citrulli, & ſeminis cucurbitæ dulcis & ſeminis cucumeris, omnium excorticatorũ, & ſeminis oleris benedicti, & radicis liquiritiæ, omnium añ. ʒ. viii. croci. ʒ. ii. amyli, ʒ. iii. cãtorę pondus. ʒ. i. Teran tur omnia, & conficiantur cum mucilagine pſyllii, & fiant trochiſci, & dentur. Medicinæ ſunt. xii.

TROCHISCI de ſpodio cum ſemine acetoſę, valentes ad febrem tertianam, quæ eſt cum ſolutione choleræ citrinæ.

℞. roſarę ficcatę. ʒ. viii. gummi, ſeminis acetoſæ tor refacti excorticati, amyli torrefacti, omniũ ana. ʒ. iii. ſpodii. ʒ. iii. croci, ʒ. ii. Teranť, & cribellenť, & cõfician tur cum aqua agreſtæ, aut aqua granati acetoſi, & fiãt trochiſci, & dentur cum rob agreſtæ puro, aut cũ rob ribes. Summa medicinarum eſt. vi. Et alii addũt boli armeni, & ſucci berberis, omnium ana. ʒ. ii. caſtaneaꝝ rum torrefactarum. ʒ. ii.

TROCHISCI Alcort, valentes ad febrem cũ ſolutione choleræ citrinæ.

℞. cort. ſpodii, ſeminis acetoſæ torrefacti, granorũ myrthi alborum, glandium, omnium ana. ʒ. iii. maſticis, terræ ſigillatæ, omnium ana. ʒ. i. Terantur, & conficiantur cum aqua, & fiant trochiſci, & dentur cũ rob cytoniorum puro. Summa medicinarum eſt. vii.

TROCHISCI abicureis, conferentes ad lenitatem naturæ, & inflãmationẽ & caliditatẽ in hepate.

℞. ſpodii, berberis, xyloaloes crudi, ſeminis acetoſæ excorticati, maſticis, ſuch. i. gallæ, oſum ana aur. i. gummi aur. iii. roſarum aur. v. Terantur, & conficiantur cum aqua roſata, & fiant trochiſci, & dentur cum ſyrupo de citro.

TROCHISCI de balauſtijs, conferentes ad ſolutionem naturæ, & ad eum qui egerit ſaniem, & ſanguinem, & viſcoſitatem, & tenaſmon.

℞. balauſtiarum, cort, ſumach, glandiũ torrefactarum extinctarum in acero, ſauich agreſtę, (& in deſcriptione alia, loco agreſtæ, nabach) & granoꝝ myrthi, omnium ana. ʒ. viii. gallæ rorrefactæ extinctæ in aceto, cymini infuſi in aceto & torrefacti, omniũ ana ʒ. iii. Teranť, & cribellenť, & conficianť cum ſucco roſarę, aut ſucco arnoglоſſæ, aut ſucco malorę, & fiãt tro chiſci, quoꝝ vnuſquiſq; ſit. ʒ. i. Et dentur cũ eo quod conferet ex potibus, Medicinæ ſunt, viii. Et alii addũt ſuch idesť gallæ drach. ii.

TROCHISCI de berberis, valẽtes ad febrem acutam, & apa hepatis, & ſitim multam vehementem.

℞. berberis, aut ſucci eiꝰ. ʒ. iiii. ſeminis citrulli, maſticis, ſpodii, omnium ana. ʒ. ii. laccæ, rauend, omniũ ana. ʒ. i. roſarę. ʒ. xii. croci. ʒ. i. ſpicæ, ſucci eupatorii, radicis liquiritiæ, tereniabin, omnium ana. ʒ. ii. Teranť, & fiãt trochiſci. ʒ. i, & dentur cum eo quod conuenit ex potibus. Summa medicinarũ eſt. xii. Et alii addunt ſucci abſinthii. ʒ. ii. & aſſari, & ſeminis apii, & ſeminis fœniculi, omnium ana. ʒ. i. rubeæ tinctorum. ʒ. ii. ſ.

DESCRIPTIO alia trochiſcoꝝ de berberis, q conferũt ad dolorẽ hepatis cũ febre, & ſiti, & icteritia.

℞. roſarę recentiũ. ʒ. vii. ſucci berberis, tereniabin, omniũ ana. ʒ. iii. cuſcutæ ſiccæ, aut ſeminis eius, ʒ. i. ſucci eupatorii. ʒ. ii. ſeminis citrulli. ʒ. ii. ſ. ſpicæ, ſpodii, omnium ana. ʒ. i. ſ. croci, laccæ, rauend ſeni, oſum ana. ʒ. ii. ſucci liquiritiæ. ʒ. ii. ſ. Terantur, & conficiantur cum aqua tereniabin, aut ſucco endiuiæ. Summa medicinarum eſt. xii.

SPECIES alia trochiſcorum de berberis, conferentium ad febrem, & inflammationẽ, & ſitim, & anguſtiam, extinguunt valde.

℞. berberis, aut ſucci eius, & ſucci liquiritiæ, & ſpodii, omnium ana. ʒ. iii. ſ. ſpicæ. ʒ. ii. ſeminis citrulli. ʒ. iii. & ſ. roſarę. ʒ. vi. ſeminis portulacæ, croci, amyli, dragaganti, omnium ana. ʒ. ii. canforæ. ʒ. ſ. Terantur, & conficiãtur cum aqua tereniabin, & fiant trochiſci, & adminiſtrentur. Non rememorantur in deſcriptione alia, ſpica, neqꝫ ſemen citrulli.

TROCHISCI cõferentes ad febres, & inflam mationem, & aſthma, & inquietudinem & vomitũ, & leniunt naturam, & ſunt ſani valde experti.

℞. roſarę. ʒ. vi. ſeminis cucumeris, & maſticis, & rauend ſeni, ſucci eupatorii, omniũ ana. ʒ. iii. croci, ʒ. ii. aloes. ʒ. i. Teranť, & cõficianť cum aqua frigida, & fiãt trochiſci, ſiccꝫ trochiſcus. ʒ. ſ. & da ipſum in potu cum aqua citrulli. Summa medicinarum eſt. vij.

TROCHISCI de rauend, conferentes ad gra uitatẽ in hepare & ſplene, & apoſtemata in eis, & perꝰcuſſionem cadentem in hepate, cuius permixtio eſt.

℞. rauend ſeni. ʒ. viii. rubeę, laccæ, omnium ana. ʒ. iiii. ſeminis apii, ſucci eupatorii, aniſi, omnium ana. ʒ. iii. Terantur, & cribellentur, & fiant trochiſci, quorũ vnuſquiſqꝫ ſit. ʒ. i. & dentur cum eo qui cõuenit ex potibus. Medicinæ ſunt. vj.

TROCHISCI de lacca, conferentes ad oppiliationes in hepate & ſplene, & febrem antiquam, & prouocant vrinam.

℞. laccæ mundatæ, rubeæ, aniſi, ſeminis apii, abſinthii, aſſari, amygdalaꝝ amaraꝝ excorticataꝝ, coſti, rauend, ariſtolochiæ longæ, ſucci eupatorii, ſucci liquiritiæ, ſucci berberis, omnium ana partes æquales. Terantur, & cribellentur, & fiant trochiſci, quorũ vnuſquiſqꝫ ſit. ʒ. i. & dentur cũ eo qui conuenit ex potibus. Summa medicinarum eſt. xiij.

TROCHISCI de abſinthio aperiunt oppilationes in hepate, & cõferunt ad febrem antiquam, & prouocant vrinam.

℞. abſinthii, & aniſi, & aſſari, & ſeminis apii, & amygdalarum amararũ excorticatarum, oſum æquales partes, Terantur, & conficiantur cum aqua, & fiãt trochiſci, & adminiſtrentur. Medicinæ ſunt. v.

TROCHISCI de aniſo, cõferẽtes ad hepar, & febrẽ antiquã, & apiũt oppilatiões & ſoluũt naturas.

℞. aniſi. ʒ. iii. abſinthii, aſſari, ſemis abſinthii, amygdalaꝝ amaraꝝ excorticataꝝ, ſpicę, maſticis, folii indi, ſeminis anethi, omnium ana. ʒ. i. eupatorii. ʒ. ii. aloes ʒ. iiii. & ſ. Teranť, & conficianť cum aqua decoctiõis abſinthii, & fiant trochiſci, quorũ vnuſquiſqꝫ ſit. ʒ. i. & conficianť cum ſeconabin, Medicinæ ſunt. xi.

TROCHISCI de rubea tinctorũ, cõferẽtes ad grauitatẽ in ſplene, & dolorẽ hepatis, & febrẽ antiquã.

℞. rubeæ, ʒ. xii. corticis radicis capparis, ariſtolochiæ longæ, radicis liquiritię, omniũ æquales partes. Teranť, & conficianť, & fiant trochiſci cũ ſeconabin, & denť ex eis põdus. ʒ. ii. cum aqua decoctionis abſinthii, Summa medicinarum eſt. iiij.

Cortę ſ fructus arboris, ex quo fit acatia, & e notis in Aegypto.

TROCHISCI ad febres antiquas.

℞. succi eupatorij, succi absinthij, aloes, oſum ana 3. v. & myrobalanorum, 3. iii. rauend, masticis, omniũ ana. 3. i. croci, 3. f. Terantur, & conficiantur cum fecabinabin, & fiant trochiſci, & dentur cum aqua endiuię & cuſcutæ. Summa medicinarum eſt. vii.

TROCHISCI de cuſcuta, valentes ad febres antiquas, & extinguunt.

℞. ſeminis citrulli, ſeminis oleris bñdicti, ſeminis fumiterræ, omnium ana. 3. iii. ſuchaha, bedeguard, fumi terræ, omnium ana. 3. iiii. dragaganti, gũmi, amyli, omnium ana. 3. i. & f. ſpodij, & roſarum, & ſeminis cuſcutę, omnium ana. 3. iiii. tereniabin. 3. xxx. zuccha ri albolir. 3. xxx. croci. 3. iii. Terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua, & fiant trochiſci, & admini ſtrentur. Medicinæ ſunt. xv.

TROCHISCI de. x. medicinis, cõferentes ad febres quartanas antiquas, & dolorem hepatis, & tumefactionem cachecticam.

℞. aniſi. 3. iiii. aſſari, folij indi, abſinthij, ſeminis apij ſpicæ, amygdalarum amararum excorticatarum, maſticis, omnium ana. 3. i. alos. 3. ii. ſucci eupatorii. 3. iiii. Terantur, & cribellentur, & conficiant cum decoctione abſinthij, & fiant trochiſci, quorum vnuſquiſq; fit 3. i. & detur cum aqua calida. Sũma medicinæ eſt. x.

TROCHISCI ad febrem quartanam.

℞. abſinthij, polij, felfelmuni, ſeitaragi, omniũ ana 3. i. radicis liquiritiæ, pyrethri, ſpicæ, taliſafar, omniũ ana. 3. ii. ſucci eupatorii. 3. iii. aloes. 3. iii. Terantur, & cribellenter, & conficiantur cum aqua, & fiant trochiſci, & adminiſtrentur. Summa medicinarum eſt. x.

TROCHISCI de canfora, valentes ad febrem inſla mmatiuam, & ſodam ex caliditate, & extinguũt valde.

℞. ſpodii. 3. iiii. roſarũ. 3. vii. ſeminis citrulli, ſeminis portulacæ, ſeminis cucurbitæ dulcis, dragaganti, gũmi, ſpicæ, liquiritiæ, xyloaloes crudi, cardamomi, omnium ana. 3. iii. croci. 3. ii. zucchari tabazed, tereniabin, ana. 3. vii. canforæ. 3. i. f. Terãtur, & conficiantur cum mucilagine pſyllii, & fiant trochiſci, & adminiſtrentur. Et quidam addunt in deſcriptione, ſandali albi. 3. v. laccæ mundatæ. 3. iii.

TROCHISCI alrodunon ad ſimile illius.

℞. roſarum. 3. vi. ſpicæ, croci, omnium ana. 3. ii. ſuccii liquiritiæ, tereniabin, omnium ana. 3. iii. dragaganti, & gummi arabici, omnium ana. 3. i. Conficiantur, & fiant trochiſci, & adminiſtrentur. Summa eſt. vii.

TROCHISCI de capparibus ad ſplencticos.

℞. corticis radicis capparis, ammoniaci, omniũ añ. ſextaria duo, ariſtolochiæ lõgæ, piperis, ſeminis agni caſti, & ſeminis alfalgdi, omnium ana. 3. iii. Soluaſam moniacum cum aceto, & conficiantur cumꝑo ſicca, & fiãt trochiſci, vnuſquiſq; 3. i. f. & denſ cũ ſecaniabin.

TROCHISCI ad ſplenetícos.

℞. ſpicæ, aſſari, maſticis, omnium ana. 3. i. ſucci eupatorij, ſucci abſinthij, omnium ana. 3. ii. corticis radicis capparis, rubeæ, ſeminis agni caſti, omnium ana, drach. vi. (alibi, vii.) fiant trochiſci, quorum vnuſquiſq; fit drach. i. & detur.

TROCHISCI ad ſplenetícos, quibus eſt ſcili cet apoſtema in ſplene antiquum.

℞. corticis radicis capparis infuſi in aceto, rubeę, ſeminis agni caſti, ariſtolochiæ longæ, aſſari, maſticis, ſucci abſinthii, ſucci eupatorii, rauendſeni, coſti, cinamomi, polij, amygdalarum amararum, origani, cameſtris, calamenti montani, gentianę, aniſi, granorum alkekengi. (& in deſcriptione alia, petroſelini loco alkekengi ſeminis apij, ſiſeleos, omnium æquales partes. Terantur, & cribellentur, & conficiantur cum æqo, & adminiſtrentur. Summa eſt. xx.

TROCHISCI ad ſplenetícos mirabiles valde.

℞. corticis radicis capparis infuſi in aceto exiccati 3. viii. ſeminis agni caſti, ariſtolochiæ longę, ſcolopendriæ, omnium ana. 3. ii. opopanacis. 3. iii. radicis liquiritiæ, (& in alio bugloſſæ) 3. viii. Terantur, & conficiãtur cũ aceto, & adminiſtrenf. Medicinæ ſunt. vi.

TROCHISCI de ſcolopendria ad dolorem hepatis & ſplenis.

℞. ſcolopendriæ. 3. iiii. polii, fructus tamariſci, nigri, granorum alben, granorum alkekengi montani, glandium, opopanacis coſti, omnium ana. 3. ii. abſinthij. 3. iii. Terantur, & fiant trochiſci cum aceto, & adminiſtrentur. Medicinæ ſunt, ix.

TROCHISCI valentes ad ſplenem.

℞. fructus tamariſci, & eſt alcarmezech. 3. x. ſcolopendriæ. 3. vii. granorum alben. 3. vi. ſeminis agnicaſti, polij, omnium ana. 3. v. corticis radicis capparis. 3. vii. ariſtolochiæ longæ. 3. vi. rubeæ. 3. v. Terantur, & conficiãtur cum aqua extremitatum alkalef, ſeu cum aqua foliorum alkalef, & aqua extremitatum tamariſci, & fiant trochiſci, & dentur in potu cum vino. Medicinæ ſunt. viii.

Al Karmazech ẽ fructꝰ tamariſci

TROCHISCI ad ſpleneticos, & liquefaciunt apoſtemata quæ fiunt in ſplene, Gal.

℞. fructus alherki, & eſt fructꝰ alhatul, & dicitur rhanus, & inueni in breuiario Cryſtelli fructus tamariſci, aur. iii. piperis albi, ſpicæ ℥. ammoniaci, omniũ ana. 3. ii. Terantur ſicca, & cribellentur, & ſoluat ammoniacum cũ aceto ſquillitico, & proijciat ſuper ſicca & fiant trochiſci, ſitq; põdus cuiuſq; aur. i. & detur cũ pondere. xii. chirat ſecaniabin. Et ille qui dedit nobis hanc medicinam, dixit quia dedit in potu ex ea porcel lo tribus diebus, deinde ſcidit eum, & non inuenit ei ſplenem. Summa medicinarum eſt. iiii.

Al kalef eſt ſpẽs ſa ſcis, ſi uit albil dẽ cairatum eſt.

TROCHISCI alij Gal. q liquefaciunt ſplenẽ.

℞. ammoniaci, extremitatum tamariſci, & alhauſeg, omnium ana aur. viii. corticis radicis capparis aur. iiii. fructus tamariſci, ſcolopẽdriæ, omnium ana aur. ii. interioris cepæ ſquillę aſſatæ, piperis albi, omnium ana aur. ii. Conficiantur cum aqua, & fiant trochiſci. Potio aur. i. cum ſecaniabin.

Alia iſtera, Re. fructꝰ tamariſci, & piperis albi, & ſpicę odoriferæ.

TROCHISCI ad eũ qui ſputi ſanguinem.

℞. roſarum, gummi, karabę, omniũ ana. 3. iii. amyli, ſpodij, coralli, liquiritiæ, terræ ſigillatæ, balauſtiæ, omnium æqualiter, conficiantur cũ mucilagine pſyllij, & adminiſtrentur. Medicinæ ſunt. ix.

TROCHISCI q ſtringunt ſanguinẽ, experti.

℞. dragaganthi, gummi, ſanguinis draconis, ſucci barbę hirci, omnium ana. 3. f. amyli, acatię, terræ ſigillatę, ſedeheguaran, omnium ana. 3. i. f. canforę. 3. f. cõficiantur cum aqua arnogloſſe, & adminiſtrenf. Summa medicinarum eſt. ix.

TROCHISCI de cytonijs, conferentes pthiſicis, & ad ſputum ſanguinis, & extinguunt aduſtionem & ſtrim, & conueniunt ẽt apoſtematibus calidis.

℞. ſeminis citrulli excorticati, ſeminis oleris benedicti, ſeminis cucumeris excorticati, & ſeminis cucurbitæ dulcis excorticati, ſeminis cytoniorum excorticati, croci, omniũ ana. 3. i. ſucci liquiritię, lacęs, mundatę, ſeminis roſarum, omnium ana. 3. ij. gummi, dragaganti, omnium ana. 3. iiii. boli armeni, terræ ſigillatę, omnium ana. 3. v. Terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua ſolatri, & adminiſtrẽtur. Summa medicinarum eſt. xiiii.

Nota q vtilubertur o'us benedictum, intelligit por tulaca.

TROCHISCI de corallo, conferentes ei qui ſputi ſanguinem, & conferunt ad ſolutionem naturę.

℞. coralii ſextaria duo, thuris, acatię, balauſtię, omnium ana. 3. iiii. gummi. 3. i. Terantur, & conficiantur cum albumine oui, & fiant trochiſci, & adminiſtrentur. Summa medicinarum eſt. v.

Trochiſci

Radix capparis infuſa in aceto.

TROCHISCI ad illum qui ſpuit ſanguinem, & ſunt illi quibus vſus ſum.

℞. acatiæ. ʒ.iiij. roſarum, balauſtiæ, omnium ana ʒ.viij. gummi. ʒ.iiij. dragaganti, terræ ſigillatæ, oſium ana. ʒ.iij. Terantur, & cribellentur, & conficiantur cũ aqua pluuiali, & adminiſtentur. Medicinæ ſunt. vi.

TROCHISCI de papauere, ad illum qui ſpuit ſanguinem, & ad febrem, & ruſſim.

℞. roſarum, gummi omnium ana. ʒ.iiij. amyli, dragaganti, ſucci liquiritiæ, papaueris albi, omnium ana ʒ.ii. ſpodii, croci, omnium ana. ʒ. ß. Conficiantur cum aqua, & fiant trochiſci. ʒ.i. & dentur ad ruſſim cum decoctione hyſopi, & ad ſputum ſanguinis cum rob. aut aqua mentæ, aut cum ſyrupo de fructibus. Summa medicinarum eſt. viii.

TROCHISCI de Reheubati medici, ad eum qui ſpuit ſanguinem.

℞. dragaganti, & gummi, & ſanguinis draconis, & ſucci barbæ hircinę, omnium ana. ʒ. ß. amyli, talk, acatiæ, terræ ſigillatæ, ſehedeguaran, omnium ana. ʒ. ß. (& in deſcriptione alia, omnium ana. ʒ.i. ß.) croci. ʒ.i. & danich. ii. Terantur, & conficiantur cum aqua mentæ, & fiant trochiſci, & dentur cum eo qui eſt conueniens ex potibus. Medicinæ ſunt. x.

Schedeguara e gũmi ſic nominatum de quo ſcribitur in ſcholione cap. ſi diuina, vel ſaluuan.

TROCHISCI Ioannis, ad illum qui ſpuit ſanguinem.

℞. acatiæ. ʒ.iii. ſeminis citrulli excorticati. ʒ.iii. gũmi ʒ.iii. croci, opij, omnium ana. ʒ.ij. amyli. ʒ.iiij. coralli cõbuſti in olla noua, ſeu in corizola nouo. ʒ.ii. balauſtiæ. ʒ.iii. bæmatitis, ſucci barbæ hircinæ, licij, omnium ana. ʒ.iii. terræ ſigillatæ. ʒ.iiii. cimarum roſarum, talk, omnium. ʒ.iii. ſpicę. ʒ.ij. carabæ. ʒ.iij. aniſi. ʒ.i. Terantur, & cribellentur, & conficiãtur cum aqua arnoglo ſę, & fiant trochiſci, quorum qui ſęp ſit aur. i. & dentur cum aqua plantaginis recentis, aut aqua foliorum roſarum perſicarum recentium quantitate. ʒ.i. aut cum aqua in qua infuſa ſunt ſpodium, & gummi, & bolus armenus, & ſolium. Medicinæ ſunt. xvij.

TROCHISCI conferentes ad excoriationem, & eruptionem ſanguinis menſtrui ſupra menſuram, & eruptionem ſanguinis ex pectore.

℞. antimonij, ſolij, ſanguinis draconis, omniũ ana ſextaria. iij. ſehedeguaran ſextarium vnum, ſuch. i. galæ, ladani, croci, omnium ana. ʒ.iiij. balauſtiæ, gallarum, omnium aſi. ʒ.xx. licij, cornu ceruini combuſti, acatiæ, omnium ana. ʒ.x. Terantur, & cribellentur, & fiant trochiſci cum aqua plantaginis, & dentur. iij. ſm diſpoſitiones: ad eruptionem quidem ſanguinis infertius, tunc clyſteriza eos ex receptaculo; aut cum lana quæ ſupponiturꝙ bibantur cum rob citri, aut cum aqua virgæ paſtoris. Et ad ſputum ſanguinis ex pectore, cum aqua portulacę. Et ad excoriationem & dyſſenteriam, cum rob de cytonijs puro. Sani experti. Summa medicinarum eſt. xij.

TROCHISCI qui conſtringunt menſtrua.

℞. balauſtiæ, & ſumach omnium ana. ʒ.iii. acatiæ ʒ.ij. capitum granatorum. ʒ.ij. Terantur, & conficiantur cum ſucco plãtaginis, & dentur cum rob granatorum myrthi. Medicinæ ſunt. iiij.

TROCHISCI conferentes ad tenaſmon, & diarrhœam.

℞. ſumach. ʒ.iiij. ſanguinis draconis. ʒ.ij. gallarum ʒ.iii. croci. ʒ.i. gummi. ʒ.iiij. ſeminis iuſquiami. ʒ.i. capitum granatorum, balauſtiæ, acatię, omniũ ana. ʒ.ij. opij. ʒ. ß. Terantur, & conficiantur cum vino, & fiant trochiſci, ſiꝛꝙ trochiſcus. ʒ. ß. & dentur cum eo q̃ conuenit ex potibus. Summa medicinarum eſt. x.

TROCHISCI de arſenico Alphambd, filij Alhagelegi, ad excoriationem.

℞. arſenici citrini, & rubei, omnium aũ. lib. i. calcis nõ extinctæ lib. ij. (& in deſcriptione alia, lib. i. ß.) acatiæ chartarum combuſtarum, omnium ana. ʒ. viii. (& in deſcriptione alia, ʒ. iii.) Terãtur, & conficiantur cũ ſucco arnoglo ſſe, & fiant trochiſci, & infundantur in aqua paſſularum tritarum cum granis ſuis, & rizi perſici abluti multotiens, & exiccati, & roſarum rubeæ, omnium ana. ʒ. x. Decoquãtur iſta cum duabus libris aquæ, donec remaneat medietas libræ, & coletur, & proijciatur in eã ex trochiſcis qui facti ſunt ſm quantitatem quæ videtur, aut. ʒ.i. aut minus aut plus omni homini, ſecundum quantitatem virtutis ſuæ, & ætatis ſuę. Et quidam addunt ſucci tharathit, aut ſucci barbę hircinę. ʒ. viij. Summa medicinarum eſt. vij.

TROCHISCI conferentes ad excoriationem & ſolutionem ex ſanguine & ſanie, qñ precedit vlcus: ſani, experti, probati, & conferunt ad aſſellationem.

℞. arſenici rubei, & citrini, omnium ana. ʒ.i. calcis non extinctæ. ʒ.ij. panis combuſti, chartarum combuſtarum, opij, omnium ana. ʒ. ß. acatiæ, & ſucci althara thit, & ſucci barbæ hirci, (non dicitur in deſcriptione alia, barbę hirci) omnium ana. ʒ.iij. Teraturꝝ naquęq; medicinarum per ſe, & cõficiantur cum ſucco plantaginis, & fiant trochiſci, quorum quiſq; ſit. ʒ. ß. & exiccentur in vmbra, & clyſterizentur in aqua interiorũ paſſularum, & rizi, & roſarum.

TROCHISCI qui dicuntur ſotira, & proijciuntur in clyſtere, & abſcindunt tenaſmon, & ſolutionem naturę.

℞. panis combuſti. ʒ.iii. arſenici rubei, & arſenici citrini, ęris vſti, & aluminis iameni, & gallarum, & calcis non extinctę, omniũ ana. ʒ.x. opij. ʒ.v. acatię, glandium, gummi, ſanguinis draconis, omnium aſi. ʒ.iiij. Terantur, & conficiãtur cum rob granorum myrthi, & fiãt trochiſci, quoꝝ vnu quiſq; ſit. ʒ. ß. & proijciant in clyſtere, & clyſterizetur cum eo, & ſunt experti.

TROCHISCI Alefculidus, conferentes ad vlcere renum & veſicę, & ad illum qui mingit ſanguinẽ, & ad difficultatem vrinę.

℞. ſeminis iuſquiami, ſeminis apij, ſeminis fœnicu li, omnium ana. ʒ.vi. croci, granorũ pini, ſeminis acetoſę excorticati, opij, amygdalarum amararum excoꝛticatarum, omniũ ana. ʒ. ij. granorũ alkekengi. xxv. numero, (& in deſcriptione alia inuenimus ea. l. ſehe denegi. ʒ. viii. ſeminis citrulli. ʒ. xii. (& inuenim⁹ in deſcriptione alia, thuris. ʒ.i.) Terãtur, & cribellentur, & conficiãtur cum rob, aut iuleb, aut aqua tepida, & fiãt trochiſci, & adminiſtrentur poſt. vi. menſes.

TROCHISCI ad vlcera q̃ fiũt in veſica expti.

℞. ſeminis citrulli, ſeminis cucumeris, ſeminis cyꝛoniorum excorticati, ſeminis portulacę, ſeminis lini, ſeminis fœnicu li, omnium ana. ʒ.j. (& in deſcriptione alia, loco ſeminis portulacę, ponitur ſeminis acetoſę) & dragaganti, gummi, amyli, amygdalarum dulcium excorticatarum, omniũ ana. ʒ.ii. granorum pini. ʒ.v. papaueris nigri. ʒ.iij. myrrhę, croci, omnium ana. ʒ. ß. Terantur, & conficiãtur cum rob, & adminiſtrentur. Medicinę ſunt. xii.

TROCHISCI ad vlcera in veſica & renibus, & abſtergunt ſaniem, experti.

℞. granorum anabac, ſeminis cucumeris, ſeminis batekę, ſeminis cucurbitę dulcis excorticati, ſucci liquiritię, ſeminis acetoſę excorticati, mahaleb excorticati omnium ana. ʒ.v. amyli, auellanę aſtatę, amygdalarũ dulcium excorticatarum, omnium ana. ʒ.iii. ſeminis altheę, ſeminis maluę, ſeminis portulacę, ſeminis cyꝛoniorum, excorticati, ſeminis fœniculi, omnium añ. ʒ.iij. ß. granorum pini, amygdalarum excoꝛticatarũ, omnium ana. ʒ.ij. ſeminis apij, dauci, omnium añ. ʒ. iiij. ß. ſeminis iuſquiami, opij, omnium ana. ʒ.ij. boli armeni. ʒ.x. Terantur, & cribellentur, & conficiantur

cum mucilagine psyllij, & fiãt trochisci, & dentur cũ rob, aut cũ lacte asinæ, aut iuleb. Medicinæ fũt. xxii.

TROCHISCI qui conferunt ad apostemata & vlcera in renibus & vesica, & ei qui mingit sanguinem, experti.

℞. auellanæ excorticatę, amygdalarum amararum excorticatarum, seminis citrulli excorticati, omnium ana. 3. viij. (& in descriptione alia. 3. iii.) seminis alfacaran, & est almalcard; & croci, & seminis maluarum, & opij, omniũ ana. 3. vj. seminis apij, seminis iusquiami albi, omnium ana. 3. xij. Fiãt trochisci cum rob, et dentur. Potio pondus. 3. f. cum aqua mellis, aut cum aqua calida.

TROCHISCI qui conferunt ad adustionem, & caliditatem superfluã in vesica, & vlcera calida quę sunt in ea, & in renibus.

℞. seminis citrulli, & seminis cucumeris excortica torũ, & seminis portulacæ, & seminis altheæ, & seminis maluæ, & papaueris albi, omnium ana. 3. iiij. & papaueris nigri. 3. iij. & seminis cytoniorum excorticati 3. v. & succi liquiritiæ. 3. vi. & amyli. 3. iiij. & gummi, & dragaganti, omnium ana. 3. iij. f. seminis batekę excorticati, seminis cucurbitæ dulcis excorticati, omniũ ana. 3. vij. fructus alkekengi montani, 3. x. Terantur, & conficiantur cum rob, & fiant trochisci, omnis trochiscus. 3. ij. & detur in potu cum aqua arnoglosse, aut cum mucilagine psyllij, & vtere eis post sex menses(& non dicitur in descriptione alia, post. vi. menses.)

TROCHISCI Asclepiadis, ad vlcera quę fiũt in intestinis vrinæ.

℞. granorum pini torefactorum. xxii. numero, papaueris nigri, dragaganti, omnium ana. 3. ij. croci, spicæ, aluminis iameni, anisi, (& in descriptioone alia, lo cospicæ, such. i. galiæ) dauci, omnium ana. 3. i. costi drach. f. Fiant trochisci cum rob permixto. Summa medicinarum est. ix.

TROCHISCI qui prouocant vrinam, & frangunt lapidem in vesica, & sanant apostemata dura in vesica, experti.

℞. asfari, petroselini, omniũ ana. 3. iiij. meu, fu, acori, omniũ ana. 3. vi. dauci. 3. viij. seminis anisi, apij, carpobalsami, dragaganti omnium ana. 3. iiij. seminis citrulli, seminis cucumeris, excorticatorum omniũ ana 3. v. seminis bateke excorticati. 3. x. Terantur, & conficiantur cum rob, & fiant trochisci, & dentur cum aqua raphani & apij, aut aqua ciceris nigri decocti, Medicinæ sunt. xiij.

TROCHISCI ad illum qui mingit sanguinẽ ex renibus & vesica.

℞. amyli, dragaganti, seminis citrullorum excorticatorum, oſum ana. 3. viij. (alias. 3. iiij.) balaustię. 3. ij. aluminis iameni. 3. f. Fiant trochisci, & administrentur. Summa medicinarum est. v.

TROCHISCI ad illum qui mingit sanguinẽ ex renibus & vesica.

℞. amyli, dragaganti, seminis citrulli excorticati, omnium ana. 3. viij. (& in descriptione alia. 3. iij.) balaustiæ. 3. ij. aluminis iameni. 3. f. Fiant trochisci cum rob myrthi, & administrentur. Medicinæ sunt. v.

TROCHISCI qui conferunt ad singultum.

℞. costi, myrrhæ, aloes, florum squinãti, sisymbrij sicci, calamenti fluuialis, mentæ, rutæ siccæ, seminis apij, olibani, asfari, petroselini, omnium ana. 3. ii. draganti, 3. ij. castorei. 3. f. & in descriptione alia. 3. i. Terant, & cribellent, & conficiant cũ aqua sisymbrij, aut aqua mentæ, & fiant trochisci, & administrentur.

TROCHISCI de menta, ad apostemata antis qua in stomacho, & hepate, experti.

℞. florum chamomillę, florum sucharan, omnium ana. 3. x. sandali rubei. 3. viij. fufel. 3. vj. radicis liquiritiæ. 3. vij. radicis lilij cœlestis, spicæ, omnium añ. 3. iij. (& in descriptione alia. viij.) masticis. 3. ii. carabæ. 3. iij. rosarum siccarum. 3. v. milliloti. 3. iiij. summitatũ squinanti. 3. ij. (& in descriptione alia. viij.) Terãtur, & cribellentur, & conficiãtur cum rob, & fiant trochi sci, siṙq; trochiſe?. 3. ij. Et dentur cum aqua mellis, aut iuleb, aut aqua fœniculi aut apij.

TROCHISCI andras descriptione Aclipiadis.

℞. capitum granatorũ. 3. x. aluminis iameni. 3. iiij. calcadis. 3. xij. myrrhæ. 3. iiij. olibani. 3. viij. aristolochiæ. 3. xij. Conficiantur cum rob quantitate necessitatis. Et fm descriptionem aliam, loco aristolochiæ, gallarum nõ perforatarum, omnium, ana. 3. viij. & reliquæ medicinarum fm modum suum.

ET secundum descriptionem Arclidis.

℞. corticum granatorum. 3. x. aristolochiæ, gallarũ non perforatarum, omniũ ana. 3. viij. salis ammoniaci, thuris, aluminis iameni, omnium ana. 3. iiij. calcanti, & myrrhæ, omnium ana. 3. ii. Terantur, & cribellent, & cõficiant cum vino dulci. Sũma medi. est. viij.

ET secundum descriptionem Andromachi.

℞. capitum granatorum. 3. x. gallarum non perforatarum. 3. viij. myrrhæ, aristolochiæ, omnium añ. 3. iiij. calcanti, dragaganti, aluminis iameni, omniũ ana 3. ij. zegi. 3. iij. Conficiantur cum rob, & fiant trochisci. Summa est. viij.

TROCHISCI colidus secundum descriptionem Asclepiadis.

℞. corticum granatorum. 3. x. myrrhæ, aloes, omnium ana. 3. viij. aluminis iameni. 3. v. thuris. 3. iiij. calcanti. 3. iii. fellis tauri. 3. vi. Conficiãtur cum vino dulci. Summa medicinarum est. vij.

ET fm descriptionem Andromachi.

℞. aluminis iameni. 3. iii. thuris. 3. iiii. calcẽti. 3. iii. fellis tauri. 3. vi. & myrrhæ. 3. viii. capitum granatoꝝ 3. x. aloes. 3. viii. conficiantur cum vino pontico, & ad ministrentur. Medicinæ sunt. vii.

TROCHISCI de violis cõferentes ad febres, & soluunt naturam.

℞. violarum siccarum. 3. x. turbith. 3. v. succi liquiritiæ. 3. ii. f. conficiantur cum vino, & fiant trochisci, siṫq; quãtitas omnis trochisci. 3. iii. aut. iiii. & dentur cum pondere drach. x. zucchari. Descriptio trochiscorum de violis q̃ sunt solutiui.

TROCHISCI de violis secundum descriptionem Aleimerestẽ, qui soluunt naturam.

℞. violarum. 3. ii. turbith. 3. i. succi ligritiæ danich iiii. & fortasse ponunt in eis fammoneæ kirat.

De alcamaiela suffufidest puluis, ad vẽtositates grossas, & humorẽ grossum, qui est in stomacho bonum. Cap. XIX.

REcipe ameos, seminis apii, anisi, omnium ana 3. v. masticis. 3. iii. thuris mascul. 3. iiii. radicis squinanti, costi, omnium ana. 3. iii. nasturtii alibi torrefacti. 3. xxx. Terantur, & cribellentur, & dent. Potio ex eo. 3. iii. cũ aqua calida. Medicinæ sunt. viii.

SVFFVF de xyloaloes, ad humiditatẽ stomachi, & ventositates grossas quę sunt in eo sanum.

℞. masticis, cubebæ, caryophyllorum, omniũ ana 3. v. xyloaloes indi. 3. xx. gallię aur. iii. zucchari tabarzed. 3. xxx. Terantur, & cribellentur, & conficiantur. Potio ex eis. 3. iii. cum miua. Medicinæ sunt. vi.

SVFFVF de almarmacur, ad frigiditatem stomachi, & ad prægnantes, & ventositates grossas. Suffuf ad pręgnantes.

℞. trochiscorum de rosis, & trochiscorum de berberis, & carabę, omnium ana. 3. vii. masticis drac. iiii. anisi, feminis apii, omnium ana. 3. iii. xyloaloes. 3. v. galliæ. 3. ii. marmacur. ficci. 3. vii. Terant, & dent. Potio est aur. i. cum miua. Summa medicinarum est. ix.

SVFFVF ad stõm frigidum, & ad coitum.

℞. zinziberis, piperis albi, xyloaloes indi, cinamomi,

mi,omnium ana aur. ij, zucchari triplum medicinarum. Terantur,& detur ex eo drach.ij, cum miua, Medicinæ sunt.v.

SVFFVF qui confert ad dolorem stomachi,& confortat ipsum valde.

℞.xyloaloes,3,iij. mentæ,cardamomi, spicæ, macir, cyperi,omnium ana,3,ij. anisi, masticis, seminis aspi:omnium ana,3,ij.& f. galliæ, squinanti, omnium ana,3,j. Terantur,& cribellentur, & detur ex eo in potu,5,i, & f. cum vino bono, aut cum miua, Medicinæ sunt. xiij,

SVFFVF ad dolorem stomachi ex caliditate,

℞. carabę,& rosarum,omnium ana,3,v. xyloaloes crudi,3,iij. emiriberis,3,v. masticis,3,iij. spodij,& rasmich,omnium ana,3,iiij.spicæ,canforę, omnium ana 5.ij. croci,cymini carmeni,seminis apij, omnium ana 3.ij.& f. Terantur,& cribellentur, & detur in potu ex eo pondus. 3.i.& f. cum rob de malis quantitate,3,i, in ieiunio. Summa est.xij,

SVFFVF ad dolorem stomachi ex frigiditate, & confortat ipsum valde,

℞.masticis,trochiscorum de rosis,omnium ana.3. iij.carabæ, mentę,xyloaloes crudi,omnium ana,3,ij. Terantur, & cribellentur, & detur ex eo pondus.5,i, cum miua,aut cū aqua anisi & masticis & caryophylorum decocto. Summa medicinarum est.v.

SVFFVF ad vomitum choleræ citrinæ, & phlegmatis,

℞.xyloaloes crudi, spodij,omnium ana.3,iij. rosarum,mentæ,emiriberis, omnium ana,3.v. sumach.3. iiii. granorum granati acetosi.3.x. Terantur, & cribellentur,& detur ex eo pondus.3,iij. cum rob de malis puro,aut cum rob de ribes,aut cum aqua tamarindorum. Medicinæ sunt, vij,

SVFFVF conferens ad icteritiam,& dolorem hepatis,& vomitum cholerę citrinæ.

℞. laccæ ablutæ aur.1, spodij.3.ij. croci.3.i. rauēd fe ni danich.i.& f.(i alio loco,rauēd seni, cinamomi, & canforæ,danich.i.) Terantur,& cribellentur, & detur ex eis.3,ij. cum decoctiõe prunorum, aut cū aqua tamarindorum quantitate lib.f. Summa medi. est.v.

SVFFVF expertum sanum, plurimū iuuamentum,cuius est ad fingultum vehementē ex repletione.

℞. petroselini, & est semen apij mōtani, & cyperi, & cymini carmeni,omnium ana.3,iij. Teratur, & cribellentur, & detur ex eis aur.i, cum aqua sisymbrij. Summa medicinarum est,iij,

SVFFVF ad pūctionē absq; solutione naturæ.

℞. ammomi, carpobalsami, cordumeni, omnium ana.3.ij. seminis apii.3.iij. nasturtii albi.3.v. Terātur, & cribellentur, & detur ex eis.3.ij.cum aqua calida.

SVFFVF ad punctionem absq; illo.

℞. granorum iuniperi,carpobalsami,omnium ana 3.f. (& in descriptione alia.3.i.)seminis apii.3.iii. Terantur,& cribellentur, & detur ex eo.3.iii.cum aqua calida. Medicinæ sunt.iii.

SVFFVF ad febrem, & tumefactionem cachectam, & diarrhœam, cuius causa est ex stomacho, & excoriationem,

℞.laccę mūdatæ.3.iii. rauend.3.ii. summitatū quinanti, seminis anisi, seminis apii,masticis, omniū ana aur.i. spicæ.3.iii, myrobalanorum kebulorum torrefactorum.3.iiij. coriq; ferri nutritę in aceto torrefactę super patellam.3.x. Terantur,& cribellentur,& detur ex eo potio.3.i.aut aur.i.cū rob de cytoniis,aut aqua frigida. Summa est.ix,

ALIVD quod cōuenit ei qui habet febrem,& ad dolorem hepatis cum diarrhœa cholerica,

Albaffari. 5. liū regionis

℞. fœcis vini,rauēd,spicæ,laccæ mundatæ, omniū ana aur.i. scoriæ ferri albaffari.3.vii. Terantur, & cribellentur, & detur ex eo aur.i. cum aquæ coriandri ficci quantitate vnc.i.

SVFFVF ad cafaean ex caliditate.

℞.buglossæ.3.vii.canforæ,corallij,margaritæ:non perforatarum, seręq; crudæ, omnium ana.3,iii. boli armeni.3.v.aluminis iameni torrefacti parum super tagineм ferream.3,iii. coriandri non torrefacti. 3.v. seminis agni casti,cyperi,badrumbue,idęs, melissæ, omnium ana.3.iii. Terātur, & cribellentur, & dentur in potu ex eo.3.ii. cum rob de citro.

ALIVD ad dolorem capitis ex caliditate.

℞.rosarum,3,x.emiberberis.3.vii. spodii.5.vi. croci.5.iii. canforæ.5.ii. fandali rubei, caryophyllorum, omnium ana.3.iiii.(in alio loco caryophyllorum,sufel fandali albi,laccæ ablutæ,omnium aū.5.vi. rauēd seni, succi eupatorii,succi liquiritiæ, omnium ana,3. iii. seminis fœniculi, seminis endiuiæ, seminis cucurbitæ,omnium ana.3.iiii. seminis apii.3.ii. rubeæ.3.iii. Terātur, & cribellentur, & detur ex eis aur.i. cū aqua granatorum acetosorum, aut fecaniabin, aut cū aqua solatri, & kekengi, & endiuiæ, & cucumeræ.

ALIVD ad dolorem hepatis.

℞. laccæ, spodii, anisi. omnium æquales partes, zucchari quantum de omnibus. Terantur, & detur ex eo pondus.3.ii. cum fecaniabin.

ALIVD ad caliditatem hepatis, & icteritiam,et oppilationes,& ad illum qui spuit sanguinem.

℞. seminis cytoniorū excorticati, anisi, seminis citrulli,omnium ana.3.iiii. boli armeni, xyloaloes, rosarum, spicæ, nigellæ, omnium ana.3.i. spodii.3.f. masticis danich. ii, Potio danich. ii. cum aqua frigida, immo drach.i.

SVFFVF ad illum qui cecidit ex bestia, aut ex loco alto,

℞. laccæ, myrrhæ, croci, omnium aū.3,ii.(& in descriptione alia, loco croci, zinziberis, verumtū. 3.i.) fœnugræci, & castorei, omnium ana.3.f. boli armeni 3,iii. Terantur, & dentur cum vino permixto.

SVFFVF ad illum qui spuit sanguinem, cuius causa est casus, aut cuius causa est fingultus.

℞. arsenici citrini, laccæ, aluminis iameni, omniū ana.3.i. boli armeni.3.iii. Terantur, & cribellentur, & ex eo.5.i. aut.5.ii. cum vino pontico.

SVFFVF ad pcussionē i hepate, & in viscerib⁹.

℞. spodii, boli armeni, terræ sigillatæ, omnium aū. 3,iii. mel liloti.5.iiii. laccæ ablutæ, rauēd seni, omniū ana.5,iii. croci.5,ii. calami aromatici.5,iii. costi,5,ii. Terantur, & cribellentur, & detur ex eo pondus. 5,ii. cum aqua solatri, & cassię fistulæ in mane & sero. Et dant mumiæ pondus.5,ii.cum oleo de amygdalis, & fundītur super aqua ciceris, & dant in potu.

SVFFVF ad illum qui habet diabetem', & est fluxus vrinę cū siti,& hora qua sentit illud nō tolerat.

℞.cyperi, spicæ, flœchados, thuris, omniū ana partes æquales. Terantur, & cribellentur, & dentur ex eo 3,ii. cum aqua calida. Summa est.iiii.

SVFFVF ad multitudinem vrinæ.

℞. cymini carmeni, thuris masculi, granorū glandium, omnium æquales partes, Terantur, & cribellentur, & administretur.

ALIVD ad distillationem vrinę, & diarrhœæ,

Alia fiera, ad colicam passionē.f.& c. confi cum thuris, glandium cū cupulis suis, cyperi, cymini carmeni,

℞. dragaganti, thuris, glandium cum cupulis, cyperi, cymini ana æquales partes. Terantur, & cribellentur, & dentur ex eo. 5. iii. in mane, & i sero tātundē.

SVFFVF ad dolorem renum.

℞. costi, spicæ, amomi, cordumeni, seminis apii, omniū æquales partes. Terantur, & dentur cum vino in potu.

SVFFVF ad adustionem cholerę citrinæ.

℞. seminis cucumeris. 5. iiii. seminis cusćurbæ. 3.ii. rosarum si cearum, spodii, omnium ana, 5,i. zucchari tabarzed

tabarzed drach.x. Potio drach.ij. cum aqua frigida, cum olei rosati drach.i.

SVFFVF qui digerit cibum, & cõfortat stõm.

℞.zinziberis,macropiperis,omnium ana.ʒ.v. mastices,macis omnium ana.ʒ.i,beli,cardamomi, caryophylli rum,omnium ana.ʒ.iii. penidiorum, aut zuccharti tabarzed.ʒ.xx.Terantur,& cribellentur,& dentur.Potio ℈.iiii.ʒ.cum aqua calida.

SVFFVF qui confortat stomachum.

℞.radicis sqnanti,ʒ.xx.,fandali albi,ʒ.x.xyloaloes boni,galliæ, omnium ana. ʒ.v. Terantur, & dentur cum rob de malis.

SVFFVF qui facit appetere cibum, & confortat stomachum,bonum.

℞.radicis squinanti.ʒ.i,spicæ.ʒ.ß. Terantur, & dentur totum eius cum aqua frigida, potio vna.

SVFFVF ad podagram.

℞.fasera,& ferasiin,omniũ ana. ʒ.ii. hermodactylorum.ʒ.v,origani,coſti,& rosarum, omniũ ana. ʒ.i. Potio.ʒ.ii.cum aqua calida.

Fasera eſt vitis alba.
Ferasiin eſt vitis nigra.

SVFFVF ad ægritudinem podagræ, ſedans eam ſtatim.

℞.hermodactylorum.ʒ.vi.cymini,calamenti ſtutialis,omnium ana.ʒ.ii,piperis albi pondus.ʒ.i. zucchari.ʒ.iiii. Terantur,& cribellẽtur,& adminiſtrent.

ALIVD ad podagram & dolorem iunctarũ.

℞. alfaſera pondus. ʒ.i. hermodactylorum. ʒ.xii. (& in deſcriptione alia.ʒ.xxij.)cymini indi.ʒ.i. & danich,ʒ.cinamomi, & origani perſici, & zurunbed, & piperis, & zinziberis,& foliorũ capparis, & cinenis hy rundinum recentium, omnium ana. ʒ.i. Terantur,& cribellentur,& miſcentur,& dentur.Potio.ʒ.i.aur.ſ. cum melle & butyro per quantitatẽ cochlearij vnius, cum aquæ anethi.ʒ.ii.

Card quid ſit, & clarati eſt ſupra.

Suffuf ad impinguandum, & tortellas de ſamid i tortellas ſa clarum ipſe flore faring.

SVFFVF ad impinguandum.

℞.tortellarum de ſamid,amygdalarum excorticatarum, omniũ añ.ʒ.iiii,papaueris albi.ʒ.vi.nucis hendem.ʒ.ii. Terantur,& cribellentur groſſe, & detur ex eo anni die quantitas lib.ſ.

ALIVD ad impinguandũ,& teneritatẽ corpis.

℞.keſſilę,granorum facri,nucis hendem,ellebori albi,ſauich,ciceris,omnium æquales partes. Terant, & adminiſtretur ſorbitio.

SVFFVF ad impinguandum.

℞.ciceris infuſi in lacte vaccino, aut lacte ouis & exiccati.ʒ.l.rizi quod ablutum eſt multotiens & exiccatum.ʒ.xx.tritici,& hordei, tritorum excorticatorũ omnium ana.ʒ.xxx, amygdalarum dulcium mundatarum excorticatarum.ʒ.l.papaueris,ʒ.xl,panis de ſamid ſicci tritici.ʒ.xl.zucchari tabarzed lib.i. Terant, & detur ex eo omni die quod ſorbeat pondus. ʒ.xxx. poſtq̃ decoquitur cum lacte,aut aqua furfuris ſamid. Et proiciatur in eo qñ decoquitur.ʒ.i. cymini.

Panis de ſamid.i. panis de ſimila, ſeu ô flore faring

SVFFVF ad impinguandum, & bonum efficit colorem.

Mecuk eſt medicina.

℞.farinæ ſamidi mecuk.i. ſarcocollæ.ʒ.v.Liniantur omnia cum butyro, & cõciantur, & fiat vt panis in furno, & exiccetur, & detur ex pane trito pondus ʒ.x.in mane cum aqua frigida diebus multis. Et liniatur ſuper faciem zardagi alaſſor,poſtq̃ decoquitur,& coagulatur diebus aliquot. Et hoc etiam eradicat veſtigia faciei.

SVFFVF ap impinguandum.

℞.dragaganti,ben albi,mugath,zurũbed,carabæ, papaueris,nucis hendem,omnium ana partem.i. Terantur,& cribellentur,& bulliant cum butyro ℈ & ſumaniur ex eis,ʒ.l,& miſceanſ cum mekuc vno ſauich bi antur ſicut cibus:bonum expertum.

Cinefi alſemeng

SVFFVF ad impinguandum.

℞.ianerd,& eſt granum alſemeng;papaueris nigri, camezit,dragagãti,carabæ ſeminis alkilkil,zedoariæ, ſeminis lini, omnium ana partem.i. Terantur, & cribellentur, & dentur ex eo in die primo.ʒ.v. cum.x.ʒ. ſamidi,& lactis caprini, libra media cum butyri, ʒ.i. & decoquatur & accipiatur.

d granũ ſimpinguatium de quo fcribit in ſcholionis, & ibidẽ de ciaratum eſt,

SVFFVF ad impinguandum.

℞.buderãgi,papaueris,ſeminis,lini,girgitzed mũdi,& eſt ſemen aſonnatij;& ſehedenegi, & carabæ, & zinziberis.ʒ.zedoariæ,& mugath, & ſiſami excorticati tertiatẽ, & nucis hendem, omniũ añ. partem.i. Miſceantur omnia,& terantur, & frigantur cum butyro,& bibatur ex eo pondus.ʒ.x. permixtum.

SVFFVF de granis granatorum valẽs ad diarrhœam ex cauſa ſtomachi.

℞.ſeminis granatorum acetoſorum torrefactiſex taria,xx.cymini carmeni infuſi in aceto die & nocte tortefacti,granorum myrthi alborũ,ſauich,anabach, carub de ſpinis,coriãdri ficci torrefacti,ſumach,glandium,omnium ana ſextaria.x,card,tharathith, olum ana ſextaria.v, Et ſi das ipſum illi cuius ſtomachus eſt frigidus,addein ipſo maſticis ſecundum quantitatem quæ tibi videtur.

SVFFVF aliud de granis granatoꝝ ad diarrhœã.

℞.bdellij ex eo qui aſportaſ de Mecha torrefacti, balauſtiæ, gallarum non perforatarum, capitum granatorum recentium acetoſorũ,arillorum agreſtæ torrefactorum,ſpodij,roſarum,ſeminis acetoſæ, rubeæ, cuppularum glandium,caſtanearum, carabæ torrefactũ,omnium ana.ʒ.i. granorum granatorum torrefactorum,coriandri ficci,carnub,ſpinæ, cymini carmeni infuſi in aceto torre facti,card,tharathit,ſumach,ſauich anabach,ſauich de meſpilis,omnium ana.ʒ.ii.ramich,acatiæ,barbæ hircinæ,omnium ana.ʒ.i. granorum myrthi alborum,pyrorum ſiccorum torrefactorum,omnium ana. ʒ.xx. Terantur, & dentur. Potio ʒ.iij.cum aqua granorum myrthi,& pyrorum ſiccorũ torrefactorum decoctorum,aut aqua foliorum rhamni,& aſſanck, & carub.

SVFFVF ad diarrhœam antiquam, bonum, expertum, mirabile valde.

℞.balauſtiæ,aluminis iameni,ſumach, glandium, carnub,ſpinę,ſauich anabach,granorum myrthi,granorum granatorum acetoſorum, ſeminis ſuſquiami, ſpicæ,charmezech.i.granorum tamarifici,card, thara thit,talk,coriandri torrefacti, interiorum paſſularum torrefactarum,corticum thuris,& antimonij, & opij, & gallarum,omnium ana.ʒ.vi. Terantur,& cribellentur,& põderetur ex medicina pars.ſ. & ex cicere frixo bono trito cribellato partes.v. & miſceantur, & dentur ex eo drach.ii.in æſtate cũ aqua frigida, & in hyeme cum aqua calida.

A ſiaheſefram.i. ozimum caryophyllatum.

SVFFVF de pſyllio conferens ad excoriationem & diarrhœam, quæ ſunt in inteſtinis.

Rec. pſyllii.ʒ.ii.ſeminis maru,ſeminis aſſaheſefrã, & ſeminis acetoſæ excorticati, & ſeminis portulacæ, & ſeminis arnoglooſſi finuenis ipſum, & ſeminis roſarum,& amyli,omnium ana. ʒ.i. gummi. ʒ.ij. boli armeni.ʒ.iii.terræ ſigillatæ,aut cypriæ.ʒ.ii. Frigantur omnia ſuper patellam,& terantur;deinde proiice medicinas oẽs,& permiſce cum eis ex papauere albo.ʒ.i. & ſ.& dent ex eis.ʒ.iii.cũ ſyrupo de cytonijs puro.

SVFFVF Almicletę, conferens ad tenaſmon, & punctionem,& hæmorrhoidas.

Rec.naſturtii albi ſextaria.vi,cymini infuſi in aceto frixi,ſeminis lini,ſeminis porri torrefacti, omniũ ana.ʒ.xii.maſticis.ʒ.iiii.myrobalanorum nigrorũ frixorum,cum butyro vaccino.ʒ.viii, Terãtur, & cribellentur, & dentur. ʒ.iii.

SVFFVF aliud Almicletæ,Cuius iuuamentũ eſt ſicut eius qui eſt ante ipſum.

Rec.

℞. myrobalanorum kebulorum, bellericorum, emblicorum, omnium ana lib. i. Ferueant cum aqua cytoniorum, deinde exiccentur, & frigantur super patel lam, donec exiccent ur valde. Deinde sumantur semis lini torrefacti, & seminis porri, & masti cis, omniũ añ. ʒ. iii. nasturtij torrfacti lib. ℈. boli armeni lib. i. Terrantur, & adminiſtrentur.

℞. aquæ lib. j. ſ. & proijciantˇ in eã, x. papaueris me dia, non magna neq; parua, quæ infundantˇ ſi ſunt hu mida lenia die & nocte, & ſi ſunt dura ſicca, tũc infun dantˇ plus. Et oportet vt digeſtus papauer quod nõ indu rauit a dhuc, & ſiſr quod ex eo eſt lene, & remanet ſic cum vehemẽtis exiccationis; qm̃ humor in eo eſt pau cus, & in humido eſt humor multꝰ. Veruũ eſt ſubtis lis aquoſus debilis. Quapropter oportet vt remaneat papauer quod orif in locis humidis, lacunoſis, groſſis. Et oportet vt intelligas hunc numeꝝ quem dixi. Pro ijciaſ enim ex papauere in quantitate aquæ quãtitas, q; ſermo meꝰ eſt ſup papauer mediũ in magnitudine. Nam eſt in papauere, quod eſt maius medios & in ipſo eſt, quod eſt minus; & in eo quod eſt medium, ſicut in uenit in papauere magno. Proiſce ergo in ipſo abſq; electione numeri quem dixi, & terminus in decoctio ne eſt donec remaneat tertia aut quarta aquæ. Q. eſt, quia volumus vt diſcoquaſ papauer valde, vt accipia mus ſuccum eius. Qm̃ ſcimus quia qñ diſcoquit, poſſi bile eſt nobis vt accipiamus aquam eius ſicut oportet. Et qñ decoquit plus illo, tunc eſt ex ſuperfluitate. Et oportet vt admiſceaſ cum aqua ex melle quãtitas me dietatis menſuræ eius, & decoquantˇ ſup ignem cui nõ ſit ignis, donec ſtat ei ſpiſſitudo mellis bona. Et quidã decoquunt papauer cum aqua pluuiæ, qm̃ non mutaſ ad qualitatem aliam putridam. Et nos quidẽ contenti ſumus aqua fontis, qm̃ non inuenimus aquam pluuias lem. Q. eſt, qa exeuſat ſi eſt calida munda ex ea, quam non cooperit aliquid, & commiſceſt cum ea. Et oporꝛ tet vt adminiſtreſ hæc medicina ei, q eſt indigẽs ea in hora ſomni. Et fortaſſe eſt nobis neceſſe, vt demꝰ iſtis medicinas quæ miſcentur cum lacte papaueris, & eſt opiũ. Et q; plus indigent medicinis hnõi, ſunt ex quo rum capitibus deſcendunt ad cannalem pulmonis ma teriæ ſubtiles, nõ permittẽtes eos dormire pp tuſſim, quæ ſequiſ illud. Et ei qui eſt fm hãc diſpõnem, opor tet vt fiat hoc medicamen cũ mibachtezi. Ipſa enim eſt melior, q̃ facta cum melle, qñ materia eſt ſubtilis valde. Q. eſt, qa nos ſcimus q; in melle eſt virtus ſubti liatiua, qua oportet vt caueatur ab eo, qñ magnificat fluxus ſubtiles qui deſcendunt, & nutrit eos. Oportet ergo vt miſceatur in hac medicina, qñ decoquitur, ra dix liquiritiæ donec coquatur cum ea. Q. ſi materia quæ deſcendit cum ea ex capite, fuerit retenta ſicut in pectore, tunc factum cum melle eſt conuenientius; q; eſt, quia quanto plus indiget ſomno, ſiſr eo q; expellat illud quod retinetur in pectore, & eſt illud quod eſt fa ctum cum melle. Et qñ eſt res quæ nocet in hora ſom ni, infirmo in primis tunc non daꝛ niſi ex medicina fa cta cum melle, aut abſq; melle: & fortaſſe miſcetur ei vtraq; ſimul, & ſit intentio commixtionis vtriuſq;, vt proijciatur ex vna eoꝝ plus ẽm quantitatem eius, ad quam prouocat neceſſitas. Et non intelligo per illud ad quam prouocat neceſſitas, niſi illud cuius iuuamen tum plus eſt neceſſarius. Et potio tpata eius eſt quanti tas. 5. i. in magno ł alio duo cochlearia æqualia. Opor tet ergo vt proijciatur ex hac quãtitate, & addas & mi nuas ẽm quantitatem, quam vides ex multitudine cor poris quod accipit ipſam, & ętatem ei⁹, & tẽpus anni, & regionem. Nam qñ omnia iſta ad frigiditatem ſunt decliuia, oportet vt deſ ex medicina plus. At vero qñ ad caliditatem ſunt decliuia, tũc neceſſe eſt vt ex ea de tur minus. Q. eſt, quia oportet vt addatur & minuaſ fm menſurã quantitatis rei, quę deſcẽdit in pectus, & qualitatis eius. Et hęc eſt proprietas eius in reliquis iu uamentis. Et tu quidem pcipe infirmo, qñ tenet eã in ore ſuo hora aliqua, vt deglutiat illud quod liquefit ex ea paulatim. Q. ſi vis vt retineas naturam, & mate riã quæ eſt in ſtomacho & pulmone, & eruptionẽ ſan guinis in locis quæ ſunt ſupra velamen, tũc facias ipſum hoc modo. Completus eſt ſermo Gal.

DIACVDE compoſitum, faciens ad illos qui bus deſcendunt materię, & cõfert ad ſputũ ſanguinis.

Sumantur ex papaueribus mundatis ducenta nu mero, (& in deſcriptione alia, xii.) aquæ pluuialis lib. xv. (& in alio, aquæ pluuialis kiſt. xv.) & infundatur ĩ ea tribus diebus. Deinde coquatur donec cõſumatur medietas, & exprimantur papauera, & proijciantˇ r, et coletur aqua benæ, & menſuranteur ex ea lib. iiij. ſ. ex melle, & muſto, ex vnoquoq; lib. j. ſ. & decoquatur donec ſiat ei ſpiſſitudo ſubſtantię. Deinde teratur aca tiæ, rubeæ, & croci, & myrrhæ, & balauſtiæ, & barbę hirci, omnium ana drach. j. Miſceat bene, & reponaꝛ tur, & adminiſtretur.

DIACVDE aliud ad tuſſim ex caliditate.

℞. papaueris albi, ʒ. xx. papaueris nigri, ʒ. x. feminis althææ, dragaganthi, feminis maluæ, feminis cytonio rum, omniũ ana, ʒ. v. radicis liquiritiæ contritæ mun datæ, ʒ. xx. pfyllij, ʒ. x. Infundantur in aquæ pluuialis quantitate lib. v. die & nocte, & decoquaꝛ donec con ſumatur medietas, & coletur poſt illud, & fundatur ſu per eam ex mibachtezi lib. j. & proijciatur ſupra lib. i. penidiorum, & decoquatur igne lento donec ingroſ ſetur, & reponatur, & adminiſtretur: (& in deſcriptio ne alia, ex albis. xx. numero, & ex nigris. xx.)

SPECIES alia ex diacude.

Papauera nigra, c. nu. in fundãtur in. v. libris aquæ pluuialis die & nocte, & decoquaꝛ in mane donec cõ ſumatur medietas, & coletur, & proijciantur papaue ra, & fundãtur ſuper aquã ex mibachtezi bono lib. i. & ex penidijs lib. j. & decoquaꝛ lento igne donec ſtat ei ſubſtãtię ſpiſſitudo, & adminiſtretur infirmis mul tæ caliditatis.

DESCRIPTIO diacude.

Sumantur papauera humida ex eis quæ iam ingroſ ſata ſunt, ſi ſunt inuenta, xx. aut lib. i. ſeminis papaue ris recentis, & fundantur ſuper ea aquæ lib. iiij. & di mittatur die & nocte. Deinde coquatur donec conſu matur medietas, & coletur, & proijciatur ſuper eam ex muſto ſeu ex mibachtezi bono lib. i. & ex penidiis lib. i. & decoquatur lento igne donec ſtat ei ſubſtãtię ſpiſſitudo, & colet, & reponatur, & adminiſtreꝛ. Q. ſi vis ipſum, ad illũ in cuius pectore eſt humiditas coaꝛ ctata multa, tunc pone loco zucchari mel mundũ.

SYRVPVS qui cõfert ad tuſſim, & pleureſim, & confortat ſtomachum.

℞. aquæ granatorum dulcium lib. iiij. aquę malo rum de ſenibi. i, aquę arũdinum de zuccharo lib. ii. Decoquaꝛtur totum illud donec perueniat ad medie tatem, & coletur, & reducatur ad ollam, & proijciatur cũ ea ex zuccharo tabarzed, aut penidijs lib. i, & deco quaꝛ donec ſtat ei ſubſtãtię ſpiſſitudo, & adminiſtreꝛ.

SYRVPVS alkeſmes conferens ad tuſſim & pectus.

Decoquantur alkeſmes, ideſt, paſſæ ſine granis cũ aqua,

Diacodion factũ cum melle, nocet eatiro calido, qa ſubtiliat materias & auget fluxũ ea rum. Diacudion vero factũ cum mibachtezi, ſeu cum ſapa, nõ ita lędit.

aqua,& fumatur ex ea pars vna, & ex penidiis mediet a s partis,& decoquatur donec fiat ei fubftantiæ fpiſſitudo,& adminiſtretur.

SYRVPVS de abſinthio , conferens ad malitiam complexionis,& mollitiem ſtomachi, & duritiē hepatis,& extenuat ſplenem,& ſoluit naturam.

℞. vini boni antiqui lib. vi. mellis deſpumati lib. ii. (& in deſcriptiõe alia, mellis kiſt. ii, & ſunt lib. iii.) & ſumach,& maſticis,omniũ ana.ʒ. ii. coſti amari.ʒ. iiii, ſquinanti, folii , ſpicæ, roſarum rubearum ficcarum, aloes boni, agarici, omnium ana.ʒ. ii. herbæ abſinthii romani.ʒ. vii. croci.ʒ. i. Terantur contritione groſſa, & ponantur in pãno lini ſubtili limpido, & infundantur in vino & melle, vii. diebus in ſole, in æſtate, & exprimatur ligatura panni in omni die in vinos & poſtlud coletur, & recondatur, & adminiſtretur, & detur potio ex eo.ʒ. i. in ieiunio.

ROB de nuce, valens ad dolorē *gutturis*, & ſquinantias, expertum.

Sumantur ſucci corticum *nucis* humidæ poſtq̃ decoquitur ad medietatem, lib. iiii. mibachrezi boni, & coquitur ad medietatem, lib. iiii. mibachrezi boni, & coquitur ad medietatem lib. i. Decoquatur donec fiat ei ſpiſſitudo ſubſtantiæ, & remoueatur ab igne, & recondatur, & adminiſtretur. Si autem vis miſcere ipſum cum medicinis, *miſce* cum eo myrrhę, & aluminis iameni, *omnium* ana aur. i. ℈ f. croci.ʒ. i. ℈ f. concutiatur bene, & adminiſtretur: (& in deſcriptione alia inuenim̃ myrrhæ vncia. i. & f. croci, & aluminis iameni, omnium ana vnc. i.)

ROB de moris, faciens ad dolorem gutturis, & præfocationes.

Sumantur ſucci de moris poſtq̃ decoquitur ad medietatem lib. v. mellis, & muſti mibachrezi, omnium ana lib. i. Decoquatur lento igne donec fiat ſubſtãtiæ ſpiſſitudo, & adminiſtretur. Q. ſi vis ipſum cum medicinis, terræ myrrhæ , & aluminis iameni, omnium ana drac. i. croci.ʒ. i. & f. miſceantur, & recondantur, & adminiſtretur.

De gargariſmis. Cap. XXIIII.

GARGARISMA quod mũdificat caput, & deponit phlegma.

℞. pyrethri, macropiperis, zinziberis, omniũ ana ʒ. ii. ſinapis.ʒ. vi. granorũ granati acetoſi.ʒ. iiii. (& in deſcriptione alia, granorum grana. ii.) Terant, & conficiantur cum melle, & adminiſtretur.

GARGARISMA aliud ad hãc ægritudinẽ.

℞. ſinapis, ſampſucci, omnium ana.ʒ. i. acetoſi mel lis quantum neceſſe eſt, miſceatur, & adminiſtretur.

ALIVD ad hanc ægritudinem.

℞. maſticis.ʒ. ii. (& in deſcriptione alia drach. i.) ſtaphiſagriæ, pyrethri, ſinapis, omnium ana drach. f. cõficiantur cum melle, & adminiſtretur.

ALIVD.

℞. gummi, caryophyllorum.ʒ. f. origani cãpeſtris, hierę picræ, omnium ana. ʒ. i. conficiantur cum ſecanabin, & proiiciatur in aquam calidam , & fiat cum eo gargariſmus.

GARGARISMA quod deponit ex capite, & confert ad torturam, & phlegma.

℞. baurach, nitri, radicis lilij cœleſtis, omnium ana ʒ. iii. pyrethri, ſinapis, ſtaphiſagriæ, calamenti montani, & acori, & artamun, & eſt calamentum: omniũ añ. ʒ. iiii. ſalis ammoniaci ʒ. iii. ℈ f. hierę picræ.ʒ. v. Terantur, & miſceantur cum hiera picra, & conficiatur cum ſecaniabin, & ſoluatur cum aqua calida, & gargarizetur cum eo.

GARGARISMA aliud ad paralyſim, & gra uitatem linguæ.

℞. ſinapis, origani campeſtris, zinziberis, leucopiperis, macropiperis, & melanopiperis, & pyrethri, omnium ana.ʒ. iii. baurach armeni.ʒ. iiii. hyſopi ſiccæ.ʒ. a dicis lilij cœleſtis, radicis capparis, ſtaphiſagriæ, oĩum ana.ʒ. iii. granorum granati torrefactorum, ſampſuci ficci, omnium ana.ʒ. viii. Terantur, & conficiantur cũ melle, & diſſoluatur cum ſecaniabin mixto cum aqua calida, & gargarizetur cum eo.

De oleis. Cap. XXV.

OLEVM neriden .i. nardinum, cõferens ad reliquas ægritudines frigidas, & ventoſitates q̃ accidunt in mẽbris intrinſecis, & calefacit matricẽ, & ſedat dolorem aurium accidentem ex frigiditate, et ventoſitates, & confert ad colicam, & punctionem ac cidentem ex ventoſitatibus retẽtis in inteſtinis: & q̃ diſtillatur in virgam, confert ſiſtr ad veſicã frigidam.

℞. calami aromatici, cyperi, foliorũ lauri, xylobalſami, folii, enulę, ſquinanti, abel, myrthi, cordumeni, ſampfucci, omniũ ana.ʒ. ii. Terantur groſſe, & ponantur in olam, & fundantur ſuper eam vinũ & aqua dulcis, donec infundantur, & ſumantur ole iiſamini lib. vii. ℈. & decoquantur in vaſe duplici lento igne, vi. horis, & tu moueas ipſum omni hora. Deide aufer olam ab igne, & dimitte eam infrigidari, deinde cola oleum ab aqua.

DECOCTIO ſecunda.

℞. roſarum rubearum, caſſiæ lignęæ, ſucci myrthi, humidæ, & myrrhæ, omniũ ana. ʒ. iii. (& inuenimus deſcriptum in alio, & cinamomi, & amomi omnium ana.ʒ. ii. & f. Teratur illud groſſe, & proiiciatur ſuper illud in olla vinũ, aut aqua *dulcis*, donec infundatur, & oleum quod decoxiſti cum *medicinis* primis, & de coque illud lento igne, iii. horis, & moue illud. Deinde aufer olam ab igne, & dimitte donec infrigidetur oleum, & coletur ab aqua.

DECOCTIO tertia.

℞. ſpicæ, & caryophyllorũ, ſtoracis liquidæ, oĩum ana.ʒ. iii. nucis muſchatæ, ʒ. v. olei balſami.ʒ. vi. Terantur ſicca contritione groſſa, & proiiciantur in ollã, & fundatur ſuper ea aqua. Quum ergo calefiunt, fundatur ſuper ea oleum, quod decoctum eſt cũ oleo balſami, & ſtorace liquida, & dimittantur donec commi ſceantur, & decoquantur donec conſumetur aqua, & remaneat oleum, & coletur, & adminiſtretur.

OLEVM de myrtho confortans capillos.

℞. olei ſiſamini lib. iiii. myrthi humidę lib. iiii. Teratur myrthus, & fundatur cũ vini lib. i. f. die vno, & proiiciantur in ollam cum oleo, & decoquatur cũ faci litate, & tu iterim moue ipſum aſſidue. Et ſi ſit ei poſtq̃ tu decoxiſti ipſum, color, proiice in ipſum ſuccum foliorum myrthi recentis.

MODVS alius olei myrthini.

Accipe ex aqua myrthi humidæ quantũ vis, & fundę ſuper ipſas quod ſit æquale ei de oleo, & coque illud donec conſumatur aqua myrthi, & remaneat oleum, ℚ. ſi vis remouere ollam ab igne, accipe laudanum, & ſolue ipſum cum vino & permiſce ipſum cum eo, & reponatur, & adminiſtretur.

OLEVM de ſtorace, conferẽs iũcturis ad quas fundunt materię, & calefacit lacertos, & apata frigida, & matricem frigidam, & calefacit veſicã & renes.

℞. olei abluti, & eſt radix: & olei ſiſamini, lib. i. & f. ſtoracis ſiccæ.ʒ. iii. Decoquatur in vaſe duplici lento igne, vſq; quo coctum ſit, & accipiat oleum virtutẽ ſtoracis, & coletur, & reponatur, & adminiſtretur.

OLEVM de chamæmillo.

℞. olei ſiſamini lib. i. & f. floris chamæmillę mundati exiccati in vmbra, & fœnugręci, omniũ ana.ʒ. ii. & proiiciatur in vas vitreum, & reponatur in ſole, xl. diebus, & coletur, & adminiſtretur.

Oleum

OLEVM de mastice conferens ad debilitatem stomachi, & lent duritiem.

℞. olei sisamini lib. iii. masticis lib. vi. Teratur mastix, & proiiciatur super oleum, & decoquatur in vase duplici, & administretur.

OLEVM de absinthio, confortans membra frigida iuuatiuum.

Fundantur ex oleo sisamino in pixidem durach. i. herbæ absinth ii vnc. ii. Ponatur in sole. xl. diebus, & administretur.

OLEVM de anetho.

℞. olei sisami lib. i. ℔ feminis anethi exiccati. ℥. i. Proiiciantur in vase vitreo, & ponatur in sole. xx. diebus & administretur.

OLEVM de alhasech, ad eum qui habet diffis cultatem vrinæ.

℞. aquæ lib. i. & quartam, & zinziberis, ʒ. iiii. alhasech. ʒ. x. olei sisamini. ℥. i. Terantur medicinæ grosse, & proiiciantur in ollam, & fundatur sup eas aqua, & oleum sisaminum, & decoquatur donec consumatur aqua, & remaneat oleum sisaminum, & accipiatur & fundatur in virgam æ stenim iuuatium valde.

A lba ſeech. i. ſ. ribuũ

OLEVM de alhasech aliud, conferens iuncturis, & colorem efficit bonum, & addit in coitu, & augmentat super coitum, & cõfert renibus & dorso, quan do bibitur ex eo vnc. i. cum mibachtezi, & funditur in clystere, & confert multum.

℞. olei sisamini, succi alhasech humidi, & lactis vaccini recenter mulcti, omnium ana lib. x. penidiorum carseni. ʒ. x. zinziberis lib. i. & ℔. Terantur, & cribellentur penidii cum cribello stricto, & conteratur zinziber, & proiiciantur omnia in ollam figuli limpidã, & accẽdatur sub ea leniter ignis, & moueatur semper donec consumatur lac & aqua alhasech. & remaneat oleum totum. Et auferatur ab igne, & bibatur ex eo fi cut diximus ante, & cõfert debilitati renum, & addit in coitu (in descriptione alia, nõ dicitur vaccinum, & dicitur ꝙ illud quod accipitur ex penidijs est lib. v.)

OLEVM de sisamo cum lillis permixto.

℞. cassiæ lignex, costi, carpobalsami, masticis, omnium ana. ʒ. i. croci. ʒ. ℔. Terant, & proiiciantur in vas vitreum cũ lib. i. ℔. olei sisamini, & lilia, xxx. numero ex lilijs alezde, postq̃ proijcitur quod in eis est ex croceitate, & radices, & foliorum eorũ, & ponatur in vmbra in loco temperati aeris, vsq; quo accipiat oleũ virtutem medicinarum, & coletur, & administretur.

MODVS faciendi oleum de lilio purum.

Sumantur ex lilijs albis mundatis. ʒ. x. proiiciantur in lib. ii. & ℔. olei sisamini, & moueatur donec accipiat virtutem liliorum, & coletur, & administretur.

MODVS olei masticini experti.

Sumatur mastix. ʒ. i. & ponat in vase duplici, & ponatur super ſeipſum. ʒ. vi. olei rosati, & vini lib. i. & deꝯquantur donec cõsumetur vinũ, & remaneat oleũ, & administretur ad stomachum.

OLEVM rutaceum, conferens illi cuius infrigidantur renes, & vefica, & cadit etiam in cerotum doloris duorum laterum.

Fundantur in olla ex oleo lib. iiii. ℔. & ex foliis rutæ recentis. ʒ. iiii. & ex aqua dulci lib. i. ℔. & decoquantur lenis igne quiete, donec consumatur aqua, & exiccentur folia, & remaneat oleũ: & coletur, & fundatur in vas vitreum, & seruetur. Et proiiciantur in ipsum folia rutæ humida diebus paucis, donec accipiat oleum virtutem rutæ plus, & administretur.

OLEVM de serpentibus, conferens ad impetiginem, & debilitatem stomachi, & alsahafati.

Fundantur in ollam figuli. iiii. lib, & ℔. olei, & accipiantur serpentes nigri, & stringantur dum sunt viui, & proiiciantur ex eis in ollam. v. aut. x. & cooperatur & luteatur cum massa, & coquatur donec discoquatur caro eorum, & dissoluatur donec nõ cognoscatur. Deinde sta a lõge, & discoopert ollam, donec egrediatur ventositas serpentium hora vna, & sumatur vapor eorum, & coletur oleum, & ponatur in vase vitreo, & iteruetur. Quum ergo indigentia eius est, liniatur sup locum cum penna ex eo. In descriptione alia. xv. nu.

OLEVM de laudano.

℞. olei sisamini li. ii. origani. ʒ. xv. rubeæ. ʒ. ii. opopanacis, & serapini, & myrrhę, & bdellii, ammoniaci, aloes, thuris, omnium ãã. ʒ. ii. (& in descriptione alia, serapini, & quæ cum eo sunt ex medicinis omniũ ana ʒ. ii. quæ sunt hæc.) Terantur, & proiiciantur in eo chlear ferreum, & fundantur super ipsum aquæ parꝝ, & dimitte ea infundi bene, deinde funde sup ea oleũ, & bulli ipsum igne lẽto donec inspisset, & vtere ipso.

OLEVM aliud de laudano

℞. laudani. ʒ. i. myrobalanorũ. ʒ. i. & contere eos, & olei lib. i. & aquę sampsuci lib. ℔. & proiice totum in cochlear ferreũ, & decoque ipsum, & cola illud, & funde ex eo in aurem.

OLEVM darsesahan, conferens ei cuius stomachus est solutus, & ad debilitatem stomachi.

℞. sckelibus, & est darsesahan. ʒ. vi. cassiæ ligneę. ʒ. viii. costi. ʒ. iiii. cinamomi. ʒ. v. calami aromatici. ʒ. ii. olei lib. vii. ℔. Decoquantur bene lento igne, & coletur, & administretur.

OLEVM de costo, conferens qũ bibitur ad frigiditatem hepatis & stomachi, & conseruat capillos.

℞. costi amari. ʒ. x. cassiæ lignex. ʒ. vi. foliorꝝ sampsuci sextaria. x. Terantur grosse, & proiiciantur in de coctũ die & nocte, & fundatur super illud ex oleo lib. i. ℔. & decoquatur in vase duplici donec consumatur aqua, & remaneat oleum, & coletur, & administretur.

MODVS alius de costo, conferens ad dolorem hepatis & stomachi, & frigiditatem iuncturarum, & mollificationem earum.

℞. caryophyllorum. ʒ. i. calami aromatici, spicę, folii, storacis, radicum lilii cœlestis, cinami, vnęæ, costi, omnium ana. ʒ. ii. enulæ, cassiæ ligneæ, omnium ana ʒ. i. myrrhæ. ʒ. ℔. Terantur cõtritione grossa, & infundantur in aqua die & nocte, & proiiciantur in mane in ollam, & ponatur super ignem, & fundatur super ea olei sisamini minæ. ii. & aquæ dulcis mine. v. & decoquantur igne lento a vesperis vsq; mane, & fundatur aqua in cucumam, & ponatur apud ignem. Quum ergo minuitur aqua ex olla, fundatur super eam ex ipsa. Quum ergo decoquitur oleũ, effunde ipsum, & fundetiam super medicinas reſiduas olei sisamini. ʒ. ii. & decoque ipsum ſicut coxiſti primum. Quum ergo decoctum est, coletur oleum, & misceatur cum oleo primo quod decoxisti, coletur, & administretur.

OLEVM kelikelid, & est iuuatiuum ad mollificationem neruorum.

℞. galliæ, tamik, & acori, & seitaragi, & enulæ, & piperis, & macropiperis, & nucis vomicæ, & radicis lilii, & seminis fœniculi, & costi amari, & hendẽ, & zurumbed, & doronici, omnium ana. ʒ. v. Terantur medicinæ contritione grossa, & proiiciantur in ollam, & fundantur sup eas lactis recenter mulcti, & aquæ, olei sisamini, omnium ana minas. ii. & proiiciãtur in vase duplici, & decoquatur vsq; quo finiantur aqua & lac, & remaneat oleũ, coleat, & recõdatur, & administret.

OLEVM alkelenici, & est iuuatiuũ ad apoplexiam, & paralysim, & mollificationẽ, & frigus renũ, & stomachum debilem læsum ex frigiditate, & ad dolorem dorsi, & ischiaticam ex frigiditate, & prouocat menstrua, & confert etiam ad colicam.

℞. myrobalanorum kebulorum, & nigrorũ, & belleticorum, & emblicorum, omnium ana. ʒ. x. radicis apii,

apii, radicis fœniculi, omnium ana. ʒ.vii. macropiperis, & piperis, & zinziberis, omnium ana. ʒ.vi. opopanacis, ammoniaci, serapini, omnium ana. ʒ.v. turbith ʒ.iiii. hafcech, humidi, caulis recentis, rutæ recentis, omnium ana pugillum. i. Teratur ficca groſſe, & mundentur humida, & proiiciatur in ollam, & fundantur ſuper eam aquæ lib. xxiii. & decoquatur donec conſumatur aqua, & remaneat oleum, & coletur, & adminiſtretur. Et quidam addunt radicem lilij ſextaria duo, ſeitargi drac. iii. aniſi, & vſneæ, & kerkerehen, omnium ana drach. ii.

OLEVM quod congruit ad apoplexiam, & paralyſim, & mollificationem.

℞. coſti amari ſextaria. v. foliorum marmacur, bacarum lauri, omnii ana ſextaria. iii. caſſiæ ligneæ. ʒ. i. ſtoracis ſextaria. ii. Teratur ficca, & proiice ea in vino die & nocte, deinde funde ſuper ea minam. i. olei ſiſaminj, & decoquatur donec conſumatur vinum, & accipiatur ab igne, & proiiciat in ipſa ſtorax, & moueat, & coletur, & inungatur cum eo corpus.

OLEVM quod denigrat capillos, & confortat eos, & prolongat ipſos.

℞. folii, amomi, polij, vngulæ indæ, gallarum, coſti, omnium añ. ʒ.iii. laudani. ʒ. i. olei omphacini lib. i. f. & vini lib. iii. Terantur medicinæ groſſe, & proiiciantur in ollam, & fundatur ſuper eas vinum & oleū, & decoquatur donec cōſumatur vinum, & remaneat oleum, & adminiſtretur.

ALIVD quod denigrat capillos.

Sumantur embliciorum aur. xx. & decoquantur cū iii. lib. aquæ, donec remaneat lib. i. & ſumat lib. i. fuci myrthi humidæ, & fundatur ſuper ipſum iſta lib. aquæ embliciorū, & decoquatur donec remaneat medietas. Deinde proiiciantur in eam laudani. ʒ.iiii. & olei de ben. ʒ. vi. & decoquantur lento igne donec cōſumatur aqua, & remaneat oleum, & coletur, & inungatur cum eo caput & barbæ et enim bonum nobile.

OLEVM de ouis, quod facit naſci capillos.

Sumantur. v. ouа aut plus, & elixentur bene donec decoquantur, deinde proiiciantur albugines, & accipiantur vitelli, & moueantur bene, deinde proiiciantur in cochlear ferreum, aut patellam vitreatam, & accendatur ſub ea ignis lentus, & moueatur cum ferro, & accipiatur oleum cum panno lini, aut cotto, & adminiſtretur. Expertum, ſanum.

De clyſteribus. Cap. XXVI.

CLYSTERE conferens ad diarrhœā, & excoriationem, & lubricitatem inteſtinorum.

℞. roſarum ſiccarum, foliorū myrthi humidæ, granorum myrthi, balauſtiæ, omnium ana. ʒ. v. cupulæ glandium. ʒ. iii. Decoquantur cum. iiii. lib. aquæ, donec remaneat lib. i. f. deinde coletur ex ea lib. f. & proiiciatur in eam vitelli vnius ou affati, ſoluti cum oleo roſat o bono quantiras. ʒ. i. & marmoris inuenti in lutu viridi, triti, cribellati cum orali, & gummi contriti, & chartæ combuſtæ, & amyli torrefacti, & ceruſæ de plumbo, & acatiæ, & ſanguinis draconis triti cribellati cum orali, oſum añ. ʒ. f. & clyſterizet cū eo frigido.

CLYSTERE aliud vſitatum, conferens ad excoriationem.

℞. rizi perſici abluti bis, hordei torrefacti, foliorū myrthi, omnium ana. ʒ. v. roſarum ficcarum. ʒ. vii. balauſtiæ. ʒ. iii. cupularum glandium. ʒ. ii. Decoquatur iſta cum. iiii. lib. aquæ, donec remaneat libra, & coletur ex ea medietas libræ, & proiiciatur in eam vitelli ou vnius affati, ſoluti in oleo ſecundo detenti quantitas. ʒ. i. & marmoris inuēti in lutu viridi contriti cribellati cum orali, & gummi torrefacti, & amyli torrefacti, & chartarum combuſtarum, & ceruſæ de plumbo contriti & cribellati cum orali, omnium ana pondus danich. ii. & clyſterizetur cum eo frigido.

ALIVD ad excoriationem.

℞. ſanguinis draconis, ceruſæ de plumbo, chartæ combuſtarum, amyli, gummi, omnium ana. ʒ. i. vitelos trium ouorum aſſatorum, olei roſati, ſextaria. vi. & quartam, ſuccum hordei decocti cum ſepo renū caprarum, & fit ex renibus nō ſalitis, medietas libræ. Miſceantur, & clyſterizetur cum eo tepido.

CLYSTERE ad excoriationē in inteſtinis inferioribus, & ventroſitates hæmorrhoidarum.

℞. ſuccum almolokiæ, (& in deſcriptione alia, loco molokiæ, malaurum) & altheæ; decoquantur cum de coctione roſarum, & vitellis ouorū duorum, & oleo roſato, & clyſterizetur cū eo. Et clyſterizetur poſt ipſum cum iſtis ſuccis calidis. ſ. ſucco arnoglоſſe, ſucco rutæ, ſucco porri, & chartis combuſtis, & terra ſigillata. Miſceantur, & clyſterizetur cum eis. Et expectet ſu per ipſum die toto.

CLYSTERE ad illum quem conſequitur punctio ex acuitate eius, quod ſoluit ipſus, & mordicatio, & fit per ipſam excoriatio.

Decoquatur adeps capraruм, qui ſit ex adipe renū cum hordeo excorticato, & rizo perſico, & coletur, & proiiciatur in ipſam fiet oculi album cū vitello ou aſſati, & oleo roſato, & clyſterizetur cum eo.

CLYSTERE ad illum qui habet ęgritudinem acutam, & eius natura eſt ſicca.

℞. chamæmillæ, & haſcech, & violarum ſiccarū, & altheæ, & ſebeſten, & ficuum, & ſeminis lini, & iuiuba rum, omnium ana pugillum. i. Decoquātur cum. iiii. lib. aquæ donec remaneat lib. i. f. & fundantur ſup ea olei ſiſamini. ʒ. ii. falis. ʒ. ii. baurach. ʒ. f. muri, & zucchari, omnium ana. ʒ. ii. & clyſterizetur cū eo tepido.

CLYSTERE ad dolorem colicæ.

Miſceātur coloquintis cum rebus, quas infra dicemus, & decoquātur; deinde ſumantur caſtorei aur. f. & coloquintidis tritæ. ʒ. i. quarta, & cētaureæ pondus ʒ. ii. mellis. ʒ. i. & falis triti. ʒ. ii. & baurach. ʒ. f. clyſteri zet cū eo tepido. Et in hominibus ſunt q addunt ſerapinū, & ammoniacū, & bdellij variū, & opopanacū.

CLYSTERE ad colicam, mirabile.

℞. opopanacis, ſer. ypini, caſtorei, ammoniaci, colo quintidis, vſneæ paſſerum, omnium añ. ʒ. v. iuiubæ, ficuum, ſeminis lini, chamæmillæ, haſcech, radicis altheæ, (& ſi non inuenitur altheæ) fœnugręci, omnium ana. ʒ. iii. contundantur & decoquātur in olla, & fundantur ſuper ea aquæ lib. x. & decoquantur donec remaneant lib. ii. & accipiatur lib. i. & proiiciatur in eā ſalis, & baurach, omnium ana. ʒ. i. mellis mundi. ʒ. i. olei ſambacini. ʒ. i. Miſceantur bene, & clyſterizetur cum eis; eſt enim mirabile.

CLYSTERE conueniens ad dolorem dorſi, et colicam, & ſoluit humorem groſſum ex inteſtinis inferioribus, & confert iſchiaticæ, & dolori anchatum.

℞. ſeminis lini, fœnugræci, centaureæ maioris, & minoris, & anethi, omnium ana. ʒ. i. medullæ carthami. ʒ. ii. haſcech. ʒ. i. f. ficus. x. numero, furfuris ſamidi. ʒ. ii. chamæmillæ. ʒ. i. f. ketuha contuſi. ʒ. i. ſerapini, opopanacis, bdellij, coloquintidis, naſturtii, amygdalarum amararum contuſarum, omnium ana. ʒ. v. & ex aſaf. v. numero, caulis, ficiæ, omnium ana. ʒ. i. rutæ ʒ. i. Decoquantur cum. vii. libris aquæ, donec remaneant lib. ii. & coletur, & dentur ex eo partes. ii. (& in deſcriptione alia, duæ tertiæ libræ. i.) & baurach. ʒ. f. muri. ʒ. i. mellis ʒ. i. & ſellis tauri. ʒ. i. & olei ſiſamini, & olei oliuæ, oſum ana. ʒ. i. olei de ben. ʒ. i. olei de ſpica. ʒ. f. Miſceantur, & clyſterizetur cum eo tepido.

CLYSTERE conferens ad dolorē dorſi, & dolorem colicæ.

℞.

℞. fœnugræci, feminis lini, ficuum ficcarum .iuiu: barum, febeſten, altheæ, haſceeh, anethi, chamæmil: læ, melliloti, omniũ añ. pugillum. j. Decoquantur cum tribus libris aquę, donec remaneat quarta, & coletur ex ea lib. j. & proiiciantur eam, ℥. j. mellis, ℔ pondus ℥. ii. ſalis, & baurach. ℥. ſ. & olei ſiſamini. ℥. ii. & clyſterizetur cum eo.

CLYSTERE ad dolorem dorſi.

Sumantur ammoniacum, & ſerapinum, opopana cum, ſarcocolla. Infundãtur cum vrina tauri. ij. diebus, & clyſterizetur ex eo quantitate, ℥. iiij. in omni die. v. diebus.

SIMILE EI.

Sumantur. vij. aſaſ, & decoquantur cum. vj. libris aquæ, donec remaneat libr. j. & coletur, & clyſterize tur cum eo infrigidato, aut tepido.

CLYSTERE ad frigus matricis.

℞. ammoniaci, bdellij, ſerapini, oſium añ. ſ. v. opo panacis. ℥. v. ſemis fœnicli, ſeminis apij, ameos, oſium añ. ℥. iiij. fœnugræci, chamæmillę, haſceeh, oſium añ. manipulũ. j. Decoquantur cum. iij. lib. aquæ, donec remaneat tertia, & coletur ex ea libr. j. & miſceatur ex melle cochlearia. ij. & ſunt octo auꝰ. & facriatur; olei ſiſamini, & clyſterizetur in ieiunio, & expectet ſuper ipſum quantum poteſt.

CLYSTERE ad mulierem quę peperit, & accidit ei apoſtema in coxis fuis, et radicibꝰ coxæ eius.

℞. ſolatri. ℥. iij. Terantur, & exprimant, & clyſterizetur cum eo.

CLYSSTERE quod confert ad debilitatem renum, & diminutionem ſpermatis.

℞. haſceeh ſextaria. vj. radicum ſiclę plantas. v. fœnugræci pugillum. j. adipis hirci non caſtrati, olei, capitis hirci, & teſticulorum eius contritorũ, quantũlibet: ponantur in ollam, & fundantur ſuper ea lactis caprini recenter mulcti libr. j. ſ. & quæ haſceeh lib. iij. & decoquantur bene, & colentur, & clyſterizentur cum eo tribus diebus in ieiunio, quantitate ſaciaati vnius aut plus.

CLYSTERE quod confert ad frigus renũ, & duritiem matricis.

℞. olei nucis, olei de amygdalis amaris, olei cartha mi, oſium añ. ℥. j. (& in deſcriptione alia, oſum añ. ℥. iiij.) butyri vaccini. ℥. ſ. Fundant ſuper aqua, in qua decoctum eſt fœnugræcum, quãtitate medię libręꝝ, & clyſterizetur cum eo in ieiunio. iij. diebus.

CLYSTERE ad dolorem hæmorrhoidarũ, & dolorem renum.

℞. ſucci rutę, ſucci porri, mellis, olei de ſpica, butyri, omnium añ. ℥. j. aquæ fœnugræci lib. ſ. Miſceant, & conterantur, & clyſterizetur cum eo.

CLYSTERE ad hemorrohidas intrinſecas, & humorem qui accidit in almeruen.

℞. olei oliuæ, olei de kerua, olei de coſto, oſum añ. ℥. ſ. vini quantũ de omnibus commiſceantur, & clyſterizetur cum eo tribus diebus.

ALIVD ad hæmorrhoidas intrinſecas.

℞. ſucci porri lib. iij. olei de nuce. ℥. ii. Miſceant cũ aꝰ radicũ lilioꝝ tritorũ exſſoꝝ, & clyſterizetur cũ eo.

CLYSTERE adillũ qui ſcrit impinguationẽ. Galbanum decoctum miſceatur cum lacte caprino, & clyſterizetur cum eo.

CLYSTERE quod addit in corpore.

℞. lactis aſinæ lib. ij. adipis vrſi lib. ij. Miſceant, & clyſterizetur cum eo.

ALIVD ad impinguandum, quod impinguat & excitat deſiderium coitus.

℞. olei de ben, & ſambucini olei, & olei de lilio, oſium añ. ℥. ſ. olei myrthini, & pedũ caprag. oſium añ. ℥. ij. olei de botin, olei de raphano, omniũ añ. ℥. ſ. olei ſiſamini. ℥. j. aquam in qua decoctę ſunt hermodactyli torũ tritorũ. ℥. x. centaurei. ℥. vij. haſceeh. ℥. ij. Decoquantur cum. iij. libris aquę, donec remaneat medietas libræ, & coletur, & fundantur ſuper eam olea, & clyſterizetur cum ea.

De Dhimadhec. Cap. XXVII.

DHimadh curkimũ, cõferens ad hydropicos, & hepati, & ſpleni, & viſceribus, & ſtomacho.

℞. amoni, ſpicæ, cordumeni, macropiperis, caſſię lignęæ, thuris, coſti amari, pyretihri, maſticis, bdellij, carpobalſami, ammoniaci, aloes, ſtoracis, ſiſeleos, ari ſtolochiæ rotundæ, & longę, & melliloti, & caryophylloꝝ, & radicis lilii cœleſtis, & olei balſami, omnium ana. ℥. j. croci, ℥. ſ. laudani. ℥. ii. ſ. alkalimbat, cęræ, omnium ana. ℥. xxx. Quæ ſoluuntur, ſoluantur cum oleo de ſpica, & fundãtur ſuper ficca, & miſceantur, & adminiſtretur.

DHIMADH darskidiron faciẽs ad ſtomachũ mollificatum, & reliqua viſcera confortat.

℞. ſeminis apii, cordumeni, cyperi, melliloti, ſũmitatis lauri, ſpicę, caſſiæ lignęæ, amomi, radicis lilii cœleſtis, aniſi, croci, ſampſuci, amoniaci, oſum añ. ℥. vj. ſtoracis. vnc. v. ſepi caprini, refinæ pini, omnium ana vnc. iii. cęræ libr. j. ſ. olei ſampſuci, quantum neceſſe eſt. Componatur, & adminiſtretur.

DHIMADH Philagrii, faciẽs ad dolores ſtomachi & hepatis, & apoſtemata & ægritudines matris cis, qñ liniſ exitus, & qñ ſuppoꝝitur cum lana.

℞. croci pondus. ſ. ii. (& in deſcriptione alia inue nimus. ſ. xii.) bdellii, maſticis, ammoniaci, aloes, ſtoracis humidæ, omnium ana. ſ. viii. gũmi ſextariæ. iii. pinguedinis anatis. ſ. xii. hyſopi ficcæ. ſ. xxx. olei de ſpica quantũ neceſſe eſt. Miſceat, & adminiſtretur.

DHIMADH ſtomaticon, faciẽs ad dolorem ſtomachi & hepatis ex frigiditate, & malitiam digeſtionis, & ventoſitates.

℞. croci, aloes, oſium ana. ℥. j. maſticis, ℥. iii. abſinthii. ℥. ii. ſpicæ. ℥. ſ. & ſ. gũmi. ℥. vii. olei de ſpica quan tum neceſſe eſt. Miſceantur, & adminiſtrentur.

ALIVD conferens ad dolorem ſtomachi.

℞. abſinthii, ſpicæ, caſſiæ lignæ, oſum ana. ℥. iii. aloes, ſtoracis, omniũ añ. ℥. iiii. xylobalſami. ℥. j. croci ℥. ii. ſ. olei de ſpica, & cęræ, quantum neceſſe eſt.

DHIMADH de melliloto, cõferẽs ad apata ac cidẽtia i hepate, & ſtomacho, & reliqs mẽbris exptũ.

℞. melliloti. ℥. l. ammoniaci, & alkalimbat, omniũ añ. ℥. x. (& in deſcriptione alia, ammoniaci, & galliæ, omniũ) ana. ℥. c. cęræ. ℥. cc. (alibi. xii.) ſpicæ. ℥. xx. cyperi, cordumeni, myrthæ, radicis lilii, omnium ana. ℥. xvii. croci. ℥. viii. olei de ſpica aromatica, & vini quãtum neceſſe eſt, & adminiſtretur.

ALꝟD de melliloto, faciens ad apoſtemata dura in ſtomacho, & ſplene, & hepate, & reſoluit apoſtemata calida, & apoſtemata dura.

℞. melliloti, fœnugręci, florum chamęmillæ, bacarum lauri, altheæ, eupatorii, oſum añ. ſ. iiii. abſinthii. ℥. iii. ammoniaci, bdellii, oſum añ. ℥. ii. ficuum albarum. x. numero, ficus, & fœnugręcum, decoquantur, (& in deſcriptione alia: decoquantur ficus cũ aceto) & reſoluantquę reſoluunt in decocto, & miſceat, & percutiat bene, & fundat ſuper illud aliquid ex butyro vaccino, & epithema fiat cum eo.

DHIMADH de ſandalis, conferens ad apoſtemata calida in hepate & ſtomacho.

℞. roſaꝝ. ℥. x. ſandali albi, ſandali rubei, oſum ana ℥. v. croci. ſ. ii. canforæ. ℥. ſ. cerę vnc. ſ. olei roſati. vnc. iiii. Miſceantur, & adminiſtretur.

DHIMADH de ſemperuiua, conferens hepati duro ex caliditate.

℞. florum ſemperuiuæ recentis, florem violarum, ſiccarum

siccarum, rosarum siccarum, sandali albi, omniū ana auū.iii. canforæ pondus. ʒ.j. dhererati non aromatizati auū.j. ceræ sextaria, iij. olei rosati quantū necesse est. Misceantur, & administretur.

CEROTVM infrigidatiuum.

℞. ceræ romanæ albæ. ʒ.j. olei rosati puri, & est illud quod accipitur ex oliuis crudis, quæ nō maturantur, ʒ.iiij. aceti parum albi clari, & aquæ vehementer frigidæ quantum necesse est. Misceantur, & administretur ad mestire, & inceptionem phlegmonis, & febres. Et oportet vt ponatur medicina super membrū quod incipit dolere, aut cor, aut hepar, aut aliud ab istis duobus.

DHIMADH ad hepar, quod cōsecutus est casus, aut obuiatio fortis, aut percussio.

℞. merdasengi, xyloaloes, baccarum lauri, dhericre, croci, myrrhæ, omnium ana drac.ii. ceræ vnc.j. olei sambacini quantum necesse est. Misceantur, & administretur.

DHIMADH ad gibbositatem.

℞. granorum iuniperi, baccarum lauri, omnium ana ʒ.x. costi dulcis, costi amari, omnium ana ʒ.vij. storacis siccæ, ʒ.xv. aloes, & myrrhæ, omnium ana ʒ.viij. croci, castorei, omnium aū. ʒ.vj. cordumeni ʒ.x. alkafire, & felis retilin, omnium aū. ʒ.vii. (& in descriptione alia ʒ.iii.) ligni acori ʒ.viii. corticum thuris ʒ.xii. acatiæ, litii. balaustiæ, ramik, omnium ana ʒ.v. granorum myrthi ʒ.viij, masticis, ʒ.x. nigellæ ʒ.xv. rosarum siccarum ʒ.x. xaluminis ʒ.vi. spicæ ʒ.x. Terātur, & cribellentur, & conficiantur cum cera non colata, cum oleo de lilio, aut oleo de spica, aut oleo de costo, & epithemetur cum eo.

DHIMADH ad diarrhœs, & debilitatem stomachi.

Sumantur folia rhamni recentia, & alhafeech, & folia mori, & folia cytoniis, & mala, & pyra ponstica, & aqua summitatis vitis, & aqua foliorum myrthi, & aqua rosata, & aqua liliorum: & misceantur cū eis acatia, & sumach, & gallæ, & succus barbę hirci, & gallæ non perforatæ, & sandali albi, & rosæ, & calamus aromaticus, & ladanum, et xyloaloes crudū, & mastix, & ramik, & gallia, & absinthium. Terantur sicca, & cribellentur cum orali, & conficiantur cum succis quos diximus, & misceantur cum decocto antiquo, & camphora, & misceatur, & epithemet cū eo.

DHIMADH quod fit cū extremitatibus myrthi, conferens ad debilitatem stomachi.

℞. panis romani, & est tortella. i. biscoctus, sextaria. iii. acatię, litii, laudani, thuris, croci, xyloaloes, sumach, omniū ana ʒ.iii. Terant multum, & infundantur in vini antiqui odoriferi aromatici quantitate. ʒ. iii. aut plus fm quantitatem necessitatis, & ponantur in sole, & accipiantur extremitates myrthi recentes, & extremitates cytoniorum, & summitates malorū, & pyrorum, & rhāni, & rosæ recentes, si sunt inuentæ, aut ficcæ ex vnoquoq; per se, donec fiat sicut ems plastrum. Deinde permisce vtraq; simul permixtione bona, aut accipe ex vnoquoq; quantitatem sextariorum. ii. Deinde accipe medicinas quas posuisti in sole, & proiice eas super extremitates quas contriuisti, & permisce eas, & pulueriza super ipsam camphoram, & sandalos albos, & xyloaloem, aut zuccharum tritum cribellatum. Et asperge super eas aquam rosaram, & syrupum de lilio, & liniatur super pānum, & suffumigef cum xyloaloe, & epithemetur cum eo.

DHIMADH quod cōfortat ad diarrhœam antiquam, & debilitatem stomachi & viscerum.

℞. myrrhæ, acatiæ, licii, masticis, omniū aū. ʒ.iiii. in alio. ʒ.ii. laudani, myrrhæ, dhelacrem, omniū ana ʒ.i. sandali albi, croci, summitatis vitis, gallarū, grano rum myrthi, omnium ana. ʒ.iii. aluminis iameni, cymini carmeni infusi in aceto die & nocte, balaustię, & sumach, omnium aū. ʒ.j. rosarum siccarum, tortellarum siccarū, omnium aū. ʒ.v. aloes. ʒ.iii. balaustię, cāphoræ, oīum aū. ʒ.v. olei myrthini, olei rosati, ceræ quantū necesse est. Misceatur, & administret, & confi ciat cum syrupo de lilio & epithemetur cum eo.

DHIMADH ad solutionem naturæ, & ad illum qui euomit cibum, expertum.

Casb, cytonia, pyra viridia, litium, rosæ, balaustię, decoquantur cum vino pontico, donec discocta sint, & tere ea. Et sumātur masticis, & absinthii, oīum aū. ʒ.j. aloes pondus, ʒ.ii. laudani, ʒ.iiii.) & in descriptione alia, laudani, ʒ.ii.) Terantur, & cribellentur, & cōficiant cum syrupo de lilio, & epythimetur cum eo.

DHIMADH ad stomachum debilem.

℞. laudani, masticis, aloes, absinthii, cymini infusi in aceto bono, thuris, balaustię, fūmitatis vitis ficcæ, oīum equales partes. Terant, & cribellent, & cōficiantur cū syrupo de lilio, & epithemet cū eo stomachus.

DHIMADH quod confert ad debilitatē hepatis & stomachi.

℞. aloes, masticis, succi absinthii, omniū ana drac.iiii. rosarū siccarum, spicę drac.ii. croci drac.j. xyloaloes, gallię, omnium ana drac.ii. olei myrtini, & syrupi de lilio, quantum necesse est. Misceantur, & administretur.

ALIVD ad solutionē naturæ, & vomitum.

℞. Absinthii romani, masticis, omnium ana. ʒ.j. (in alio. ʒ.ii.) aloes. ʒ.iii. gallię. ʒ.ii. Terantur, & cribellentur, & conficiantur cum aqua citoniorum, & epithemetur cum eo.

ALIVD ad diarrhoeam.

Bdellii colati, aluminis iameni. sumach, masticis, balaustię, omnium partes sumantur æquales. Terantur, & conficiantur cum aqua myrthi humidæ, & epithemetur cum eo.

DHIMADH quod confert mulieri pregnanti, quæ menstruatur.

Farinæ lentium, corticis granatorum, gallæ, myrthi siccæ, omniū æquales partes sumant. Terātur, & cribellent, & cōficiant cum aceto & aqua myrthi humidæ, & epithemetur dorsum, & duo emunctoria.

ALIVD ad impregnationem cum apparet sanguis.

℞. cyperi, siccarum rosæ, absinthii, balaustię, laudani, oīum ana ʒ.j. casb. ʒ.iii. aluminis iameni, omniū ana. ʒ.v. Infundant al casb in vino, & terat, & misceant cum reliquis medicinis, & cōficiantur cum syrupo de lilio, & epithemetur cum eo.

DHIMADH conferens ad duritiem splenis & stomachi, & confert ad reliquas exituras, & apostemata calida.

℞. bdellii, ʒ.ii. ammoniaci. ʒ.j. ficuum. ʒ.v. farinę fabarū, & alkefnę, & ciceris, & melliloti, & fœnugrecī, & seminis lini, & chamęmillæ, & aluminis, & anethi, & farinę lupinoꝝ, oīum ana. ʒ.v. olei rutacei, olei chamęmellini, quantum necesse est. Infunde ficus in mi bachtegi die & nocte, & terā tur attritione mulra, & misceantur cum medicinis. Soluant quæ solutę tur cum mibachtegi, in quo infudisti ficus, & rectifica illud, & administra ipsum. Alkefne. i. oroboi.

ALIVD ad splenem.

Ammoniacū soluatur cum aceto forti donec fiat sicut lohoc, & line ipsum super pannum lini, & epithima cum eo.

ALIVD ad splenem.

Sumantur myrrha, & bdelium, ammoniacū, thus, æquali ponderez & soluantur cum aceto, & terantur, & epithimetur cum eo.

simile

SIMILE illi.

Abscindatur pergamenum, aut charta, ℈m quãtitatem splenis, & liniatur super ipsum fauus mellis, & pulverizetur super ipsum sinapi humectatum nõ trisum, & epithemetur cum eo nocte tota.

SIMILE illi.

℞. ficus. x. numero, ♃ ammoniaci, bdelii, oſum ana ℥.j. fructus tamarifci, vſneæ, oſum ana. ℥.j. ℈.ſ. (& in deſcriptione alia, omniũ ana. ℥.ſ.) foliorũ rutæ. ℥.ii. baurach, ſalis, oſum ana. ℥.j. ſulfuris. ℥.ſ. Infundãtur ficus & ammoniacum & bdelliũ in aceto forti, & teranť multum, & miſceant cum eis medicinæ ſiccę, & percutiãtur bene, & epithemetur cũ eo ſplen, poſtq̃ inungatur cum oleo roſato.

SIMILE illius.

Farina hordei conficiatur cum aqua endiuiæ, et di mittatur quouſq; fermentetur, deinde diſſoluatur cũ aceto, & coquatur paululum, & pulueriz etur ſuper eum baurach, & fundatur ſuper illud oleum anethinum, & epithemetur cum eo apud ſomnum.

DHIMADH quod confert ad duritiem ſplenis vehementem, & duritiem hepatis, & aldubelat.

℞. reſinę pini. ℥.xxxviii. cerę, picis, oſium añ. ℥.xxx. aluminis iameni, ſulfuris, thuris, omnium añ. ℥.x. pyrethri, radicis capparis, omnium ana. ℥.v. ammoniaci, bdellii, dabach, ariſtolochię, croci, cordumeni, amomi, olei de ſpica, omnium ana. ℥.iii. aceti quãtum neceſſe eſt. Miſceantur, & epithemetur cum eo.

Dabach ℥.j. viſci.

DHIMADH quod lenit apoſtemata dura.

℞. florum chamæmillæ, melliloti, ſandali rubei, fuſel, fœnugręci, violarum ficcarum, radicum altheę, omnium ana. ℥.ii. dragaganti, ſandarchæ albæ, radis cum vitis combuſtæ, gummi, amygdalarum, ſeminis lini, omnium ana. ℥.j. croci. ℥.j. ℈.ſ. adipis anſerũ, & vitulorum, & gallinarũ, & medullæ cruris cerui, aut tauri, omnium añ. ℥.j.ſ. alliæ liquefactæ. vnc.ii. ceræ rubeæ. vnc.iii. olei de lilio, olei de narciſſo, omnium ana vnc.ii. Et ſi ſunt calida, ponãtur loco horũ oleorum, oleum violatum, & ſilaminum. Et liquefiant adeps & medulla & cera, & ſolue gummi amygdalarum, & pone ipſum in mibachtegi die & nocte, & permiſce adipes & olea, & confice cum eis medicinas ſiccas.

Allię, ſicut ſi declaratũ eſt i ſcito cañ. ℥ linguedo cau de ciſtranorũ, & in Syria re peritur pin guedo caudaũ fidelitãs, cuius pondus eſt lib. viii.

DHIMADH ad dubeler & apoſtemata dura, & reſoluit, valde iuuatiuum.

℞. taraxacon ſicci contriti cribellati, vnc. iiii. fœnugręci triti cribellati vnc. ii. ſeminis maru contriti vnc. i. Miſceantur, & conficiantur cum lacte recens ter mulcto, & oleo de lilio. Teratur, & fiat epithema cum eo, ſanum eſt.

DHIMADH quod extendit ſpaſmũ neruoꝝ.

℞. amyli, adipis porci, medullę vaccæ liquefactæ, omnium æquales partes. Liquefiant quæ liquefiunt, & teratur amylum, & miſceatur cũ eis, & epithemetur cum eo.

ALIVD ad hunc modum bonum.

Sumantur alkalimbat, & medulla vaccæ, & liquefiant in oleo ſambacino, & coletur, & inungatur cũ eo locus ſpaſmatus.

DHIMADH quod lenit nodationẽ neruoꝝ.

Serapini. ℥.iii. caſtorei. ℥.ii. euphorbii. ℥.ſ. ℈.ſ. bdelii. ℥.iii. Terantur, & leniãtur cum aqua calida, & fiãt mantur ceræ. ℥.xv. & olei ſambacini vnc. iii. Liquefiant, & miſceantur cum medicinis, & epithemetur cum eo locus læſus.

DHIMADH ad neruos qui inciduntur.

℞. ceræ, picis, medullæ vaccinę, omniũ añ. vnc. j. gummi amygdalarũ vnc. ℥. olei roſati vnc. ii. Liquefiant, & epithemetur cum eo.

DHIMADH ad apoſtemata frigida.

℞. myrrhę partes. iii. aloes partes. ii. croci partẽ j. foliorum lauri partes. v. coſti, ariſtolochiæ rotundæ, omnium ana partes. iii. Terantur, & commiſceãtur, & cõficiantur cum anacardinis, & epithemet cũ eo.

DHIMADH ad podagram frigidam; & in alio, ad podagram calidam.)

℞. lentium excorticatarum. ℥.x. faſel. ℥.x. melliloti, ſandali rubei, omnium ana. ℥.x. chamæmillæ. ℥.iii. memithæ, croci, omnium ana pondus. ℥.ii. Terãtur, & humectentur cum aqua coriandri, & accipian tur ceræ albæ. ℥.xv. olei roſati vnc. iii. Liquefiant, & dimittantur quouſq; in frigidentur, & proiiciatur ſuper ea medicinæ, & teranturin mortario, & effundatur ſuper illud aceti vini parum, & aqua oleris benedicti, & epithemetur cum eo.

DHAMIDH ad dolorem iunctuarum ex ſanguine.

℞. ſandalorum rubeorum, melliloti, lentis excorticatæ, omnium ana. ℥.x. (in alia. ℥.i.) acatiæ. ℥.ii. memithę. ℥.v. croci. ℥.iii, conficiantur cum aqua coriandri humidi, & oleo roſato, & liniatur cum eo.

DHIMADH quod confert ad apoſtemata calida, & aduſtionem ignis perfici, nobile.

℞. calcis abluta cum aqua dulci. vii. vicibus colatæ & exiccatę vnc. iiii. foliorum ſicę vnc. ii. cerę colatę vnc. iiii. olei roſati ſublimis vnc. vi. Miſceantur, & terantur cum oleo roſato, & epithemetur cum eo tam ru miraberis ex operatione eius.

DHIMADH ad apoſtemata quæ feruent ex caliditate multa, & abſcindit materias.

Sumantur cortices granatorum decocti cum aceto, & terantur multum, & ſumach, & ſemperuiua, & farina hordei, æquali menſura. Terantur, & miſceantur, & cõficiant cũ oleo roſato, & epithemet cum eo. Quidam autem ponunt loco ſumach roſas rubeas.

DHIMADH quod confert ad apoſtemata, & almeſirę, & ignem perſicum, & adуſtionem, & apoſtemata quę ſunt ſuper inguina.

℞. foliorum altheę recentium libr. i. & decoquatur cum aqua dulci, & teratur, & mundificentur fila quę ſunt in ea, & proiiciantur ſuper eam litargiri, & ceruſę, omnium ana vnc. ii. &. ſ. olei roſati vnc. iiii. Permiſce ea omnia contrita cum coriandro, & ſolastro, aut ſemperuiua, donec fiat ſicut emplaſtrum, & epithemetur cum eo.

DHIMADH ad podagram calidam.

Infunde papauer cum lacte mulieris, & liquefac ceram cum oleo roſato, & permiſce ea, & teratur, & epithemetur cum eo.

ALIVD etiam ad hunc modum.

Pſyllium conficiatur cum aceto vini, & oleo roſato, & infrigidetur, & epithemetur cum eo.

ALIVD ad hunc modum.

Farina hordei conficiatur cum aceto, & epitheme tur cum eo, bonum.

SIMILE illius.

Succus virgę paſtoris teratur, & accipe ſuccũ eius, & miſceatur cum eo farina hordei cum ſale, et epithe metur cum eo.

SIMILE illius.

Sumantur ſolatrum, & rafura cucurbitę, et olus bedi ctum, & althea, & farina hordei, & oleum roſatum, & miſceantur, & adminiſtretur.

ALIVD etiam ad hunc modum.

Sumantur tholub, panis ſamidi infuſus cum aqua frigida, & vitelli duorum ouorum, & oleum roſati, & croci parum, Permiſceantur, et epithemetur cũ eo.

Tholub. i. mucus aquę.

SIMILE illius.

Sumatur panis ſimilę ficcus, contritus, cribellatus, permiſce cum eo eupatorium.

Simile

SIMILE illius.

Sumantur vitellus ouj, & crocus, & althea, & oleum rosatum.

ALIVD ad dolorem pectoris.

Fœnugræcum, semen lini, althea, chamæmillam, melliloturn, farina hordei, terantur, & cribellentur, & decoquantur cum oleo chamæmille, & narcissi, & alkeiri, cum aqua, & epithemetur cum eo. Et est tepis dum, nobile.

DHIMADH ad apostemata testiculorum calida.

Farina fabarum cribellata decoquatur cum aqua & oleo rosato, & liniatur super pannum, & epithemetur locus.

ALIVD simile illius.

Folia alkekengi recentia terantur, & misceatur cum farina hordei, & oleo rosato, & vitellis duoꝝ ouorū, & epithemetur cum eo.

DHIMADH ad illum qui mingit sanguinē, & est in eius emunctoriis apostema.

℞. seminis rutæ, seminis fœnugræci, seminis althææ, seminis anethi, omnium ana. 5. x. florum vitis 5. xx. ceræ. 3. iiii. olei chamęmellini vnc. viii. Terantur ficca, & liquefiant humida, & misceantur, & coo periatur super panno lini, & ponatur super vesicam: est enim iuuatiuum.

DHIMADH quod maturat & rumpit apostemata aldubelet.

Fermentum, baurach, sal, calamentum, hasce, stercus columbinum, stercus galliny, terantur cum oleo, & epithemetur cum eo.

DHIMADH quod rumpit apostemata.

Cucumer (& in descriptione alia, ficus) decoquatur, & fundatur super ipsum oleum, & baurach, & misceantur, & epithemetur cum eo.

DHIMADH ad stomachum qui nō digerit.

Sumantur cyminum carmenum, mastix, belenges, sis, & est al sualeras; semen apij, æquali mensura. Terātur, & liquefiant cera & oleum de spica, & fundantur super ea, & misceantur, & epithemetur cum eo.

DHIMADH ad serpentes. i. lumbricos, & semina cucurbitę. i, ascarides: interficit enim eas quan do ponitur super stomachum.

Sumantur colloquintis, myrthus ficca, nigellę, cōdisi, lupini ficci, semen lini, lchea, æquali mensura. Terantur, & cribellentur, & decoquantur cum aqua & oleo rosato, & epithemetur cum eo.

DHIMADH quod confert ad spasmum & mollificationem.

℞. ceræ fextaria. v. euphorbii, piperis, hyssopi hus midæ, ammoniaci, croci, olei balsami, castorei, alkaslimbat, opopanacis, omnium ana. 5. ii. storacis. 3. i. olei lib. i. 5. Et liquefiat cera cū oleo, & proiiciant super vtraq; medicinæ aliæ quæ liquefiunt, & liquefac omnia. Et tere medicinas alias siccas, & cribella, & proiice super ea, & misceantur, & liniatur charta de panno, & epithemetur cum eo.

ALIVDH quod confert ad huiusmodi ægritudines.

℞. myrrhę, opopanacis, & vinen, & sauinæ, & polii, & amygdalarum amararum, (& in descriptione alia, castorei) gummi, ruræ montanæ, thuris, omnii ana. 3. ii. seminis agni casti, pyrethri, galbani, euphorbii, omnium ana. 5. i. ceræ. 3. vii. gummi pini. 3. vi. olei cucumeris asinini. 3. iii. olei laurini. 3. iii. olei de gallis. 3. i. Misceantur, & administretur in epithemate super omne membrum mollificatum.

Cap. XXVIII.

De Vnguentis.

VNguentum de cerusa, faciens ad combustiones ignis, & excoriationem, & ischiaticam.

℞. merdasengi drac. i. cerusæ. 3. v. ceræ albæ drac. vii. olei rosati vnc. ii. Soluatur cera cū oleo, & proiiciatur super eam cerusa & merdasengi in mortario, & terantur bene, & misceantur cum albumine ouj vnius, & terantur iterum, & iterum, donec misceantur, & administretur illud.

MODVS alius vnguenti de cerusa boni.

℞. cerusæ plumbeæ drac. vii. merdasengi drac. iii. scoriæ argenti drac. ii. dragaganti drac. i. Terantur, & cribellentur cum orali, accipiatur cerę albæ vnc. i. & liquefiat cum vnc. iii. olei rosati, & fundatur super medicinas in mortario, teratur, & administretur.

VNGVENTVM. basilicon maius nomina tum tetrapharmacon, & eius intentio est medicamē ex. iiii. medicinis, faciens ad apostemata dura, et mundificat saniem, & facit nasci carnem, & resoluit apostemata bene.

IAm excusatus sum ab hoc capitulo in hoc libro, quoniam ego non dixi omnem mẽsurã, & põdus, & feci vnum post aliud, nisi quod est cognitum apud illos qui linguam arabicam noscunt in capitulis suis. Verũtamen quidam in translationem meam sublimiter inspexerunt, rogauerunt me translationem eius, vt per illud fieret tuuamẽtum in libris aliis ab isto. Et hæc est eius expositio. Scias ꝙ nomen kist, apud gentes quæ græcæ loquuntur, est cognitum; super mensuram vero non inueniunt omnes. Q; est, ꝙa quidam vtunt kist, quod est aliud à *kist*, quo vtuntur alii. Et kist, quod apud Romanos capit libr. j. & duas tertias, est ergo vnc. xx. Et kist alicatis cum capit libr. j. &. ;. & libra est vnc. xii. Et mina romana est vnc. xx. Et mina alicatica & basaria est vnc. xvi. Et mina est sextaria. xl. Lib. est. xx. sextaria. Et sextarium est drac. vi. & danich. ii. aut auf. iiii. ;. Et dorkimi est aur. i. Et duruk alitatiki est caus, & caus vnum est sex acseti romana. Corylum vnum est vnc. ix. Mukitrum magnum est vnc. iii. Mukitrum paruũ est sex darkimi. (in descriptione alia, loco omnis itatichi, in hoc libro italici, & loco omnis mukatron, maſtaron.) In hoc capitulo acsue sun drach. xviii. cohatus vel cyhatus vnc. j. &. ;. harme quarta drac. j. aut danich. ii. Aurulii (in descriptione alia, aures) & auguen ratio vna est, & vnumquodq; eorũ est aur. vii. Aben mellis minæ. ii. aben olei mina. j. ; kist mellis libr. ij. ;. adurich lib. iii. alhemimon sextaria. xxv. Seminem pondus eius harmæ &. ; . faba sfria. iiii. fcumem &. iiii. oboli, & obolus danich. j. ;. Chemeraxi alexandrina oboli. iii. Faba græca semusnem. ii. & oboli. ii. Et faba alexandrina oboli. iii. & semunem. iii. Auellanæ pondus est drac. i. Nux est xiiii. semunem. Afabafa parua septem semunẽ. Afacraiati sextaria. vi. & q̃rta. Cocclear mellis. iiii. auf. Cocclear mediem auf. j. (in descriptione alia, & auf. mediem. ;. j.) Afatis sextaria. ii. & darkimi. vi. oboli, & obolus chirat. iii. & chirat grana. iiii. &. iii. oboli ix. chirat & alconuani. iii. vnc. almumeisi vnc. j. ;. aleaubolo. xxiiii. chirat & alcuathu vnc. j. ;.

Practicæ Serapionis finis.

SERAPIONIS AGGREGA

SERAPIONIS AGGREGATORIS DE SIMPLICIBVS COMMENTARII, ABRAHAMO IVDÆO, ET SYMONE IANVENSI INTERPRETIBVS.

Scias Lector nominum arabum interpretationem in libro cui titulus est Clauis sanitatis, ab ipso Symone Ianuensi compositio, haberi. Capita uero Dioscoridis in margine huius libri notata, ex Ruellij tralatione citata esse.

POSTQVAM vidi librū Dioscoridis, & librū Galeni in Medicinis Simplicibus, aggregatos sup hoc quod necessarium est de scientia earū. Et vidi eos sufficiētes in hoc, nisi quia ipsi erant separati, quare oportebat quod aggregaret inter eos. Qđ est, quia ī vnoquoq; eorum est pars scientiæ, quæ non est in alio, qm Dioscorides rememorauit vnāquamq; Medicinam cum eius scriptione & figura sua, & iuuamēto ipsius, & Galenus memorauit eam cum substantia, & sapore suo, & qualitate, & virtute sua, & iuuamēto ei⁹. Alleuiaui laborem meum, & sustuli solicitudinē in aggregatiōe vtilitatum amborum librorum, & ordinatione iuuamentorum ipsorum. Quare aggregaui sermones ipsorum super vnamquamq; Medicinam singulariter, & accepi id quod est assuetum apud nos, & quod currit in plurimis aliorum librorum, & confirmaui in libro meo hoc, & misi vt in pluribus in principio cuiusq; sermonis super qualiber Medicina expositionem occulti ex ea per nomen magis notum, & diuulgatū. Et post hoc profecurus sum addens huic illud quod narrauit Dioscorides de habitu & figura eius, & post hoc feci sequi illud quod rememorauit Galenus de qualitate substantiæ & essentię, & virtutis & saporis, & iuuamenti eius. Deinde redij addens illud quod narrauit Dioscorides in iuuamento ipsius, & in modo operationis circa ipsum.

Et scripsi in principio cuiusq; sermonis Dioscoridis literam D, & in principio cuiusq; sermonis Galeni literam G, & cum hoc confirmaui sermonem eorū in expositione ipsius Medicinæ, in principio cuiusq; capituli, cum literis duabus vulgaribus notis, significantibus numerum, ita quod per primā literam significaretur, in quo libro, vel tractatu memorauit eā Dioscorides, per secundam vero, in quo memorauit Galenus, & cum toto hoc compleui sermonē cuiusq; Medicinæ, cum hoc quod inueni memoratū ab alijs Medicinis, & addidi ex sermonibus eorum verbis, Dioscoridis & Galeni, illud quod ipsi non rememorauerunt, & propalaui sermonem cuius libet dicētis cum nomine sui dictoris, & absolui me super nomen ipsius. Et diuisi librum hunc meū in duas partes. In prima quidem narraui plures ex substantijs Medicinarum, & saporibus, & virtutibus primis, & secundis, & tertijs, secundum quod memorauit Galenus. In secunda vero posui diuisionem modorum Medicinarum trium generum, videlicet Plātarum, Mineralium, & Animalium, Et diuisi Medicinas, quę sunt ex plantis, in quatuor gradus, & posui ī vnoquoq; gradu illud quod est calidum vel frigidum in illo. Et diuisi quemlibet gradum caliditatis & frigiditatis, in hoc quod est humidū & siccū, in eis. Sed ante hoc præmisi sermonē in Medicinis, quę sunt qualis cōplexionis. Ex hoc ergo deuenit, quod vnaquęq; Medicina sit nota & separata ab alijs, & secundum hanc eandem formā processi in Medicinis, quæ sunt ex Mineris. Et similiter in Medicinis, quæ sunt ex animalibus, & ordinaui capitula ipsarum Medicinarum, secundum alphabetum Arabicū, quod est abuget. A Deo ergo imploro auxilium super laudem eius, & vigorem in exaltatione ipsius.

PARS PRIMA.

De substātijs Medicinarum, & primo de Medicinis subtilis substantiæ. Sermo I.

MEdicinæ subtilis substantię, habent naturam simplicem p se. Et ipsa quidem non est Medicinarum calidę complexionis solum, sed etiā frigidæ. Et Medicina subtilis est illa, quæ cito dissoluitur, & diuiditur in partes minutas per calorem, cui obuiat in corpe. Verū quæ ex illis est calida, est mordens, & quæ frigida ex eis est, non est mordicās, & maxime illa, quæ habet coniunctam cum sua subtilitate, contrarietatem suæ complexionis, & exempla Medicinarum subtilis substantiæ sunt hæc.

Camomilla.	Laudanum.
Dragontea,	Fistici,
Peonia,	Fermentum.
Casith,	Amigdalæ amaræ,
Rosa,	Sordicies balnei,
Gramen,	Acetum,
Ireos.	Vrtica,
Ebanus,	Balsamus,
Nux.	Keiri,
Iuniperus,	Cinamomum,
Ipericon,	Hissopus herba,
Menta,	Ruta.
Cassia lignea,	Agnus castus,
Pulegium.	Nigella.
Kitran, & omnia his similia.	Arbor nabach.

DE MEDICINIS GROSsæ substantiæ.

NAtura Medicinarū, quæ sunt grossæ substantiæ, non inest Medicinis frigidis solum, sed et calidis similiter, & Medicina grossa ē illa, quę non cito dissoluitur, nec diuiditur in partes minimas, de natura sui per calorem, quē inuenit in corpore, sed illa quæ ex eis est calida, est adurens faciens escarā, aut putrificans, aut aperiens ora venarum, & exempla harum venient postea, qñ loquemur de virtutibus secundis Medicinarum, & quod est frigidū, nō habet posse quod mordicet, quia calor, q est in corpore, nō vincit illud, qñ obuiat cuti, & exempla earum sunt hęc.

Myrtus	Rubus,
Poma.	Xilocaractæ,
Cidonia,	Plantago.
Balaustiæ.	Sumach.
Memithæ,	Ronæ, vel kane, ideſt, ſpecies fungi, & ſimilia.
Galla.	
Acacia.	

DE MEDICINIS MEDIIS inter groſſiciem & ſubtilitatem.

QVia ſubtilius corporum eſt aer, & groſſius eorum eſt terra, & medium horum eſt aqua. Accidit, quod quę ſunt ex aere magis ſunt ſubtilia, & quæ ex terra magis groſſa, ſicut oſtendimus in noſtris exemplis, & quorum ſubſtantia eſt aquea, ſunt media inter groſſiciem & ſubtilitatem, & exempla horum ſunt, poma dulcia, violæ dulb, atriplex, virga paſtoris, portulaca, ſemperuiua, & ſimilia.

DIVISIO GENERALIS MEdicinarum ſecundum ſapores. Sermo II.

OMne cui lingua obuiat, aut agit in guſtum, aut guſtus agit in *ipſum*, & id quod non agit in guſtum, nominatur fine ſapore, & Galenus nominauit ipſum *inſipidum*, & eſt quod ſaporem nō habet. Et quod *ſaporem nō* habet, diuiditur in duo, vnū eorum *eſt corpus* ſimplex, & ſecundum eſt corpus cōpoſitum, & ſimplex eſt ſicut aqua, & alia elementa, quæ *non* habent ſaporem. Et cōpoſitum diuiditur in tria, vnum eorum eſt, cuius ſubſtantia eſt aquoſa, ſicut canna tenera, & gramen. Et ſecundum eſt, cuius ſubſtātia eſt terrea, ſicca tactu, ſicut amilum, tutia, ceruſa, & alię ſpecies luti, & ſimilia horum. Et *tertium eſt*, cuius ſubſtantia eſt viſcoſa, *humida tactu*, ſicut oleum, albumen ouí, ſepum, & pinguedo, & hæc duo vltima concitant in nomine ſcilicet infrigidatiuum, & glutinatiuū. Et ego complebo ſermonem in eis, in loco ſuo, ſi Deus voluerit. Et illud quod agit in ſenſu guſtus, diuiditur in duo, vnum eorum eſt delectabilis, & aliud contriſtans. Sed delectabilis eſt omne quod eſt tale comparatum guſtui guſtantis. Et illud quod operatur guſtui humano eſt illud quod eſt ſimile complexioni corporis hominis, & eſt calidum & humidum, cum temperamēto, & ideo facit delectabile linguę, ex delectatiōe ſui, id quod facit aqua tepida corporibus, quando obuiat eis. Et quod eſt in hac complexione, ſicut in cui⁹ ſubſtantia vincit aqua, lenit & præparat, & æquat partes linguę cminentes cum depreſſis, cum delectatione manifeſta, & hoc nominatur dulce. Et ſi vincit ſubſtātia aerea in eo, operabitur illud quod diximus ſine delectatione apparente, & nominat vnctuoſum. Et ideo omne delectabile guſtui, aut erit dulce, aut vnctuoſus aut compoſitum ex his duob⁹. Sed ſi alicui horum admiſcebitur aliquis ex ſaporibus, alijs erit ſecundum ſaporem illum, qui ei admiſcebitur & operabitur, non ſicut cibus, ſed ſicut cibus & medicina. Sed contriſtans facit contriſtationem in ſenſu guſtus, cum punctione vel mordicatione. Et illa mordicatio eſt faciēs ſolutionem in continuo, & quod ſoluit continuitatē, aut facit illam operationem cum ſuperflua diſgregatione, & illud eſt calidum, aut facit illud cuꝫ ſuperflua congregatione, & illud eſt frigidum. Et calidum quidem diuiditur in duo, ſcilicet in terreū & igneum, ſed terreum diuiditur in duo, vnum quod lauat & abſtergit omne quod adhæret linguæ, & ſeparat illud, & nominatur ſalſum, & ſecundum quod eſt magis abſtergiū, adeo, donec adhæreat linguæ ex eo, & groſſicies nocens, & ſeparat ſeparatione forti, & illud nominat amarum, ſed ignei mordicatio eſt cū caliditate & acuitate, & illud nominatur acutum. Et frigidum diuidit in duo, vnum terreum, & aliud aqueum. Sed terreum, quando inuenit linguam, aut congregabit, & exiccabit, & exaſperabit cum virtute & fortitudine, quouſq; perueniat ad cētrum operatio eius, ſicut pirum immaturum, & illud appellatur ſtipticum pōticum, aut erit minus eo, & nominabitur ſtipticum. Et diuerſitas inter ſtipticum & ponticum in hoc eſt, quia ponticū habet in ſe omnia iſta, ſtipticum autem nō. Et aquoſum eſt illud quod facit ebullitionē, & illud eſt acetoſum. Iam ergo manifeſtum eſt ex hoc quod narrauimus qđ ſapores ſunt octo, & quod non habet ſaporem, eſt vnum, quare ſunt omnes nouem. Et, ſunt, inſipidus, vnctuoſus, dulcis, amarus, ſalſus, acutus, ſtipticus, ponticus, & acetoſus.

Libro. 4. Simpli.

SERMO DE VNQVOQVE ſapore. Et primo de inſipido ſapore.

INſipidi ſubſtātia eſt aquoſa multa, & eſt de ſpecie dulcis, niſi quia quando miſcetur cum eo humiditas aquoſa multa, minuit dulcedo eius. Et ideo fructus in alta arbore eſt dulcis, & qui ē prope terram, eſt inſipidus, propter dominiū ſubſtantiæ aquoſæ in eo, vt in pluribus, propterea quia aduenit ei multum de humiditate, & ex his eſt granum frumenti, & hordei, & faba, & cicer. Omnia iſta in principio natiuitatis eorum ſunt propinqua illis, quæ non habent ſaporem omnino, quouſq; maturantur & exiccantur, & ſiunt dulciora quam prius.

SERMO DE VNCTVOSO.

VNctuoſum delectabile eſt dulce, & ſubſtantia eius eſt aquea & aerea. Et virtus eius prima eſt *humectatiua*, ſine calefactione apparente. Et *virtus eius ſecunda eſt mollificatiua*, lubricatiua, & exemplum eius eſt *pinguedo*, & oleum oliuarum, & aliorum, a quibus ſumitur oleum.

SERMO DE DVLCI.

DVlcis ſubſtantia eſt æqualis, & virtus omniū dulcium eſt calida, niſi quia calor *diuerſificat* in eis, ſecundum paucum & multum. Ideoq; ſunt diuerſitates in dulcibus, quia quod eſt dulcius, eſt calidius, & non aduenit ex dulcis caliditate nocumentum calori innato, ſed eſt caliditas eius proxima corporibus, quibus apparet dulce, & terminus dulcis eſt, qui extenditur, donec ſit cibus, niſi quia abſtergit, & hoc duobus modis, vnus cum calore proprio & naturali, ſicut mel. Et ſecundus cum calore acquiſito, ſicut omnia quæ coquuntur ſuper ignem, & propter hanc cauſam inuenimus omnia iſta dum ſunt calida actuali calore eſſe delectabiliora, quando ſumuntur in cibis, & rob non acquiſiuit dulcedinem, quæ eſt in eo a calore naturali ſolum, immo partem a calore extrinſeco & hoc eſt in vuis, & in alijs fructib⁹ omnibus, quia cū hoc calore actuali coquuntur omnes fructus aquoſi, qui ſunt mediocris maturationis, & peruenīunt ad cōplementum maturationis, & iſta quidem aſſimilātur rebus, quas permutauit ignis, niſi quia quando ſuperfluit calor dulcedini, ſuperfluitate multa, accidit ei illud, quod accidit melli, quando veteraſcit, aut quando coquitur nimis, & ita eſt de omnibus dulcibus, & ſecundum hanc formam operatur calor in rebus amaris duobus modis, ſicut agit in dulcibus. Et virtus eius ſecūda eſt *virtus* quę lubrificat & maturat & mollificat & condenſat. Et dulcia quidem ſunt omnes arbores, quarum fructus comeduntur ab hominib⁹, & carnes animalium, & plures herbarum, & radicum & floꝝm, & ramulorum, & foliorum herbarum.

SERMO DE AMARO SAPORE.

ETamari ſubſtantia eſt terrea ſubtilis, & oportet quod intelligas ex dicto meo terreū ſubtile, hæc duo verba iuncta ſimul vnum, ſcilicet alteri, & nō legas vnum quod ſeparatum, quia ſi ſic legeres, apparet ex dicto meo cōtrarium, per hoc quod dico ſubtile, qa non dicimus res amari ſaporis, ſubtilis ſubſtan-

tiæ

tiæ absolute, sed dicimus, quod sunt ex subſtantia terrea fubrili, ſicut & cinis & calx, & omnia quæ ſunt adusta adustione completa, & ſunt cõuerſa in cinerem, & forſitan ſi aliquis aſſimilaret ſubſtantiam amari alicui ex ſpeciebus fumorum ſubtilium, qui generantur ex inflãmatione ignis, eſſet in aſſimilatione ſua apparès verax, quia iſte fumus ſimiliter eſt amari ſaporis. Et corpora quidem terrea groſſa ſunt, ferrum & lapis, & corpora terrea ſubtilia ſunt, fum⁹ & cinis, ſed & lapis & ferrum calefacta in igne, ſunt groſſiora quam calx & cinis, maxime quam cinis & caliditora eis, & ſimilia lapidi calefacto in igne, vel ferro, ſunt medicinę inter ſicientes, in hoc quod faciunt de corroſione, qñ calor corporis obuiat eis, ſicut ſunt colcothar & zeguiride, & rubeum, & arſenicum, & argentum viuum, & alia multa, quoniam illa cuius via eſt hæc, via ſunt medicinæ groſſæ ſubſtantiæ, & virtus earum eſt calida, & nõ poſſunt penetrare propter ſuam grauedinem cito & ſine nocumento, ſicut tranſeunt partes ſubſtantiarum ſubtilium, & propter earum prohibitionem & tardita tem continuam, & longitudinem moræ, in vna parte corporis eſt verum, quod debent nocere, ſicut nocet acus infixa carni, & ſubtiliora horũ, quorum ſubſtantia eſt terrea, ſunt calx, & arſenicum, & lepus marin⁹.

Et iſtarum quidem medicinarum aliquæ ſunt quæ accedunt ad hepar, & aliquæ quæ tráſeunt vſq; ad veſicam, & acquirunt in longitudine viæ, qua tranſeunt calorem igneum, & ariſtolochia quidem, & radix liliſ ſunt ſubtiliores iſtis, & ſignum ſuper hoc eſt, quod nõ ſunt ſicut illa in ſiccitate & ariditate, & in grauitate, et ideo ſunt extra naturam medicinarum interficientiũ.

Et virtus prima amari eſt calida, niſi quia caliditas ſua habet multas diuerſitates, quia illud quod eſt amarum, multa amaritudine eſt calidius, abſq; quod ſit in termino quod comburat. Et illud quod habet paucã amaritudinem, habet paucum calorem, & calor horũ eſt quod abſtergit, & ideo poſſibile ẽ quod dicatur qđ ſapor amarus ſit in corporibus ſiccæ complexionis, & res amaræ ſunt longinquiores ad recipiendam putrefactionem aliis corporibus, & non generantur in eis vermes, & alia ex animalibus quæ generantur ex putrefactione, ſicut illa quæ generantur in radicibus arborum, & herbarum quæ veteraſcunt, Et virtus eiꝰ fecunda eſt, quæ abſtergit & incidit humores groſſos, ſicut facit baurach, & ſal nitrum, & natura eius nõ eſt aerea, nec ſubtilis aquea, ſed ſubſtantia eius eſt terrea, quam fecit in ea calor, qui permutauit eam permutatione completa, donec fere combuſſit, Et quando tu comparas medicinas amaras, medicinis ſtipticis non erit magn⁹ exceſſus ſubtilitatis in amaris ſuper eas. Et quãdo comparaueris eas medicinis calidis acutis, ſunt caliditores eis & groſſiores, ideo non penetrant ita cito in humores viſcoſos, groſſos, ſicut penetrãt medicinę, quarum ſubſtantia eſt magnæ ſubtilitatis, verum non deeſt eis ſuper hoc inciſio humorum groſſorum, ſicut deeſt medicinis groſſæ ſubſtantiæ. Quare oportet qđ medicinæ quæ incidunt, ponantur in medio duarum extremitatum, quia non penetrant ita cito, ſicut flam ma ignis, & ſplendor, & non differunt multum, nam propter ſuam dilatationem iam nõ poſſent diuidere, & incidere illos humores. Et virtus tertia eſt, quod res amaræ omnes habent in ſe naturam faciẽdi in corpore, quando ingrediuntur illud ſimile eius, quod ipſæ faciunt in vlceribus exterioribus, videlicet quod lauant & abſtergunt & mundificant & incidunt, quod eſt in venis ex humoribus groſſis, & propter hoc prouocant menſtrua, & conferunt excreationi ſaniei a pectore & pulmone, Et generaliter ſi eſt phlegma groſſum indurati alicubi, aut ſanies, aut aliud ſimile mundificant, & ideo conungit ex eis, quod illud quod eſt niſi in natura ſua mortiferũ, vel occidens confert Epilepſiæ, ſed interficientes ex eis, egrediuntur naturam ſuæ ſpeciei, & ſicut prædictæ conferunt Epilepſiæ, ita ſunt cauſæ nocendi Emoptoicis, quoniam ſputũ ſanguinis eget rebus ſtipticis, & habentibus viſcoſitatem, & non rebus incidentibus viſcoſitatem, & diuidentibus, Præterea ſicut amarum lauat & abſtergit id qđ eſt in vlceribus de ſanie, & mũdificat illa, ſicut facit dora, ideſt mellica, & res radicis liliſ, & arbor opopanax, ita res calidæ, acutæ, non mundificant, quod eſt in vlceribus ſolum, verum etiam habent naturam corrodendi carnem vlcerum, & exiccãdi, ſicut ſtaphiſagria, quia ipſa ſi non eſſet amarior rebus, quæ ſupradictæ ſunt, non eſſet contra naturam earum, ſed ipſa eſt calida, pungens, fortis acuitatis, & medicinæ amariſſimæ ſunt myrrha, baurach. Et omnia vina, poſtquã nimis veteraſcunt, ſunt ex amaris. Et multa ex ſeminibus, ſicut ſemen rutæ & orobi, proprie ſylueſtrium, & ſemẽ quod nominatur fauſi, quod inuenitur in tritico, & amygdalæ amaræ, & quædam ex ſeminibus cucumeris, & ſemen citri, & ſimilia eius.

DE SAPORE SALSO.

SAlſus ſapor eſt proprie amarum, quia ſunt ambo terrei, calidi, ſed differt inter eos differentia manifeſta, quia tem amari ſaporis iã ſubtilianit calor ſiccus, & plurimum ſubſtantiæ ſalſi, eſt terreum groſſum. Et virtus eius prima eſt calida deſiccatiua, ſed nõ eſt ignea, & virtus ſecunda, eſt virtus quæ cõgregat & ſtringit, & exiccat humiditates.

DE SAPORE ACVTO.

SVbſtantia acuti eſt ignea, & modus acuti ſaporis eſt, quod quando guſtatur, calefacit calore fortì, & mordicat comedẽdo linguã, & quod inuenit ex carne. Et virtus eius prima, eſt virtus calidior omnibus aliis ſaporibus, niſi quia calor eius habet diuerſitates multas, nam id in quo eſt de acuitate & punctione, plus eſt maioris caliditatis, & terminus in hoc eſt quod comburit, & illud in quo eſt punctio & acuitas minor, eſt minus calidum, & quando componuntur ſapor acut⁹ & amarus in aliqua medicina, erit illa medicina ficca penitus, ſine dubio, ſed res acutiſſimę pungentes, quæ non ſunt amaræ, inueniuntur multoties multæ humiditatis, quare veniunt ad vſum cibi & comeduntur, & ideo deuenimus ad comedendum multas ex eis, ſicut illas, in quibus admiſcetur ſapor dulcis ex cibis, & vtimur eis in modum ſpecierum condientium ſolum, vice vero cibi non vtimur vna ſolum ex eis, propter fortitudinẽ ſuæ virtutis. Et virtus acuti ſecunda eſt, quod quando ponitur ſuper cutem, comedit eam comeſtione aſſociata, ardori faciendo eſcarã, & diſſoluit cutẽ, ſi applicauerit corpori, & quæ ex eis eſt, in ſubſtantia ſua plurimæ cõtrarietatis naturæ aliæ cnitus animalis eſt, ex toto putrificãs corpus eius & occidens, ſicut ientum & cicada, & cãtarides, & illa quæ eſt contraria corpori, ſuperfluitate contrarietatis ſuæ, caliditatis ſolum, ſicut ex rebus groſſis terreis, facit in membris interioribus vlcera, & ſi eſt ſubtilium partiũ eſt virtus eius incidens, reſoluens, & propter hoc prouocat vrinam & ſudorem, & ex eis etiam ſunt multa, quæ iuuant ad mundificandum pectus per ſcreatum, & ad prouocandum menſtrua, verum cauendum eſt, quantum & quomodo, & quando vſus eſt in eis, ſed quod oportet, inueniturin omnibus iſtis amaritudo manifeſte, ſicut ſapor dulcis reperitur in plurimo eorum quæ comeduntur, ſicut diximus, veritatem non debẽt appellari amara, quia amaritudo quę eſt in eis, eſt multum debilis, & acuitas & punctio fortis valde, Et exempla caliditorum pungentium acutorum, ſunt Piper, Piretrum, Sinapis, Allium, Cepe, & alia huiuſmodi.

DE STIPTICO ET pontico sapore.

Sapor stipticus est sapor ponticus debilis. Et hi duo, s. ponticus & stipticus, nō differūt, nisi multa & pauca stipticitate, & omne corpus stipticum, expoliatū omnibus alijs saporibus, qñ applicatur gustui, infrigidat, & similiter res quarum sapor est mixtus, cōpositus ex alijs saporibus, in quibus dulcedinis est parum & amaritudinis & acredinis, infrigidant inæqualiter apparente, & hoc est, quia virtus stiptica & frigida, vincunt super eas, victoria debilitante virtus alias, quæ sunt in eis, & ita omnia quæ habent stipticitatem & acetositatem, infrigidant infrigidatione manifesta. Et qñ ponticum est frigidum, terreum, oportet quod virtus eius frāgatur, & reprimatur cum vna ex tribus rebus, quæ sunt, quia aut caleſiet, aut humectabitur, aut fiet vtrunq; simul, si ergo caleſiet solū, non fiet humidius, aut mollius qñ primo, sed remanet in sua grossitie, & acquirit dulcedinem cum augmento in sapore suo, quemadmodum contingit in glandibus quando coquuntur, & proprie illis, quæ dicūtur castanææ, & si humectatur solum, & illa humiditas fuerit grossa aquosa, sit stipticū, ga humiditas illa aquea cōminuit de virtute omnis saporis. Sed si humiditas illa fuerit subtilis aquea, etiā sit aceto sum, & si humectatur, & caleſit simul, tunc si humiditas illa est aquosa, conuertitur in dulcedinem, & si est aerea, conuertitur ad vnctuositatem. Et fructus quidem pontici, q remanent in sua dispositione, in pōticitate, sunt fiscut aliquæ species glandium, & fructus qui dicitur katile bi, idest, interimens patrem, & xilocaracte, & fructus pontici dulces sunt, grana mirti, & succus sumach, & similia, & pira sylueſtria, & castanææ propriæ, ga dulcedo eorum est maior ponticitate sua, sed quod est stipticum solum, est fructus vitis, quæ Græce dicitur minaus, & eius vinum, & quod appropinquat illi, sed stipticum dulce est, sicut fructus palmarum, & quædam vina, sicut vinum quod dicitur sumuritis, & emptos & similia. Et stiptici quidē subſiantia est terrea grossa, & virtus eius prima, est frigida & exiccatiua, & secunda, est virtus quæ congregat, & asperat, & ingrossat, & inspissat, & prohibet, sicut galla, & balaustia, & cortex granati, & succus sumach, & alia.

DE ACETOSO SAPORE.

Substantia acetosi est aquosa, & virtus quidem rerum acetosarū, acetositatis absolutæ, sicut est herba acetosa, & herba quæ Græce dicitur huscanis, & alia hmōi inueniūtur in frigidatiua, & similiter omnia, in quorum acetositate admiscentur sapores alij, si cut dulcedo, vel amaritudo, vel acredo, sicut granata, & poma, & citonia, & pruna, & vua, & mora celsi, & cerasa, & acetū similiter, nisi quod acetositati eius misceter acuitas & pūctio, & acetositati fructuum misceter pōticitas, & dulcedo, & quibusdam ipsorum amaritudo occulta. Et qñ fructus sunt in principio ortus eorum sicci pontici, & postea fiūt acetosi propter humiditatem nimiam, quæ aduenit eis, manifestum est, quod sapor ponticus est magis terreus, & acetosus est magis humidus. Acetosi ergo subſtātia est subtilis pungens. Et virtus eius prima est frigida, sed nō accidit ex frigiditate sua, quod possit interficere, & hoc quia res acetosæ, si essent in vltimo frigiditatis, nō essent cum hoc subtiles. Et virtus eius secunda est qđ incidit & subtiliat, & separat, & aperit, & prohibet.

Et postquam compleuimus sermonem in saporib⁹ incipiemus in sermone nostro loqui de virtutibus, & dicemus quod quia medicinarum virtutes quædam sunt primæ, & quædam secundæ, & quædam tertiæ. Oportet quod dicamus vnumquemq; modum ipsarum. Incipiamus ergo & dicemus primo in virtutib⁹ sermonem vniuersalem, & postea diuidemus medicinas per illas virtutes si DEVS voluerit.

DE DIVISIONE VIRTVTVM primarum Quæ sit differentia inter medicinam & cibum, & inter medicinam simplicem & compositam. Sermo III.

Sermo noster, medicina simplex est contradictionis eius quod dicem⁹ medicina composita, quia medicina simplex est illa quæ è infirma custodia in natura sua, cui nihil adiunctum est. Et medicina quidem & cib⁹ composita sunt admixta alicui rei. Et medicina est id quod propter suam completionē immutat naturam nostri corporis: & cibus est quod propter sui naturam augmentat subſtātiam nostri corporis, & addit in ipsam. Igitur cibus est victus & permutatus a cibalitate sua, sed medicina est cōtra hoc, quia ipsa est vincens naturam corporis nostri, cuius est medicina immutādo ipsum, & immutatio medicinæ erit aut secūdum vnam qualitatum quæ sunt caliditas, frigiditas, siccitas, & humiditas, quæcūq; sit ex istis, quare alterabit corpus, & caleſaciet ipsum, aut infrigidabit, aut deficcabit, aut humectabit, aut immutatio ei⁹ erit secūdum duas qualitates compositas ex istis, quare caleſaciet aut deficcabit simul, & similiter de alijs, aut cum tota sui subſtantia, sicut multæ medicinæ interficientes, aut sicut bazahard & omnes laxatiuæ & attractiuæ. Et virtutes istarū qualitatum quæ sunt causæ operationum, aut inueniuntur per istam operationem suam actualem, sicut virtus ignis quando caleſacit, aut virtus glaciei quādo infrigidat, aut inueniūtur per operationem potentialem, sicut virtus eorum caleſacientium, sicut est piper, piretrum, & castoreū, & similia. Et quia medicinæ quæ caleſaciūt, aut infrigidant actualiter aliquando habent facere alias operationes potentialiter, oportet quod manifestetur earū natura, & rememorentur virtutes earum, quia Medicinæ quæ operantur istas operationes diuersas, scilicet, caleſacere, infrigidare, & deficcare, & humectare, operātur eas cū virtute quæ nō apparet sensui. Oportet quod exponam & dicam, quod medicina quando obuiat corpori, si est similis complexioni corporis cui obuiat & non caleſacit ipsum, neq; infrigidat, neq; de ficcat, neq; humectat, nō oportet quod nominetur calida vel frigida, ficca vel humida, sed æqualis tempera ta: sed si non fuerit similis ei, sed erit frigidior, aut caliđior, siccior, aut humidior, eo appellabitur habēs virtutem vincentem. Oportet ergo quod dicamus in medicinis istis, quod illud quod vincitur in eis ex virtutibus est secundum quantitatem vel diuersitatem quatuor graduum, & in vnoquoq; istorū graduum sunt tres mansiones, scilicet prima, secunda, & tertia siue postrema. Dico ergo, quod medicina quæ permutauerit corp⁹ ab æqualitate in qua erat, permutatione non apparente manifeste, aut apparēte aliqua æstimatione & ratiocinatione rationabili, si operatio eius nō est cum apparitione, talis dicetur in primo gradu: & si permutauerit permutatione apparente manifeste, tamen non forti permutatione, dicetur in secundo gradu. Sed si permutauerit permutatione forti cum excessu, sed non in vltimo, ita quod destruat & corrumpat, dicetur in tertio. Et si permutauerit permutatione forti cum excessu, sed non in destruente, scilicet aut caleſactione qua comburat, aut infrigidatione qua mortificet, erit in quarto gradu. De siccis autem medicinis nullam inuenimus in quarto gradu, nisi illas quæ com burunt, quia omnia ficca in vltimo sunt comburentia fine dubio, sed illæ quæ sunt in tertio gradu, in fieritate erunt non comburentes, sicut medicinæ stipticæ stipticitate forti, sicut sunt succus agrestæ, & balaustia, & alumen, & gallæ virides, quamuis huiusmodi

medicinarum quædam sunt prope terminū quo comburant, sicut æs vſtum, sed ipſæ erunt in fine tertij gradus vſq; ad principium quarti; & quædam ex eis sunt in medio tertij, sicut æs vſtum lotum; & quædam in principio tertij, sicut hypoſtidos. Et in iſta quidē diuiſione iam poſitæ sunt tres māſiones in vnoquoq; gradu, poſtq; ſiccitas ſinapis non eſt tanta, quanta eſt ſiccitas capparis, quāquam ambę ſint in tertio. Ex his ergo medicinis ſimplicibus quæ dictæ ſunt, quædam ſunt ex plantis, de quibus ſermo primus erit, & primo de temperatis æqualibus.

Diuiſio medicinarum ſecundum virtutes primas, & numeratio ipſarum per gradus.

Numeratio medicinarum æqualium temperatę complexionis.

Nomina medicinarū æqualium ſecūdū Cap. earū.

Nomina medicinarū, quæ ſub his Cap. reperiunt.

Citrum.
Folia & ſemen.
Macis.
Talisfar.
Capillus Veneris.
Sparagus.
Oliuæ.
Oleum.
Amurca olei.
Folia oliuarum domeſticarum.
Lignum oliuæ.
Gummi oliuæ.

Fex olei tam oliuarum ſylueſtrium quam domeſticarum.
Handacoca.
Licium.
Sebeſten.
Lentes.
Cera.
Teraniabin.
Caſſia fiſtula.
Et ſunt, 12. medicinæ.
Primus gradus medicinarum.

NVMERATIO MEDICINARUM quæ ſunt calidæ & ſiccæ in ipſo.

Rizi.
Abſinthium.
Sarica vel erſion.
Sandonicum.
Sceha.
Sarcocolla.
Spongia maris.
Lapis ſpongiæ.
Sticados.
Melilotum.
Squinantum.
Athel.
Semen lini.
Camomilla.
Meliſſa.
Dadi.
Auena.
Darſeſahan.
Haermia.
Seta.
Frumentum.
Farina frumenti.
Furfur.
Amilum.
Panis.
Fermentum.
Haur, arbor populi.
Tamariſcus.
Caulis.
Canabit.
Orobus.
Coriandrum.
Vitis.
Vitis domeſtica.
Vitis agreſtis.
Vua.
Paſtulæ.
Vinum.

Fex vini.
Vitis alba.
Vitis nigra.
Cuſcute.
Cadi.
Lebleb.
Volubilis.
Hedera.
Acſin.
Athin.
Laudanum.
Dragontea.
Iarus.
Mahaleb.
Mana.
Storax.
Indicum.
Caries ligni corroſi.
Neramuſch.
Zuccharum.
Hahozer.
Thabarzet.
Penidij.
Spica nardi.
Spica Celtica.
Celtica montanea.
Folium Indum.
Gallia.
Cipreſſus.
Filix.
Alia ſpecies eius.
Vernix.
Sene.
Fiſtici.
Rubea tinctorum.
Peonia.
Fu.
Meu.
Pinus.
Cortex & lignum.
Folia.
Fumus.
Cardamomum.
Heil.
Cachille.
Bombax.
Semen eius.
Folia arboris eius.
Milium ſolis.
kanabel.
Dactylus.

Rotab.
Zinzania.
Fumus terræ.
Papa, rubeum.
Sexabram, ideſt lozisum.
Lupinus.
Sylueſtris ex eo.
Candaruxium.
Altea.
Eupatorium.
Agaricum.
Et ſunt, 72. Medicinæ.

NVMERATIO MEDICINARŪ quę ſunt calidę & humidę in prio gradu.

Nux henden.
Cicer.
Faxeolus.
Amygdala.
Amygdala amara.
Arbor amygd.
Gummi amygd.
Oleum amygd.
Lingua bouis.
Mauz.

Molochia.
Siſamus.
Iuiube.
Rodahb.
Secacul.
Teſticulus vulpis.
Alia ſpecies eius.
Teſticulus canis.
Archis.
Et ſunt, 15. Medicinæ.

NVMERATIO MEDICINARŪ quę ſunt frigidę & ſiccę in prio gradu.

Mirtus.
Granum mirti.
Folium mirti.
Rob mirti.
Mantidabon.
Vineę.
Acathia.
Emblici.
Belliriei.
Aſtaraticon iringi.
Faba.
Glans.
Caſtanea.
Bedeguard.
Spina alba.
Corallus.
Burdi.
Ieuers.
Iuncus.
Millium.
Didar.
Cardo.
Mirobalani.
Citrini.
Indi.
kebuli.
Roſa.
Senij.
Oleum roſatum.
Semē & capita &ro.
Aqua roſacea.
Sorba.
Alkana.
Acetoſa, & eſt lapacium.
Tribulus.
Epatica.
Pyra.
Barba hircina.
Hipoquiſtidos.

Tarathith.
Robiliæ.
Mechil de Mecha, & eſt cyſſilio.
Palma.
Dactyli.
Cyſſilio.
Garmen.
Sadar.
Nabach.
Sauerus.
Sulr, ideſt, ſpelta.
Hais.
Rubus.
Mora rubi.
Cartamus.
Hatil adib, ficus lupi.
Canna.
Mala granata.
Balauſtia.
Succahaba.
Spina Arabica.
Hordeum.
Chiſch hordei.
Mora celſi.
Arbor eius.
Mala eius.
Citonia.
Licinia.
Satromon.
Melomella.
Atirotipa.
Sylueſtria.
Acetum.
Xilocaracta.
Salix.
Cauda equina.
Colla & gluten.
Et ſunt. 46. medicinæ.

NVMERATIO MEDICINARŪ quę ſunt frigidę & humidę in prio gradu.

Pruna.
Damaſcena.

Spinachia.
Viola.

Dulb.
Endiuia.
Taraxacon.
Scariola.
Roſtrum porci.
Nenufar.
Cerafa.
Gummi eius.
Atriplex.
Liquiritia.
Succus eius.
Sicia.
Malua.
Et ſunt. xj. medicinæ.
Secundus gradus.

NVMERATIO MEDICINARVM quæ ſunt calidæ & ſiccæ in ipſo.

Vrtica.
Semen vrticæ & oleum eius.
Blacta Bizantia.
Ebanus.
Abrong.
Saluia.
Anagalis.
Ozimum garyophylatũ.
Ozimum non gayophylatum.
Cotula.
Boton.
Lentiſcus.
Terebinthus.
Terbentina.
Balſamus.
Barſaton.
Xilobalſamum.
Carpobalſamum.
Opobalſamum.
Nux muſcata.
Nux.
Auellana.
Nux vomica.
Nux mechil.
Polium montanum.
Baucia.
Paſtinacha.
Viſcus.
Sordicies.
Sordicies ſemicupij balnei.
Vrz.
Ariſtolochia longa & rotunda.
Zurumbet.
Crocus.
Crocomagna.
Fœnum græcum.
Amehum, ideſt, ozimũ.
Ieſemin.
Aſpaltum Iudaicum.
Napta.
Olibanum.
Cortex thuris.
Minutum thuris.
Fumus thuris.
Camepitheos.
Chamedreos.
Meu.
Lacca.
Maſtix & arbor eius.
Muri vel almuri.
Muſcus.
Nabach.
Neſrim.
Narciſcus.
Lilium.
Yreos.
Chimæa vel yris.
Caſoras.
Xifion.
Safarethamon.
Siſeleos.
Rapa.
Silueſtris napa.
Ciperus.
Scolopendria.
Hermodactylus.
Mel.
Ambra.
Lignum aloes.
Paraſſium.
Feleng.
Fagre.
Aloes.
Chartamus vel crocus ortulanus.
Chartamus agreſtis.
Chulcaſſia.
Cucumer aſininus.
Elacterium.
Calamus aromat.
Reubarbarum.
Canapis.
Canaps agreſtis domeſticus.
Ficus.
Caricæ.
Folia ficus.
Ficus agreſtis.
Lac ficus.
Succus ramorum ficus.
Cinis ligni ficus.
Ficus immaturæ.
Sicomorus.
Cheiri.
Affodillus.
Cherua vel pentadactylus oleum eius.
Et ſunt. 65. medicinæ.

NVMERATIO MEDICINArũ quę ſunt calidæ & humidę in. 2. gradu.

Behen.
Eruca.
Granum eulcul.
Lingua auis.
Michad.
Nux Indica.
Et ſunt, 6. medicinæ.

NVMERADIO MEDICINArum quę ſunt frigidæ & ſiccæ in. 2. gradu.

Berberis.
Pſillium.
Balauſtia.
Dragagantum.
Plantago.
Plantago minor.
Memithe.
Sumach.
Ramnus.
Galla.
Solatrum.
Alkekengi.
Solatrum ſomniferum.
Solatrum manicum.
Gummi Arabicum.
Ramich.
Ribes.
Et ſunt quatuordecim medicinæ.

NVMERATIO MEDICINArum quæ ſunt frigidæ & humidæ in ſecundo gradu.

Holus iamenum, & eſt blitus.
Melo.
Cucumer.
Citrullus.
Melo magnus viridis.
Lenticula aquæ.
Tubera.
Criſſomila.
Cucurbita.
Lactuca domeſtica.
Lactuca agreſtis.
Perſica.
Et ſunt, 8. medicinæ.
Tertius gradus medicinæ.

NVMERATIO MEDICINArum quę ſunt calidę & ſiccæ in ipſo.

Aniuden.
Aniſum.
Achuen.
Aſſarum.
Sauina.
Epithimum.
Vinen.
Alumen affor.
Alkali.
Pollipodium.
Ciclamen.
Buzeiden.
Bel, & ſel, & phel.
Oppopanax.
Gentiana.
Fumus.
Daucus.
Cinnamomum.
Maſolites.
Montanum aſperum.
Maſalem.
Vaſor & cinamum.
Kerſe.
Bramonium.
Ipericon.
Aſirach vel aſquiron.
Androſemon.
Coras.
Amoniacum.
Acorus.
Hyſopus herba.
Zurumbet.
Pix humida.
Kepſen.
Pix ſicca.
Pix quæ abraditur a nauibus.
Cardus.
Camaleonta alba.
Camaleonta nigra.
Haur romi.
Karabę.
Staſiſagria.
Granum ben.
Amomum.
Iuniperus.
Sauina.
Serbin.
Gar.
Thimus.
Colloquintida.
Granum.
Indicum, & eſt nil.
Sambucus.
Et ebulus.
Harmel.
Peucedanum.
Ciminum.
Ciminum agreſte.
Kubebe.
Karui.
Apium.
Salis.
Olixatrum.
Acraſelinum.
Ipoſellinum.
Petroſelinum.
Sinirium.
kapparus.
Myrrha.
Mumia.
Bdellium Iudaicum.
Marua.
Iantuſa.
Maiorana.
Ameos.
Menta.
Serpillium.
Alia ſpecies eius.
Ruta.
Caſſia lignea.
Serapinum.
Scamonea.
Squilla.
Hacub.
Alcarded.
Celidonia, & eſt curcuma.
Curcuma, & eſt memithe.
Raphanus.
Armorachion.
Panax Aſclepi.
Panax cironion.

Agnus

Agnus castus,
Origanum.
Eradioticha.
Onithis.
Agatha.
Tragoriganum prassium
Pulegium alnam vel alnege.
Mescatremasir diptamũ & dictamum.
Calamentum.
Nepita & species tertia eius.
Radix piperis.
Timbra vel satureia.
Centaurea maior.
Centaurea minor.
Cardamen.
Carui agreste.
Abrotanum.
Costus.
Gariofilus.
Galbanum.
Grana tinctorum.
Betonica.
Senacion.
Fœniculus.

Resina.
Mastix.
Terbentina.
Gluten cophi.
Resina cipressi.
Resina pini.
Colophonia.
Fumus resinæ.
Anetum.
Arbor Mariæ.
Rosmarinus.
Nigella.
Sceha.
Turbith.
Allium.
Scordeon.
Allium porrinum.
Galanga.
Helleborus al. & ni.
Laurus & species eius.
Daphnides.
Laurus Alexandrina.
Camedaphnis.
Laurola.
Oleum laurinum.
Doronicum.
Et sunt. 84. Medicinæ.

NVMERATIO MEDICINARVM

quæ sunt calidæ & humidæ in. 3. gradu.

Zinziber.
Granum zelim.
Enula.
Tapsia.
Et sunt. 4. medicinæ.

NVMERATIO MEDICINARVM

quæ sunt frigidæ & siccæ in. 3. gradu.

Iusquiamus.
Sanguis draconis.
Spodium.
Mandragora.
Marbus.
Canfora.
Faufel, & est auellana indica.
Sandalum.
Cicuta.
Thamarindi.
Et sunt. 9. Medicinæ.

NVMERATIO MEDICINARVM

quæ sunt frigidæ & humidæ in. 3. gradu

Portulaca.
Semperuiua.
Vermicularis.
Virga pastoris.
Fungi.
Et sunt. 4. medicinæ.
Quartus gradus medicinarum.

NVMERATIO MEDICINARVM

quæ sunt calidæ & siccæ in ipso.

Euphorbium.
Cepe
Bulbus.
Anacardus.
Budheregi.
Dend.
Nasturtium.
Nasturtium tecto.
Nasturtium orientale.
Titimalli.
Carsitias, & est masculus.
Carsitis.
Paralios.
Eliosсopos.
Ciparissias.
Dendrodes.
Pistofilos.
Pthias.
Porrum.
Condisi.
Mezereon.
Catapuția minor.
Meizahaaragi.
Piretrum.
Piper.
Sabo.
Kitram scerbin.
Cinis.
Scebran.
Seitaragi.
Sinapis.
Et sunt. 21. medicinæ.

NVMERATIO MEDICINARVM

quæ sunt frigidæ & siccæ in quarto gradu.

Papauer.
Opium.
Papauer Cornutum.
Dabre.
Nux methel.
Et sunt. 2. medicinæ.

MEDICINÆ QVÆ SVNT EX mineris vt sunt lapides, & luta, & metalla.

Antimonium.
Minium.
Ceruſa.
Gipsum.
Dirrigis, vel lapis frigius.
Auripigmentum.
Nitrum.
Ziniar.
Lapis smaragdus.
Argentum viuum.
Zeg.
Colcothar.
Calcanthum.
Vitriolum.
Bityrias.
Pfiri.
Mertina.
Sutensis.
Spuma maris.
Adarte.
Lapis lazuli.
Lapis Iudaicus.
Lapis adamas.
Cos in quo acuitur ferrum.
Lapis asius.
Lapis magnetis.
Marchasitha.
Lapis bezaar.
Margaritæ.
Lapis iacintus.
Lapis albuzedi.
Lapis corneolus.
Lapis alliaza.
Lapis aquilæ.
Ferrum.
Lutum Armenum.
Terra sigillata.
Chimolea.
Sulfur.
Sinopida.
Sal.
Flos salis.
Latargirium.
Nitrum.
Baurach.
Calx.
Sal armoniacus.
Aes.
Aes vstum.
Squama æris.
Flos æris.
Argentum.
Scoria argenti.
Stannum.
Pumex.
Climia.
Plumbum.
Plumbum vstum.
Scoria plumbi.
Alumen.
Emathites.
Tutia.
Tinchar.
Borax.
Tegula.
Aurum.
Et sunt. 49. medicinæ.

MEDICINÆ QVÆ SVMVNTVR

ex animalibus viuentibus, & ex membris eorum, & superfluitatibus. Et primo de his quæ sumuntur ex animalibus.

Lepus siluestris.
Anas.
Gallus & gallina & pulli eorum.
Vermiculus vasorum aquæ.
Limacia.
Harbe.
Cancer marinus & fluuialis.
Scorpio.
Conculæ marinæ.
Ericius marinus & terreus.
Kanabrachauis.
Pisces stupefaciens.
Vulpes.
Ysculi, & sunt lumbrici terreni.
Yrundo.
Lapis yrundinis.
Cantarides.
Rana.
Membra & superfluitates animalium.
Ostraca marina.
Testæ conchilium.
Blactæ bizantiæ.
Coagulum.
Castoreum.
Ova.
Sputum.
Vrina.
Pellis vel cutis arietis.
Sanguis.
Cerebrum.
Ilopus humida.
Stercus.
Extremitates animalium.
Vngulæ & dentes.
Epar.
Renes stinci.
Lac.
Aqua casei.
Caseus butyrum.
Recocta.
Fumus butyri.
Caro Tyri.
Fel.
Medulla ossium.
Adeps & pinguedo
Spolium serpentis.
Pisces.
Ossa combusta.
Tela aranea.

Sudor, Caput,
Lana, Capilli,
Cornu, Et sunt de superfluitatis
Ventriculus, bus, & de animalibus
Pulmo, ipsis Cap. 48.

DE SECVNDIS VIRTVTIBVS.

Sermo vniuersalis. IIII.

QVoniam quælibet Medicinarum singularium, non habet propriam complexionem in radice suæ complexionis qualitatum primarum, quæ sunt virtutes primæ secundum similitudinem vnam, contingit, quod quælibet ipsarum facit operationem diuersam ab alia. Et propter istas operationes, quę proueniunt ab eis, dicunt quod in eis sunt virtutes, & nominât eas virtutes secũdas, & vnaquæq; istarum virtutum est denominata a nomine suæ operationis, & dicitur virt⁹ maturatiua, & mollificatiua, & ĩduratiua, oppilatiua, aperitiua, lauatiua, mũdificatiua, rarificatiua, condensatiua, aperitiua orificiorum venarum, constrictiua eorundem, adustiua, putrificatiua, diminutiua carnis, augmentatiua carnis, attractiua, custoditiua, liberatiua, & sedatiua doloris, & sic de aliis. Et dicemus super vnamquamq; virtutum istarũ, & ante hoc dicemus, quod quędam istarum virtutum contrariantur alijs, quia virtus cõglutinatiua, est contraria mundificationi, & virtus cicatrizatiua est contraria virtuti abstersiuæ; & virtus oppilatiua, est cõtraria virtuti aperitiuæ; & virtus mollificatiua est contraria virtuti induratiuæ; & virtus relaxatiua est cõtraria virtuti erigitiuæ, & sic de aliis.

SERMO DE MATVRATIVA MEDICINA.

QVod Medicina maturatiua sit proportionalis calori naturali corporis, ita q; si calor corporis naturalis est amplior Medicina quæ debetur illi, oportet quod sit calidior in illo, q; in alio corpore. Et oportet quod sit quantitas additionis calidatis suæ sup æqualitatem, sm quantitatem additionis calidatitis illius corporis, super corpus æquale, & sm hãc formam, est necessaria Medicina cuilibet corpori conueniens, qua operetur in eo. Et complexio Medicinarum quæ iuuant ad generandam saniem & pus, est complexio æqualis, similis in natura sua corpi hominis; & natura quidẽ corporis hominis est calida & humida, & ideo natura Medicinæ, quæ generat saniem, est calida & humida, & ipsa nõ habet facere istã operationẽ cum qualitate sui corporis, sed potius cum quantitate eiusdẽ, ita quod fi possibile esset, q; manus nõ separetur ab applicatione cõtinua membri in quo necessaria ẽ generatio saniei, vel aliquod aliud membrũ applicaretur ei, citius generaretur sanies in eo, q; alio modo igitur talis Medicina erit in vltimo assimilationis, complexionis corpis hominis illius, scilicet in quo necessaria est generatio saniei cito, & illud quidem qđ est necessarium in saniem conuerti, est aliquãdo caro contusa, aliquãdo vero humor qui fecit apostema. Et oportet quod medicina huiusmodi fit glutinosa, donec fit in fine conuenientiæ faciendi saniem, videlicet faciendo appositionem & additionem substantiæ casoris innati, claudendo poros corporis, & includendo vapores interius, quia conuerso quę fit ad saniem, est vna ex operationibus naturalibus, quia est conuersio & alteratio cum qua est etiam parũ digestionis; & necesse est quando volumus quod aliqđ digeratur, quod custodiamus interius multitudinem spirituum. Et glutinatio quidem, est magis contingens rebus viscositis, sicut sunt axungia porci & olibanum, & emplastrũ quod accipitur ex frumento, quia ista sunt temperata in caliditate & humiditate viscosa, & candarsium est siccius q; farina frumenti, & non est in viscositate minus eo multum, & pp hanc causam conuenientius est ad generandum saniem in apostematibus humidioribus. Et ex rebus conuenientibus ad generandũ saniẽ, est ex embrocationibus, embroca cum aqua calida trepida, & aqua cui admixtum est oleum, & ex linimẽtis est oleum quod est temperatum in caliditate. Et ex emplastris est illud quod fit ex farina frumẽti, cũ aqua, & oleo, & pane, & oportet quod istud emplastrum de coquatur decoctione tẽperata, quia si coqueretur multum, esset siccius, & tunc esset cõuenientius apostemabus frigidis, quoq; maturatio est difficilis, & emplastrum decoctũ decoctione pauca, conuenit apostemabus magnæ caliditatis, & phoc quod dico pauca decoctione, intelligo quod bullieris solum. Et empla strum, in quo est de oleo, satis conuenit in apostematibus, quorum maturatio est tarda, & in quo est oleum paucum, cõuenit apostematibus ebullientibus. Et emplastrũ quod sumitur ex pane, conuenit apatibus, quæ non maturãtur, nisi in tpe longo, quia in pane est sal & fermentum. Et emplastrum quod accipitur ex farina frumenti, conuenit calidioribus apostematibus, & frumentum silr, quod est magis purgatiũ, est melius multum ad generadum saniem, & silr panis, qui ex eo fit, & hoc est, q̃m furfur est maioris caliditatis & ficcitatis, & farina est illa, quæ dat nutrimentum corpori, & est calida & humida, & res, quaq; hæc est via, sunt illæ, quæ conueniunt ad generandam saniem. Et silr medicinæ, quæ ponũtur sup vlcera, cum quibus adest apostema, non iuuant ad generandam saniem, nisi ex parte eius, quod est in eis de caliditate & humiditate, sicut & pinguedo porci & vitulor, sed pinguedo boũ & capraꝝ, sunt maioris acuitatis, & pp hoc conueniũt apostematibus, quæ declinant ad frigiditatem & duritiem, sed pinguedo porcoꝝ iuuenũ, conuenit apostematibus, quæ vere dicuntur phlegmones, & est, pp riæ medicinæ eis, sed pinguedo gallorꝝ, est magis resoluti ua, & pinguedo anatum, est subtilioris substãtiæ, sicut adeps capraꝝ & vaccarum, sunt grossiores & propinquiores naturæ terreæ, & pinguedines animalium syluestrium sunt acutiores, & magis deficcatiuæ, quã pinguedines animalium domesticorũ, & proprie pinguedo leonis & leopardi, & ideo non sunt conuenientes ad generandam saniem, sed quæ solũ sunt ad hoc conuenientes, sunt pinguedo animalium domesticorum, porcorum & vitulorum. Et ex illis etiã, quæ cũse niunt ad generationem saniei, sunt pix, & resina pini, dissoluta in oleo cõi, vel oleo rosaceo, videlicet, si declinat apostema ad caliditatem multam & ebullitionem, sed si declinat ad frigiditatem, oportet quod dissoluatur cum aliquo oleo calido, sicut cũ oleo de ker ua, & oleo raphani, & oleo veteri, & si voluerit vti in generatione saniei cera, tunc dissolue eam cum oleis, quæ habent caliditatem multam, quia cera sola est minus calida, quam oportet in generatione saniei, sed ipsa habet de glutinositate quantitatem magnã, & ideo fit conueniens apostematibus calidis ebullientibus, quando dissoluitur cum aliquo, ex oleis vel vngueꝝ tis calidis, & quemadmodum cæra est deficiens a temperamento, comparata apostematibus, quorum complexio est media, & naturæ corporum & membrorũ, quæ sunt mediocris naturæ, ita resina pini, & pix, pertranseunt aliquãtulum temperamentũ, & ideo, quando miscentur simul, faciunt generationem saniei, pu trefactione temperata.

DE MEDICINA mollificatiua.

DIco quod medici appropriãt dicto eos, in medicina mollificatiua, medicinas quæ operãtur in vna hora duꝝ operationes, vna earum est, qđ dissoluunt illud quod est innodatum, & alia, quod resoluunt

reſoluunt primo. Deinde curant apoſtemata dura, quæ ſunt ex flegmate indurato, ingroſſato, quod eſt condenſatum in poris, & illud, in quod magis accidunt iſta apoſtemata, ſunt nerui & chordę. Et omnia apoſtemata dura, groſſa melancolica ſunt de genere cancri, & Medicinæ mollificatiuæ ſtimulant & commouent ea, et curatio ipſorum eſt in libro de ingenio ſanitatis. Apoſtemata autem dura, quæ generantur ex flegmate groſſo & indurato, & ingroſſato, quod eſt cõdenſatum in poris, & viſcoſo, & glutinato egẽt Medicinis calidis deſiccatiuis, ſed non oportet quod ſint fortes laboriosæ, ſed oportet quod diſſoluant ſolum, tgif erunt in caliditate ſecundi gradus, vel tertii, & in ſiccitate primi gradus, & oporter cum hoc quod ſint glutinatiuę, & inquantum oportet quod ſint pluris euacuationis eius, quod eſt in mẽbro, intantum oportet qđ minus ſint glutinatiuæ & oppilatiuę pororum. Et qm̃ ſuperfluitas & diminutio inuentę in corporibus, quæ ſunt indurata iſta duritie, ſunt mulitæ diuerſitatis, oportet quod Medicinæ, quæ curant eas, ſint diuerſæ, & ideo inuenimus aliquando, quod ſepum caprinum, & adeps gallinarũ, non conueniũt membris ingroſſatis, vel induratis iſta duritie, niſi quia iſtæ duæ pinguedines ſunt debiliores, quare nõ mollificãt, niſi duritiem paruam, ſed fortior pinguedine gallinæ & galli, eſt pinguedo anatis, & fortior pinguedine caprarum, eſt pinguedo hircorũ, & pinguedo boujna eſt fortis ſimiliter, veruntamen minus eſt fortis pinguedine caprarũ, & hircorũ, & medulla cerui ſimiliter mollificat mollificatiõe multa, & poſt eam medulla vituli, & oẽs iſtæ Medicinę ſunt calidę, temperatæ in ſiccitate, & earum caliditas fortior eſt ſiccitate earum, & propter hanc cauſam dr̃, quod ſunt calidæ & humidæ, & nos qdem conceſſimus eis hoc nomen, qm̃ parum elongantur à Medicinis, quæ nõ deſiccant, nec humectant. Et de illis quæ ingrediuntur in hanc ſummam, eſt armoniacum, niſi quia eſt fortius. Et horũ meliora in mollificatione ſunt maxime qũ ſunt recentia, quia qñ veteraſcunt, fiunt magis deſiccatiua, q̃s oportet quod quidem ſimiliter cõtingit medullis, & adipibus omnibus, quod ſcilicet, qñ veteraſcunt, fiunt calidiora & ſicciora q̃s prius, & oleum de lilio, & radix altęæ, & radix cucumeris aſinini, quando coquuntur cũ oleo & aqua, fiunt virtutis mollificatiuæ, & ſimiliter folia maluæ cocta & cruda, & aſſungia porci, ſine ſale, & ſimiliter oporter, qđ nõ miſceatur ſal cum aliis Medicinis mollificatiuis, quia ſal deſiccat deſiccatione forti, & ex mollificatiuis ſimil' eſt bdellium, & mel ficuum & ſtorax.

DE MEDICINA INDVRATIVA.

Res quæ ſunt duræ, propterea, quia non cuſtodiunt humiditatem ſuam naturalem, oportet quod nominẽtur à nobis ſiccæ potius quã duræ, & propter hanc cauſam non dicemus de eo quod infrigidat & deſiccat indurativum, quia non eſt de proprietate eius indurare, & propteręa cura illorum quæ ſic indurantur, erit cum reſolutione & humectatione, non cum mollificatiuis, ſed res quæ indurantur per viam congelationis dicuntur duræ, fermone abſoluto, quia corpora fiunt dura per cõgelationem, non per euacuationem. Et cura horum eſt cum mollificatiuis, & iſtud inuenitur manifeſte in cute, ſicut dixit Hippocrates, quia cutis dura extenſa curatur cum mollificatione, & ideo dicuntur Medicinæ frigidæ, humidæ, indurativæ, ſicut ſunt ſemperuiua, & portulaca, & pſilium, & lenticula aquæ, & ſolatrum.

DE GLVTINATIVA ET oppilatiua Medicina.

SVnt medicinæ, quæ non habent ſaporem, & illæ, quarum ſapor abhorretur, & complexio earum, aut eſt complexio media, aut declinat ad frigiditatem, & eſt Medicina quæ inuiſcatur in poris & foraminibus, inuiſcatione difficilis diſſolutiõis, & ſine mordicatione. Et ſunt duarum ſpecierum, vna earum eſt, cuius ſubſtantia eſt terrea ſicca actualiter, ſicut ſunt Medicinæ, quæ ſunt ablutæ ablutione ſuperflua, ſicut amilum, & tucia, & ceruſa, & calx, & chimia, & bolus, qui aſportatur de Creta, & Chimolea, & ſimiliter candaruſium, & eſt ordeũ Romanum, & terra ſtellæ, & cinis eorum qui lauant pãnos. Et ſecũda eſt compoſita ex ſubſtantia aquoſa, & terrea, & aerea, ſimiliter & viſcoſa, ſine dubio, ſicut oleum dulce, vel delectabile, & albumen ouj, verum ipſum eſt magis terreũ, & pars caſeata lactis, & pinguedo porci, quia in adipibus boum & hircorũ eſt acuitas multa, & ignęitas. Sed pinguedo caprarum & vaccarum, ſunt minus calidæ, q̃s pinguedines boum & hircorũ, ſed in iſtis pinguedinibus cum hoc eſt acuitas, & nominãtur pinguedines propter ſuam groſſitiem, quia non eſt ſua caliditas, ſuperfluens ſolum ſuper pinguedines porci, ſed eſt magis terrea q̃ ipſa, ſed pinguedines gallorum & gallinarum, & anatum, ſunt calidiores & ſicciores, q̃s pinguedo porci, & ipſæ cũ hoc ſunt ſubtiles, & nõ terreæ, & ſimiliter pinguedines oium volatilium, quia in ſubſtantia corporum eorum eſt quãſtitas aeris, multa. Et vniuerſalr pinguedines, quę nõ habent acuitatem, ſunt oppilatiuæ pororum & foraminum, & maxime quæcũq; fuerit pinguior, & ſiccior, & terreſtrior, & cæra colata, & ſimiſt iſtiuſmodi, & ꝓprie cæra ex melle in quo eſt ſupfluitas aqueitatis, nõ eſt calida nec acuta, qm̃ in cæra, q̃ eſt ex melle, q̃ eſt ex abſinthio, & haſe. eſt de amaritudine & acuitate, quę non recedit per ablutionem.

DE MEDICINA MVNDIFICATIua, & apitiua pororũ, & foraminũ, & abſterſiua.

NAtura ſubſtantiæ iſtarum Medicinarum eſt, quod nõ ſit viſcoſa, & nõ denudata à mordicatione, ſimo ſunt Medicinæ nitroſę, amaręę, ſubtiles, & eſt differentia inter Medicinas, quæ aperiunt poros, & medicinas quæ abſtergunt, non in diuerſitate in genere ſubſtantiæ, ſed in additione & diminutione ſolũ, & hoc, quia medicinæ quę auferunt ſordiciem à ſuperficie corporis, egredientem à poris, ſiue faciant hoc in vlcere, ſiue in cute, nominãtur abſterſiuę, ſicut ſunt res dulces, ſubtiles, ſicut mel, & oro bus, & fabæ, & hordeũ, & lupini, & farina fabarum, & hordei abſtergit ſolum, & farina orobi & lupinorum. & proprie amarorum ſunt ex illis, quæ aperiũt & abſtergunt, & amygdalæ abſtergunt & aperiunt vias etiam. Medicinæ vero, quæ mundificant poros & foramina, ſunt illæ, quæ iuuant ad excreandam ſaniem, & ſunt ſubtiliores iſtis, & ſunt contrariæ medicinis conglutinatiuis, quemadmodum medicinæ quę abſtergunt, ſunt contrariæ medicinis quæ ſordidant. Et iſtæ medicinæ nominantur aperitiuæ & mundificatiuæ pororũ & foraminum. Et qñ egemus eis in cute exteriori, ſufficit quod habent qualitatem nitroſam, puram ſolum donec poſſint operari, quod diximus, ſicut ſunt orobus & lupini, & amygdalæ, & ſemen vrticæ. Et quæ intrant in hoc genere, ſunt radix Lilij, & ſquilla, & alia ſuper quæ vincit amaritudo, ſicut baurach & nitrum, & ſpuma, baurach, & ſeeha, id eſt, centonicum, & abrotanum. Et iſte me dicinæ, cum hoc quod diximus, ſubtiliant etiam humores groſſos viſcoſos, ſicut medicinæ glutinatiuæ omnes ingroſſant & inuiſcãt, quod eſt in corpore ex humoribus, & ideo non inuenimus medicinas alias, quæ ſint magis inciſiuę & ſubtiliatiuæ humorũ groſſorum viſcoſorum, qui ſunt in pectore & pulmone, & ſaniei, quæ eſt in pectore, neq; cõueniẽtiores & aptiores

tiores ad educendum ſcreatum, & ad facilitatem expuendi ipſum, quam iſtę ſint, & cū hoc toto aperiunt oppilationes hepatis, & mūdificant venas, & conferunt eodem modo ſpleni, qñ nō aderit oppilatio fortis, ga oppilationibus quæ ſunt in ſplene, ſunt neceſſariæ medicinæ fortiores, ſicut cortex, capparis, & tra dix tamarifci, & ſcolopēdria, & ſquilla, & herba quæ Græce dicitur aſplenon, cuius expoſitio eſt mundificans ſplenem. Et oportet quod ſit opus tuū in iſtis medicinis, in curatione cuiuſq; mēbrorū diuerſum, quia tu vteris in medicatione hepatis ipſis ſimplicibus, & in medicatione ſplenis, poſtquā miſceueris eas cum aceto, & bullierint cum eo, & in medicatione pectoris & pulmonis, cum Mellicrate & Kiſch hordei & ſquingibin, & ſirupo acetoſo, & vino dulci.

Et ſcias quod qñ egemus iſtis medicinis in curationibus intrinſecis, ſi eſt in eis ſtipticitas pauca, poſſunt aperire vias magnas, ſed qñ applicantur corpori exterius, ſtipticitas earum operatur in foraminibus minutis, quæ dicītur pori, & ideo oppilāt eos propter par uitatem eorum, antequam mundificent. ſicut oportet, ergo propter operationem ſtipticitatis, & concluſionem pororum, nō recipit corpus poſt hoc penetrationem ſubſtantiæ. Medicinæ abſterſiuæ, quare nō peruenit ad profundum, & non mundificat, ſed quia ſtomachi, & hepatis, & ſplenis, & aliorum interiorū vię ſunt ample ſatis, cōtingit quod ſtipticitas confert eis, quia confortat venas, plus quam noceat eis in reſtringendo orificia venarum, & ideo abſinthium, qñ exhibetur interius, pōt mundificare & aperire, & qñ applicatur exterius, nō pōt operari illud, quia virtus eius eſt compoſita ex virtute amara & pontica.

DE RESOLVTIVA SEV rarificatiua medicina.

HAe medicinæ ſine dubio calefaciunt, quia nō poſſet eſſe quod reſoluerent & mollificarent ſubſtantiam corporis, niſi haberent proprietatem aperiēdi vias, & hoc cum caliditate earum, & cū hoc oportet quod non ſit in complexione earū multa caliditas, & hoc, quia medicinæ quæ faciunt hoc, ſunt calidæ, & accidit ex eis horripilatio, & oportet etiam, quod nō ſint exiccatiuæ, quia iſtæ ſimiliter irritant, vel ſtimulant membra ſenſibilia, & faciunt eadolere. Accidit ergo ex hoc, quod medicinæ rarificatiuæ ſunt medicinæ, quæ abſtergunt, & incidunt, & aperiunt oppilationes, & frangunt lapidem, ſed non aſſimilantur in omnibus, quia illæ quæ aperiunt id quod eſt in cute ex poris, nominātur medicinę calefactiuæ, & illæ quæ aperiunt orificia venarum, appellantur medicinæ aperitiuæ, & medicinæ dilatatiuæ & rarificatiuę, habent naturas temperatas in caliditate, & earum exiccatio nō eſt multa, & groſſicies modica, ſicut camęmilla, & altea, & oleum earū, & oleū cucumeris aſinini ſimiliter, & ſimiliter vetus oleū, & oleum de kerua, & oleum raphani &c.

DE INSPISSATIVA medicina.

SVnt medicinæ, quę ſunt contrarię rarificatiuis, & ſunt illæ quę aggregant & reſtringunt vias & poros minutos, qui ſunt in toto corpore, & in quolibet corpore, verum totum corpus non poſſunt coarctare, vel coadunare vndiq;, ſicut ſtipticę poſſunt, qa non ſit terreitatę, & aereitatę, ſed nominant aquęę, ſicut aq̄ frigida, & ſemguitua, & portulaca, & hafech humida, ideſt tribulus. ſicut dixit Iudæus, & pſilium, & auricula muris, & lēticula aquæ, & vlr omnia quæ infrigidant ſine ſtipticitate.

DE MEDICINA APERITIVA orificiorum venarum.

NAtura eius eſt calida, terrea, groſſa, ſicut medicina quæ dicitur in Græco ciclamen, Arabice faculeſus, & eſt buchor marien, & allium & cepe, & fel bouis vel thauri, & leonis, & ſęx omnium oleorum aromaticorum, quæ habent groſſitiem & calidi tatem ſimul, ſicut oleum de lilio, & oleū de achauen, vel alchanna, quia iſta aperiunt ora venarum inferiorum, quando ſunt clauſa.

DE MEDICINA CONSTRICTIua orificiorum venarum.

SVbſtantia eius eſt terrea, groſſa, & virtus eius eſt frigida, & ſapor eius eſt ſtipticus, ſine admixtione mordicationis. Et virtus eius ſecunda eſt, quę coadunat & reſtringit orificia venarū, quę ſunt aperta apertione extra viam naturalem, & hoc eſt propter hoc, qđ groſſities ſuę ſubſtantię, adhęret ei exterius, quod non pōt penetrare in meatus ſubtiles ſtrictos. Et propter ſuam frigiditatem coadunat & condenſat corpora, gbus obuiat vndiq;, & cōtrahit verſus centrum, & in ſeipſa, & propter ſuam ſiccitatem ſimiliter, & iam propalauimus, quod non omne conſtrictiuum eſt exiccatiuum, ergo exiccat humiditates, & confortat membrum.

Et quando conueniunt oīa iſta in medicina vna, coadunat orificia venarum cum ſubſtantia ſtiptica, ſi cut coniunguntur res exteriores cum digitis, & ſunt ſicut balauſtia, & galla, & pſidia, & hypoquiſtidos, & ſolatrum, & acatia, & caſſia lignea, & acetoſa, & ſuccus ſumach. Similiter medicinæ, quæ ſunt frigidę frigiditate iſtarum, vel ampliori, ſed ſubſtantia earū eſt aquoſa coadunatio, & coarctatio earū eſt debilis, propter earum liquiditatem. Et res quas volumus coadunare & coarctare forti cōiunctione, indigent medicinis, quæ habeant maiorem fortitudinem & dutitiem, ſi hoc debent operari, & non eſt ita de medicinis, in quarum ſubſtantia vincit ſubſtantia aquea, & ideo ipſę coadunāt & coarctant vias ſubtiles, ſtrictas, quę ſunt in quolibet corpore, ſed totum membrum non poſſunt coadunare vndiq;, & cum res eſt ita, conueniens eſt quod nominemus iſtas medicinas, quæ hoc operantur, ſtipticas, & non adherentes.

DE MEDICINA ADVSTIVA & faciente eſcaram.

MEdicinæ quando ſunt groſſę ſubſtantiæ, & fortis celoris adurentis, ſcindunt corpus, & liquefaciunt, & deſtruunt quod inueniunt, ſicut facit ignis, & inducunt ſepe eſcaram ſimilę eſcarę, quæ fit à cauterio, ſed ſi caliditas earum eſt minor quantitate, qua poſſit adurere, virtus earū eſt aperitiua. Et poſtq̄ res eſt, ita omnis medicina aperitiua eſt in ſua ſubſtantia terrea & ignea ſimul, ſed quantitas ſui calo ris eſt quantitas, quę non habet poſſe adurendi, & ſi adurit, non adurit vſtione forti, & ſi eſt cum hoc ſubtilium partium, non mordicabit omnino, ſed liquefaciet & deſtruet parum ex carne, cum pauco doſore, quem inducit propter ſuam acuitatem. Et ideo, quoniam non alterat ſubito, ſicut medicinę quę cale faciunt calefactione forti, & nō tardat in penetratione, ſicut medicinę groſſę, acutę, ex ſua operatione, qđ minus ſentitur, quia alterationes ſentiūtur plus, quæ fiunt ſubito, & penetrationes illæ apprehenduntur ſenſu, quę non velociter penetrant.

DE MEDICINA PVTREFACTIVA.

QVando medicina eſt calida fortiter & groſſa, facit in mēbro, cui adhibetur, & ſuper quod immoratur illud, quod faciunt acus ſeu ſtipes, qñ infigūtur corpori. Et quando adurit, dicitur aduſtiua, & ſi nō adurit, dr̄ putrefactiua, niſi qa iſtud nomen non eſt ſibi proprium, quia illa, quę vere eſt putrefactiua, ex ſua complexione calefacit & humectat, ſed ipſa dr̄ putrefactiua, propter ſimilitudinem

dinem eius, quia cum hoc facit, quod faciunt putrefactiuæ, scilicet, quod ambæ duæ species, faciunt destructionem carnis, fine dolore, qa modi huius destructionis sunt multi, secundum qualitatis superfluitatē, quę egreditur modum fuæ caliditatis, vel frigiditatis, aut siccitatis, aut humiditatis. Et medicinæ putrefactiuę sunt, auripigmentum rubeum, & citrinum, & gluten auri, & herba, quæ Græce dicitur varicaris, & est res quæ nascitur super arborem glandium. & vermis pini, & herba quæ dicitur Græce aconitum, & eius expositio est strangulator lupi, omnia destruunt carnem teneram, absq; quod faciant. f. accidere dolorem.

DE MEDICINA DIMInutiua carnis.

VIrtus istius est sicut virtus medicinæ, quę putre facit, nisi quia est debilior ea, & accidit ex debilitate suæ, quod destruit & liquefacit solum, id quod est exterius in superficie, & non potest deuenire ad profundum, & ideo nominatur minuens carnem, quia vsus eius est ad dilatandum vlcera, sicut flos lapidis, qui a sportatur de Assur. Et ista quidem, fi dilatat, nominamus eam dilatatiuam, dilatatione secunda, & dilatatione secundum accidens, igitur virtus eius non est vere virtus medicinarum, quæ dilatant dilatatione prima, fed medicinæ quæ minutione minuunt carnē, quando teruntur tritura subtili, donec fiant puluis, & ponuntur in locis vlcerum, dilatant ea, fed quādo ponimus ex eis quantitatem ampliorem, mordicant & dissoluunt carnem, & destruunt, & concauant vlcera, & faciunt ea profunda.

DE MEDICINA CICAtrizatiua seu consolidatiua.

ESt medicina, quę fua virtute aggregat carnem, et restringit, & auget, & ficcat in vlceribꝰ, quæ sunt in corporibus, quousq; facit eam mutari in curę, quia cutis ē caro indurata, & sunt sicut alumen, & galle viridęs, & æs vstum, & maxime ablutum ex eo, qa in eo quod est non ablutum, est virtus diminuēdi carnem, & ita est etiā de cortice æris, fed æs vstum est magis medicinarum cōsolidantium omnium, qñ oportet, quod medicina, quā volumꝰ esse cicatrizatiuā fortiter, stringat fortiter, & deficcet temperate, & ideo cōtingit, quod balaustia, & cortex granati siccus, & similia, horum amborum ingrediuntur in medicinis consolidatiuis vlcerum, consolidatione prima, & consolidatione vera. Et medicinæ quidem quæ deficcant, deficcatione sine mordicatione, & sine stipticitate, dicuntur consolidatiuæ, consolidatione secunda, & per viam acuitatis, sicut myrrha, & litargyrium, & limaciæ combustę, & cornua combusta, quia ista, quando puluerizantur super vlcera, sæpe consolidant, vel cicatrizāt, & per sermonem meum, cum dico sæpe in hoc loco, & alibi volo dicere, quod medicinæ ihoc quod dico de eis, fortasse errant, & non consequuntur semper, quod speramus de ipsis, & hoc contingit, quia nō operātur illud, quod operant operatione prima, neqꝫ per suam virtutem, quia medicinæ veræ consolidatiuæ, & per seipsas consolidant, vel cicatrizant omnia vlcera, quæ sunt exterius in superficie corporis.

DE MEDICINIS QVÆreplent vlcera profunda carne.

SVnt illæ, quæ abstergunt temperate, absterſione temperata, sine mordicatione aliqua.

DE MEDICINA IMPVLsiua, quæ repercussiua dicitur.

SVbstātia eius est grossa, & complexio est frigida, & ipsa impellit humores, quibus obuiat ad interiora corporis, & quando res frigidæ habent in se superfluā grossitiem, sicut res stipticæ sunt fortioris spulitionis, & substantia medicinæ stipticæ est ficca.

DE MEDICINA attractiua.

EStilla quæ attrahit a toto corpe, attractione fortі, & subtātia eius est subtilis calida, & est trium specierum, vna est, quæ est ita ex natura sui. Secunda, propter putrefactionē, quæ est in ea. Et tertia, quæ attrahit a proprietate sua, non a qualitate aliqua, & istud non est aliud, nisi quod ipsa attrahit a similitudine totius substantiæ suæ, cum illo quod attrahitur, sed attractiua ex natura sua est sicut mētastrum vel pulegium, quod Arabice dicitur mesch atrameſir, & fordes aluei vel balnei, & serapinum, & assa fœtida, & ismilia istis. Et attractiua per putrefactionē est sicut fermentum. Et medicina quę est propter attractionē, quæ dicitur bassadinon. Et eius expositio ēmedicina attractiua. Et omnium stercorum virtus est attractiua, postq; dispositio eorum est talis per putrefactionē, verum ex speciebus stercorum est diuisio longa, & differetia multa. Et hoc est, quia stercus columbarum est attractiuum, attractione forti. Et duæ species sunt lon ginquæ, huic longinqtæ æque distāte, vꝫ stercus anatis, & stercus galloꝝ. Sed stercus anatū declinat ad caliditatē, & stercus gallorū declinat ad frigiditatem. Et stercus hoīs, vel porcoꝝ sunt fine hoc, fed stercus canū est ex illis quæ abhōrgunt, & proprie canū comedentium ossa. Sed stercus lacertoꝝ, est in hoc melius.

Et attractiua fua proprietate & subſtantia, est sicut oēs medicinæ laxatiuę, & pluriū ex medicinis custoditiis & liberatiuis, nisi qa oportet q dille medicinę, quę custoditum vel liberant, sint calidę acutę. Et ex medicinis, quę hoc faciunt a similitudine subſtantię quæ ex ipsis est calidior, est magis attractiua. Ideo qa calidi tas adiuuat operationē, quę est a similitudine, & quā attrahit pp duas causas, separat in attrahēdo illam medicinā, quę attrahit propter vnam causam tantum.

DE MEDICINA CVSTODItiua & liberatiua.

SIvis tu potes eas nominare medicinas liberatiuas, vel custoditiuas, vel medicinas, quę dant vitam, & non est differentia in his nominibus, quomodocūq; velis eas nominare. Et fi diligimus magis nominare medicinas, quæ liberāt a venenis aīalium medicinas custoditiuas, et nominare medicinas, quę liberant a venenis ebibitis liberatiuas. Possumus qdē hoc facere, postquam nihil proficimus ex scientia nominum, nisi in eo quod scimus, quę sunt istę medicinę.

Et omnes istæ medicinæ sunt duarum specierum, vna earum est, quæ immutat venenum corrumpens, & medicinam mortiferam, & alterat ipsam a natura sua, aut in vna qualitate, aut in duabus, aut in tota sui subſtantia, secundum iuuamentum, quod est per qua litatem oppositam vel contrariam rei quæ alteratur, est res manifesta, & scita, Quia si venenum est frigidum, iuuamentum est per medicinam calidam: si calidum, per medicinam frigidam: & si siccum, per humidam: & si humidum, per siccam. Et similiter si est frigidum & humidum, per medicinam calidam & siccam; & si calidum & siccum, per medicinam frigidam & humidam: & ita in alijs duabus distemperantijs. Sed mutatio & alteratio quæ est in virtute, quæ est inuenta in tota subſtantia, erit a virtute, quæ immutat virtutes medicinatum interficientium, & est in natura sua media inter corpus cui aduenit nocumētū, & inter medicinas quę faciunt nocumentū. Erit igit proportio corporis ad virtutem medicinæ liberantis ipſamet proportio virtutis medicinæ liberantis ad medicinā mortiferam, & secundum hoc exemplū est medicinę proportio euentus medicinæ mortiferæ ad medicinam liberantem

liberantem ipſamet proportio virtutis euentus Medi
cinæ liberantis ad corpus, & propter hoc cõtingit de
omnibus medicinis q̃ ſunt contrariæ medicinis mor
biferis, quando ſumitur ex eis quantitas magna, ſcili
cet plus multũ q̃ oporteat, quod nocent corpori no
cumento magno. Oportet ergo propter hãc cauſam,
quod quantitas quæ exhibetur ex iſtis medicinis quæ
faciunt hoc, ſit quantitas quæ nõ noceat corpori pro
pter ſuam ſuperfluitatem, & quantitas quæ non fit de
ficiens a Medicina mortifera ſua paucitate, & vincã
tur ab ea. Et ſecunda ſpecies iſtarum medicinarum,
eſt quæ euacuat ipſum venenum, & expellit ipſum a
membro infirmo, & q̃ expellit & euacuat ipſum a
membro infirmo, aut facit hoc propter ſimilitudi
nẽ ſuæ ſubſtantiæ ad id quod euacuat, aut propter ea
liditatem ſubtilem quam habet, & hoc venenum oc
cidens euacuatur per medicinam quam apponimus
extra, & iſtæ medicinę trahunt venenum, aut propter
caliditatem earum, aut propter ſimilitudinẽ ſuæ ſub
ſtantiæ ad id quod euacuat. Et oportet etiam cũ hoc,
quod medicina liberatiua ſit media ex ſui natura, quã
maxime poteſt inter corpus cuius eſt liberatiua, & rẽ
nocitiuam corpori, & hoc ideo, quod ſi ipſa eſt in fine
contrarietatis corpori, non euacuabitur propter hoc
venenũ a corpore, ſed erit ſicut medicina mortifera
in operatione ſua, quoniam omnis medicinæ mortiferæ virtus eſt in fine contrarietatis corporibus, quibus aduenit nocumentũ ex ea. Oportet igiſ, ſi medici
næ mortifere non euacuantur, niſi a medicinis quæ
ipſis ſunt ſimiles in cõplexione, quod medicinæ quæ
ipſas euacuant, ſint etiam contrariæ naturæ corporis
ſecundum aliquem modũ veruntamẽ perueniunt cũ
earum cõtrarietate ad hoc, quod vincãt corpus & oc
cidant, ſed participãt duabus vijs, qa ipſæ ſunt mediæ
inter illas quæ nocent corpori fine dubio, & illas quę
iuuant ei. Contingit igitur ex hoc, quod ſpecies iuua
mentorum quæ acquiruntur ex iſtis medicinis, ſunt
quatuor modorum. Duæ earum ſunt propter immu
tationem & alterationem, & duæ cũ euacuatione. Et
ſi iſtæ medicinæ nominentẽ medicinæ mortiferæ, aut
vincentes vſq; ad mortem, aut deſtruẽtes corpus, aut
inducentes corruptionem corpori, aut interimentes,
aut nominentur aliquo alio nomine ſimili, nõ eſt dif
ferentia. Et iterum ex medicinis ſunt quędã contra
riantes naturæ hois cum tota ſui ſubſtantia. Et ideo
qñ ſumitur aliquid ex eis, quamuis fuerit valde modi
cum, nocet ſine dubio, qa ſunt totaliter inficientes
in tota ſua ſpecie, nõ per ſuam qualitatem, ſicut medi
cina quę dr̃ luartis. Et vermis pomi, & liuantum, &
ſpecies quædam ſolatri quæ facit ſtupoꝛẽ, & argentũ
viuum, & multi ex fungis, & ſaliua venenoſorum, &
ſella eorũ, & pp hoc nõ ingreditur ex myrrha, opio, et
ſtorace liqda, & croco, q̃uis ſi de iſtis medicinis mul
tum ſumatur, faciunt ſtupoꝛem, & occidunt quædam
ex eis. Et ſi miſceantur cum alijs medicinis, ſm quan
titatem quam oportet, iuuant. Sed ex venenoſis quæ
ex eis nocent per linitionem, plurima eorum faciunt
grauedinem capitis, & accidentia ſimilia ebrietati, &
hoc ideo, quia replẽt caput vaporibus multis nociuis.
Et quædã ex eis nocent ori ſtomachi, quia naturaliter
caput cõponitur ori ſtomachi; & oẽs nocent cer ebro
duobus modis; aut quia ſunt contrariæ ſibi cum tota
ſui ſubſtantia, aut quia immutant cõplexionem eius
cum vna qualitate, aut cum duabus.

DE MEDICINA SEDATIVA doloris, aut ablatiua eius, aut deſtructiua doloris, aut quocunq; nomine velis nominare ipſam.

ET dicemus, quod medicinæ ſedantes dolorem, di
uiduntur in duos modos, quia vna earum eſt quę
ſedat vere, alia quæ dicitur ſedatiua ſecundum dictũ,
ſicut ſi diceretur de homine mortuo, quod dolor eius
ſedatus eſt, proptereа quia non ſentit dolorem. Sed il
la quæ vere ſedat, diuiditur in duas ſpecies. Vna eſt,
cuius complexio eſt ſicut cõplexio corporis, ſicut me
dicina quæ aperit, cuius ſubſtantiam ſuperius nomi
namus. Alia vero eſt calida in primo gradu, ſubtilis
ſubſtantiæ, ſicut oleum anetinum. Et medicina vere
ſedatiua doloris, debet eſſe ſubtilis ſubſtantiæ, & non
debet habere de calore, niſi quantum expediat, & pro
pter hoc euacuat & reſoluit, & rarefacit, & ſubtiliat, et
maturat, & facit euaporare & egredi totum quod eſt
incluſum in membro dolenti ex humoribus calidis,
aut viſcoſis, aut groſſis, aut multis, aut oppilantibus
vias ſtrictas & poros, aut ex vẽroſitate frigiditate, aut
ex vapore groſſo non inueniẽte viã vnde exeat ab ip
ſo membro. Et poſtquam ita eſt de medicinis iſtis i
lud quod diximus, non oportet quod habeant virtu
tem ſtipticam, quamuis locus infirmus aut egritudo
ipſa indigeat hoc. Et in hoc eſt ſignificatio, qđ medici
na hæc non iuuat ad auferendam egritudinem, ſed ſe
dat dolorem eorum ſolum in illa, quare non dicitur
ſedans dolorem vere. Et ſi fortaſſis conſerret egritudi
ni, cum hoc etiam habebit tunc duas virtutes, volo di
cere virtutem medicinarum quæ ſedant dolorem, &
virtutem curantium egritudines. Sed illa quæ dici
tur ſedans dolorem, & non eſt, ita eſt illa quæ habet
virtutem multum in frigidatiuã, quouq; ſtupefaciat
membrum, & ſtupefactio eſt diminutio ſenſus. Et ita
eſt de Medicinis quæ quando biburntur, faciunt ac
cidere ſubeth, & nominant eas propter iſtam cau
ſam plures hominum ſedantes dolorem, & faciẽtes dormire. Et complexio earum eſt multum contra
ria medicinis, quę ſunt ſedantes dolorem vere, quoniam infrigidant corpus totum, & acquiritur propter hoc ſuper corpus, quod ipſæ ſtuporem inducunt ſenſibus. Et ſi accideꝛit, qđ aliquis ſumat ex eis quantitatem ſuperfluam, interficiunt homines. Et melior iſtarum medicinarum, & quæ plus valet in opere in hũc modum, eſt illa, quæ eſt deſiccatiua, non habens multam humiditatem & frigiditatem, ſicut eſt ſucharan, ideſt, cicuta, & mandragora, & iuſquiamus. Nam nõ eſt bonitas aliqua in potatione earum, niſi in corticibus radicis mandragoræ quando exiccantur, & in ſemine iuſquiami albi, & non nigri. Et medicinæ quæ ſedant dolorem cum curatione egritudinis, non oportet quod nominentur ſedantes dolorem ſolum, quia hoc habent omnes medicinæ quæ curant egritudines, ſicut dicemus, ſi Deus voluerit.

DE MEDICINA NARCOTIzante, ideſt auferente ſenſum.

SVnt medicinæ quæ infrigidant ſine ſtipticitate, & ad hoc deueniunt mandragora, & ſucharan, ideſt cicuta, et iuſquiamus, & papauer, volo dicere de herbis ipſis quod quando adminiſtratur ex eis parum, non ſolum ſedant dolorem, ſed etiam narcotizant. Et ſi adminiſtratur multũ, inuenimus quod nõ narcotizant ſolum, ſed occidunt etiam.

DE MEDICINA SVBTIliatiua & ingroſſatiua.

PRopter rationem dictam tuam in medicina ſubtiliatiua caliditate & ſtipticitate, Et ſi ingroſſatiua, id quod eſt contrarium ſubtiliatiuę ſubſtãtię, DIVISIO VIRTVTVM tertiarum. Sermo. V.

QVia vnaquæq; operationum particularium nominatur noie virtutis, & dr̃ virtus quę mul
tiplicat vrinã, & mẽſtrua, & lac, & ſperma, & abſcindit lac, & exiccat ſperma, & virtus quæ
prouocat

prouocat quodlibet istoꝝ aut retinet, & est virtus quę confert hepati & spleni, & oculo, & dentibus, & ſciæ, & renibus, & podagræ, & doloribus iunctiuarum, & pleureſi non veræ, aut tuſſi, aut frágit lapidem. Et vniuerſaliter ſi elaborauerim nominare virtutes particulares ſm nomen ſuæ operationis quam operantur, vidétur nobis ſuperfluum eas nominare, & fortaſſis cū toto hoc non poſſemus eas omnes nominare. Et breuius in hac via, & rectius in hac arte eſt, vt vitem proſlixitatem & deuiationē abordine. Et ſufficit illud qđ diximus, ad complēdas determinationes virtutū cum poſitarum ex virtutibus ſimplicibus Medicinarum, & operationum earum, & ſaporū per ſpecies ſufficientes, vt proficiat nobis & illis qui ſtudebunt in hoc noſtro libro. Et cum hoc nos remorabimus plurimū iſtarum virtutum particularium, quæ nominātur virtutes tertiæ, ſi DEVS voluerit.

DE MEDICINA SOLVtiua & mundificatiua.

Dicitur duobus modis, vno modo cōiter, alio modo proprie. Sed cōiter dicitur de quacunq; Medicina quæ mundificat & extrahit humores a corpore, quocunq; modo fit, ſicut a capite per ſternutatoriuꝫ, ſiue per nares, ſiue per os, per gargariſma, & per maſticationem. Et de medicina quæ prouocat menſtrua, & de illa quæ propter ſuam ſubtilitationem humorum groſſorum poteſt prouocare vrinam, aut adiuuat ad faciendum aſcēdere ſcreatum a pectore & pulmone, & ideo nominantur aliquæ ex medicinis, medicinæ, quæ attrahunt phlegma. Et quędam medicinæ quæ prouocant vrinam; & quædam ex eis medicinæ tuſſis; & quædam earum medicinæ quæ prouocant menſtrua. Proprie autem dicitur de medicinis quæ extrahunt, & mundificant ſuperfluitates per vomitum, & de illis quæ mundificant per fluxū ventris. Et ideo Alkindus in epiſtola quam ſcripſit in medicinis laxatiuis, viſum eſt mihi, quod narrem illud quod in ea ſcripſit. Dixit enim, qđ medicinæ laxatiuæ funt illæ, quæ euacuant id quod eſt in corpore de humiditatibus & ſubſtantijs. Et iuuamentum earum eſt euacuatio ſuperfluitatum ſuperfluarum a regula temperamenti elementorum. Et illæ ſunt ſm veritatem nomi natæ medicinæ laxatiuæ. Sed illæ quę pertrāſeunt in euacuando æqualitatem elementorum noſtri corporis cum ſua qualitate egrediuntur terminū omnis Medicinæ laxatiuæ, & nominabuntur toxicum laxatiuū. Et ita cōtingit, quod qñ de medicinis laxatiuis nimiū ſumitur, eua cuantur elementa noſtri corporis. Et ita deueniunt ad contrarietatem ſui tēporis, aut loci, aut ſuæ operationis, aut ſui propoſiti, aut ſuæ vtilitatis.

Sed contrarietas ex parte temporis eſt, ſicut quādo coloquintida ſumitur in tempore æſtatis, & in ætate iuuentutis, & ab homine cholerico. Sed ex parte loci, ſicut qñ quis vtitur ea in terris calidis & ſiccis, ſicut in Alkeien, & Elirach, & datur de ipſa quantitas eadē quæ datur in terris frigidis & humidis, ſicut in Senalach, & in ſimilibus. Quoniam quando doſis quæ de ipſa potaſi in terris calidis & ſiccis, eſt æqualis doſi quę potatur in terris frigidis & humidis, in quibus purgat quantitatem æqualem vel conuenientem a corpore, pertranſierunt in purgatione vltra quantitatem equalitatis, quouſq; deuenit aliqñ ad perditionē. Et cōtrarietas ex parte operationis eſt, ſicut coloquintida, qñ datur illis in quibus eſt neceſſe purgare choleram, aut dare medicinas alicui animalium cui non conuenit, ſicut elleborus niger, qñ datur canibus, aut pluribus luporum. Et contrarietas ex parte ſui propoſiti eſt, ſicut coloquintida qñ ſubtiliatur in contritione eius adhæret inteſtinis, & vulnerat ea, aut qñ pilula nimis magna datur ad purgandum aliquem humorē, & moratur nimium in ſtomacho, & nō poteſt diſſolui, neq; deſcendere a ſtomacho, quare attrahit humorem qui nō eſt neceſſarius; aut qñ eſt nimis parua, quare eſt im potens ad extrahendum humores a membris longinquis, ſicut illos qui ſunt in cerebro, & in extremitatibus, & non attrahit quod oportet. Et cōtrarietas ex parte ſuæ vtilitatis eſt quando amittit virtutem ſuam, ſicut elleborus albus & turbith qñ putreſcunt, quia vnum ipſorum purgat propter ſuam putrefactionem purgatione ſuperflua. Et ex alio contingit laxitudo & diſſolutio multa, & ſimilia horū, qa oīa ſta regrediunt a nomine medicinæ laxatiuæ per accidens ad nomen operationis eiꝰ malæ. Et iterum medicinis laxatiua diuiditur in duos modos, quia in vna earum eſt purgatio per naturam, & in alia per accidens. Et purgatio per naturā, diuiditur in duo, quia vna eaꝝ facit hoc cū medio, & alia ſine medio. Et laxatiua cum medio diuidit primo in duo, quia vna facit hoc per ſimilitudinē, & alia per contrarietatem, & iſta ambo cum attractione. Et quæ purgat per accidens, diuiditur in duo. Nā vna mollificat virtutem retentiuam, & alia reſoluit humores. Et mollificatio retentiuæ diuiditur in duo, vna qui dem minuendo calorem naturalem, & alia inferendo nocumentū membris interioribus, ſicut ventri, & hepati, inteſtinis, & ſtomacho. Et illa quę purgat ſine medio, diuiditur in duo, vna earum eſt cū liquefactione, & humectatione, & mollificatione, & alia ſine mollificatione & liquefactiōe. Et illa quę eſt ſine mollificatione & liquefactione, diuiditur in duo, vna earuꝫ eſt diſſolutione, & alia ſine diſſolutione. Et illa quæ eſt ſi ne diſſolutione, diuiditur in duo, vna earum eſt quæ abſtergit, & alia quę incidit. Iſti ſunt modi qualitatū laxationis. Et iam quidem aggregantur in vna medicina ſimplici, ſm quod apparent plures iſtorū modorum; & aliqua eſt quæ non habet niſi vnum modum, & aggregatur in ea euacuatio multorum membroꝝ. Et apparet euacuatio alicuius earum per vomitum, & alicuius per fluxum ventris, & alicuius per vrinam, & alicuius per ſudorē, & per alios modos euacuationū. Et apparet iterum ex euacuatione alicuius earum euacuatio vnius ſpeciei humorum, & alicuius euacuatio plurium. Et vt fiat quod dixim manifeſtum, premittemus narrationem, per quam fiat facilitas ad declarationem eius. Dico ergo, quod in omnib quę funt ſubiecta generationi & corruptioni, inuenitur ſimilitudo & cōtrarietas, poſtq causa generationis eſt ſimilitudo, & cauſa corruptionis eſt contrarietas. Et cauſa ceſſationis contrarietatis quouſq; corrumpatur, eſt illud quod fortius ſuper quodlibet cōtrarium. Et transitus eius in eo eſt propter ſimilitudinem, volo dicere per ſimilitudinem conuenientium in qualitate, ſicut cōuenientia ignis cum aere per ſimilitudinem quam habent in caliditate, quæ eſt vna ex qualitatibus primis. Sed contraria quę non communicant in aliqua qualitate, ſed contrariātur in qualitatibus omnibus, & in nullo tēpore conueniunt, ſicut aqua & ignis, quę contrariantſin omnibus qualitatibus, non conueniūt conuenientia naturali. Et eſt illa qua vna applicat alteri ſine corruptione. Poſtquā igitur cauſa corruptionis eſt contrarietas qualitatum, igitur conuenientiæ operatio eſt approximatio, & applicatio vniꝰ ad aliud & eſt contraria operationi contrarietatis, poſtquā eſt operatio contrarietatis, volo dicere cum contrarietatium eſt fugere vnum ab alio, vel vnumvincere aliud. Igitur illud quod eſt æquale complexioni animaliū, non inferens ei nocumentum cum contrario, eſt illud approximans ſua ſimilitudine. Sic inuenitur in cibo, quia quodlibet membruꝫ attrahit ſibi illud, quod eſt ſibi ſimile, & illud quod eſt magis paratum conuerti

ad

ad suam speciei. Et attrahit caro illud quod est magis paratum fieri caro: & os illud quod est magis paratum fieri os. Erita nerui, & venæ, & ligamẽta, & medullę, & alia ex membris corporis. Et ideo qñ accidit nocumentum alicui membrorum per aliquam qualitatẽ, & remouentur a suo tẽperamento, acquirit nocumentum contrarium a suo nocente, quemadmodum repertitur in nostro corpore. Quia qñ egredimur a temperamento ad laborem, dicimur errãtes. Et qñ sumus in errore, sumus in labore. Et secundum eundem modũ accidit nobis in caliditate & frigiditate, & humiditate & siccitate, & ita in omni sensu sui contrarij. Ergo nostra quies a quolibet contrario est ipsius cura, quia cura cuiuscunq; contrarij est ablatio eius. Et ablatio contrarij est cum contrario, & contrarij cum medio, & cõtrarij sine medio. Igitur natura volũtate sui creatoris ingeniatur circa corpora animalium in hoc, quod magis competit eis, & conatur tẽperare corpus, & expellere nocumenta a se. Ergo defyderat quodlibet mẽbrum contrarium sui nocumenti ad curationem ipsius nocumenti, ne vincant eam superflua accidentia. Et sũ militer operatur in omni virtute cũ qualitatibus quas posuit ministrãs compositionum naturalium, sicut attractiua, retentiua, digestiua, & expulsiua, cum qualitatibus primis, id quod magis iuuat ad eorum complementum, & adiuuat virtutem attractiuam cum caliditate & siccitate, quia cum eis exiccat. Et adiuuat virtutem retentiuam cum frigiditate & siccitate, quia cum eis fit contractio & coarctatio, & adiuuat virtutem digestiuam cum caliditate & humiditate, quia cum eis fit digestio & putrefactio, & fit iuuamẽtum virtuti expulsiuæ per frigidum & humidum, quia humiditas facit lubricũ, & frigiditas exprimit & expellit, & ita operatur ad eundum ad inferiora iuuamentum ponderositatis: vt volo dicere aquositatis & terreitatis, sicut ad eũdem ad superiora iuuant aereitas & igneitas. Et secundum hunc modum operatur quod est magis iuuatiuũ in omni fuo opere. Et postquam oportet quod medicinæ laxatiuæ ingrediantur humana corpora ad seruitium & adiutorium naturæ, scilicet ad euacuãdum humores, qui sunt extra temperamentum, quia est debilitata ad expellendum illos, nisi cũ adiutorio extrinseco, qñ ipsa medicina ingreditur corpus, erit fm aliquem istorum sex modorum. Quia aut erit habens proprietatem in eo fine operatione propter sui subtilitatem, & propter multiplicitatem suę compositionis, quę cum ipsa compleuit attractionem illius humoris, quem purgat cum adiutorio naturæ iuuantis ipsam ppr suam operationem in hoc: & ista est illa quam memorauimus in diuisione laxatiuarum medicinarum, quã diximus per naturam facere hoc sine medio, sicut agaricum, quia parũ ex eo laxat, & non apparet in eo qualitas, qua significetur superfluitas suæ operationis in purgatione, quia in sapore eius est amaritudo debilis, & dulcedo, quæ non sunt signum super operationem suæ virtutis. Aut erit causa suæ operatiõis apparẽs in eo, & erit sub vna speciei operationis naturæ, volo dicere, quia est sine nocumento membri cui adhæret, & natura differt ad ipsam suam similitudinẽ, sicut aloes, quia est amarum, & calidum, & siccũ, simile in virtute, colore, & in suo sapore, & calore, & subtilitate, & ipsum expellit choleram, & non est sicut putant stolidi medici, qꝫ ipsum expellit stercus solum, qñ eorum extimatio non est vera, nam ipsi vident quod ipsum euacuat humorem citrinum calidum, & putãt qd sit rinctum ex aloe, & quod sit stercus quo curant ęgritudines cholericæ, eo ꝙ minuatur igneitas & acuitas cholerę propter illud. Et illud quod est laxatiuum, qd laxat per suam naturam, mediãte sua similitudine, aut erit sub specie alterius operationis naturæ, volo dicere, quod nocet membro cui adhæret propter suã qualitatem, & natura defert eum ad suum contrarium, ad expellendum a membro suum nocumentum, sicut apparet in aqua casei, quia est frigida & humida, & substantia eius est aquosa, & ipsa purgat choleram calidã & puram ab omni alio humore, & fic curat accidentia choleræ, & mundat hepar a suis superfluitatibus adustis existentibus extra naturam quãtate & qualitate, & atriplex similiter, quia ipsum expellit cholerã a coporibus ictericorum, & est frigidum & humidum, & eius aqua proprie mundat croceitatem oculorum, qñ sunt tincti colore simili croco, quando fit ex eo caput purgiũ: & hæc medicina est illa quæ purgat ex fui natura mediante contrarietate sui. Aut est apparens causa suæ operationis cum medio, & erit sub vna specierum mollificationis virtutis retẽtiuæ, volo dicere, quod iuuat calorem naturalem per resolutionem & extinctionem, quare relaxatur virtus retẽtiua quæ est in vasis chimorum, quare currunt & fluunt ficut facit bacca lauri, & turbit putridum, quia nos videmus, qñ hoc faciunt nimia virtute, & expellũt humores diuersos, & propter hoc fit pulsus paruus multum, & fit syncopis multa. Verum qñ oppiatur corpus cum aqua frigida, & denſantur pori, non pertranſit per eos illud quod resoluitur de calore naturali, & includitur in corde, restringitur fluxus & laxatio. Et medicinarũ laxatiuarum quædam purgant attrahẽdo a longinquis partibus corporis, quædam leniunt naturam, & expellunt stercus solum: & medicinarum quę purgant cum attractione, quædam purgant choleram, & quædam aquam, & quædam phlegma, & quædam melancholiam, & hæc sunt illæ.

Alias laureola.

NVMERATIO MEDICInarum laxatiuarum. Medicinæ purgantes Choleram, sunt illæ.

Scammonea.	Cachille.
Aloes.	Cucumer.
Absinthium.	Cassia fistula.
Lebleb.	Tereniabin.
Fumus terræ.	Tamarindi.
Mirabolani citrini.	Pruna.
Violæ.	Capillus Veneris.
Psilium.	Buglossa.
Granata.	Flos salis.
Sebesten.	Sal nitrum.
Iuiube.	Aqua piscium salsorum.
Liquiritia.	

MEDICINÆ PVRGANtes aquam.

Zuccharum.	Bucor marien.
Serum.	Radix lilij.
Nasturtium babilonicũ.	Kerua.
Radix cucumeris agrestis.	Vitis agrestis, Kamepiteos.
Mezerion.	Batitur æris.
Scebram.	Lac lactucæ agrestis.

MEDICINÆ PVRGANtes phlegma.

Mendenæ.	Tapsia.
Coloquintida.	Titimalli.
Turbith.	Arbor cimicum.
Euphorbium.	Fesire.
Agaricus.	Kameactis.
Granum nil.	Papauer agreste.
Vrtica.	Squilla.
Centaurea.	Ammoniacum.
Kartamus.	Opopanax.
Hasce.	Serapinum.
Satureia.	Sarcocolla.
Assarum.	Bdellium.

Assa fetida.
Sales.
Flos æris.
Affodillum.
Zinziber.
Capparis.
Condisi.
Orobus.
Polium montanum.
Papauer angelosum
Filix.

MEDICINÆ PVRGANTES

Melancholiam.

Elleborus niger.
Epithimum.
Polipodium.
Mirabolani Indi.
Kebuli.
Pulegium.
Achauen.
Viſchus.
Ius galli veteris.
Lapis lazuli.

MEDICINÆ MOLLIFICATIVÆ Veneris.

EX HIS QVÆ MOLLIFICANT vētrem & educunt, ſunt, cuius quædam ſunt cibi, & quædam ſunt medicinæ, ſed medicinæ ſunt.

Betonica.
Sceha.
Duæ ſpecies ſtoracis.
Reſina pini.
Radix ficulneæ.
Lac arboris fici.
Semen citri.
Fella.

SED CIBI SVNT.

Caules.
Atriplex.
Portulaca.
Lapacium.
Malua.
Cucurbita.
Sparagi.
Buberegi.
Ordeum.
Lens.
Mes, ideſt, robilia.
Cicer.
Cepe.
Allium.
Raphanus.
Ficus.
Vuæ.
Mora celſi.
Xilocaracte.
Lactili.
Cerasa.
Vinum vuæ.
Vinum ficuum.
Secaniabin.
Fœnu Græcum.
Naſturcium.
Sinapis.
Semen papaueris.
Semen cucurbitæ.
Semen melonis.
Semen cucumeris.
Porrum.
Lac.
Magra.
Caseus.
Mel.
Aqua mellis.
Piſces ſalſi.
Aqua piſcium recentium.

MEDICINÆ VOMITIVÆ.

Elleborus albus.
Granum ben.
Bulbus.
Naſturtium Babilon.
Cepe narciſci.
Kiſt hordei.
Limaciæ.
Papauer zebeoliſ.
Radix cucumeris.
Radix melonis.
Pulegium montanum.
Tapſia.
Succus elacterij.
Staphiſagria.
kerua.
Mandragora.
Aes vſtum.
Affodilli.
Canna zucchari.
Oleum.

SERMO DE MEDICINIS augentibus lac, vel minorātibus ipſum.

SVnt autem medicinæ augmentantes lac, aut generantes, aut abſcindentes, vel minuentes, aut deſtruentes. Sed illæ, quæ multiplicant & generāt, ſunt, quia ſanguis, quando venit ad mammillas, & cōuertitur duobus modis, vnus eorū eſt, quia ipſe venit ad mammillas, & ſecundus eſt, quia ipſæ mammillæ attrahunt. Si ergo contingit, quod ſanguis qui venit ad mammillas, tardetur in aduentu eius, neceſſe eſt qđ iuuemus eum cū medicinis, adiutorio aliquo, & iſtud adiutorium ſit per medicinas, quæ generant lac, & per virtutes operantes generationem lactis, & de generantibus lac, ſunt quædam res medicinales tantū, & quædam ſunt cibi. Sed illæ quę ſunt medicinales tantū, ſunt virtutes quæ calefaciūt humores phlegmaticos, & alterant eos, & conuertunt eos in ſanguinē, & oportet qſi volumus generare lac ex ſanguine, quod medicina ſit calida temperate, & non ſit groſſa omnino, & iſtæ medicinæ ſunt calidæ in primo gradu, aut ſi ſecundo, & non habent exiccare aliquod, quod ſit manifeſtum omnino, & ſunt paucæ quātitatis. Quia iſta tem peries compoſitionis, nō eſt propoſitio facilis, nec mi nima, & meliores ex iſtis, ſunt illæ, quæ non ſunt medicinæ ſolum, ſed ſunt cum hoc cibi, ſicut eruca, & fœniculus, & anetum, volo dicere herbas ipſas, dum ſunt recentes. Quæ qſi ſunt ſiccatæ, deficcant, & calefaciūt fatis, & ex illis quæ ingrediuntur, in hoc genere ſunt apium botarchion, & apium aquaticum, volo dicere herbas ipſas recentes, antequam deſiccentur. Sed virtutes quæ ſunt in cibis, ſunt virtutes quæ operātur per ſimilitudinem, cum tota ſubſtantia, quæ eſt in cibis, qui generant bonum ſanguinem, quando ſunt tēperati in humiditate, & eſt eorū caliditas tepida, ſicut caliditas lactis, & hoc, quia ſanguinis boni caliditas eſt temperata in animalib⁹, & calor choleræ præterijt tēperamentum, quemadmodum frigiditas phlegmatis pertranſit temperamētum, & lac quidem eſt in ſua caliditate, inter phlegma & ſanguinem, ſed nō longe ab vtriuſq; diſtantia æquali, immo eſt lōginquius phlegmati, & propinquius ſanguini. Qñ ergo generatio lactis in mammillis eſt pauca, & tu vis quod augeatur, perquire ſanguinem, nam impoſſibile eſt, quin aut ſit paucus in quantitate, aut ſit inconueniens in ſua qualitate. Si ergo inueneris eum paucæ quantitatis, ſcias quod eget adiutorio in calefactione, & humectatiōe, & ſi tu inueneris eum inconuenientis qualitatis conſydera, nam ſi vincit ſuper eum cholera, tunc oportet quod euacues eam, & poſt hoc oportet quod adhibeatur regimen quod diximus, & ſi vincit ſuper eū phlegma, eget medicinis calidis, ſm quod diximus in diuiſione medicinarum, in principio huius capituli.

DE MEDICINIS QVÆ abſcindunt & deſtruunt lac.

MEdicinę vero, quę abſcindunt & deſtruunt ipſum, ſunt multę, & quaſi infinitę, & ſunt ſicut medicinę quę calefaciunt vltra q̄m oportet, & exiccant, quia ipſę conſumunt humiditatem ſanguinis, & ingroſſant eū, & propter hanc cauſam minuūt ipſum, & res quidem frigidę prohibent generatiōnę ſanguinis, & ſunt quędam quę corrumpunt qualitatē ſanguinis, & quędam ex eis ſunt, quę faciunt illud, minuendo totam eius ſubſtantiam.

DE MEDICINIS MENSTRVORUM.

QVædam ex eis, puocant menſtrua, & ſunt quę abſcindunt ea. Sed illæ quę prouocant, faciunt vno duorum modorum, vno modo, qſi bibuntur, alio modo, qſi ſubijciuntur. Sed illę quę bibuntur, prouocant & aperiunt vias, & mundificant eas, ſed non euacuant cum virtute attractiua, ſed illę quę ſubijciuntur, & prouocant menſtrua, & mundificant corpus ab eis, faciunt illud duob⁹ modis, vno modo, quia calefaciunt ſolum, alio modo, quia attrahūt vnum humorem, aut duos, aut plures, ſicut faciūt medicinę laxatiuę, & quia matrix ipſa non habet virtutē attrahendi ſanguinem, qui venit ad ipſam, quia ſanguis, qui venit ad eam, expellitur ad ipſam, cum expulſione, ita quod non attrahit ad ſe, ſunt medicinę quę prouocant menſtrua, aut abſcindūt ea, in virtute ſimiles medicinis quę prouocāt lac, quas diximus. Et hoc ideo, quia ſanguis qui eſt in venis, eſt materia communis, tam iſtis quā illis. Et hoc ideo, qñ ſanguis, qui eſt habilis

habilis curfui, æqualis quantitatis, cõtingit quod ifta ambo fint abundantis quantitatis, & mammillæ qui dem cõicant cum matrice in venis pluribus, quæ funt cões vrfiq, & ideo quando feparatur fanguis, & recedit ab vno iftorum membrorum, & vadit ad alterum, exiccatur illud, vnde feparatur. Igitur mulieres menftruatæ, quando habent menftrua temperate, non adueniunt eis lac in mammillis, & quando aduenit multũ lac mammillis, abfcindunt menftrua omnino, & ideo contingit, quod medicinæ quę prouocant, aut abfcindunt fanguinem, a quo mundificantur mulieres ꝓ matrices quoliber menfe, funt fimiles illis, quæ augẽt aut minuunt lac in mammillis, & non differũt, nifi in eo, quod matrix eget multotiens medicinis amplioris caliditatis, & maioris incifionis, quia venę matricis egẽt magis medicinis aperitiuis, & egẽt cum hoc fanguine fluxibiliori, & magis habili ad prouocãdum propter caufam fupradictam de matrice, quia non habet virtutem attrahendi ad fe, Sanguis vero, qui venit ad mammillas, expellitur ad ipfas, & ipſæ cum hoc attrahunt ipfum ad fe, quare contentæ funt facilioribus medicinis, ad prouocandum vel attrahendum ad eas fanguinem, & ideo contingit, quando menftrua diminuta funt diminutione parua, quod medicinæ quæ conueniunt ad attrahẽdum fanguinem, ad mammillas funt conuenientes, & fufficientes ad prouocandum menftrua. Sed qñ menftrua diminuunt, diminutione multa, aut abfcinduntur omnino, non conferunt eis hæ medicinæ. Sed egemus tunc fauina, myrrha, calamento, & pulegio montano, & mentaſtro, & coſto, & caſſia lignea, & cinamomo, & amomo, ariſtolochia, haſce, & thimo, & alijs quæ procedunt hac via, quæ prouocant menftrua, ablata omnino.

DE MEDICINIS ſpermatis.

SVnt ex eis quæ nominantur generatiuæ ſperma tis, & quæ funt contrariæ iſtis, & nominãtur exſtinguentes ſperma, & abſcindentes ipſum, & ex eis funt, quæ nominantur prouocantes ſperma, & ex eis funt, quæ nominantur prohibentes ſperma, funt illę quæ generant illud quod non eſt. Et dicemus, qñ ſubſtantia ſpermatis generatur a ſuperfluitate bona, & iuuatiua, & eſt in ſeipſo, cñ hoc ſpirituale, volo dicere, multorum ſpirituum. Oportet ergo quod fint illæ, a quibus generatur ſperma, & prouocant res vaporoſæ ſpirituales, volo dicere multi ſpiritus vel ventoſitatis. Et rerum quidem, quæ generant ſperma, quædam funt cibi, & quædam medicinæ, & quædã medicinæ ſimul & cibi, fed illæ quæ funt cibi, & augẽt ſperma, funt res quæ nutriunt & inſtant ſimul, & funt illæ, quarum tota ſubſtãtia eſt ſimilis ficut bulbus, & cicer, & fabæ, & piſces qui nominantur multoꝝ pedum, & grana pini.

Et medicinæ quæ augẽt ſperma, funt illæ quæ funt calidæ, & generant ventoſitatem ſicut ſtincus, & teſtis culus vulpis. Sed illæ quæ faciunt hæc, & funt cibi & medicinæ ſimul, ſunt ſicut ſemen lini, & eruca. Sed illæ quæ extinguunt & abſcindunt ſperma, funt res quæ deſtruunt ipſum, ſicut res quæ infrigidant & deſiccant, & funt in ſubſtantia ſua cõtrariæ illis, quæ generant ipſum in ſubſtantia ſua, & medicinæ quę delicant, non permittũt generari ſperma, nedum quod ge nerent ipſum. Eſto quod fint in natura ſua calidæ, ſicut rura. Et ſi funt ex illis quę non calefaciũt, & prohibent generationem eius, ſicut medicina quæ nominatur nicati, & eſt nenufar, quia ipſa videtur cõtraria ſpermati, in proprietate ſuæ ſubſtãtiæ. Etiam inueniuntur medicinæ conſimiles iſtis, in medicinis menſtrui, & in medicinis lactis, Et per aliã viam ingredium tur in genere iſtarum medicinarũ, medicinæ quę prohibent aſcenſum fereatus a membris ſpiritualibus, & medicinæ quæ prouocant vrinam etiam, quia omniũ iſtoꝝ eſt virtus ſubtiliatiua. Sed illæ quę retinent ſperma, funt contrariæ iſtis, & ipſæ ſunt cibi & medicinæ quæ infrigidant & ingroſſant ſperma, & congelant, et faciunt ipſum quietum, & non fluxibile. Et ideo funt cauſa retentionis eius, & prohibitionis, nõ tamen eau ſa corruptionis & deſtructionis perpetuæ, ſicut lactuca, portulaca, atriplex, cucurbita, mora celſi, melones, cucumeres, & citrulli.

DE MEDICINIS QVÆ prouocant vrinam.

CAlefactio eſt illa, quæ eſt principalis in medicinis, quæ iuuant ad prouocandum menſtrua, & ad prouocandum vrinam, verumtamen differunt abinuicem in quantitate caliditatis, & in hoc qñ aliquæ ex eis deſiccant, & aliquę quæ non deſiccant.

Medicinę igitur quę calefaciunt calefactione temperata, & non deſiccant, iuuant ad generandum lac. Sed illę quę calefaciunt, plus iſtis, ſed nõ deſiccant deſiccatione forti, iuuant ad prouocandum mẽſtrua, ſed vrinam prouocat quęlibet iſtarum duarum ſpecierũ, quas diximus, & prouocant eam etiam cum hoc quę calefaciunt & exiccant, & propter hanc cauſam nominantur proprie prouocatiuę vrinę. Et funt ſingulares in hoc nomine, ſcilicet quod prouocãt vrinam ſolum, ab ſq; eo quod prouocent menſtrua & lac, & non iuuant ſimiliter ad educendum ſcreatum a pectore & pulmone, & iſtę funt medicinę calidę, acutę, quę dę natura ſui iuuant & faciunt ſanguinẽ ſubtilem, & diſcernunt, & ſeparant groſſum a ſubtili, ſicut ſeparatur lac & cõuertitur, quod eſt in ſanguine ſubtile aquoſum, vt ſit ſeparatum, diuiſum a ſe, & quod eſt in eo ſpiſſus, coadunatur & condenſatur in ſe, & continuantur partes eius ſimul. Et iſtę duę proprietates iuuant renes ad extrahendum totum illud quod eſt in ſanguine de ſubſtantia ſubtili aquoſa, prima eſt diſſolutio ſanguinis, & liquefactio eius. Et ſecunda eſt diſcretio & ſeparatio eius. Et non eſt iſtis duobus modis poſſibile, eſſe ſine caliditate acquiſita, & funt ſicut apiũ montanũ, et ſemẽ apij, & ſemẽ fœniculi, & daucus, & ſemen ſinon, & ſiſeleos, & ameos, & fu, & meu, & aſſag, & acorus.

DE MEDICINIS TVSSIS.

IStę medicinę comparantur ad tuſſim duobus modis. Nam quędam eorum dicũtur medicinę tuſſis, & quia faciunt venire tuſſim, & quędam dicuntur medicinę, quia ſedant tuſſim, & virtus quidem iſtarũ eſt contraria virtuti illarum, & hoc eſt, quia virtus earum quę faciunt venire tuſſim, eſt ſubtiliatiua, & exagquę ſedant tuſſim, eſt ingroſſatiua, & virtus ſubtiliatiua inuenitur in ſubſtantijs calidis ſubtilibus, & virtus ingroſſatiua inuenitur in ſubſtantijs groſſis frigidis, ſicut in glutinatiuis, & oppilatiuis. Sed illę quę faciunt tuſſim, habẽt virtutem ſubtiliatiuam, & inuenitur in rebus calidis ſubtilibus, quia humiditates, quibus neceſſe eſt quod incidãtur, egent medicinis quę incidãt, & non quę deſiccant. Et ideo Galenus dixit, quod medicinę mundificatiuę, aperitiuę pororum ſunt, oro bus, lupini, amigdalę amarę, ſemen vrticę, liquiritia, ſquilla, & alia, ſuper quorum ſaporem vincit amaritudo. Et dixit, quod ex eis ſunt baurach, & ſal nitrum, et ſpuma baurach, & ſcebia, & alię medicinę ſimiles iſtis, quando accipiuntur cum cibo, aut cum potu, faciunt idem opus. Et omnes iſtę medicinę, cum hoc, quod diximus, ſubtiliant humores groſſos viſcoſos, quemadmodum medicinę glutinatiuę ingroſſant id, quod eſt in corpore, ex humoribꝰ. Et ideo nõ inuenimus alias medicinas, quę ſint fortius incifiuę & ſubtiliatiuę humorum groſſorum viſcoſorum, qui ſunt in pectore et pulmone, & ſaniei quę ẽ in pectore, & cõueniẽtiores

ad

ad educendum, & plus adiuuantes ad excreandum iſtis, & de natura ipſaꝝ, cũ toto hoc eſt qđ aperiunt pilationes hepatis, & mundificãt venas eius, & facilit idem in ſplene, quando oppilatio non eſt fortis, quia tunc eget medicinis fortioribus, ſicut ſunt cortex capparis, & radix tamarifci, & ſcolopendria, & ſquilla.

Et oportet quod ſit operatio tua cum iſtis medicinis, in quolibet corpore diuerſa, & eſt quod debes vti eis in curationibus hepatis ſolis, & in curis ſplenis, poſtquam poſueris cum eis acetum, & ebullierit cum eis, & mundificatione pectoris & pulmonis cum mellicrato, & cum aqua kiſt hordei, & cum ſyrupo acetoſo, & vino dulci. Et ideo quando dixit prouocantia vrinam, multa prouocatione, dixit quod ſunt calidæ acutæ, ſicut ſemen apij montani, & ſemen apij domeſtici, & ſemẽ fœniculi, & daucus, & ſiſeleos, & ameos, & ſu, & meu, & aſſarum, & acorus. Et dixit quod medicinæ quæ faciunt hoc, non iuuant ad educendam ſaniem a pectore, quia natura earũ, ſicut diximus, eſt calida & ſicca, & cũ hoc quod ipſę congregant & coadunant, diuidunt & ſeparant, videlicet quod ipſæ cõgregant groſſitiem in ſeipſam. Et ſeparant cũ iſta congregatione illud quod eſt in ſanguine de aquoſo ſubtili, & hæc erit cauſa quare renes attrahunt iſtam partem aquoſam ſubtilẽ in breui tempore, et mundificãt illud quod congregant & ingroſſant, ita quod poſſit excreari facile, & propter hanc cauſam, oportet quod medicinæ quæ habent hoc, ſint inciſiuę, & non ſit de calore in eis quantitas apparẽs, ne deſiccẽt deficcatione forti, & oportet quod ille qui vult eas accipere, accipiat eas in forbitionibus & potibus humectis, propter illud iuuamentum quod diximus. Et dixit, quando memorauit medicinas, quæ generant vrinam, qđ ſunt illæ q̃ deficcant, & dixit, quod quæ deficcant, cũ aliis proprietatibus nõ iuuant ad educendum ſcreatũ a pectore & pulmone, eo quòd iſtæ humiditates egẽt ẽbus, quæ incidant eas, & non deficcent.

DE MEDICINIS MVNDIficantibus renes.

MEdicinæ quæ mundificant renes, ſunt mediciną inciſiuæ, ſecundum multitudinem medicinarum tuſſis. Sed non oportet quod ipſæ ſint humidæ multum.

DE MEDICINIS QVÆ IVVANT ad lapidem frangendum in renibus & veſica.

MEdicinæ quæ conferunt ad frangendum lapidem, qui generatur in renibus & veſica, ſunt medicinæ quæ non deſiccant, ſed ſunt fortiter inciſiuæ, & ipſarum caliditas eſt minima. Quoniam caliditas coagulat lapidem, propterea, quia deſiccat, & non incidit tum, nec frangit. Sed medicinæ quæ ſunt paucæ caliditatis, ſunt cum hoc, quod ipſæ poſſunt incidere bonæ, ſicut ſunt. Radix ſparagi, & radix rubi, & herba quæ Græce dr caſtaran, & eſt betonica, & polij montanum, & lapis iudaicus, & nitrum adulſum, & acetum ſquillitium, & ſimilia iſtis ex medicinis.

Et poſtquam compleuimus primam partem huius operis, cum complemento ſermonis, ſuper omnes ſubſtantias medicinarum, cuꝰ ſaporibus earum & virtutibus, primis, & ſecundis, & tertijs, cũ adiutorio Dei, Incipimus partem ſecundam, in diuiſione medicinarum trium generum, ſcilicet, quæ ſunt ex plantis, & ex mineralibus, & ex animalibus, cum auxilio Dei.

PARS SECVNDA, LIBRI Serapionis, aggregata in Medicinis Simplicibus.

SERMO SECVNDÆ PARTIS, IN vnaquaq; medicina. De diuiſione materierũ, trium generum, quæ ſunt ex plantis, & mineris, & animalibus.

VOniam medicinæ diuidũtur in tres ſpecies. Quarꝝ prima eſt medicinarꝝ, quæ ſumuntur ex minerali bus, & lapidibus, & glebis, & alijs terreis. Et ſecunda eſt earũ, quę ſumunt ex plantis & arboribus, & terræ naſcentibus, & eorum parti bus. Et tertia eſt earum, quę ſumũtur ex animalibus, ex mẽbris, & eorum, & ſuperfluitatibus, oportet quod ꝓ ſequamur de vnaquaq; ſpecie, per ſe ſingulariter in ſuo loco, & incipiens a medicinis quæ ſunt ex plantis, quoniam ipſæ ſunt quæ veniunt magis in conſuetudinem. Et loquemur primo de his, q̃ ſunt cõplis cõplexionis, ex eis cũ auxilio Dei,

MEDICINÆ ÆQVALIS COMplexionis. Tractatus primus.

DE CITRO. Simplex. I.

ACtrog, ideſt citrũ. Galenus. Fructus huius arboris nominatũ in græco pomũ aquæ, & cortex eius nõ eſt frigidus, imo eſt æqualis cõplexionis, aut minus æqualis parum, & exiccat quantum eſt de virtute & complexione ſua, exiccatione habente acuitatem non paucã. Et ideo exiccatio eius deuenit ad fm gradũ, ſed caro eius, & eſt illud, qđ eſt in medio corticis, & acetoſitatis eius, generat humores groſſos frigidos, quia comedit ſicut cortex eius, ſed cor eius, & eſt acetoſitas eius, ſ. in qua eſt ſemẽ, eſt acetoſi ſaporis. Et virtus eius pria, eſt virtus quæ infrigidat & deſiccat in. 2. gradu. Et ſemen eius, qñ guſtatur, inuenit amari ſaporis, & eſt exiccatiuũ, in. 2. gradu, longe a rebus æqualis cõplexionis. Sed ſolium huius arboris eſt virtutis exiccatiuæ & reſolutiuæ. Dioſcorides, Habet ſemen ſimile ſemini pyroꝝ. Sed quando bibitur cũ vino, habet poteſtatem contra medicinas mortiferas, & laxat vẽtrem. Et qñ ex decoctione eius, aut ſuco eius fit collutio oris, facit odorem oris bonũ. Et cõuenit prægnantibus, qñ habent deſyderium prẽter naturam, quod contingit eis propter impregnationem. Et dicitur qñ ponitur cortex in pannis, præſeruat eos a corroſione. Aben meſui, Proprietas corticis eius, quod facit bonũ oris odorẽ, Et proprietas, carnis ei⁹ eſt, ꝙ extinguit calorẽ ſtomachi ſupfluũ. Et acetoſitas qñ ſi initio ſit ex ea, ꝑfert ſpetigini, & aufert eã. Et decoctio eius confert cardiacæ, & facit appetitũ cibi, & incidit choleram, & abſcindit fluxum ventris, et vomitum. Et extinguit calorem hepatis. Et de proprietate eius, & decoctionis eius eſt auferre triſtitiam, & hæc eſt proprietas ſui rob. Sed ipſum nocet pulmoni & neruis, ſua acetoſitate. Et grana eius ſunt de numero medicinarum conferentium venenis, quãdo ex eis ſumitur auf. ſ. cum aqua tepida, & ponitur ſuper locum morſus, & mollit ventrem.

Secundo Alli. De Citro.

Primo de ma lis cap. 31.

DE MACIS. II,

BIsbeſe, ideſt macis. Iſaac eben amram. Eſt cortex nucis muſcatæ, q eſt ſup cortiẽ groſſus, & melior ex eo ẽ ille, q eſt coloris fuſci, & deꝛ terior ex eo ẽ niger, & i cortice groſſo duro nucis muſcatę, nõ eſt aliqđ iuuamẽtũ, ſed fructus eius eſt vtilis medicinę, & noiaſ in oriente adaches. Et dicunt aliq, quod eſt macis, & eſt cortex qui aſportaſ de regione quæ non eſt Græcorum, & color eius eſt flauus, & eſt groſſus & ſtipticus multũ. Galenus. Talisfar eſt cor

7. ſimpli. facul. De Macere.

tex qui defertur ab India, & subſtantia eius eſt cõpoſita ex diuerſis subſtantijs cõtrarijs. Et plurimum quod eſt in ea, eſt subſtantia terrea. Et minus quod eſt in ea, eſt subſtantia ſubtilis calida, & odor eius eſt bonus, ſi cur odor ſpecierum aromaticarũ, quæ aſportantur ab India. Sapor eius eſt ſtipticus, ſtipticitate multa, cum aliquantulo aromaticitatis. Aliter nominat eam Dioſcorides, machir dicens, quod eſt cortex ſigni, ſiue corium veniens de Barbarico coloris ſubruffi, cuſ rubore ſolido, cuius virtus eſt ſtiptica, & remordẽs q̃ maxime in guſtu, cætera vero q̃ dicit, ſunt ſupradicta. Virtus eius pria eſt, q̃ deficcat in tertio gradu, ſed cali ditatis & frigiditatis opatio non ineſt eimanifeſta. Et virtus eius ſecũda eſt, q̃ reſtringit & cõgregat. Et virt⁹ eius tertia eſt, q̃ cõfert fluxui ventris, & vlceribus inteſtinorum, & in fluxibus humorum ad ventrem.

De Macere, lib. 1. cap. 44.

Lib. 1. ca. 94.

DE CAPILLIS VENERIS. III.

Erſcegnaſcen nominaſ coriandrũ putei. Et capillus algol, & capillus porcinus. Dioſcorides. Eſt herba, cuius folia ſunt ſimilia foliis coriãdri, ſciſſa in ſummitate. Et habet ſtipites duros, ſubtiles, longitudinis palmi vnius. Et nõ habet crus, nec florẽ, nec fructũ, ſiue ſemen. Et hẽt radicem, in qua nõ eſt vtilitas, naſcit in locis vmbroſis, & in parietib⁹ ſpe luncarũ humidarum, & iuxta aquas coadunatas, & decurſus fontium. Galenus. Virtus eius pria, eſt virtus deficcatiua, & nõ eſt in eo caliditas apparens. Sed eſt in cõplexione media, inter duas qualitates oppoſitas, exiſtẽs in gradu medio inter eas. Et virtus eius ſecũda, eſt virtus quæ ſubtiliat & diſſoluit. Et virtus ei⁹ tertia eſt, quæ facit oriri capillos in alopicia. Et diſſoluit ſcrophulas. Et q̃ bibit, frangit lapidem, & iuuat ad educendũ humorũ groſſorum viſcoſorum, qui ſunt in pectore & pulmone, & ſtringit ventrẽ. Dioſcori. Elixatura huius, q̃ bibitur, cõfert diſpnoicis, & ictericis, & dolori ſplenis, & ſtrangurię, & frigit lapidẽ, et ſtringit ventrẽ, q̃ bibitur cum vino, & cõfert morſibus venenoſoꝝ, & fluxui ſuperfluitatũ ad ſtomachũ, & prouocat menſtrua, & mundificat puerperas, & abſcindit fluxum ſanguinis, & fit emplaſtrum ex eo, vlceribus fraudulentis peſſimis, & facit oriri pilos in alopicia, & diſſoluit ſcrophulas, & q̃ miſcetur cũ aqua cineris, mundificat furfures capitis, & eradicat vlcera humida, quæ ſunt in capite. Et q̃ miſcetur cum lauadano, & oleo myrtino, & oleo lilij, & hyſopo, & vino retinet capillos fluentes, & elixatura eius mixta cũ vino & lixiuio, ſi abluitur cũ ea caput, idem facit, & q̃ miſcetur cuꝫ cibo gallog, & ſumenuet, ideſt coturnis cum, & cibantur eo, facit eos audaces ad dimicandus, & iam propinatur pectoribus, propter iuuamen, quia præbet eis ſanitatẽ. Abenneſuai. Proprietas eius eſt ad mũdificandam choleram, quæ eſt in inteſtinis, & ſtomacho, & doſis, eſt a.5.ij. vſq; ad.3.vij.

De Adianto, lib. 4. c. 129.

6. ſimpli. fi. cul. De Adianto.

Lib. 4. cap. 120.

DE SPARAGO. IIII.

HAlion eſt ſparagus lapidis. Galenus. Virtus eius prima, eſt quæ deficcat, ſed non habet calefactiones, neq; infrigidationem, & virtus eius ſecunda, eſt virtus quæ abſtergit. Et virtus eius tertia, eſt quę aperit oppilationes hepatis & renum, et proprie ſemen, & radix eius, & curat dolores dentiũ, q̃ deficeat ſine calefactione & infrigidatione, & iſtud eſt, cui proprie conuenit ſedatio vere. Dioſcorides. Quando elixatur vna ebullitione, & comeditur, mollit ventrẽ, & prouocat vrinã, & q̃ coquitur radix eius, & bibitur decoctio ipſius, confert ſtrangurię, & ictericię & ſciatice, & q̃ coquitur in vino, confert decoctio eius morſui rutelæ, & q̃ ex decoctione eius fit collutio oris, confert dolori dentium, & ſemen eius quando bibitur, facit operationes radicis, & dr, quod

6. ſimpli. fac. De Aſparago.

De Aſparago, lib. 2. cap. 118.

elixatura eius occidit canes, & dicunt aliqui, quod q̃ cornua arietum ſepeliuntur in terra, naſcuntur inde ſparagi. Abenmeſuai. Proprietas eius eſt iuuare in dolore lumborum, qui fit a phlegmate & vento ſtrate, & dolore colicæ, quia mollit ventrem, & ſi homo vitur eo multum, facit nauſeam.

DE OLEO ET OLIVA. V.

CAir, ideſt oleũ, zaiton, ideſt oliua, Galenus. Oliuæ quædã ſunt domeſticæ, quædam ſylueſtres. Domeſticarũ folia, & lignum, q̃ſi ſunt humida, hñt ſaporem ſtipticum, & virtus eoꝝ prima eſt, quæ infrigidat ea quantitate qua ſunt ſtiptica.

De ſylueſtri ea lib. 1. ca. 116.

6. ſimpli. fa. cul. De Olea.

Dioſcorides. Virtus folioꝝ domeſticæ, aſſimilat virtuti folioꝝ agreſtis, niſi quia virtus folioꝝ domeſticæ, & ſunt cõuenientiora oculo, q̃ agreſtis, quia ſunt ſecuriora & leuiora ei, q̃ agreſtis, & humiditas quæ currit ex ligno viridi, quãdo ipſum incendit in igne, facto linimento cum ea, confert furfuribus capitis, & impetigini & ſcabiei. Galenus. Arboris oliuarũ fructus, quando eſt maturus, completè eſt calidus caliditate temperata, & qui ex eo eſt immaturus, eſt frigidior & ſtipticior. Dioſcorides. Quando ſit ex fructu eius emplaſtrum, curat furfures capitis, & vlcera fraudulenta. Sed oliuæ aquaticæ, quando piſtãtur & emplaſtrantur, nõ permittunt in cõbuſtione ignis fieri puſtulas, & mundificant vlcera ſordida. Et oliuæ nouæ, quarum color eſt ſmaragdinus, ſtringunt ventrem, & ſunt bonæ ſtomacho. Sed oliuæ nigræ maturæ ſunt paratæ corruptioni, & ſunt malę ſtomacho, et inconuenientes oculo. Et quãdo ſit ex eis emplaſtrũ, prohibent vlcera fraudulenta, ne augmententur, & eradicant vlcera, quoꝝ nomen eſt antrax, & medulla quæ eſt intra ipſam, q̃ miſcetur cum ſepo & farina, eradicat albaras vnguium, vel leproſos vngues. Et aq̃ ſalſa, in qua condiuntur oliuæ, quando ſit ex ea collutio oris, reſtringit gingiuas & dentes commotos.

Lib. 1. cap. 116.

DE OLEO.

GAlenus, Oleum quod ſumiſ ex oliuis maturis, quoddã eſt nouũ, & quoddã eſt vetus. Eius vero qd̃eſt nouũ, virtus prima eſt, quæ calefacit calefactione tẽperata, et humectat. Sed vetus ex eo eſt calidius, & magis reſolutiuũ. Sed illud qd̃ accipiẽ ex oliuis recentibus imaturis, dr oleum expenſarũ, & in nouo ex eo eſt de frigiditate quãtitas quæ eſt in eo de ſtipticitate; & vetus ex eo dum in ipſo perſeuerat ſtipticitas eſt virtutis deficatiuæ, donec ſtipticitas recedit ab eo, ga tunc eſt ſimile oleo qd̃ accipitur ab oliuis dulcibus. Et oleum quod accipi ex oliuis & ſummitatibus ſimul eſt propinquũ in virtute oleo expenſag & vniuerſaliter, pone oly deration em tuam in omni oleo quod guſtabis, quia eadem quantitas quã inuenies de ſtipticitate, eãdem inuenies ibi de frigiditate; & ſi nõ inuenies in eo ſtipticitatem oino, ſed inuenis ipſum delectabile veræ delectationis, dicetum cum tẽperamento calido; & ſi tu inuenis ipſum cũ hoc ſubtile, & eſt illud quod eſt clarũ de quo ſi accipis parum, & ponis ſuper corpus, extendit ſuper corpus, & dilatatur multũ, abſq; eo quod imbibatur in eo, & abſcinda tur, ſcias quod illud eſt bonum valde, & bonitas quæ conuenit oleo, eſt in ipſo, & quando abluitur oleum, non mordicat. Dioſcorides. Oleum qd̃ſit ex oliuis nouis nõ bene maturis, eſt oleum expenſarũ, & eſt cõ ueniens ſanis, & proprie illud quod ex eo eſt nouũ ſine pũctione boni odoris, & ex illo q̃ uod eſt iſtiuſmodi, fiũt olea aromatica, & eſt bonũ ſtomacho propter ſtipticitatẽ quæ eſt in eo, & reſtringit gingiuas, & cõfortat dentes quando teneturin ore, et prohibet ſudorem. Et oleũ vetus oliuarum maturarum conuenit in medicinis. Et omnes ſpecies olei ſunt calidæ leniẽtes corpus, & prohibent frigoris aduẽtũ corpori, & faciũt

De Omphacio oleo ſeu lib. 1. cap. 27.

ipſum habile ad motum, & molliunt vētrem, & debilitant virtutem medicinarū vulnerantium, & dantur in potum contra medicinas mortiferas, vt euomātur cū eis, & fit hoc aſſidue, & quando bibunt ex eo, 3. ix. cum tantundem aquæ hordei vel aquæ calidæ, laxat ventrem: & quando coquitur cum rura, & bibuntur ex eo calido. 3. viiij. cō fert tortionibus ventris, & ex pellit lumbricos. Et quando fit cū eo cliſtere, confert colicæ, quæ fit ab apoſtematę inteſtini, & oppilationi quæ fit a ſtercore duro, & antiquū ex eo eſt calidius & plus reſolutiuum, & fit cū eo cohol ad acuendum viſum: & ſi nō habes oleum vetus, & indiges eo, coque ipſus donec fiat ſicut mel, & vtrere, quia virtus eius eſt ſicut virtus veteris. Galenus. Sed ſediminis ſeu fecis olei ſubſtantia eſt terrea, & virtus eius prima eſt q̄ calefacit, & deſiccat in ſecundo gradu expanſo: & virtus ſecunda eſt quæ reſoluit: & virtus eius tertia eſt, quæ curat vlcera quæ ſuntin corporibus ſiccis, & vlcera humida facit furere & quando coquitur, eſt groſſius & magis exiccatiuum.

6. ſimpti. de a-mygdalis, calidat a. ficca in fine ſecundi.

DE AMVRCA OLEI.

Dioſco. lib. 1. cap. 20. de amurca.

GAlenus, Amurca olei quando coquitur in vaſe ęreis cab rufei quouſq; ingroſſetur & fiat ſicut mel, eſt ſtipticum medicamen, & confert ad ea, ad quæ confert liciū, & ſuperat licium in bonitate, q̄d quando miſcetur cum aceto aut vino ſimplici, aut cuȝ ouo, aut melle, & linitur cū ea, confert doloribus dentium, & apoſtematibus, & miſcetur in medicinis oculorum in vnguētis, & q̄ſi veteraſcit fit melior, & fit ex eo cliſtere, & cōfert ano apoſtemato, collo matricis, & apoſtematibus matricis: & q̄ſi coquitur cū aqua agreſtæ, donec fit ſicut mel, & liniuntur dentes corroſi cū ea, eradicat eos, & miſcetur cum cameleonta & aqua in qua lupini ſteterunt ad dulcorandum, & liniuntur cum eo a ſalia, aufert ſcabiem eorum: & illa quę eſt no ua abſq; decoctione, quando calefit, & proijcitur ſup podagram & dolorem iunćturarum, confert, & quando extenditur ſuper corium, & ponitur ſuper ventres hydropicorum, minuit tumorem ipſorum.

DE OLIVIS AGRESTIBVS.

Dioſco. lib. 1. cap. 118.

DIoſcorides. Sed agreſtium oliuarum folia ſunt ſtiptica, quæ quando piſtantur, & fit inde emplaſtrum ſuper eriſipilam, confert, nec finit eā augere, & confert formicæ, & vlceribus quæ nominātur abiraxæ, & vlceribus fraudulentis, & panaricio, et q̄ſi fit ex eis emplaſtrū cū melle, occidit aſcarides, & cōfert vlceribus ſordidis: & q̄ſi miſcetur cum melle, & fit ex eis emplaſtrum, confert apoſtemati, quod nomināt duo vlcera, & apoſtematibus calidis, & facit adhærere cutem capitis q̄ſi ſeparatur ab oſſe, & quando maſticātur, conferunt vlceribus oris, et ad alcola: & q̄ſi fit ex eis emplaſtrum cum farina hordei, confert fluxui vētris antiquo, & ſuccus earum & elixatura operatur hoc: & quādo ex ſucco earum fit naſtale ſeu peſſariū, confert fluxui humiditatum antiquo a matrice, & fluxui ſanguinis, & ſanat eminentiam oculi, & confert vlceribus oculi quę nominantur calcatia, & aliis vlceribus, & confert curſui humiditatum antiquarum ad oculum, et ideo ponitur in fief, quæ adminiſtrant corroſioni palpebrarum, & fulachi: & auribus confert, ex quibus fluit ſanies, et auribus vlceratis. Et quando vo lueris extrahere ſuccum ipſarum, tere eas, & in piſtione earum aſperge ſup ea vinum vel aquam, & poſtea exprime, & deſicca expreſſuram in ſole, & fac trochiſcos. Et quādo ſit cū vino, eſt fortior q̄ cum aqua, & melior ad reponendum, et confert ſaniei aurium.

Et iam quidem comburuntur folia ipſa cum flore, et ponitur cinis eorum loco tuciæ, et ſtrin hunc modum, Ponuntur in olla terrea cruda, et obturatur os eius, et dimittitur in fornace, donec olla coquatur, deinde proijce ſuper ea vinum, quouſque infrigidentur, et confice ſimul et iterum combure, ſicut prius, et poſtea laua, ſicut lauaſ ceruſa, et fac trochiſcos: et creditur quod quando comburuntur in hunc modum, non eſt virtus huius cineris minor virtute tuciæ in inuamentis oculi, et ideo creditur quod virtus huius ſit ſicut virtus illius.

DE OLEO OLIVARVM ſyluęſtrium.

Dioſcorides lythos, et eſt garch, ideſt, thuſſi, in Arabico, et in latino triſoliū. Dioſcorides. Eſt duaȝ ſpēȝ, ſcilicet domeſtica, et ſyluęſtris. Et ſyluęſtris q̄ habet ſtipitem longitudinis ducorum brachiorum, et plus parum, et naſcuntur ab eo ramuli multi, et habet foliuȝ quod aſſimilatur folio handachochæ, quæ oritur in paludibus, et dicitur triſolium, et habet ſemen ſimile fœnugręco, niſi quia eſt minus ſatis. Et domeſtica eſt, quæ naſcitur in hortis, et eſt quædam quæ naſcitur ſuper aquas, et maxime in Babylonia, quando fluuius irrigat terram, et eſt herba habēs crus ſimile cruribus fabarum, et ſemen albū ſimile ſagit vel capillis, Et dicunt, quod extenditur quando o oritur ſol, et apparet ſuper aquam, et q̄ſi occidit, reſtringitur, et ſubmergit in aquaet capita eius ſimil anț capitibus papauerum magnorum, et in capitibus eſt ſemen ſimile geguerſi,

Dioſco. de lythos vrbana & ſylueſtri, lib. 4. cap. 96.

ideſt, panicum vel ſcariola, et exiccant ipſum in Babylonia, et faciunt inde panem, et habet radicem ſimile citonio, quæ comeditur cocta & cruda, & ſapor decoctæ aſſimilatur ſapori vitelli ouorum. Galenus. Domeſticæ virtus prima eſt inter calidam & frigidã, cum complexione æquali, & exiccat exiccatione temperata. Et ſecunda virtus eſt, quæ abſtergit abſterſione temperata. Sed ſylueſtris virtus prima eſt, quæ calefactit in ſecundo gradu. Et ſecũda eſt virtus quæ abſtergit. Sed Babylonicum eſt, ex cuius ſemine fit panis. Dioſcorides. Domeſtica quãdo ex ſucco eius miſcetur cum melle, mundificat hulcera quæ ſunt in oculis, quæ nominantur harahamen, & quæ dicuntur bachilez, & maculam quæ eſt in oculo, quæ dicitur loconia, & confert obſcuritati viſus. Et dicitur de ſylueſtri, quod habet virtutem qua calefacit, & eſt ſtiptica ſtipticitate pauca, & mundificat ſordes quę ſunt in facie. Et pannum quod miſcetur cum melle, & linitur cum ea, & quando teritur fortiter, & bibitur cum rob, aut cum vino, aut ſola, aut cum ſemine maluæ, confert doloribus veſicæ.

Abugerig. Handachocha confert frigido ſtomacho, & groſſæ ventoſitati, & proprietas aquæ eius eſt, quod ſtringit ventrem, & valet colicæ paſſioni. Et ponitur ſuper morſum ſcorpionis, ſedat dolorem ex eo. Et ſi ponitur ſuper membrum in quo non eſt mordicatio animalis, inducit dolorem; & ſemen eius fortius eſt folio atabari. Et iam curauit alios abſque me quendam, cui faciebat inungi pedes cum oleo handa chochæ, & diſſolutæ ſunt enodationes pedum eius.

Meſarugie. Handachocha eſt bona dolori tefticu lorum, & in principio *hidropiſis*, & dolori matricis.

Alkanzi. Ipſa & ſemen eius mouent ſperma.

Amram filius Bihaumet. Ex ea fit vinen in

Aphrica.

DE LICIO. VII.

HAdhadh, ideſt kilulem, ideſt licium. Meſarugiæ. Felzakarag tres habet ſpecies, vna earum eſt Indica, & alia fit ex herba quæ dicitur zerxah, & tertia eſt Arabica, & illa eſt quam nominamus hadhadh, ideſt licium. Dioſcorides. Accipitur ex arbore ſpinoſa, quæ habet ramos longitudinis duorum brachiorum, aut amplius, & folia eius ſunt ſimilia folijs arboris buxi rara, & habet fructum ſimilẽ piperi, & eſt niger, rarus, ſaporis amari, lenis tactu, & cortex ligni eius eſt glaucus ſimilis licio diſſoluto, & habet radices multas procedentes a latere ligni eius, naſcitur in locis agreſtibus, & extrahitur ſuccus eius in hunc modum. Teruntur folia ſicut ſunt cum tota arbore, aut ponuntur in aqua, & dimittũtur pluribus diebus, & coquuntur, & exprimuntur, & ſuccus ponitur ad coquendum ſecundo ſuper ignẽ, donec ingroſſetur ſicut mel, & adulteratur cum amurca olei, quando adminiſcetur in coctura eius, & cuꝰ ſucco abſinthij, aut cum felle bouino. Et oportet quod colligaꝫ quod natat ex eo ſimile ſpongiæ, & reponatur ad opus medicinarum oculi, & reſiduum eius ponitur in aliis medicinis, & fit ſimiliter licij ex ſucco fructus eius, quan do exprimitur, & ponitur in ſole. Et melius ex eo eſt illud quod accenditur igni. Et quando extinguitur, ſa cit ſpumam, cuius color eſt ſicut color ſanguinis, & exterius eſt nigrum, & interius eſt ſicut hiacintus lapis, ſcilicet, ſicut crocus, & non eſt pingue, & eſt in eo ſtipticitas cum amaritudine, & eſt ſpecies indi, & eſt melius, & fortioris operationis, & dicitur, quod indum fit ex arbore quæ dicitur lithios. Et hæc arbor eſt de ſpeciebus ſpinæ, habens ramos erectos longitudine trium brachiorum aut amplius procedentes ex radice, & ſunt groſſiores ramis rubi, & euellitur ab eis cortex facile, & color eius apparet ſicut color ſanguinis, & folia eius ſunt ſimilia folijs oliuæ. Galenus. Ex ſita arbore accipitur licium, ſcilicet ab illa quæ eſt ſpinoſa ex ea. Et eſt apud nos medicina quaſi humida vel liquida, & ſubſtantia eius eſt compoſita ex virtute ſubtili calida, & terrea frigida, & in ſapore eius eſt ſtipticitas, niſi quia eſt pauca multus, et virtus eius pria, eſt q̃ deſiccat in 2. gradu. Sed in frigiditate & caliditate eſt ſiſi in cõplexione mediꝰ equali. Et virtus eius ſecunda, eſt q̃ reſoluit & abſtergit reſolutiõe, et abſterſione curatiua, & cõgregat & reſtringit. Et virtus eius tertia, eſt virtus, quæ remouet quod eſt in pupilla ex eo quod obſcuratur viſum, & confert fluxui ventris, & habentibus vlcera in inteſtinis, & mulieribus habentibus profluuium menſtruorum, & ponitur in medicinis panni qui fit in facie, & in medicinis apoſtematum & vlcerum quæ ſunt in ore, & in ano et formicæ, & confert vlceribus fraudulentis, & putredinibus vlcerum, & putredini aurium, & tenaſmoni, & panaritio. Et hęc ſpecies licij inuenitur in terris Lochiæ Capadociæ multum.

Sed eſt alia eius ſpecies, & eſt inda quæ eſt fortior iſta, & melior in omnibus iſtis operationibus. Dioſcorides. Virtus licij eſt ſtiptica, & abſtergit, & curat obſcuritatem viſus, & curat ſcabiem, & pruritum oculorum, & abſcindit curſum humiditatum ad oculum venientium, & confert curſui antiquo ſanioſitati auꝛium, & quando linitur cum eo palatum, confert apoſtematibus gutturis, & quando linitur cum eo, conſert gingiuis, & vlceribus putridis, & ragadijs ani, & tenaſmoni; & qñ bibit, & fit cũ eo clyſtere, & ſanat ſuxũ ventris antiquũ, & vlcera ſiteſtinoꝝ & bibit de ipſo cum aqua ad ſputum ſanguinis cum tuſſi, & datur in potu morſui canis rabioſi, quando fiunt ex eo piluꝛe, & dantur, & rubificat capillos, & curat panaricium, & formicam, & vlcera fraudulenta; & quando fit cuꝰ eo naſtale, confert fluxui antiquo humiditatum a matrice. Et dicit Ingeneites, quando coquitur cum ramis eius in aceto, confert apoſtematibus ſplenis & ictericiæ, & prouocat menſtrua. Et dicitur, quod facit hoc crudum ſine decoctione, quando bibitur ſtrictum. Et quando bibitur ex fructu eius pondus ſacros, laxat phlegma, & confert contra medicinas venenoſas. Raſis. Felzakarag eſt compoſitum ex contrarijs ſubſtantijs, et eſt proprie licium, confert vlceribus oris, & ani, & apoſtematibus eorum, & auribus a quibus emanat pus, & fortificat capillos, ſi Deꝰ voluerit.

Lib. 1. cap. 114.

DE SEBESTEN. VIII.

SEbeſten. Abahamfa vel motheica fructificat fructus dulces, & nominant eos gentes pharas ſebeſten. Yſaac Ebem amram. Mokata erech in Arabia, & eſt arbuſtum altum ſuper terram, ſicut haſta habens corticem, cuius color vergit ad albedinem, & ramos quorum cortex vergit ad viriditatem, & habet folia rotũda magna, & habet racemos, quorum ſapor eſt dulcis, & vua eius eſt magnitudinis nucis, quę poſtea glauceſcit cum maturatur, & habet interius viſcoſitatem albam, & granum, quod eſt ſicut granum oliuæ. Hic fructus colligitur & exiccatur, do nec ſit paſſus, & eſt illud quo vtuntur in medicina, & eſt medicamen medium in complexione ſua, in caliditate & frigiditate, laxat ventrem febricitantium, confert tuſſi quę eſt a caliditate et ſiccitate, et lenit pectus, et ſedat catharrum calidum et ſtipticus propter ipſius humiditatem; et confert ardori vrinæ, qui fit propter mordicationem cholerę in veſica, et in renibus, et expellit vermes inteſtinorum, quia adhæreret ei propter dulcedinem ſuam. Meſehah, et Tabari, et Raſis, ſicut hoc quod dictum eſt, vel fere.

De Lente

DE LENTE. IX.

HAdes, idest lens. Dioscorides. Meliores ex lentibus sunt illæ, quæ velocius maturãtur, & qñ infundunturin aqua ad mollificandũ, non nigrescunt. Galenus. Sapor earum est stipticus stipti citate pauca. Et virtus lentis prima est media inter caliditatem & frigiditatẽ, & exiccat in fecũdo gradu. Et lens ipsa stringit ventrẽ qñ coquit bis & proiicit aqua prima, & aqua in qua decoquunt lentes, laxat ventrẽ, Et dixit Hippocrates in. 6. Epidimiarũ, quod lens aut erit tẽperata in caliditate & frigiditate, aut declinat a calore parũper, & signum in hoc est, qd non apparet p eam qñ comeditur, aut qñ morsatur in stomacho, aut qñ descendit a ventre infrigidatio corpori, et est cõpo sita ex subſtantia quæ frangit ventrem, & subſtantia quæ laxat; & laxatiuum qđ est in ea, est calidũ sine dubio, & restringens frigidum terreum; & qñ emplastrã tur cum ea vlcera apoſtemata cũ toto hoc quod prohibet & impellit sua stipticitate, aggregat ſaniẽs parum per, & res frigidæ non faciunt hæc. Dioscorides. Habet virtutes stipticam, & qñ comeditur affidue, accidit ex ea obſcuritas viſus, & est durę digestionis, ma la stomacho qñ coquitur cum cortice suo, & qñ excoriatur, & coquitur bene, proiecta prima aqua, stringit ventrem. Sed aqua eius prima laxat, & accidũt ex ea eius somnia mala, & est mala neruis, & pulmoni. Et endiuia qñ coquitur cum lentibus, fortificat stomachũ conſtrictione, quam faciunt in ventre, aut molochũ de Mechia, aut plãtago, aut portulaca, aut ſicla nigra, aut grana myrti, aut cortex granati, aut roſa ſicca. aut forba, aut citonia, aut pyra, aut gallæ integræ. Et cum fuerint coctæ, ſeparentur, & proiiciãtur ab eis, ſed ex eis quæ cibi sunt, relinquere poteris vnumquodq; ſecundũ conuenientiam ſtomachi. Nam alia ex eis sunt nociua ſtomacho, & oportet quod coquant in aceto, quia ſi non coquuntur ſic mouent, & qñ excorticanẽ ex eis. xxx. grana, & transfiguntur, cõferũt relaxationi ſtomachi, & ſtringunt. Et quando miſcentur cum melle, replent vlcera putrida, & auferunt fraudulentiam vlcerum, & mundificant ſordes eorum. Et quando coquuntur in aceto, diſſoluunt ſcrophulas, & apoſtemata dura; & qñ miſcentur cum melliloto, aut citonijs, aut cum oleo roſaceo, curant apoſtemata calida oculorum, & apoſtemata ſtomachi. Sed in apoſtematibus magnis quæ accidunt ex eis, & in vlceribus eorũ magnis, oportet quod ponatur cũ eis cortex mali granati, aut roſa ſicca cum melle. Et quando coquuntur cum aqua marina, curant herpetem, & erefipilam, & formicam, & vlcera cancroſa, & ſciſſuras quæ fiunt a frigore, & apoſtemata mammillarum: & quando ſit emplaſtrum cum eis & ſauch, confert podagræ. Me ſarugie. Excorticatæ ex ipſis, ſunt frigidæ, groſſæ, ſtringunt ventrem, & vrinam, & ingroſſant ſanguinẽ in venis, & non ſinũt eum currere, & ſunt frigidiores q̃mes, idest robiliæ. Abenmeſuai. Lens ipſa est frigida & ſicca in primo gradu, & cortex eius est calidus & ſiccus in primo. Et de proprietate eius est minuere vrinã & menſtrua, pp eius ingroſſationẽ ſanguinis.

DE CERA ET MVM. X.

HAmaha, idest, cera. Dioscorides. Melior ex ea est groſſa munda a ſorde, & in cuius odore est parũ odoris mellis, & in colore cuius est parum rubedinis, & illa quæ est alba per cocturam, & pinguis est poſt ipſam. Galenus. Virtus eius prima est, qđ ipſa est quaſi media inter res calefaciẽtes & infrigidantes, & deficcãtes, & humectantes, niſi quia est cum hoc res groſſa, & parum viſcoſa, & ideo nõ ſolum deficcat, verumetiam ſm quod æſtimo de virtute eius humectat per accidens, poſtquam propter ſuã viſcoſitatem prohibet reſolutionem. Et virtus eius ſecunda, est virtus, quæ maturat, & reſoluit, maturatione & reſolutione debili, & nõ est de medicinis quę ingrediuntur in corpus, ſed de illis quæ apponuntur extra. Et virtus eius tertia, est maxima omnium emplaſtrorum, calefacientium, & infrigidantium.

Dioſcorides. Virtus eius est mollificatiua, & repletiva vlcera repletione mediocri & non forti. Et formantur ex ea grana in modum granorum geguers, id est, milij, & bibuntur de eis. x. grana ad vlcera intestinorum, & prohibet coagulationem lactis in mammil lis lactantiũ, & dealbatur cera in hunc modum. Accipiatur de ea illa quæ declinat albedine viſcoſa, & fricatur ea, & purga a ſordibus, & pone in vaſe nouo, & pone ſup eam de aqua marina quantũ ſufficit, & puluerizatur deſuper aliquãtum nitri, & coque, & qñ bullierit duabus ebullitionibus aut tribus, aufer olla a ſab igne, & dimitte frigeſcere, deinde purga ipſam ceram a ſordibus aderit, & iterũ pone ſuper eam de aqua marina, & coque ſecũdo, & cũ bullierit duabus vel tribus ebullitionibus, aufer ab igne, deinde accipe olam paruã nouã, & madefac ſundũ eius, exterius cũ aqua frigida, & imprime fundũ eius ſuper ceram liquefactã, vt aliquid ex cera adhæreat fundo, & congeletur adherens ei: deinde ſepara formã illam ceræ quæ adhæsit fundo ab ipſo fundo olle, & iterũ imprime, & fac ita ſæpe, ſcilicet, donec nihil de cera remaneat. Et poſt inſere formas illas in filo lineo diſtanter, vt non ſe cõtingãt, & ſuſpende eas de die in ſole, & tota eas cũ aqua frigida quotidie, & ſæpe de nocte ſuſpẽde eas ad radios lunæ, & tam diu facias hoc, donec ſit alba multum. Et ſunt quidam, qui loco aquæ marinæ ponunt aquã ſalſam, & ponunt formulas ipſas ſuper herbam denſam, & dimittunt ſic in ſole, donec albeſcit, Et oportet q̃ hoc fiat in Vere, ne ſi fiat in eſtate, liquefiat a calore ſolis. Abugerig. Mollificat groſſicies apoſtematũ, & cõfert aſperitati pectoris, qñ ponitur ſuper ipſum, vel qñ fit cum ea loch cum aliquo oleo, ſicut eſt oleũ violaceum, & mollificat neruos & vlcera quæ ſiũt eſcarã, & cum ipſa quidem conficiuntur plurima ex vnguentis, Et qñ ponitur ſuper neruorum aſperitatem, molli ficat & lenit ipſam. Sed mum. Dioſcorides. Eſt ſuſperfluitates & ſordes, quam apes proijciunt extra domicilia ſua, & reperitur in aluearijs, & melius ex eis est illud, qđ est rubei coloris, odoris boni, ſimile floraci, non duræ ſubſtantiæ, ſed poteſt malaxari ſicut ſtoraxː virtus eius est ſimilis virtuti ceræ, niſi quia est fortioris operationis, & est calidius ſatis, & est ſubtilius, & reſoluit, & mollificat, & attrahit, & ppter hoc qñ fit emplaſtrum ex eo, attrahit inſixa corpori: & qñ ſit fumigium cum eo, & attrahit fumus eius per os, congert tuſſi antiquę, & qñ attrahit per nares, ſpuocat ſternutationem, & ſi linitur cum eo imperigo, confert.

DE TERENIABIN. XI.

TEreniabin et expoſitio eius est mel roris. Y ſaac eben amraz, Tereniabin est ros cadẽs de cœlo, aſſimilat melli granuloſo aggregato, & est noſatũ mel roris, & plurimũ qđ de ipſo cadit, est ſup arbores quæ ſunt in terra Coraleni in Oriẽte, q̃ arbores ſiñt folia ſi milia, & ſpinas virides, & flores rubeos, & nõ faciunt fructũ, & cadit in caſtella ſup ſummitates palmarũ. Et virtus eius est æqlis mollitiua vẽtris, & humectatiua pectoris, cõfert calidis natura, & proprie qñ reſoluit in aqua iuiubarũ & prunoꝝ. Abenmeſuai. Proprietas eius est quod mollit ventrẽ & pectus mollitione pauca, & melius ex eo est albũ nouũ, & doſis eius est a. x. vſq; ad. xx. auſ. Meſua, & Albaſari, & Abẽguefid, & Attabari, & Raſis, oẽs ſicut dictũ est, vel, pprie id.

Abix. Tereniabin est plus ſuccharo, & ſedat inflammationes febriũ calidaꝝ, & aufert ſitim, & mollit vẽtrem mollitione mediocri, & est mãna q̃ cadit ex aere

ſicut eadit manna, & lenit pectus ex tuſſi. Et plurimū quod de ipſo ca dit, eſt ſuper ſpinas ſupradictas.

DE CASSIA FISTVLA. XII.

Ealarxamber, ideſt caſſia fiſtula, ſunt cannæ concauæ, quarum color eſt rubeus ad nigredinem declíuis, & intra ipſas ſunt laminæ ex carne nigra, et parietes diuidentes inter eas: & inter laminā & laminā ſunt grana, ſicut grana tilocaraſtæ, & eiuſdē magnitudinis, quoq; color eſt inter glaucedinē & rubedinem, & caſſia qdem affertur ab India & Babilonia, & terra Aliemen, Et electa ex ea eſt illa, quæ eſt in cāna ſua interius nigra, & grauis, & lucida, & quod de ipſa vtimur, eſt cor vel caro eius interior. Abenmeſuai. Sapor eius eſt dulcis, & virtus eius prima eſt, qđ ipſa eſt æqualis complexionis. Et virtus ſecūda, eſt virtus quæ reſoluit. Et virtus eius tertia, eſt virtus quæ extinguit acutatem ſanguinis, & ſedat apoſtemata, quę fiūt ex eo, & reſoluit apoſtemata dura, quæ fiunt in gingiuis & gutture, qñ ſit ex ea gargariſma, cū aqua arboris vulpis, & cū paſſulis, & cōferi ictēritię, & dolori hepatis. Et proprietas eius eſt purgare choleram aduſtā, & mollificare ventres mediocri mollificatione, & doſis eius eſt a 3. iij. vſq; ad 3. x. Abengueſt. Mundificat neruos. Raſis. Melior ex ea eſt, qñ extrahit a canna, & eſt æqualis inter caliditatem & frigiditatē, & laxat ventrē cum rēperamento, confert apoſtematibus calidis, & maxime gutturis, & declinat ad caliditatē, plusq; ad frigiditatem, adeo vt fere perueniat ad primū primi gradus, & deſert de Babilonia, & Albaſra.

Completus eſt tractatus illius ſecūde partis de medicinis temperatę complexionis.

INCIPIT SECVNDVS

Tractatus medicinarum, calidæ & ſiccæ complexionis, in primo gradu.

DE RIZI. XIII.

Septimo ſimpli. De Oriza prio Aliment. De Oriza.

ORiz ideſt rizi. Galenus. In ſapore eius eſt ſtipticitas, & ideo retinet vētrē & retentione rēperata. Et dixit in cibis quod ſtipticitas eius eſt pauca, & eſt in cortice eius rubedo magis manifeſta qñ in ipſo met, & ipſum eſt minoris nutrimenti qñ frumentum, & qñ ſani egent pultibus eius pp punctiones, qs hñt in ventre, aut propter fluxum multū humoris, ſuper quos vincit cholera, aut alia aliqua de cauſa ſimili, huic coque rizi, quouſq; diſſoluatur, & fiat ſicut aqua chiſch, & da in potu, & hora cōueniētioritvſus eius eſt tps humidum, & qñ ſtomachus eſt fortis virtutis ad cibos. Dioſcorides. Eſt pauci nutrimēti, & ſtringit ventrē. Sindaraxar. Auget ſperma, & qñ comeditur, minorat fœces & vrinam, & ventoſitates.

De Oriza lib. 2. cap. 87.

Meſarugie. Eſt cōpleti in ſiccitate, & eſt bonū vlceribus inteſtinoꝝ, & punctionibus eorum, qñ bibit, aut ſit cū eo clyſtere, & rubeū eſt magis cōſtrictiuū.

DE ABSINTHIO ERIFION, & ſandonicon. XIIII.

ABſinthium, ideſt abſinthium. Abugerig & Abix. Eſt cuſcute Romanū. Et dicunt alij qđ eſt ſcena Romanū, & ſunt ſpēs eius tres, vna eſt qñ nominatur noſe generali, ſui generis, & eſt abſinthiū in veritate, & eſt Romanū, & eſt Gretēſe, & eſt melius.

174.c.

Galenus in vndecimo, de ingenio ſanitatis. Spēs abſinthij oēs, non ſunt ex duabus qualitatibus, & duabus virturib⁹, ſm eundē modū, quia in abſinthio, qđ deferē de Indos, qualitas ſtiptica eſt plus qñ in aliis ſpecíebus, eius virtus amaritudinis eſt plus fatis, Nā ſi tritueris vnum ex eis, aut ſenties in odore eius ſtipticitatē debilē, occultā multū, aut nō ſenties ſtipticitatē aliqñ. Et ideo oportet qđ tu eligas ſ apatibus hepatis & ſtomachi abſinthiū, qđ aſportat de Indos, quia iſm habet de bonitate ſuper alias ſpēs, & de ſignificatiōb⁹ huius abſinthij eſt, quod folij & flos eius ſunt minora qñ folia & flores aliaꝝ ſpecierum, & odor eius cum hoc nō eſt abhominabilis, ſed ineſt ei aromaticitas, & odor aliaꝝ ſpecierum eſt fœtidus. Et dixi in, 6. epidimiarū. Sapor abſinthij eſt ſtipticꝰ, amarus, acutus, ſed ſtipticitas eius eſt fortior ſua amaritudine. Et virtus eius prima eſt calida in primo gradu, ſicca in tertio, & virtus eius ſecūda, eſt virtus quę abſtergit et fortificat. Et virtus tertia eſt virtus qđ facit deſcēdere qđ eſt in ſtomacho de humoribꝰ cholericis, & expellit eos per ſeceſſum, & prouocat vrinam, & mundificat proprie qđ aggregatur in venis ex humore cholerico, et expellit ipſum per vrinam. Et qñ in ſtomacho, aut in pectore, ſiue pulmone eſt phlegma incluſum, nō iuuat in hoc propter victoriā ſuæ ſtipticitatis. Et ſuccus eius eſt calidior ſatis qđ herba ipſa. Dioſcorides. Virtus eſt ſtiptica, calida et mundificatiua, ſuppluitatum chołericarū, quę ſunt in ſtomacho et in ventre, et qñ bibit tur, prouocat vrinā, et prohibet ebrietatē, et qñ bibit cum ſileſeos, aut bodaſclici, aut ex laticis, ideſt celtica, confert inflationi et dolori ſtomachi et ventris. Et qñ bibiturex aqua eius, vel ex decoctione eius qualibet die, quātitas triū canos, curat illos, qui hñt faſtidiū cibi, & ictericos, & qñ miſcetur cum melle, et fiūt ex eo naſalia, prouocat menſtrua, et qñ bibitur cum aceto, confert ſuffocationi, quæ cōtingit ex fungis, et qñ bibitur cum vino, cōfert veneno, quod vocat arefen, et dr arſis, et illud quod dr conion, et dr ſuccarā, et morſui animalis quod dr mugali, et eſt draco marinus, & qñ conficitur cum melle & ſale nitro, et linitur cū eo palatum, confert apoſtematibus oris, et qñ miſcet cuꝫ aqua, confert ſarꝛe, et qñ miſcetur cum melle, confert huoribus, qui fiunt ſub oculo, et obſcuritati viſus, et auribus, a quibus egrediuntur humiditates. Et vaporatio decoctionis eius cōfert doloribus aurium, et qñ fit ſuffumigatio cū eo, mixto cum rob, aut fit ex eo em plaſtrum oculo, in quo eſt dolor cū pulſatione, cōfert multū, et fit cū eo emplaſtrū hypocōdrijs, et hepati et ſtomacho, in qbus ſunt dolores antiqui, qñ ipſum tetritur, et emplaſtratur cū eo, et cum fit emplaſtrum hypocundrijs, et hepati debet confici cum mum mixto cum oleo de alcanna, et qñ fit emplaſtrum ſtomacho, debet mum miſceri cum oleo roſaceo, et fit ex eo emplaſtrum cū ficubus et nitro, et farina lolij, et confert ſpleneticis et hydropicis. Et fit ex eo ſyrupus abſinthij nus, et proprie in terris, quæ dicuntur Dictis et Stapen, et dicunt Caſtina, et in terra quæ dr. Thracia, Et vtimur eo in ægritudinibus, quas diximus qñ non eſt febris. Et bibunt ipſum ſimiliter alio modo, quia bibunt eum in æſtate, confidentes quod iuuet eos ad cuſtodiam ſanitatis, et dicunt, quod qñ pulueriz atur in ſcrineis, cuſtodit pānos a tineis, et cōfertur cum oleo, et vngitur ex eo corpus, et prohibet cimices ab approximatione ad ipſum, et qñ aqua eius miſcetur cum encauſto ſcriptoꝝ, quo libri ſcribunt, prohibet libros a corroſione murium, Et virtus ſucci abſinthij eſt ſicut virtus ipſius abſinthij, niſi quia nō conuenit vſus eius in potationibus, quia eſt malus ſtomacho, & facit dos rem capitis. Et ſuccus abſinthij adulteraſ cum amurca olei, qñ cū eo miſcet & coquunt cum aqua. Et ſunt ex hoibus, qui nomināt eam ſaricham, vel errſion abſinthium, & naſcitur in mōtibus regionis quæ dicitur Chirochia, & in locis qui dicuntur Boſir, & in regione Babylonię, & vocāt eo hoīes de partibus illis, loco rāmoꝝ oliuaꝝ. Et eſt herba ſubtilis, & fructus ſimilis herbæ, quæ dr abrotanū plena ſemine, ſapor eius vergit ad amaritudinem nociuam ſtomacho, grauis odoris, ſtipticus cum caliditate pauca, quando coquitur ſola,

De Abſinthio lib. 3. cap. 25.

Dioſco. lib. 3. cap. 24.

sola, aut cum rizi, & potatur cum melle, occidit vermes ventris, qui dicun tur afcarides cum laxatione, & quando coquitur cum lentibus, & sumitur in potu, facit hoc, & quando animalia comedunt ipsum, maxime in Chirochia, impinguat ea. Galenus. Sapor eius est salsus cum amaritudine & stipticitate pauca, & est debilior abrorano, & est mala stomacho malitia forti, propter fuam falsedinem & amaritudinem, & paucitatē stipticitatis. Et dixit in octauo, quod sceha assimilatur absinthio in figura & sapore. Sed differentia inter ea est quod non est stipticum sicut absinthiū, & quod calefacit plus eo, & amaritudo eius plus est cū pauca falsedine. Sed & virtus eius est diuersa a virtute ipsius, nam nocet stomacho, & occidit vermes, plusq; absinthium, quando apponitur exterius, vel sumitur interius, & calefacit in secundo gradu, & desiccat in tertio. Dioscorides. Et species absinthij tertia, quæ nascitur in regione dicta Galicia, quæ est eorum loco, qui dicicitur salis, & nominant ipsum incolę illius loci Sandonicon, & traxit nomē a loco dicto Sidonis, & est simile absinthio, & non habet multum semen, & vergitur sapor eius ad amaritudinem, & virtus eius est sicut virtus saricam. Galenus. Virtus eius est sicut virtus saricam, sed est minus ea in calidi-
tate & subtilitate. Rasis & alij dixerunt, quod naba thi ex absinthio est fortiter amarum, & est bonū mor sui scorpionis, & est mirabile in hoc. Aben mesuai. Proprietas absinthij est quod laxat choleram cito, & lenit stomachum & intestina, & dosis eius est a .5. v. drac. v. vsq; ad. vj. quando infunditur vel coquitur, & succi eius dosis est ab auf. idest, vsque ad drach. ij.

Habix. Absinthium est calidum & siccum, aperit oppilationes, & curat ictēritiam, & laxat ventrem, & potus infusionis eius, vel decoctionis curat melancholicos, & maxime qñ miscet cum eo epithimum.

DE SARCOCOLLA. XV.

Asarot, idest sarcocolla. Dioscorides. Est gummi arboris, quod nascitur in terra Pharas, quod assimilatur olibano, & parua habens fusta, color eius est subruffus amari saporis, & melior ex ea est, quæ cito frangitur, & adulteratur cum gummi, quando miscetur ei. Galenus. In sapore eius est amaritudo, & virtus eius prima est, quæ deficcat sine mordicatione, & virtus secunda, est virtus quæ cōglutinat & abstergit, & dixit in almeiemir, quod maturat & resoluit, & virtus tertia est, quæ incarnat & aperit apostemata, quæ fiunt a percussione. Dioscorides. Habet virtutem conglutinatiuam vulnerum, & absc indit humiditates quæ veniunt ad oculum, & ponitur in vnguentis. Abengerig heremita. Cor rodit carnem corruptam quæ est in vlceribus, & habet virtutem in optalmia cum potentia, & proprietas eius est expellere lippitudinem ab oculo plus aliis medicinis, & maxime quando miscetur cū amilo & zuccharo albo. Arabari. Restaurat fracturas, & incarnat vlcera, & mundificat ea cum melle, & quando miscetur cum albugine ouī, aut cum lacte, & deficcat, & post teritur & cribratur, & administratur in pulvere, confert optalmiæ. Abenmesuai. Proprietas eius purgat phlegma viscosum, & dosis eius est, quando miscetur cum aliis medicinis, post quam mollificata est in decoctione a. 3. vj. vsq; ad. 3. j. & ipsa non portatur sola, propter malitiam eius magnam. Abix. Sarcocolla est acuta, multum pforatiua, comedit carnes vlcerum, & habet in cura optalmiæ proprietatem magnam, & virtutem potentem, & aufert lippitudinem oculorum, quando habent optalmiam, & quod non facit ita aliqua alia medicina, & maxime quando miscetur cum amilo & zuccharo albo, & potio eius ad laxandum ventrem, habet proprietatem iuuandi oculum, & proprie ad purgādum phlegma grossum, quod est aggregatum in iuncturis, & in scia, & in genı culis, & expellit ipsum cum fortitudine, cum aliquan tulo calore, & iuuat Medicinas alias ad exeundum a corpore, & fortasse vulnerabit oculum & intestina, & excoriabit ea, & inducet tenasmon propter suam acutatem, & ipsa quidem est gūmi glutinofum, quę quan do teritur, & obuiat rei humidæ, adhæret ei, fue manui, fiue vasi alicui, sed etiam cum ista glotinofitate, quæ est in ipsa & acuitate sui, & forti adhgrentia, facit illud quod diximus de nocumento in intestinis, & si ipsa datur in potu alicui sola, aut cum aliqua medicina etiam & fuerit ille ętatis completæ, inducit ei caluicium, & facit cadere capillos omnes de capite suo, & si fuerit iuuenis, fit ii: hoc mora, & si fuerit senex, facit illud citius. Et melior ex ea est illa quæ conteritur faci le, & quæ est albidior, & in maioribus frustis, & quan do teritur cum oleo de nucibus, quia oleum nucum frangit acuitatem eius, & prohibet ipsam facere illud quod diximus de vulneratione intestinorum & corrosione, propteres quia oleum nucum prohibet eam ab adherentia, & caliditas nucum fugat plurimum fri giditatis, quæ est in ipsa, fed si pręparas eam cum oleo amygdalino, pone cum ea duplum vel triplum pōderis eius de ipso oleo, & si vis ipsum ponere in aliqbus pilulis, fed si vis heris exhibere solam, sine admixtione alterius medicinæ, pone decies ponderis eius de oleo. Et si pręparas ipsam cum oleo de kerua, erit lenibus & lenioribus conuenientior, & non esset iuuenibus conueniens, quia calor naturæ iuuentutis non ferret caliditatem olei de kerua, & pone oleo de kerua quantitatem, qua possit dissolui solū, & postea misce eam cum aliis medicinis. Et quāsitas dosis eius sim plicis, posiquam pręparatur, sicut diximus, est pondus auf, idest, vsq; ad. 3. ij. & quartā, & misceatur cum ea ponderis. 3. mediæ, vsq; ad. 3. ij. de aliis medicinis, & meliores ex medicinis, quæ conueniunt admixtioni eius, sunt serapinum, mirobalani, turbit, & aloes, & amoniacum, & bdellium iudaicum, & semen apij, & ameos, & similia horum ex medicinis.

DE SPONGIA MARINA & lapide eius. XVI.

Asfengi albahiri, idest spōgia marina. Dioscorides. Est iam & gamen, & est quædam quę dicitur masculus, habēs minuta foramina spissa, & quædam est fœmina dicta, & figura eius est præter illam. Galenus. Melior ex ea est illa quæ est propinqua suę acceptioni, & est adhuc reseruata in ea virtus, quam acquisiuit ex mari, fed quando elongat tempus suę collectionis, euanescit virtus eius, quare non est conueniens quod administretur in opere, nisi prius lauetur cum nitro, vel baurach, vel cum aqua ci neris, quæ dī distillara. Et virtus eius prima est, quæ desiccat deficcatione manifesta, & secūda est, quæ cōsolidat vulnera recentia cum suo sanguine, quando madefit cum aceto, mixto aqua vel vino, secūdum diuersitatem corporum, & abscindit fluxum sanguinis, qui accidit ab incisione, vel combustione, quando accipitur sicca, non habens humiditatem in se, & imbibit in alphalto iudaico, aut in pice liquida, & ponitur super locum fluxus sanguinis, & ignis in ea accēditur, nam valet vt cauterium, & deuenit ex hoc fimile cooperto rium vulneri, sed spongiæ combustæ virtus est resolutiua.

Et lapis inuentus in spongia, habet virtutem quæ deficcat, & contingit ex virtute eius quod frangit lapidem generatum in vesica, sicut dixerunt quidam, & ipsi errauerunt in dicto suo, quia ipse frāgit lapidem, qui est in renibus tantum. Dioscorides. Quæ ex spongia est noua sicca, cum sua pinguedine, confert

Lib. xj. Methodi.

Lib. 5. ca. 24.

De Sarcocol la lib. 3. cap. 81.

Lib. 5. ca. 81.

De spongijs lib. 4.

Lib. 4. fin ipli.

Lib. 5. ca. 81.

vulneribus, & resoluit apostemata phlegmatica, & cõ
glutinat vlcera phlegmatica, & cõglutinat recẽtia vul
nera, qñ supponit cũ aceto & cũ aqua, & incarnat vlcera
antiqua qñ opponit eis cũ melle cocto, & apponit cũ
aqua sola etiã. Sed ex spongijs, illa q̃ est subtilis, lenis,
nõ habet iuuamentũ, & vtimur spõgia noua, ficca, in
lineo pãno ligata, aut sola facta ex ea forma licinij &
intromissa, nam aperit orificia vulnerum, quãdo sunt
clausa, & quando ponitur ficca in vlceribus humidis
antiquis, ad quæ fluunt humores ab alijs mẽbris, exic
cat ea, & minuit humiditates eorum, & apponitur cũ
aceto, & abstinet menstrua, & quando comburitur si
cut spuma maris, cõfert ophthalmiæ, & abstergit ocu
lum, & quando lauatur post combustionem eius, est
magis iuuatiua in medicinis oculi, & quando combu
ritur cum pice, confert fluxui menstruorum. Et lapis
inuentus in spongia, frangit lapidem vesicæ, quan
do bibitur cum vino.

De Stœchr. de.lib.3.cap. 27.

DE STICADOS. XVII.

Lib.8.simpli.

Stochodos, ideſt, sticados. Dioscorides. Na
scitur in insulis quæ dicuntur Sahedis, in regio
ne Galaciæ, & nominat ipsum nomine vnius
illarum insularum, quæ dicitur Sticados, & est herba
subtilium ramorum, habens comam sicut coma fatu
regiæ, nisi quia folia eius sunt longiora foliis fatureg
giæ, & est acuti saporis cum pauca amaritudine. Ga
lenus. Substantia eius est compositа ex substantia
terrea, frigida & ficca pauca, & propter hoc est stypti
ca parum, & ex alia substantia ignea, subtili multa, &
propter hoc est amari saporis, & est stiptica parum. Et
virtus eius secunda abstergit & fortificat, & aperit, &
subtiliat. Et virtus tertia fortificat corpus totũ, & mẽ
bra interiora omnia. Et dixit in Maiemir, quod pro
hibet putrefactionem omnem & subtiliat. Dioſco
rides. Decoctio eius confert dolori pectoris ſuct
hyſſopus, & ingredit in cõfectionibus medicinæ.

Lib.3.ca.27.

DE MELLILOTO. XVIII.

De Melliloto ſiue Serrula campana.lib. 3.cap.19. Lib.7.ſimpli.

Achilel melich, ideſt, corona regia. Yſaac
eben amram. Alkilel melich est herba quæ
habet folia rotũda viridia, & ramuli eius ſunt
ſubtiles multum, & folia rara, & fructus habens vagi
nas, ſubtiles, rotundas, ſicut virgæ puerorum paruulo
rum, & ſunt in eis grana pauca, glauci coloris, rotun
da, minora granis ſinapis. Et quod de ipſa adminiſtra
tur, ſunt illæ vaginæ, cum eo quod eſt in eis ex granis.

Lib.3.ca.19.

Dioſcorides. Eſt ex melliloto, habens colorem
croci, boni odoris, & eſt ex eo, quod aſſimilatur fœnu
græco. Galenus. Subſtantia eius habet plus caliſ
ditatis quam frigiditatis', & ſapori eius ineſt ſtipticiſ
tas, & virtus ſecũda maturat, & tertia reſoluit. Dioſ
corides. Mellilotum eſt ſtipticum mollificatiuum,
apoſtematum calidorum, & maxime apoſtematum
oculorum & ani, & teſticulorum, quando coquitur
cum rob, & fit cum eo emplaſtrum, & forſitan miſces
tur cum vitello oui, aut farina fœnugræci, aut farina
ſeminis lini, aut puluere molendini, aut papauere, &
quando imponitur ſolum cum aqua, confert vleeri
bus quæ nominantur faul, & quando miſcetur cum
bolo, quod aſportatur de terra quæ dicitur Hocas,
aut miſcentur cum eo gallæ, & diſſoluitur cum vino,
& liniuntur cum eo vlcera humida, quæ fiunt in capi
te, curat ea omnia, & ponitur coctum & crudum cum
vino, & cum aliquo illoꝝ quæ diximus, ſuper ſtoma
chum, & ſedat dolorem eius, & quando exprimitur
ab eo ſuccus crudus, & miſcetur cum rob, & diſtillã
tur in aurem, ſedat dolorem eius, & quando fundi
tur ſuper caput cum aceto & oleo roſaceo, ſedat dolo
rem capitis.

Bedigoras eſt temperatum, & proprietas
eius diſſoluit ſuperfluitates.

DE SQVINANTO. XIX.

De Odorato Ionco. lib.1. cap.16.

Acher, ideſt squinantũ, Abohaniſa. Squi
nantum eſt herba, habens radices ſub terra, &
ramulos ſubtiles, & eſt ſicut radix chulen, niſi
quia eſt latior, & eſt minoris tuberoſitatis, & habet fruc
tum ſimilem fere floribus cãnarum, niſi quia eſt ſubs
tilior & minor. Et ſquinantum reritur, & ponitur in
medicinis odoriferis, & raro oritur ſolum, quia quan
do vides vnam ex plantis eius, & aſpicis circum, vides
multas, & fortaſſis repletur ex eo tota terra, quę eſt ci
ca terram vbi naſcitur, & naſcitur in inſulis & pratis,
& quãdo deſiccatur, fit album. Yſaac eben amram.
Squinantum eſt herba palearis, & habet ramulos ſub
tiles, duros multos, & capitibus ramulorum ſunt ſpi
cæ piloſæ, & illi pili ſunt flores eius, & habet bonum
odorem, qñ maſticatur, & venæ corticum eius ſunt ni
gręe, & interius albæ, & ſapor eius eſt amarus, & quod
de ipſo adminiſtratur, ſunt flores & radices & folia.

Dioſcorides. Melius ex eo eſt nouum, in quo eſt
rubedo plurium florum, & quando ſciditur, appa
ret in eo color purpureus, & eſt ſubtile, & in odore
eſt ſimile roſæ quando fricatur manibus, habens odo
rem bonum, & quãdo maſticatur, mordicat linguam
& pungit punctione pauca, & quod in vſu venit, ex
eo eſt flos & cannæ radicis eius. Galenus. Floris
eius ſubſtantia non eſt longinqua a ſubtilitate, & in
ſapore eius eſt ſtipticitas pauca, minor calditate ipſi⁹.
Et virtus prima calefacit caliditate pauca. Et ſecunda
eſt virtus quæ ſubtiliat. Et tertia prouocat vrinam &
menſtrua, quãdo bibitur, aut fit cum eo emplaſtrum,
& cõfert apoſtematibus hepatis, & orificio ſtomachi,
& ſtomacho ipſi, ſed radicis ei⁹ ſtipticitas eſt amplior
ſtipticitate floris, & caliditas eius eſt minor caliditate
ipſius, & propter eius ſtipticitatem accidit quod admi
ſcetur medicinis quæ adminiſtrantur ad ſputum ſan
guinis. Dioſcorides. Flos eius eſt ſtiptic⁹, ſtipticitas
te pauca calefactiuus & maturatiuus, mollificatiuus,
& frangens lapidem, aperitiuus orificiorum venarũ,
prouocatiuus vrinæ & menſtruorũ, reſoluit inflatio
nes, inducit grauedinem capitis, confert ſputo ſangui
nis, & dolori ſtomachi, & cõfert pulmoni, & hepati,
& renibus, & miſcetur in confectionibus medicina
rum, & radix eius eſt ſtipticior, & propterea datur ex
ea pondus auꝛ, ideſt, cũ tantundem piper aliquot dies
bus habentibus nauſeam, & hydropicis, & habenti
bus conquaſſationem in neruis, & decoctio eius con
fert apoſtematibus matricis, quando fit feſſio in ea.

Habix in libro quem cõpoſuit de tyriaca. Oleum
ſquinanti confert omnibus ſpeciebus pruritus, ita qđ
& ille qui eſt in animalibus, expellit laxitudinem, &
eſt conueniens ad albaras.

DE ATHEL. XX.

De Acacidite lib.1.ca.101.

Athel, ideſt abohaniſa. Athel eſt longa vſq; ad
cœlum, dura, recti ligni, folia eius longa, ſubtis
lia, ſtricta, & non habet ſpinas, & ex ligno eius
fiũt paropſides, & inciſoria, vel ſcutellę & vaſa alia, &
ipſa eſt nadhar, & omnes arbores ex quibus fiunt vaſa
ſa huiuſmodi, nominatur Nadhar. Sed Athel eſt ar
bor, quæ eſt aliquantulum rubea, quali coloris ſcor
pionis. Dioſcorides. Eſt arbor parua, ſimilis tas
mariſco, & eſt in Babylonia, & aqua infuſionis eius
ponitur in fiel, qui adminiſtratur habentibus debili
tatem viſus. Galenus. Sicut ipſe. Yſaac eben
amram. Athel eſt ſpecies tamariſci, & eſt arbor quę
magis vento agitatur, q̃ arbor tamariſci, & habet li
gnum & ramos viridęs, maculatos rubore, & folia plu
rima, ſimilia foliis tamariſci, & in ſapore eius eſt ſtipti
citas, & non habet florem, & habet fructum rotundũ,
ſicut cicer, habentem colorem cinerum, ad glaucedi
nem tendentem, intra quem ſunt grana pauca, inuicẽ
conglobata

conglobata & iuncta, quæ nominantur dulcia, & grana quidem athel colliguntur in menſe Februarij.

Lib.7.ſimpli.

DE SEMINE LINI. XXI.

Galenus.

BAzarichichen, ideſt ſemen lini. Iſtud quãdo comeditur, inflat, & cum toto hoc aſſatur, etiam inflat, quia ipſum eſt plenum humiditate ſuperflua. Et virtus eius eſt prima, quod eſt calidum, quaſi in primo gradu, & eſt medium in humiditate & ſiccitate. Et ſecunda eſt mollificatiua, & ſedatiua dolorum. Et tertia eſt virtus quæ confert egritudinibus interioribus, niſi quia eſt minus in hoc ꝙs camomilla, & eſt mediu minter laxatiuum & ſtipticũ, & miſcetur in eo parum virtus prouocatiuæ vrinæ, & hoc quod apparet in eo manifeſte, quando comeditur aſſatum, & tunc eſt magis conueniens ad ſtringendũ ventrem. Et dixit in libro de conſeruatione ſanitatis, quod ſemen lini, quãdo coquitur in aqua, decoctio eius eſt infrigidatiua. Diſcoridis. Virtus ſeminis lini, eſt ſimilis virtuti fœnugræci, & quãdo miſcetur cum melle, & oleo, & aqua, & conficitur, reſoluit apoſtemata calida, & mollificat ea, ſiue interius ſiue exterius, & quando fit ex eo emplaſtrum cum ficubus & nitro, delet pannum & puſtulas albas faciei. & ꝙñ conficitur cum maqua, reſoluit apoſtemata quæ ſunt in radice auris, & apoſtemata dura, & quando coquitur cum vino, eradicat formicam & puſtulas vlcerũ, quæ dicuntur ſaui, & quando miſcetur cũ naſturtio, quantitate æquali, confert ſciſſuris vnguium, & earum excoriationi, & quando miſcetur cum melle, & fit inde loch, expellit ſuperfluitates quæ ſunt in pectore, & ſedat tuſſim, & quando miſcetur cum melle & pipere, & vtitur quis eo, mouet coitum, & fit cum decoctione eius cliſtere, ad mordicationes inteſtinorum & matricis, & mollit ventrem, & quando mulieres ſedent in decoctione eius confert apoſtematibus matricum, ſicut fœnugræcum.

De Lino lib. 2. cap. 91.

Abenmeſuia. Proprietas eius eſt, quando fit emplaſtrum cum eo mixta cæra & melle, confert alboribus vnguium. Atabari. Si ponitur ſuper vngues, æquat in æqualitates earum. Abugerig. Cõfert vlceribus veſicæ & renum, & maturat apoſtemata, ꝙñ fit cum eo emplaſtrum, & quando bibitur, torrefactũ confert tuſſi frigidæ & humidæ. Meſarugiæ. expellit fœtum cito, & aqua, & decoctio ſeminis lini miſcetur cum oleo, & fit inde cliſtere vlceribus inteſtinorum, & cõfert magnifice. Alcanzi. Non eſt ei par ad expellendum fœtum, & expellẽdam aquam.

Raſis. Sedat dolores. & confert punctionibus inte ſtinorum. Paulus. Linum ipſum, quando comburitur, fumus eius eſt ſubtilis, confert corizæ, & ſuffocationi matricis.

De Anthemide, lib. 3. cap. 131.

DE CAMOMILLA. XXII.

Dioſcorides. Eſt

DEbonigi, ideſt camomilla. Dioſcorides. Et ſpecies ſunt tres, & diſcernuntur ex colorem floruꝫ ſolum. Et ipſa eſt herba habens virgas longitudinis circiter palmum vnum, fructicoſas pluri mos habentes ramulos, & folia parua, minuta, gracilia, & capitella rotunda parua in aliquibus, quorum ſunt flores albi, & in aliqbus aurei coloris, & flos qui apparet ſuper capitella, eſt rotundus, hñs circũquaq; ſtoſculos ſimiles in quantitate floribus rutæ, & color ipſorum eſt, aut citrinus, aut purpureus, & naſcitur in locis aſperis, & ſnper vias, & colligitur in Vere, Et oportet quod reponantur folia & flores, poſtquam tetritur quodlibet ipſorum per ſe, & ſiunt inde trociſci: & radix eius poſtquam teritur, ſiccatur, & quælibet pars eius ponitur in opere per ſe. Galenus. Subſtantia eius eſt ſubtilis, & virtus prima eſt, quæ calefacit & deſiccat in primo gradu. Et ſecunda reſoluit & fluxat membra. Et tertia confert laxitudini plus omni alia medicina, & ſedat dolores, & mollificat membra dura, & lenit ſpiſſitudinem paucam, & expellit febres quæ ſiunt ab humoribus cholericis, & quæ ſiunt propter ſpiſſitudinem cutis, quando in viſceribus nõ eſt apoſtema calidum, & iam facta eſt digeſtio. Sed ferbibus quę fiunt a phlegmate & melãcholia, aut propter apoſtemata, quæ ſunt in viſceribus, quando exhibetur, iuuat maximo iuuamento, & ideo contingit, quod ipſa eſt vna de fortioribus medicinis, in ſedando dolores, & de melioribus mollificatiuis ex medicinis conuenientibus membris exterioribus, quæ ſunt poſt mirach, & ipſa & oleum eius conferunt ſodæ frigidæ, nam euacuat humorem qui eſt in capite per reſolutionem ſine attractione. Et hæc operatio eſt ſibi magis propria, ꝙñ alicui alteri medicinæ. Et quãdo fit emplaſtrum cum ea, curat ſcabiem oculi & palpebrarum, & confortat cerebrum. Dioſcorides, Virtus radicis & floris eius & totius plantæ, eſt calefactiua ſubtiliativa, & quando bibitur aut decoquitur, & ſedent mulieres in decoctione ipſius, prouocat menſtrua, & expellit fœtũ in hora partus, & prouocat vrinam, & facit mingi lapidem: & bibitur in inflammationibus, & in colica, quæ dicit ylios, & expellit ictẽritiam, & curat dolorem hepatis, & adminiſtratur decoctio eius in emplaſtris veſicæ. Et illa quæ habet flo rem purpureũ, eſt fortioris operationis in lapide quã aliæ duæ ſpecies, & maxima eius virtus eſt in hoc præ alijs. Sed alba & citrina ſunt magis prouocatiuæ vrinæ. Et de omnibus ſpeciebus quãdo fit emplaſtrum, eradicat ſcabiem vlceratam, & quando maſticatur, curat alcolaz & teritur flos eius, & linit in febribus perio dicis. Sed oportet quod radix eius potetur cum ſyropo qui dicitur omomel.

Lib. 5. ca. 131.

DE MEL LISSA. XXIII.

BEderangie, vel bedarungi, ideſt, turungen, & di citus marmachor, ideſt melliſſa. Dioſcorides. Melliſophylos eſt herba ſuper quam apes delectantur ſtare, & virgæ ipſius & folia ſimilantur virgis & foliis marubij ſylueſtris, & ſtipites ipſius & virgæ ſunt anguloſi, ſcilicet quadranguli, & folia eius ſunt maiora foliis marubij ſylueſtris, & non ſunt piloſa ſicut folia illius, & odor eius eſt ſicut odor citri. Galenus. Virtus eius eſt ſicut virtus praſſij, niſi quia eſt minor virtute eius ſatis. Dioſcorides. Quando folia eius bibuntur cum vino, aut emplaſtrantur, confe runt punctuꝛæ ſcorpionis, & morſui rutellæ, & morſu canis: & decoctio eius ſimiliter ꝙñ proijcitur ſuper locum morſus, facit illud. Et quando fit feſſio in decoctione eius, prouocat menſtrua. Et ſit cum eo collutio oris, & confert dolori dentium. Et quando folia eius bibuntur cum nitro, conferunt doloribus inteſtinorum, & ſuffocationi fungoꝝ, & punctionibus inteſtinorum, & ſit cum ea loch anheloſis, & ortomoicis qui non poſſunt iacere. Et quando fit emplaſtrum ex eis cum ſale, reſoluit ſcrophulas, & mundificat hulceꝛa. Et quando fit cum ea emplaſtrum, ſedat dolorem iuncturarum: Aben meſuai. Proprietas eius eſt lætificare animam. Yſaac eben amram. Quando comeditur bedarungi in ieiunio, cõfert ſtomacho frigido & humido, & facit digeri cibum groſſum, & aperit oppilationes cerebri, Et proprietas eius confert debilitati cordis, quæ nõ ſinit dormire, & aufert cardiacam, & remouet affectiones, & ſolicitudines, & timoꝛes, quæ accidũt a melancholia, & phlegmate adufto.

De Apiaſtro lib. 3. cap. 99.

Lib. 7. ſimpli.

Lib. 3. cap. 99.

DE DADI. XXIIII.

DAdi eſt granum prope ſimilitudinem hordei, amari ſaporis, teritur & proijcit in vineis fructum in Baldach, & fortificat odores eoꝝ, & corroborat ea inebriandum.

Lib. 6. ſimpli.

De

DE AVENA. XXV.

De Aegilope, siue festuca. lib.4. cā. 153.

Lib.6. simpli.

Lib.4.cap.133.

DAusir, idest auena. Dioscorides. Est herba cuius folia sunt similia foliis frumenti, nisi qa sunt molliora, & in summitate calami eius est semen duabus vel tribus tunicis vestitum, a quibus exeunt aristæ similes capillis in subtilitate. Galenus. Sapor eius est actus parum, & virtus eius prima est, quod resoluit apostemata dura, & confert fistulis quę fiunt iuxta oculum, & cognoscuntur per scabiem.

Dioscorides. Quando sit cum ea emplastrum cū farina, curat scabiem, & resoluit apostemata dura, & exprimitur ex ea succus, qui miscetur cū farina, exiccatur, & referuatur.

DE ARBORE GRANATI sylueſtris. XXVI.

De Aspalatho. lib.1. cap. 19.

Lib.6. simpli.

Lib.1.ca.29.

DArsifahan, idest ayrach. Dioscorides. Est arbor cuius grossitudo est sicut aliorum lignorū, & habet spinas multas, & melius ex eo est pondere folium, & qñ excoriat, apparet in excoriatione sua coloris sanguinei, aut purpurei, & est solidum boni odoris, & in sapore suo est amatitudo, & de ea est species alia, cuius lignum est album, grossum, & asperus, non odoriferum, & est minus in virtute cs superius, & sapor eius est stipticus acutus. Galenus. Virtus eius prima est fm q tibi videbitur ex sapore suo, scilicet composita ex partibus dissimilibus, quia a parte cuius est acuta, calefacit, & a parte stiptica infrigidat, & a totalitate deficcat. Et virtus eius secūda prohibet. Et virtus eius tertia, est virtus quæ confert hulceribus putridis, & humoribus qui fluunt ad ea. Dioscorides. Virtus eius est calida cum stipticitate, & propter hoc confert ad alcola quando coquitur in vino, & fit cum eo collutio oris, & confert hulceribus foetidis, quæ fiunt in collo matricis, & hulceribus ventris quando fit ex eo clistere, & ad bothor nasi, & expellit fœtum quando fit cum eo nasale, & decoctio eius qñ bibitur, stringit ventrem, & abscindit sputum sanguinis, & confert difficultati urinæ & inflationibus. Omas bētamin. Tarsisahan apud apothecarios de ayrach est arbor granati agrestis, & habet lignum citrinum grossum odoriferū, & dicitur, q fructus eius est ille qui dicitur bel, & quod est intra ipsum & carnositatem, dicitur cohorhaber, & est medicina quæ stringit ventrem, & confert febribus. Sulahin epenhasen. Est planta spinosa ingrediēs in speciebus medicinarum odoriferarum, & habet florem croceum, & cortex ligni eius tendit ad rubedinem, & est species lignorum, de quibus fiunt casulæ, scilicet vbi reponūtur lances, vel etiam pugillares, vel aliæ huiusmodi casulæ, & magis odoriferum est illud quod nascitur in riparijs, & ingredit in trochiscis tyriacæ, & nominat eum in Barbaria asdany.

DE HAERMIA VEL PIPERella. XXVII.

HAermia, idest, piperella. Ysaac eben amram. Haermia est piperella, & est in figura fua ficut figura piperis minoris, nisi quia est in colore fuo quasi citrina, & funt in ea duæ virtutes cōtrariæ scilicet, caliditatis & frigiditatis, & confert doloribus frigidis, gutturis, & siccitati ventris. Aben mesuai. Haermia est granum paruum minus pipere, & est in eo citrinitas pauca, & est odoriferum, cuius odor est sicut odor ligni aloes. Albasari. Haermia est calida & humida, & est in ea abstersio parua.

DE SETA. XXVIII.

HAeris, idest seta. Haiese eben mesuai. Quãdo vermiculus texit setam super se, & finit coperturam eius quando dimittitur donec perforat telam illã, & egreditur inde deuenit ex hoc habrisen & ken, & quando dimittitur in sole, donec moritur vermis, deuenit inde seta. Et dixerunt aliqui medicorum, q seta est calida & ficca cum temperamēto, & est bona cordi, & confortat substantiam vel totalitatem eius, & clarificat sanguinē eius, & propter hoc ponitur in medicinis cordis, & scipue in diamusco.

Et quidam comburunt eam, vt possit facilius teri, & melius pulverizari propter deficcationem. Et quibusdam non videtur hoc, ne amittat virtutem suã, sed faciunt eam incidi subtiliter, & terunt eam cum margaritis & karabe, & corallo proprie, & sic teritur facile. Et quidam sunt qui extrahunt virtutem eius ab ea per decoctionem, & bibunt in decoctione illa post qs colauerint eam medicinã in mortario, aut in salaia in sole calido, donec bene infundatur, & imbibatur ex ea, & recipiant virtutem eius, & postea deficcant & vtuntur.

DE FRVMENTO, FARINA, furfure, amilo, pane, & fermēto. XXIX.

HEnta, idest frumentum. Dekich, idest farina. Nokale, idest furfur, Nixe, idest amilum, kos bos, idest panis, kamir, id est fermentū. Dioscorides. Melius ex frumento ad sanitatem hominū est nouum maturum plenū, cuius color est aureus: & post hanc spēm est illud, qđ est mediū inter tps suę collectionis, & tps seminationis, & est triū mensium, qđ ficaminum dicitur. Galenus. Virtus eius fm medicinam quãdo ponitur extra, est calida in primo gra du, temperata in humiditate & siccitate. Et dicit in libro de cibis, quod quando equi comedunt ipsum, nō effugiunt a nocumento quod infert eis. Dioscorides. Quando comeditur crudum, generat lumbricos, & quando masticatur & emplastratur, confert morsui canis rabidi.

De Tritico, lib 2. cap. 77.

Lib.8. simpti.

Lib.2. cap. 77.

DE FARINA.

Dioscorides. Fit emplastrum cum farina frumenti, & succo iusquiami, & confert fluxui humorum ad neruos, & tumoribus eorum, & qñ miscetur cum squinigibin & ponitur super cothor alba, confert eis. Et farina quæ dicitur fecamina, quando fit ex ea emplastrum cum aceto vel vino, confert venenis. Et qñ coquitur donec fiat sicut gluten, confert spuro sanguinis a pectore; & qñ coquitur cū mel ta & butyro, confert tussi & asperitati pectoris. Et pultis molendini qui est ex farina frumenti quando coquitur cum vino quod dicitur mellicratum, aut cum aqua & oleo, resoluit apostemata calida. Huna. Farina frumenti quando sumit in pultibus, confert spuro sanguinis, & hulceribus pulmonis, & pectoris, & tussi, & asperitati.

Lib.2. ca.77.

DE FVRFVRE.

GAlenus in quinto. Furfur est minus calidum, & plus temperatum ad medullam frumēti. Et dixit in Timeo, q virtus furfuris est sicut virtus orobi in abstersione, & farina orobi est plus in abstersione qs farina hordei & fabarum. Dioscorides. Quando coquitur cum aceto forti, & fit inde emplastrum, auferet scabiem, & est emplastrū iuuatiuum in apostematibus calidis in principio eorum, & qñ coquitur cum ruta, & fit inde emplastrum, confert apostematibus mammillarum quæ fiunt a coagulatione lactis, & confert scabiei similiter, & confert punctionibus intestinorum, & confert morsibus tyri. Aben mesuai. Quando dimittitur vna nocte in aqua, & in mane colatur, & coquitur cum oleo amygdalino, & bibitur cum zuccharo, iuuat ad maturandum materias quæ sunt in pectore.

Lib.2.ca.77.

DE AMILO.

GAlenus. Quod de amilo fumitur, infrigidat & deficcat plus qs frumentum. Dioscorides. Melius

Lib.1. simpt. Lib.2.ca.91.

Amylus.

Melius ex eo est illud quod fit in æstate ex frumento quod dicitur ficaminum. Et modus operationis eius est, ꝙ accipias de frumento, & purges ipsum bene, & infunde in aqua dulci, & lua ipsum cum ea, & proijce aquam cum qua lauasti, & funde super ipsum aquã aliã, & facies ita quinquies in die, & si potes in nocte simiter, & qñ mollificatur oportet ꝙ eijcias aquã eius cum facilitate & sine agitatione aliqua, ne cum aqua egrediatur aliquid de lacte eius: & postẽ hoc feceris, calca cum pedibus, & proijce super ipsum aquam, & quod natauerit super aquam ex furfure, collige cum cacia perforata & abijce, residuum vero postẽ purga tum fuerit a furfure, & colatum pone super lateres nouos, & expone soli calido, & si remãserit in eo aliqua humiditas, pone super ignem. Et amylum quidẽ confert humoribus qui currunt ad oculum, & vlceribus quæ dicuntur felseches, & qñ bibitur, absindit fanguinem qui venit a pectore, & lenit asperitatem gutturis: & qñ miscetur cũ lacte in aliquo cibo, facit hoc idem. Et fit amilum alio modo, quia apponitur frumentum ad infundẽdum, & lauatur vno vel duobus diebus, & colatur, & fricatur cum manu, sicut fricatur pasta in sole calido, & ista species amili non cõfert in medicina, sed iuuat in alijs rebus.

DE PANE.

Ce Tritico lib. 2. cap. 27.

Galenus. Emplastrum quod fit ex pane frumenti, attrahit & resoluit, quia in pane est sal & fermentum, qñ in fermento est virtus quæ attrahit ab interioribus & resoluit. Dioscorides. Panis frumenti quando decoquitur cum mellicrato, & confici tur sine decoctione, & miscetur cum aliqua herba vel succo conuenienti & emplastratur, sedat apostemata calida sua mollificatione & infrigidatione. Et panis siccus & vetus stringit ventrem quãdo sumitur solus, & quando miscetur aliquibus rebus ad hoc conuenientibus. Et panis leuis quando infunditur in aqua & sale, & fit ex eo emplastrum, curat impetiginem.

DE FERMENTO.

Lib. 6. simpli.

Galenus. Est subtilium partium, & sapor eius est acetosus. Et virtus prima est paucæ caliditatis, sed est compositum ex virtutibus contrarijs, quæ vna est frigida propter acetositatem quæ est in eo, & alia calida a calore eius naturali, qui est a sale & farina quæ sunt in eo, & a calore putrificante. Et virtus eius secunda resoluit, & attrahit a profundo sine nocumẽto & mordicatione. Dioscorides. Fermentum quod fit de farina frumenti, sedat, attrahit, & subtiliat proprie apostemata quæ sunt in inferioribus corporis, & maturat alia apostemata, & quãdo coquitur cũ sale, maturat clauos & aperit eos. Aben mesuai. Fermẽtum pistorum quod est temperatum, qñ iuxta ditur in aqua, & colatur post duas horas, & ponitur cum scrupulo medio de spodio, & quarta scrupuli, vnius de croco, &. ℈. j. de zuccharo tabarzet cũ quantitate. ʒ. iij. aquæ, & datur in potu infantibus febricitibus cum siti, sedat febres eorũ, et aufert sitim eor.

De Tritico lib. 2. cap. 77.

DE POPVLO ARBORE. XXX.

Lib. 7. simpli.

De Populo lib. 1. cap. 93.

Aur, idest populus. Galenus. Complexio eius est composita ex substantia aquea tepida, & terrea subtili, & propter hoc accidit, ꝙ virtus eius est composita. Dioscorides. Quando bibitur ex cortice eius aur. ʒ. confert sciaticæ & difficultati vrinæ, & dicitur ꝙ prohibet conceptum quando bibitur cum rene muli. Et dicitur, ꝙ folium eius idem facit quando bibitur post mundificationẽ membrorum, & succus foliorum eius quando distillatur tepidum in aure, confert doloribus eius, & qñ fructus eius accipitur & teritur, & miscetur cum melle, & fit inde collirium, curat tenebrositatem vi sus. Et dicunt aliqui, ꝙ qñ cortex haur Romanæ & alterius haur ẽt incidit ur minute, & seminatur in letamine, oriuntur ibi toto anno fungi ad comedendum.

DE TAMARISCO. XXXI.

De Myrica, cap. 99.

Tarfa, idest tamariscus. Dioscorides. Est arbor ere ẽta quæ nascitur in aquis, & habet fructum qui assimilatur floribus, & est similis in fluxibilitate fua vſneæ, & est in Babylonia, & in sceni tamariscus domestica quæ nominatur carmezit, & assimilatur eidem in omnibus, præter ꝙ in gra. fructus eius est similis gallis dentatis, et est stipticus, & ponitur loco gallarum in medicinis oculi & oris. Galenus. In sapore luo est stipticitas. Et virtus eius prima de ficeat: deficcatione pauca absq; apertione. Et secunda eius virtus incidit & abstergit. Et tertia confert spleni duro. Sed foliorum eius, & radicis, & ramorum subtiliatio est plus subtiliatione fructus eius. Et cortex eius quando coquitur cum vino, confert spleni duro, & expellit dolorem dentiũ: sed in fructu eius & cortice est stipticitas non pauca, quoadusq; virtus fructus eius est propinqua virtuti gallaruꝫ viridium, nisi in gallis viridibus manifestat ga stipticitas solus. Sed complexio fructus est inæqualis, quia admiscetur ei parum frigiditatis subtilis non pauca, quod quidẽ non est repertum in gallis, & possumus eo vti pro gallis, & ita est de cortice tamarisci. Et cinis tamarisci qñ ipsa comburitur, habet virtutem deficcatiuam deficcatione forti, & minus quod est in eo est stipticitas, & plus quod est in eo, est absterso & incisio. Et dixit in libro suo ad Glauconẽ, quando scripsit ei signa apostematis duri in splene, ꝙ melior medicina ei⁹ est cortex radicis capparis & scolopendria, & radix tamarisci, & fummitates, eius, & oportet ꝙ coquantur omnia ista in aceto & squingibin. Dioscorides. Ponitur radix tamarisci pro gallis i n medicinis oculorũ & oris, & est conueniens iputo sanguinis, & potatur in fluxu antiquo, & conuenit humiditatibus muliebr longi rẽporis, & ictericis, & illos quos momordit rustela: & qñ fit emplastrum cũ ea, diminuit apostemata phlegmatica: et cortex eius operat sicut fructus eius, nec plus, nec minus: et quando coquuntur folia cum aqua, et datur de ea in potu spleneticis, extenuat splenẽm: et qñ fit cum ea collutio oris, confert doloribus dentium, et est conueniens mulieribus habẽtibus fluxum antiquum humiditatum quando fit sessio in decoctione eius, et proijcitur decoctio eius sup illos in quibus generantur pediculi et lendes, et iuuat multũ. Et cinis ligni tamarisci quando supponitur, cõfert habentibus humiditatem matricis, & fiunt ex stipite arboris tamarisci scyphi cum quibus bibunt splenetici, et est vinum iuuatiuum eius. Mesarguie. Cinis tamarisci deficcat omnia hulcera, et proprie illa quę fiũt ab adustione ignis. Alchanzi, Tamariscus cõfert apostematibus frigidis, quãdo suffumigatur cum eo. Dixit mihi homo fidelis, quod fuit quædam mulier super quam apparuit lepra, et datũ fuit ei ex decoctione radicis tamarisci cum passulis sæpe, et curata est. Et nos quidem experti sumus hoc in muliere alia, et curata est. Et dico super hoc quod istud contingit, quia ægritudo sua prima fuit apostema in splene, & propter oppilationem eius quæ quidem fuit causa non attrahendi melancholiam, et non mundificandi vel clarificandi sanguinem, quæ fuit causa apparitionis lepræ super eam, Quãdo ergo resolutum fuit apostema, et aperta est oppilatio, propter operationẽ istius medicinæ in eo, quod fuit de natura fua incidere et abstergere, reuerſæ sunt ad earum sanitatem.

DE CAVLIBVS ET CAnabit. XXXII.

Lib. 7. simpli.

Orumb, idest caulis et canabit. Galenus. Caules

Caules ex eis sunt domestici, & ex eis sunt sylueſtres, & ex eis sunt marini. Sed domeſtici in ſuo ſapore hñt amaritudinem & acuitatem, & in ſemine ipſorum eſt hoc magis apparens, & manifeſtum & maxime in Babylonicis. Et virtus quidem caulis prima eſt, quæ des ſiccat quãdo comeditur, & quando apponitur extra, & non eſt manifeſta in eo amaritudo et acuitas. Et virtus ſecunda abſtergit, & reſoluit, & glutinat. Et tertia eius virtus glutinat apoſtemata a, & curat vlcera fraudulenta, & apoſtemata indurata, quę venerũt ad hoc, quod non poſſunt reſolui, & eriſipilam quæ eſt ſicut iſta apoſtemata, & curat ſyræ formicam, & ægritudines nem cum qua excoriatur caro. Et ſemen caulium occidit vermes quando bibitur, & proprie caulium Babyloniꝯ ſim ipſum eſt ſiccioris complexionis, & ideo conſert lentiginibus faciei & panno, & aliis ægritudinibus in quibus neceſſaria eſt abſterſio. Et triſti caulis quando comburuntur, virtus eorum prima eſt deſiccatiua, adeo quod deuenit ad hoc, quod habent virtutem comburendi. Et virtus eorum ſecũda reſoluit reſolutione forti. Et tertia confert dolori laterum antiquo, quando miſcetur cum eis adeps antiquus, & adminiſtratur, & ſm hunc modum conferunt aliis ægritudinibus, quæ aſſimilantur huic dolori. Et dixit in libro de dieta, quod medici exhibent caules, quia ſunt medicina deſiccatiua, & eorum humiditas lenit ventrem aliqua lenitione, & eorum ſubſtantia deſiccat & ſtringit; & quando volumus quod leniant ventrem, ponimus eos in almuri & oleo poſt eorũ elixationẽ. Et caules quidem deſiccant ſicut lẽtes, & propter hoc inducũt tenebroſitatem viſus, præter quod oculi ſint humidi vltra temperamentũ. Dioſcorides. Quãdo caules bullierint bullitione leui & comeduntur laxãt ventrem, & prouocãt vrinam, & ſi bullierint bullitione multa, & maxime ſi bis elixẽtur cum aqua retinent ventrem. Et caules qui oriuntur in eſtate, ſunt mali ſtomacho, & ſunt acutoris ſaporis & alij domeſtici. Et caules qui naſcuntur in Babylonia, nõ comẽdũtur propter eorum amaritudinem; & ſi comedantur, cõterunt obſcuritati viſus, & tremori. Et ſi ebrius comederit eos, ſedant ebrietatem. Et ſummitates caulium ſunt meliores ſtomacho, & magis prouocatiuæ vrinæ, & aliæ partes eius. Et ſi coquuntur cum aqua & ſale, ſunt mali ſtomacho, & molliunt ventrem. Et ſuccus caulium quãdo miſcetur cum radice lilij quod dicitur yreos, & nitro, & bibitur, ſoluit ventrem, & quando miſcetur cum vino & bibitur, cõfert morſui tyri; & quando miſcetur cum farina fœnugręci & accto, & fit inde emplaſtrum, con fert podagræ; & dolori iuncturarum, & vlceribus ſordidis antiquis. Et quando ſit ex ſucco eius caputpurgium, purgat caput; & quando mulier fecerit naſale cũ eo & farina lolij, prouocat menſtrua. Et quando folia caulium piſtant bene, & fit ex eis ſolis emplaſtrum, aut cum fauich, confert apoſtematibus phlegmaticis, & eriſipilæ, & curãt ſcabiem vlceroſam, & lyre; & qñ miſcentur cum ſale, ignem ſacrum curant, & capillos cadentes retinẽt. Et quando comeduntur folia caulium cruda, conferunt ſplenetícis, & maſticantur, & tranſglutitur ſuccus eorum, & reſtaurat vocem amiſſam, & quando bibitur decoctio caulium, laxat ventrem, & prouocat menſtruã; & quando ſit cum ſemine eius naſalẽ, & retinet eum mulier poſt impregnationem, interficit fœtum. Et ſemen caulium maxime eorum qui oriuntur in Babylonia quando bibitur, occidit lumbricos, & ipſum quidem ingreditur in compoſitione tyriacæ, et mundificat faciem, et aufert bothor. Et ſummitates cauliũ recentium quando comburuntur cum radicibus ſuis et miſcetur cum cinere ipſarum axungia porcina, con fert dolori lateris antiquo. Dioſcorides. Sed caules agreſtes plurimum naſcuntur in locis maritimis; et in locis aliis, et altiſſimis, et deſertis, et ſunt ſimiles domeſticis, niſi quia ſunt albiores eis, et aſperiores, et ſunt amari ſaporis. Galenus. Sapor eorũ eſt amarior ſapore domeſticorum, et ſunt calidioris complexionis ꝙ ipſi, et ficciores, et non euacuatur qui comedit eos a malitia eorum quia ſunt longæ complexionẽ hominis, & virtus eorum eſt, quod abſtergunt et reſoluunt plus ꝙ domeſtici. Dioſcorides. Quando ſummitates eorum elixantur cum aqua cineris, non erunt mali ſaporis. Quando fit emplaſtrum cuꝫ foliis eorum, conſolidat apoſtemata temperata, et reſoluit apoſtemata phlegmatica, & apoſtemata calida. Sed marini. Diſcorides. Marini caules ſunt longiores a ſimilitudine domeſticorum, et folia eorum ſunt lõga ſimilia foliis ariſtologiæ rotundę, et crura qbus folia adhærent trunco vel tirſo, ſunt ruffa parua, et locus eorum in ſtipite eſt altior ꝙ locus herbę quæ dicitur cuſſus, et habent lac, non multum tamen. Galenus. Sapor eius eſt declinans ſalſedini vel ſalmacatæ, et amaritudini, et poſſumus adminiſtrare eos extenſius ad id quod egemus in qualitatibus quas diximꝰ, et mollit ventrem. Dioſcorides. Quando decoquuntur laxat ventrem, et operatur in lumbricis et aſcaridibus plus ꝙ domeſticus; et ſunt qui coquunt eum carne pingui & molli, & comedũt. Chiſtos caulis domeſtici conferunt tuſſi antiquæ, et podagræ, quando linitur ſuccus eius ſuper iuncturas ipſas. Et ſi caulis datur ad comedendum pueris aſſatus, facit eos citius ambulare et quando ſuccus eius coquitur cum viſio, et adminiſtratur aliquot diebus, aufert dolorem ſplenis et quãdo cinis eius miſcetur cum albugine ouj, curat combuſtionem ignis, & ſuccus eius aufert ſcabiem et pruritum. Et quando miſcetur cum vitriolo et aceto, et linitur ſuper baras et ſcabiem, confert eis. Et quando caules comeduntur, clarificant vocem, et conferũt morſui canis rabioſi. Aben meſuai. Caules deſiccant linguam, et proprietas eorum eſt, quod expellũt humiditatem capitis, et alleuiant linguam grauatam a phlegmate, et ideo clarificant vocem, et ſemen eorũ deſtruit ſperma quando ſit mulieri naſtale, et occidit aſcarides, et proprie cum ſucco ſchea et lupinorum.

Galenus in lib. de dieta. Canabirh tirſus eius albus plus deſiccatiuus, ꝙ folia eius, et ꝙ folia cauliuꝫ etiã.

Aben meſuai. Canabit qui eo vtitur multum in cibo, obſcurat viſum, et ſemen eius deſtruit ſperma, quando mulier facit ſibi ſuppoſitorium.

Lib. 2. De Braſſica cap. 113.

De Braſſica ſylueſtri, lib. 114.

DE OROBO. XXXIII.

Heiſene, ideſt orobus. Galenus. Nominatur keſen, ſapor eius eſt amarus. Et virtus eius prima eſt calida in primo gradu, et ſicca in ſecundo extenſo. Et ſecunda abſtergit et incidit. Et tertia aperit oppilationes, & quãdo aliquis eo nimis vtitur, facit vrinari ſanguinem. Dioſcorides. Et eo fit farina, & ponitur in medicinis, & quãdo boues eũ comedunt, impinguantur. Et farina fit ex eo in hunc modum. Accipe de orobo albo & pingui, & proijce ſuper eum aquam & acetũ, & agita, & dimitte ſic multo tempore, quouſq; videlicet imbibatur aqua, deinde fac bullire, donec coriũ ſeparatur ab eo, poſtea deſicca, & mole, & cribra cum cribro ſpiſſo, & repone, & iſta farina laxat ventrem, & prouocat vrinã, & meliorat colorem corporis. Sed quãdo ex ea bibitur vel comeditur nimis, facit tortiones & vrinari ſanguinẽ. Et qñ miſcetur cũ melle, mũdificat vlcera, & bothor, & lẽtigines abſtergit a vultu, & maculas, & liuores q̃ fiunt in corpore, & curat vlcera quæ dicuntur ancoria, & mollificat apoſtemata dura quæ ſunt in mammillis, & in aliis membris, & eradicat ignem Perſicuꝫ & vlcera quæ nominantur ſuhude, ideſt, mellina, & quando

Lib. 8. ſimpli.

De Ermuo lib. 2. cap. 101.

Lib. 3. ca. 116.

quando cõficitur cum vino, & fit inde emplastrum, confert morsui canis, & morsibus tyri, & morsui hominis, & qñ coquitur cum aceto, & ponitur sup pectinẽ, cõfert strãguriæ, & sedat tenasmonẽ, & punctiones intestinorum. Et orobus torrefit, & terit bene, & miscetur cum melle, & accipitur ex eo quãtũ est nux, & cõfert macilentis, & aqua decoctionis eius qñ ponitur super scissuras quæ fiunt ex frigore, & super pruritum qui fit in corpore, curatur. Ayse. Qui ex eo comedit, nimis facit fluere sanguinem a naribus eius.

Lib. 7. simpli.

DE CORIANDRO. XXXIIII.

KVsbor, id est coriandrum. Galenus. Substãtia eius est tertea subtilis, & est cum hoc in eo aqueitas tepidæ virtutis, nõ paucæ quantitatis, & in sapore ipsius fm plurimum est amaritudo, cum stipticitate pauca. Et virtus eius prima est calida. Et fecunda abstergit & resoluit. Et tertia est, quod succus eius quando instillatur in oculum, cõfert dolori eius magno cum lacte mulieris, & fit emplastrum cum eo oculo, & absẽdit humores descendentes ad oculũ, & habet virtutem magnam in repercutiendo. Dioscorides. Quando scripsit de coriandro, dixit quod est frigidum, & qui vult in hoc certificari, videat in libro suo, & dixit quod habet virtutem frigidã, & ideo quando fit emplastrum cum eo & pane, aut cũ saulch curat erisipilam & formicam, & quando fit ex eo emplastrum cum melle & oleo, curat syre & apostemata testiculorum calida, & ignem perficum, & quando fit ex eo emplastrum cum farina fabarum, resoluit scrophulas & apostemata, quando bibitur de semine eius parum cum rob, expellit lumbricos longos, & augmẽtum facit in spermate, & quando de ipso bibitur multum, hebetat sensus, & interficit, & ideo oportet cauere a nimio potu eius, & vsu nimio. Et coriandrũ quando miscetur cũ cerusa, & lithargyrio, & aceto, & oleo rosaceo, & ponitur super apostemata calida & acuta, quæ fiunt in corpore, confert multũ, Abenmesuai. Quando torrefit semen coriandri, stringit ventrem, & absẽdit fluxũ sanguinis, qui est ab interioribus, & bibitur de eo. ij. auf. cus. iij. drachmis succi plãtagi nis sine eo quod bulliat, & fi est fluxus ab exteriorib⁹ membris, teratur & ponatur super locũ fluxus. Abugerig. Coriandrum est frigidum, narchoticum inducens stuporem, & est toxicum, & prohibet fumositates ascendere ad caput, & ideo confert sodæ, & ebrietati, & absẽdit fluxum sanguinis, & stringit ventrẽ.

De Coriandro lib. 3. cap. 60.

Alexander. Coriandrum prohibet fumositatem ascendere ad caput, & propter hoc ponit in cibis epilepticorum, quando causa epilepsiæ ipsorum sunt vapores ascendentes a stomacho. Alchanzi. Quando coriandrum siccum infunditur in aqua, & bibitur aqua eius cum zuccharo, absẽdit virgę erectionem, & deficcat sperma, Rasis. Fit hoc quãdo bibitur fine zuccharo. In libro venenorũ. Qñ bibitur de succo ipsius recentis drac. iiij. occidit. Rasis. Coriandrũ recens, prohibet fluxum sanguinis a natibus, quando imponitur naribus, & qñ odoratur aqua eius. Hunain. In libro permutationum dixit quod pilulę Galeni sunt ei contrariæ. Dioscorides vero contradixit ei, cum scilicet Galenus dixit, quod coriandrũ declinat ad caliditatem, qm est manifestum, ipsum esse virtutis frigidæ ex dicto suo quando sumitur succus eius, & ipsum occidit. Habix. Coriandrum recẽs est mortificatiuum congelatiuum, & si homo vitur eo multum, vel potu aquæ eius est toxicum, & si ponitur aqua eius cum aliqua ex aliis herbis, prohibet inflationes quæ fiunt ex herbis, & quando liniuntur cũ aqua eius apostemata sanguinea aut cholerica, cõfert & extinguit inflationes eorum, & si bibitur de succo expressionis eius crudo vel cocto, inducit laxitudinẽ & coarctationem in ore stomachi, & ipsum est herba cum herbis, & toxicum cum toxicis, et ita est etiam de folio psilij & grano eius, & de semine lini, & de semine maro, et semine exebram, sicut de coriãdro recẽti.

DE VITE. XXXV.

HArin, id est, vitis. Haineb, id est, vua zibib, id est passulæ, nomen vitis est super species eius, et est ex ea domestica et sylvestris, et alba et nigra. Et domestica est vitis vini, et sylvestris est butania vitis sylvestris.

DE VITE SYLVESTRI.

De vite sylvestri: lib. 4. c. 162

Dioscorides. Est planta, cuius rami protendun ius lignum est grossũ, et cortex separabilis ab eo, folia similia hẽt solatro domestico, * nisi q̃ sunt minora eis, et flos eius assimilat grano tahaleb, id est lẽticulæ aquæ. Et sunt eius duæ species, quarũ vna non habet vuas, sed facit flores, et est illa quę dicitur fœmina, et alia profert grana parua, nigra, similia racemis vuæ paruis, et quando sunt matura, color eorum est rubeus, et figura grani est rotunda, et racemi ipsi, et summitates eius refert antur. Galenus. Racemi, & summitatum eius virtus secunda, est virtus quę abstergit. Et tertia virtus ausert impetiginem et lentigines, et omne quodcunq; huiusmodi, sit aliẽ ubi in tota eius te, et est cum hoc in ea virtus incoriatiua. Dioscorides. Virtus foliorum huius vitis, & capreolorum, et palmitum assimilantur virtuti foliorum et capreolorum et palmitum viniferæ. Radix huius vitis, quãdo coquitur in aqua, et bibitur cum duobus conos vini, quod fit cum aqua marina, laxat per ventrẽ humores aquosos, quare dat ur hydropicis. Sed racemi eius habent virtutem quæ laxat et abstergit cum hoc impetiginem, et similia quæ ex vestigijs apparent in cute, et præparatur hæc herba cum sale in principio suæ natiuitatis, et est bona in vsu cibi.

* Alias, nisi q̃ sunt latiora & minora eis.

Lib. 6. simpli.

Lib. 4. ca. 162.

DE FLORE EIVS.

ET quando hæc vitis florescit, colliguntur flores eius, et oportet quod reponantur in vase terreo, sine bituminatione aliqua, postq̃ colleẽti sunt et extẽsi in pãno mũdo, et deficcati in vmbra, est nascif multum ex ea in terra quæ dicitur morea, et kalikia, et chichi, et kanchia, et virtus huius floris est stiptica, et ideo quando bibitur, est bona stomacho, et prouocat vrinam, eo qnòd stringit ventrem, et absẽdit fluxum sanguinis, et confert stomacho defecto, in quo accessit cibus, et miscetur cum aceto et oleo rosẽo, et linitur caput cum eo ad sodam, et fit emplastrũ ex eo humido ex eo humido et ficco conferens apostematibus, et quando miscetur cum melle et croco, et oleo rosẽo et myrrha, et fit inde emplastrum, confert scabiei vlcerosæ in sui principio, et confert vulneribus neruorum et gingiuæ, et vlceribus quæ sunt in collo matricis, et ingreditur in confectionibus pessariorũ, quæ administrantur ad fluxum sanguinis, et fit ex eo emplastrum cum sauich, et vino ad cursum humorũ, ad oculum et ad inflammationem stomachi, et quando comburitur in tegula super prunas, confert doloribus oculorum, et curat panaricium, quod fit in radice vnguis cum melle, et confert gingiuis, a quibus fluit sanguis. Et vinũ quod sumitur ex vuis vitis agrestis, est nigrum stipticum, et cõfert stomacho, et ad quem fluunt humores, et intestinis, et vniuersaliter omnibus ægritudinibus, quibus necesse est stipticare et congregare.

De Oenanthe lib. 1. cap. 3.

DE VITE DOMESTICA, AGRESTA, passulis, vinacia, vino, et fęce vini XXXVI.

GAlenus. Vitis quæ non colitur, vitis vitis agrestis, nisi quia est debilior ea, Dioſco. Folia

De Vite vini fera lib. 5. ca. 1.

lia eius & capreoli, quando conteruntur, & fit emplastrum cum eis, confert sodę, & folia eius similiter sunt frigida & stiptica, & quando fit emplastrum cum eis foliis, vel cū sauich, sedat apostemata calida, quæ sunt in stomacho, & inflammationem quæ est in eo, & succus foliorum eius confert habentibus vlcera in intestinis, & qui expuunt sanguinem, & qui conquerunt de ardore stomachi, & prægnantibus, habentibus appetitum corruptum. Et capreolus eius quando infunditur in aqua, & bibitur, facit hoc. Et lachryma vitis est similis gummi, quia coagulatur super palmites, qui potatur cum vino, & expellit lapidem, & linitur cum eo impetigo, & curat eam, & scabiem vlcerosa, similiter & nō vlcerosam, & oportet quod antequam linias cum eo, quod laues membrū cum nitro & oleo assidue, & abradas pilos eius. Et lachryma quę ema nat a sarmentis vitis, quando recenter sunt colleca de vite. Nam quando ponitur in ignem, & comburūtur ab vno capite, & ex alio emanat lachryma, velut sudor, & quando ex eo liniuntur verrucæ, quæ dicunt mitmicia, eradicat eas. Et cinis sarmentorum vitis, & cinis acinorum vuæ, vel vinaciæ puluis, quādo em plastratur cum aceto, curat anum, quando ab eo euulsæ sunt emorrhoides, & curat morum, & curat cōtōtiones neruorum, & confert morsui tyri, & qñ fit ex eis emplastrū cum oleo rosæ, & ruta & aceto, confert apostematibus calidis quæ fiunt in splene.

DE VVA ACERBA
siue agresta,

De Omphacio. Lib. 6. c. 9. 4.

SVccus eius q̄ nō est matura, oportet quod expri matur, antequam ascendat stella canis, & ponat in sole in vale ex ære rubeo cooperto cum pāno, & dimittatur in sole, donec coaguletur totum, & mi sceatur illud quod de eo coagulatur cum eo quod nō coagulat, & de nocte ponatur vas sub tecto, quia ros prohibet coagulationem cuiuslibet succi, & melior ex eo est ille, qui est citrinus, declinās ad rubedinem, & est fragilis, & stipticus fortistipticitate, & mordet linguam. Et sunt qui decoquunt succum istum, & cōficiunt decoquendo, & iam conuenit coctus cum mel le, vel vino dulci neruis qui sunt in lateribus gulæ & palato, & vuluæ, & ad alcula & gingiuis fluxis, gbus humores abundant, & auribus a quibus egreditur sanies, & cum aceto confert fistulis & vlceribus antigs, & fraudulentis, & fit clistere cum eo ad vlcera intestinorum, & ad cursum humiditatum antiquarū ex matrice, & quādo collyriatur cum eo oculus, acuit visus & confert alperitati oculi, & potatur in sputo sanguinis qui cōtingit a ruptura venarum, & oportet quod administretur postquam temperatur cum aqua, quousq; subtilietur, & fiat liquidum, & administretur de eo parum, quoniam adurit adustione forti. Sed vis num ex vua acerba fit in hunc modum, accipitur de vuis quæ non sunt complete maturæ, sed sunt muzæ, & ponuntur in sole tribus diebus aut quatuor, donec fiant extenuatæ, postea exprimatur ab eis vinum, & ponatur in sole. Et virtus huius vini est stiptica, & cor roborat stomachū, & confert illi qui non pōt digerere, & confert stomacho relaxato & prægnātibus, & habenti colicam, cum qua euomitur stercus, & dicitur quod valet in ægritudinibus epidimialibus, & oportet quod istud vinum dimittatur veteraſcere pluribus annis, quia nisi hoc fiat, non est aptum ad potandum.

Abenmesuai. Vinum vuæ acerbę, est bonum stomacho calido, absindit fluxum cholericus, & est bonum epidimiæ & pregnantibus, fortificat enim earū stomachum, & prohibet earum vomitum, & prohibet syncopim, si Deus voluerit.

DE PASSVLIS.

Lib. 2. alimēt.

GAlenus. Virtus passularum secunda, est quæ maturat, & resoluit resolutione temperata, & dixit in libro de cibis, ꝙ passulæ stipticæ sunt frigidiores alijs passulis, & dulces sunt calidiores, & stipticæ fortificant stomachum, & retinent ventrem, & dulces sunt mediæ in hoc, & sedant mordicationē quæ contingit in ore stomachi. Sed quantitas nutrimenti in passulis dulcibus carnosis est amplior, & in extenuatis stipticis minor. Et passulæ dulces carnosę, sunt maioris nutrimēti, quām vuæ, & minoris abstergionis ꝙ ficus ficcæ. Lenitio vero ventris est in eis minor, verum ipſæ sunt conuenientiores stomacho quā ficus. Et dixit in almeiemir, quod in passulis forsan est res quæ laxat propter suam aggregationem, & hoc est quare posuimus eas maioris iuuamenti hepati, vo lo dicere propter earum aggregationem, quoniam est in eis stipticitas, quanta necessaria est hepati ægrotanti. Est & cum hoc in eis quod maturant humores crudos indigestos, & æquant humores malos, & temperant eorum complexionem, & sunt etiam in natura sua tarde ad recipiendam putrefactionem. Et in tota earum substantia sunt similes hepati. Alius philosophus. Alkesmes, ita nominantur in lingua ferisis, & sunt passulæ sine granis, ponuntur in sole virides, & passescunt ibi sine grano, & sunt dulces. Habitantes quidem in Oriente, diligūt eas plus alijs, & miscēt eas cum zuccharo, & nucibus, & amygdalis, & auellanis. Dioscorides. Albæ passulæ sunt plus stipticę. Et carnes passularum, quando extrahuntur ab eis grana, & comeduntur, conueniunt cannæ pulmonis, & conferunt tuſſi, & renibus, & veſicæ. Et quando passulæ comeduntur solæ cum nucleis, conferunt vlceribus intestinorum. Quando caro passularum miscetur cum farina geguers, idest scariola & ouis, & modico melle, & comeditur, aut admixto pauco pipere, expel lit phlegma per os, & quando miscetur cum farina farbarum & cimino, & fit inde emplastrum, confert apostematibus calidis * testiculorum, & quando passulæ pistatæ miscentur cum ruta, & fit inde emplastrum, delet quod apparet in cute ex clauis, et nominant in Greco ascaſtris et iedhri, et vlceribus quæ nominantur fauí, et putrefactionibus quæ fiunt in iuncturis, et vlceribus fraudulentis, quæ nominantur ancoria et cancro, et quando fit cum eis emplastrum cum opopanace, confert podagre, et quando ponitur super vngues eradicat eas. Abenmesuai, et Mesęha. Meliores, ex eis sunt pingues, subtilis corticis, & parui grani, & quando comeduntur cum suis granis, conferunt dolori intestinorum, et dulces ex eis, et kesmes, idest non habens grana, incidunt phlegma satis, et vuæ quidem impinguant macros.

De Vua, lib. 6. cap. 2.

* Alias intestinorum.

DE GRANIS VVÆ ET VINACIA.

Lib. 2. alimēt.

GAlenus. Substantia eius est grossa terrea, et sapor eius est pōticus. Et virtus eius prima est frigida in primo gradu, ficca in secundo. Et secūda stipticat, et stringit. Et tertia, confert fluxui vētris iuuamento magno. Dioscorides. Vinacia vuarū reponitur et reseruatur, et ex ea fit emplastrum cū sale apostematibus calidis et duris, et apostematibus mammillarę, et qñ fit clistere cū decoctione vinaciæ, cōfert vlceribus intestinoꝝ, et fluxui antiquo & fluxui humi ditatum antiquaꝝ a matrice, et ex ea fit sessio mulieribus, et fiunt clisteria matricum cum ea. Et grana vuæ quæ colliguntur in vinacia, sunt stiptica stomacho, et assantur, et teruntur, et bibuntur sicut sauich. Et conferunt vlceribus intestinorum, et fluxui antiquo.

De Vua, lib. 6. cap. 2.

DE VINO.

Lib. 8. simpli.

GAlenus. Est in secundo gradu in caliditate, et vetus ex eo est in tertio gradu, et mustū in prio, et manifestatur

& manifestatur vnum quoq; vinum, in quo gradu est per æstimationem caliditatis inuentæ in eo.

Dei Vino lib. cap. 5. Dioscorides. Vinum nocet neruis & sensibus, sed ipsum est delectabilis saporis, & ideo oportet cauere ab eo, si aliquod membrum est ægrum, sed si paruę de ipso sumatur in dispositione sanitatis, & tamen mixtum aqua non nocet, & quod deo est vetus multum, album, subtile, prouocat vrinam, nisi quia facit dolos rem capitis, & qui bibit ex eo, satis nocet stomacho.

Lib. de cibis boni & malt succi. Galenus. Vinum nouum generat inflationem, & est difficilis digestionis, inducit somnia mala, & prouocat vrinam. Sed medium inter nouum & vetus, est sine malicijs horum, quapropter oportet quod eligat potus eius pręalijs sanis & egris. Sed vinum album, subtile, est bonum stomacho, & cōuenit vsus eius magis in sanitate & in ægritudine, & est propinquus admolliendum ventrem q̄ rubeum & nigrum. Et vinū nigrum est grossum, & tardæ digestionis, & inebriat, & ingrossat carnem, & confert fluxui ventris. Et vinum rubeum est medium inter album & nigrum, & ideo virtus eius est media inter virtutes illorum, & vinum nigrum, grossum, est malus stomacho inflatiuū, nisi quia auget carnem. Et vinuʒ subtile stipticum, est bonum stomacho, nisi quia non auget carnem sicut grossum. Dulce vero est grossum, & est tardæ resolutionis, inflat stomachum, laxat ventrem sicut mustuʒ, nisi quia virtus eius est debilior, & confert vesicę & renibus, & quando est vetus, confert apostematibus & vulneribus, quando infunditur lana non lota in ipso, & superpo nitur, & quando ponitur super vlcera fraudulenta, & super vlcera pruriginosa, & super vlcera, ad quæ currunt humores, confert eis. Vinum vero stipticum, est magis prouocatiuum vrinæ, & facit soda & inebriat. Ponticum vero est magis cōueniens cibo, & stringit ventrem, et absc indit fluxum humorum. Et vinum leue confert vlceribus, & stringit ventrem, & infert nocumentum neruis, & prouocatio vrinæ est in eo minus. Et vinum quod fit cum aqua marina, est malum stomacho, sitim inducit, nocet neruis, & laxat ventrem, & est malum conualescētibus ex ægritudine. Et vinum in quod proijcitur gipsum, est malum neruis, & facit soda, & accidit ex eo in flāmatio in corpore. Et omne vinum quando est pusrū, sine admixtione alicuius rei, et est in eo stipticitas, est calidum, velociter penetrans in totum corpus, & Corroborat appetitum & stomachum, & nutrit corpus, & facit dormire, & augeri in fortitudine corporis & meliorat colorem. Et melius ex vinis in dispositione sanitatis est illud, cui non admiscetur aqua marina, & est in eo stipticitas, & declinat albedini, & est medium inter nouum & vetus. Sed quantitas quæ de ipso potari oportet quod sit fm tempus & ætatem, & consuetudinem & virturem. Et oportet quod non bibatur vinum vetus, quādo multa est suis, sed infundatur in eo cibus, fm quantitatem necessariam. Et inebriatio omnis est mala & nociua, & maxime si fiepe contingat, quoniā inebriatio assidua debilitat corpus, & mollificat neruos. Et quando vinum bibitur assidue, disponit corpus ad acutas ęgritudines, & quātitas melior, quæ de ipso sumi conuenit, est quantitas temperata, & certis diebus, & maxime si aliis diebus potatur aqua, & hoc est, quia ipsum resoluit, & penetrat, & mundificat superfluitates exteriores apparētes,

Et quando potatur vinum, post ipsum debet potari aqua, ad sedandum fortitudinem eius, & absc indēdam virturem eius nociuam. Et quando vinum bibit cum oleo, & prouocatur vomitus, confert luci coagulato in stomacho, & ardori renum, & vesicæ, & vlceribus quæ suntin eis. Et quando bibitur quantitas conueniens, iuuat illis quibus est danum in potu sucaran & coriandrum & opium, & omnes medicinæ quæ interficiunt per frigiditatem earum, & confert morbibus venenosorum, scilicet illoꝝ, quorsum mors occidit propter frigiditatem veneni eorum, & dismittunt venenum in stomacho, & confert inflationibus stomachi antiquis, & mordicationibus quę fiunt in alijs, & relaxationi stomachi, & eius debilitati, & humiditatibus quę currunt ad ipsum, & ad intestina, & ad ventrem, & confert illis qui sudant multum, & maxime vinū albū, vetus, boni odoris qñ potatur.

DE FÆCE VINI.

De Fęce lib. 5. cap. 79. Dioscorides. Oportet quod administret illa fęx est ex vino veteri, & oportet q̄ crōburat sicut cōburit spuma maris, postq̄ deficcatur deficcatione forti, & quidam ponūt eam in vase terreo nouo, & accendunt sub ea ignem fortem, & dimittūt donec fiat ignita. Et quidam sunt qui ingeniantur & sepeliunt eam sub prunis, & dimittunt donec inflāmet. Et oportet quod tu scias signum bonæ adustionis ei⁹, & est quando mutatur color eius ad albedinem, & ad acuitatem, & quando applicatur linguæ, inflāmat eas fortiter, propter fortem eius adustionem. Eodem modo etiam comburitur fęx aceti. Et fęx quidem adusta habet virtutem adurentem multum, forti adustione, abstergit & aufert carnem superfluam vlcerum, & est stiptica, & putrificat putrefactione forti, & calefacit, & exiccat. Et oportet quod ipsa administretur, dū est noua, quia virtus eius resoluit cito, et propter hoc oportet quod non dimittatur extra vas, & conseruetur bene cooperta, et obturato vase, et ipsa quidē abluitur sicut turia. Et fęx quidem nō combusta, et etiā quando aduritur sola, vel cum myrto recenti, restringit apostemata phlegmatica, et quando fit emplastruʒ cum ea, et aqua myrti super ventrem et stomachum, stringit ea sub vmbilico, et super pectinem, abscindit menstrua, et resoluit apostemata quæ non sunt aperta, et apostemat nominatum cubilla, et fedat apostemata mamillarum. Sed fęx adusta, quando miscet cum resina pini, aufert albores vnguium, et quando miscetur cum oleo masticino, et resina pini, et liniuntur inde capilli, et dimittitur, sic vna nocte rubificat eos. Et ipsa quidem ponitur in medicinis oculoruʒ sicut tucia, et abstergit signa quæ sunt in eis, et tuestigia vlcerum, et valet obscuritati visus.

DE VITE ALBA. XXXVII.

De Vue alba lib. 4. VItis alba, et est felix. Dioscorides. Habet ramos et folia, et capreolos in similitudine vitis cōmunis, nisi quia sunt omnia asperiora, et rami et capreoli eius adhærent, implicantes se quibuſ cunq; approximant, ex arboribus alijs, et ita spendunt ur eis cum capreolis fuis, et habet fructuʒ similem racemo rubeum. Galenus. In summitatibus eius est stipticitas et amaritudo pauca et acuitas, et ipsæ comeduntur in principio suæ natiuitatis, fm consuetudinē in tempore veris, quia sunt iuuantes stomachum, propter earum stipticitatem. Et virtus tertia prouocat vrinam mediocriter. Et radicis eius virtus prima calefacit mediocriter. Et lecūda abstergit et subtiliat. Et tertia dissoluit duriciem splenis, quando superponitur emplastrum ex ea cū ficubus, et curat scabiem et ægritudinem, cum qua eleuatur, satis, sed fructu eius vtuntur cortarij. Dioscorides. Cum ea abraduntur pili cortiorum. Et summitas huius plantæ in principio suæ natiuitatis coquitur, et comedit, et prouocat vrinam, et laxat ventrem. Et virtus foliorum, et fructus, et radicis eius est calida acuta, et ideo quando fit cum eis emplastrum cum sale, confert vlceribus, quæ dicū tur granita, et illis qui dicuntur fagedenica, et quādo fit emplastruʒ cum eis, et sale, curat fcissuras * tibiarū, Radix eius mixta cum orobo et fœnugræco, quando

Lib. 6. simpli. Lib. 4. ca. 165. * Alias fabiorū.

cum

eum eis abluitur cutis, mundificat, & absſergit eam, et aufert pānu⁹, & vestigia nigra, & bothor & cicatrices vlcerum, & conficitur cum oleo, donec fiat sicut cera, & sedat dolores, & abscindit hasaf & fistulas ani, quāe do sit emplastrum cum ea, & cum rob, & resoluit apo stemata, & aperit ea, in quibus est aggregata sanies, & restaurat ossa fracta, & quando misceetur cum oleo, do nec dissoluatur, conuenit ad hoc, & expellit liuorem qui sit sub oculo, et quando sit ex eo emplastrum cum vino, sedat panaricium, & iam resoluit apostemata, et aperit ea, & emplastrum factum cum ea extrahit ossa, & ingreditur in confectionibus vnguentorum corro dentium carnem, & potatur de ea, 3. j. ad epilepsiam, & administratur sic, & confert apoplexiæ & oppila tioni, & quando bibuntur ex ea. 3. ij. cōfert morbibus tyri, & occidit fœtū, & accidit si nimis sumatur de eo, permixtio rationis, & quando mulier subijcit eam sibi, expellit fœtum & secundinam, & quando bibitur, prouocat vrinam, et fit cum ea mixto melle loch, coar ctationi anhelitus, et habētibus tussim, & dolorem la teris, & qñ bibitur de ipsa cum aceto. 30. diebus pon dus. iij. anulosa, resoluit duricem splenis, & fit cum ea emplastrum cum ficubus, super duritiem splenis, & cōfert, & decoquitur, & fit sessio in decoctione ipsius mulieribus, & mūdificat matrices, & expellit fœtum.

Succus radicis eius exprimitur in tempore veris, & bibitur cum vino dicto mellicrato ad ea quæ dixim⁹, & purgat phlegma, & fructus eius confert scabiei, qñ fit in unctio cum eo, vel emplastrum, & quando extrahitur succus a stipitibus eius, & bibitur cum frumē to cocto, prouocat lac.

DE VITE NIGRA. XXXVIII.

De Vite nigra lib. 4. cap. 164.

ET nominatur fesire sentanim. Dioscorides.
Est planta quæ habet folia similia folijs plantæ, quæ dicitur cussus vel cissus, idest hedera, nisi qa declinant plus ad similitudinem foliorum herbę, quę dicitur senurus, & rami eius similiter, nisi quia folia istius, & rami sunt maiora, et ipsa circumuoluitur, amplectens plantas alias, quibus approximat, & suspendit eis cum suis capreolis, & habet fructum similę, racemis vuæ viridem in sui principio, & nigrū quando matuit, & radix eius est nigra de foris, & interius coloris buxei.

Lib. 6. simpli. Galenus. Virtus eius est sicut virtus vitis albæ, nisi quia est debilior ea.

Lib. 4. cap. 164. Dioscorides. Capreoli istius plantæ, quando cōquuntur & comeduntur, sicut superioris, prouocant vrinam & menstrua, & resoluunt apostemata splenis, & conferunt epilepsiæ, & paralisi, & stomacho debili, radix huius habet virtutem similem virtuti radicis vitis albæ, & confert doloribus, sicut illa, nisi qa virtus huius est debilior virtute illius, quando ex folijs eius fit emplastrum cum vino, confert vlceribus aſsinorum, quando sunt vlcerata, & administrantur torsionibus neruorum.

DE CVSCVTE. XXXIX.

CHasuhth, idest cuscute, & in latino dicit tima. Habohanifa. Est res quæ adhæret herbis, inuoluens eas sicut fila, sed in summitatibus habet fructum subtilem, & ipsa erescit in arboribus, & summitates eius inuoluuntur simul, & reperitur multum de eis in vineis, & destruit multū herbas, & multi vtuntur ea ad vsum curationis, & in ipsa est amaritudo, & ponitur in vino, & fortificat ipsum, et facit ipm inebriare. Aben mesuai. Est herba quæ reperitur inter linum, & suspenditur ei, in sapore eius est amaritudo, & pōticitas plus amaritudine. Et virtus eius prima est calida in primo gradu, & ficca in secundo. Et secunda virtus eius absſergit & fortificat. Et tertia aperit oppilationes hepatis, & renum, & fellis, & mundificat venas subtiles & grossas ab humoribus grossis cholericis, & fortificat stomachū & hepar. Et succus eius recens quando bibitur cum squingibin, prouocat vrinam, & confert ictericiæ, quæ fit ab oppilatione hepatis & febribus, et proprie febribus infantium. Sed illius qui vtitur ea, multum grauatur stomachus, propter eius fortem stipticitatē, & proprietas eius est purgare choleram. Et virtus quidem operationis eius fortior est fortitudine operationis absinthij. Et dosis eius est libra media decoctionis eius aut infusionis cum. 3. x. zucchari boni. Mesarugie. Est frigida & humida, & est in ea stipticitas, & confert ictericiæ, & oppilationi hepatis & plenis. Albasari. Est composita ex virtutibus contrarijs, & est in ea amaritudo & stipticitas, & est calida in primo gradu, ficca in secūdo, confert stomacho & hepati, & eorum oppilationibus. Et expellit superfluitates venarum, et mollit vētrem, confert febribus quando comeditur aut bibitur ex aqua eius, & de proprietate eius est expellere cholera m, & superfluitates antiquas a venis. Saboreben. Quantitas caliditatis eius, & frigiditas, est secundum complexionem arboris cui adhæret, quoniam ipsa fit calida per adhærentiam calidæ arboris, & frigida per adhærentiam frigidæ.

Albasari. Cuscute est bona stomacho, & maxime quando miscetur cum ea anisum, & semen apij.

DE KADI. XL.

KAdi, Habuhanifa. Est herba quæ nascitur in terris Arabū in partibus Hamen, & est illa cum qua *aromatizatur oleum*, quod dicitur oleū kadi. Et narrauit mihi *ille qui vidit, quod* est vna ex plantis habens altitudinem, & quado egrediuntur germina eius, abscidunturilla germina antequam aperiantur, & apparet in flore eius odor. Et artifices tornatilium leniscant colores suos, & clarificant, vt sint luci di cum capite kadi, & ipsum est grossum, & habet vestem & mollicies.

DE VOLVBILI CVSSVS, Acsin, athi n, & lebleb. XLI.

De Hedera lib. 2. cap. 172.

LEbleb, idest volubilis minor. Dioscorides.
Plures sunt species, & vna earum dicitur cussus, & dicitur ficus pauperum, & est maior, & agrestis, & est herba similis volubili minori, nisi qa est duprior ea. Et species eius sunt tres, quarum vna est alba, & dicitur alba propter albedinem sui fructus. Et secūda est nigra, & nominatur sic propter sui nigredinem, & habet semen nigrum vel colosis croci. Et tertia dicitur cacus, & non habet fructum siue semen, et est illa quæ adhæret rebus, et habet ramos minutos, et folia minuta, viridia, angulosa, amara, et grossa. Et est alia species ex ea, quæ dicitur acsin, et est minor, et est herba cuius folia sunt similia folijs cussus, nisi qa sunt minora eis, et habet ramos longos, qui adhærent omni cui appropinquant ex arboribus, et nascitur in vineis, inter triticum, et in campis. Et est species quæ dicitur athin, et est volubilis minor, et assimilatur in foliis volubili, nisi quia sunt minora eis, et magis rotunda, et super ipsa sunt pili, et habet ramos minutos, longitudine circa quinqs palmarum aut sex, exeuntes ab vna radice, et sunt pleni foliorū, et folia eius sunt pontica, nascitur inter triticum, et in locis domesticis.

Galenus. Substantia cussus est composita ex duabus substantijs terreis, quarum vna est frigida, et alia calida acuta, et est in ea, dum est recens, substantia terrea, aquosa, quæ quando deficcatur, resoluitur, et remanent duæ substantiæ terreæ. Et in sapore eius est stipticitas, et acuitas. Et virtus secunda resoluit, et adnat. Et tertia eius virtus est, dum folium eius est recēs, si coquitur in vino, consolidat vlcera maligna, et curat vlcera fraudulēta, et cōsolidat ea quæ sunt a combustione

7. simpli.

bustione ignis. Et quando coquitur cum aceto, & em plastratur cũ ea splen, resoluit apostemata eius, & aperit oppilationem ipsius. Sed flos eius ẽ fortior, & ideo qñ teritur & miscetur cum aceto, & plus omni reiuuatiuum combustioni ignis. Sed succus eius est Medicina, cum qua fit caputpurgium dolore capitis antiquo, & quando distillatur in aurem, curat humores qui currunt ad eam qñ sunt inueterati, & vlcera antiqua quæ sunt in ea, & in naso. Et si succus eius est aliquo ꝛe calidus, oportet admiscri eum eo oleum rosaceum, aut aliud oleum delectabile. Et gummi eius & proprie nigræ virtus est quæ adurit, adustione occulta, & ideo occidit pediculos, & abradit pilos, & nõ oportet multum vti succo eiꝰ, & propriæ nigræ, quia debilitat corpus, & conturbat sensus. Dioscorides.

Lib. 3. ca. 173.

Species cussus sunt acuræ stipticæ, & nocent neruis: & qñ sumitur de flore cussus tantum, quantum possumus tribus digitis capere, & potatur cum vino, cõfert vlceribus intestinorum, & oportet quod potetur bis in die. Et quando teritur & miscetur cum mum dissoluto cum oleo, confert vlceribus factis a combustiõe ignis. Et folia eius recentia quando coquuntur cũ aceto, aut teruntur sicut sunt cruda, curant dolorem splenis, & teruntur folia eius & summitates eius, & exprimitur succus, & miscetur cũ oleo de lilio, & quod dicitur yreos, & melle, & nitro, & fit caputpurgium cum eis in dolore capitis antiquo, et miscetur cum aceto et oleo rosaceo. & linitur caput ad hoc: & qñ miscetur cum oleo de yreos, curat dolores aurium, & fœtiem, q̃ egreditur ab eis. Et quando exprimitur aqua ex nigra cussus, & simititer aqua summitatum eius, & bibitur de ipsa nimis, debilitat corpus, & turbat sensus, Et qñ accipiuntur summitates eius, & teruntur bene, & calefiunt in cortice maligranati cum oleo rosaceo, & distillatur in aure contraria dentis dolentis, sedat dolorem eius, & denigrat pilos. Et qñ coquitur cum vino, & fit inde emplastrum, confert vlceribus asperis, quæ fiunt ab adustione ignis, & abstergit pannum, & summitates eius qñ bibuntur, prouocant mẽstrua, Et qñ accipiuntur ex eis. 5. ij. & fuffumigatur cũ eis post mẽstrua, prohibet impregnationem. Et quando accipiꝰ ex summitatibus eius cum folijs, & fit nasale cum mel le, prouocat mẽstrua, & facit propetare partum. Et quando teritur, & exprimitur succus eius, & ponitur in naso, purgat fœtorem putridum qui est in eo. Et qñ cum lachryma eius linitur capilli, euellit eos, & nõ sinit renasci, & occidit pediculos: & quando radices eius teruntur, & exprimitur aqua earum, & miscetur cum aceto. & bibitur, confert veneno rutellæ. Sed acsin virtus, & resolutiua. Et dixit Dioscorides, quod qñ bibitur ex succo eius, laxat vẽtrẽ. Sed athin sapor, est stipticus. Galenus. Sapor eius est stipticus & virtus eius abstergit absterfiõe temperata. Et dixit Dioscorides, Quando emplastratur cũ fauich, & ponitur super oculum, confert apostemati calido, quod fit in eo, & prohibet cursum humorũ ab eo. Et quando coquitur, & bibitur ex decoctione eius, abstinet fluxum ventris, qui fit ab vlceribus intestinorum. Aben me suai. Lebleb est calida in medio primi gradus, ficca in principio eiusdem acuta, & est in ea pontica tas pacea, purgat choleram aduſtam. Et post hoc dixit virtutes eius tertias, ſicut dixerũt Dioſcorides & Galenus de cuſſus, & dixit, quod eſt Medicina, & non cibus. Et dixit in præparatiõe laxatiuorum de lebleb, quod de proprietate eius eſt purgare cholerã, & doſis aquæ eius eſt a tertia libræ, vſq; ad duas partes libræ clariſicatę ſine bullitiõe cum. 3. x. zuchari vel penidiorum.

Ifaac eben amram. Quando ſuccus eius coquitur, minuitur virtus eius in laxando, ſed aperit oppilationes plus, Alkanzi. Lebleb eſt frigida & ficca, purgat & cõfert duriciebus. Abix. Lebleb eſt frigida et humida, purgat cum viſcoſitate quæ eſt in ea, expellit choleram, & laxat ventrem laxatione bona, quando miſcetur cum ea zucharum. Sed ſi vis addere, in virtute eius, adde ei de caſſia fiſtula diſſoluta in aqua ſerẽti, & non oportet quod bibatnr lebleb, niſi ſine ebullitione, quia quãdo bullitur, recedit ab eo illa viſcoſitas cum qua laxat ventrem, & expellit choleram. Et quando coquitur cum oleo amygdalino, & datur in cibo, confert vlceribus intestinorum, & habentibus tuſſim, & quantitas potionis eius eſt ab vna libra ad duas.

DE LAVDANO. XLII.

De Ladano lib. 1. cap. 110.

LEden, id eſt laudanum. Dioſcorides. Colligitur ex vna ſpecie cuſſus, & nominatur laudanum, & eſt arbuſtum quod aſſimilatur cuſſus, niſi quia folia eius ſunt longiora, & nigriora, & habet humiditatem quæ adhæret manui tangenti eam in Vere, & eſt ſtiptica, & confert ad omnia, ad quæ cõfert cuſſus. Et ex hac quidem ſpecie accipitur laudanum, quoniã quando capræ paſcuntur ea, adhæret humiditas eius pilis earum, quia eſt ſicut viſcus, quare apparet in coxis earum, & in barbis. Et ideo ſunt homines qui colligunt illam humiditatem, & mundificant eam, & faciunt inde trociſcos, & reponũt. Et ſunt homines qui accipiunt funes, & trahunt ipſos ſuper plantam iſtã, & quod adhæret eis de illa humiditate, emungunt a fune, & colligunt, & faciũt trociſcos. Et fortius ex laudano eſt illud, quod eſt boni odoris, & coloris vergẽtis ad virorem, ſub molle tactu, & quando malaxatur, adhæret manibus, & non eſt in eo fabulum, & nõ aſſimilatur reſinæ pini, & cypreſſe eſt huiuſmodi, & quod fit in terris Arabum, & alibi, eſt groſſius. Galenus. Subſtantia eius eſt ſubtilis multum, in ſapore ipſius eſt ſtipticitas pauca. Et virtus eius prima eſt cali da in fine gradus primi prope ſecundum. Et ſecunda eſt, quæ mollificat, & reſoluit, mollificatione & reſolutione temperata, & maturat ſimiliter, & aggregat, & fortificat. Et tertia confert egritudinibus matricis, fortificat eam, & fortificat capillos qui cadunt, proterea quia deſtruit quod eſt radicibus eorum ex humiditatibus malis, & aggregat & ſtringit ſua ſtipticitate poros, per quos egrediuntur capilli. Et dixit in quarto katigrinis, quod laudanum incarnat vlcera difficilis conſolidationis. Dioſcorides. Virtus laudanum eſt calida mollificatiua, aperitiua orificiorum venarum, quando miſcetur cum vino, & myrrha, & cum oleo mirtino, rétiner fluorem capillorum. Et quando linitur cum vino ſuper cicatrices vulnerum, meliorat eas; & quando mittitur in aurem cum vino quod dicitur hydromel, aut cum oleo roſaceo, curat dolorem earum, & fit inde ſuffumigium ad expellendam ſecundinam, & ponitur in confectione naſalium colliriorum matricum, & confert duriciebus earum, & miſcetur in Medicinis ſedantibus dolores, & Medicinis tuſſis, & in vnguentis: & quando, bibitur cum vino veteri, ſtringit ventrem, & prouocat vrinam.

Lib. 7. fen 1 ſticum

Libr. cap. 110.

DE DRAGONTEA ET aron. XLIII.

De Aron ſiue Aro, li. 2. c. 159

LVſ, id eſt, dragontea, & eſt darcontion vel dracontion. Et aron, id eſt iarus, & eſt ſara, & darcũd eſt bleta in Hagen, Dioſcorides. Sunt eius duæ ſpecies, vna earum dicitur in Græco aron, & ſecunda dragontea, ſed aron habet folia ſimilia foliis dragonteæ, niſi quia ſunt minora eis, ſine macula, & habet crus longitudine quaſi vnius palmi. Color eius eſt purpureus, & in ea eſt ſimilitudo piſtilli cum mortario, cuius color eſt citrinus vel croceus, & habet radicem albam ſimilem radici dra-

Seraſ. R gouez,

gonteę, & coquitur, & comeditur, & eſt minus calida
& radix dragonteæ, & præparatur folia eius pluribus
modis, & exiccatur ſola, & coquitur, & comeditur, &
radix eius reponitur, ſicut radix dragonteæ. Et pluri-
mũ quod de ipſa comeditur, ẽ radix eius propter pau-
De dracũculo lib. 1. ca. 158. citatem ſui acuminis. Sed dragõtea habet folia ſimi-
lia foliis cuſſus magna, & habet maculas albas minu-
tas, & crus eius eſt æquale lõgitudine duorũ brachio-
rũ, ſimile corio ſerpẽtis, qui color eius eſt purpureus,
maculatus diuerſis coloribus: & eſt ſicut virga in ſua
groſſitudine, & habet in ſummitate linguæ ſimile ra-
cemo vuæ, cuius color in primis qñ apparet, ẽ ſimilis
colori papaueris, & qñ maturatur, eſt ſimilis colori ci-
tri, & pungit linguam, & radix eius eſt rotũda, ſimilis
radici bulbi, ſimilis radici herbæ quę dicitur luf, & ſu-
per ipſam eſt cortex tenuis. Naſcitur i locis vmbroſis
humidis, & in campis, & oportet colligi radices eius i
tẽpore meſſis, & ablui eas, & incidi & deſiccari in vm-
Lib. 6. ſim plicium. bra. Galenus. Subſtantia radicis eius eſt ſubtilior
ſubſtantia radicis aron, & in ſapore eius eſt acuitas, &
amaritudo, & ſtipticitas pauca. Et virtus ei⁹ prima ca
lefactit & deſiccat in primo gradu, & ſecũda abſtergit
& ſubtiliat, & tertia mundificat & aperit oppilatiões
hepatis, & ſplenis, & renum, quia ſubtiliat humores
groſſos & viſcoſos, & confert multum vulneribus ma
lis, quia abſtergit ea, & mundificat mũdificatione for-
ti, & confert omnibus egritudinibus quæ indigẽt ab-
ſterſione, qñ linitur ſuper eas cum aceto ſicut ſunt bo-
hach. Et virtus ſoliorum eius eſt eadem, & ideo cõfe-
runt vulneribus humidis recentibus & vlceribus. Et
cuiuſcũq; folia ſunt minus exiccata, eſt incarnatio eo-
rum in vulneribus plus ſm hoc, quod ẽ, quia folia qñ
ſunt nimis ſicca, ſunt calidioris virtutis, qñ oporteat
vulneribus recẽtibus factis a percuſſionibus. Et ſemẽ
eius eſt fortius foliis & radice. Et ideo curat cancros,
& apoſtemata quæ ſiunt in naribus, quæ nominãtur
multorum pedum, & eſt polipus; & ſuccus luf mundi-
cat maculam oculi quæ ſit ab vlcere, & iam vtuntur q
dam ea, linientes cum ea cæſeum recẽtem exterius, qa
cuſtodit eam, et prohibet ab eo putrefactionẽ pp eam
Lib. 2. ca. 158. plexionem eius frigidam. Dioſcorides. Semẽ eius
ſiccum qñ exprimitur aqua eius, & miſcetur cũ oleo,
& diſtillatur in aurem, ſedat dolorem eius; & qñ imbi
bitur in eo lana, & miſcetur bene, & imponitur in na
ribus, aufert carnem eius ſuperfluam quę dicitur poli-
pus et cancrũ; & qñ bibuntur ex ſemine eius xxx. gra
na cum vino aqua mixto, expellit fœtum. Et dicitur,
quod qñ mulier vult parere, odoret floręm eius poſtq̃
eſt extenuatus, qñ accelerat partum eius: et radix eius
eſt calida, & confert aſmati, q̃ d'non finit hominem ia
cere, & attritioni neruorum, & tuſſi, & catarro; & qñ
elixatur aut aſſatur, & comeditur cũ melle, facit egre-
di humiditates a pectore, & exiccatur et miſcetur cum
melle, & comeditur, & prouocat vrinam: & qñ bibit
cum vino, excitat coitum; & qñ miſcetur cum Medi-
cina quæ dicitur faxar, aut cũ melle, & fit ſicut vngue-
tum, purgat vlcera fraudulenta, & conſolidat ea, & fit
ex ea licinium fiſtulis, & ad fœtum expellendum. Et
dicitur, quod qñ aliquis inungit cum radice eius ma-
num ſuam, non mordet eam tyrus; & teritur, et miſce
tur cum aceto, & linitur cũ ea bohach, & eradicat eã.
Folia eius qñ teruntur & ponuntur in vulneribus lo-
co licinij, conſert; & qñ coquuntur cũ vino, & ponun
tur ſuper ſciſſuras quæ accidunt propter frigus, iuuãt,
& qñ cæſeus inuoluitur in eis, non naſcitur in eo ver-
mes. Et aqua radicis eius confert vlceribus oculorum
quæ dicuntur camelion, & vlceribus quæ dicuntur lo
coma, & vlceribus quæ dicuntur hahalos. Et comedi
tur radix eius in diſpoſitione ſanitatis cocta & cruda.
Et homines inſulæ quæ dicitur Aminidas, coquunt
radicem & comedũt. Galenus. ¶Sed aron radix eius
eſt illud, quod eſt magis iuuamentum in ea, & ſubſtan
tia eius eſt terrea, & ſapor eius ẽ amarus. Et virtus eius
prima calefacit & deſiccat in primo gradu. Et ſecũda
incidit & abſtergit, verũtamen virtus abſtergens non
eſt fortis in ea. Et tertia incidit humores tẽperata inci
ſione quãdo comeditur, & propterea iuuat ad excreã-
dum humores pectoris. Dioſcorides. Virtus folio De aro lib. 2.ca. 159.
rũ & radicũ eius, eſt ſicut virtus foliorũ & radicũ dra-
gõtęę, & qñ folia eius emplaſtrant cũ radice ipſius, &
ſtercore bouino, cõferunt podagrę, ſi Deus voluerit.

DE MAHALEB. XLIIII.

De tilia li. 1. cap. 108

Mahaleb. Dioſcorides. Eſt arbuſtum quod aſſimilatur arbori alcannæ in magnitudine
ſua, habẽs ſolia ſimilia foliis oliuæ, niſi quia
ſunt fortiora, & latiora eis, & habet fructum ſimilem
fructui maſticis nigrum, in cuius ſapore ẽ dulcedo, &
eſt fructus eius aliquando ſicut in racemis, & naſcitur
in locis agreſtibus, & folia eius ſunt ſtiptica ſicut folia
oliuæ agreſtis, & conferunt in omni eo in quo eſt ne-
ceſſaria ſtipticatio & proprie in vlceribus oris, qñ ma
ſticantur, & fit cũ eis collutio, & qñ bibitur decoctio
granorum eius, prouocat vrinam, & ducunt alij, & mẽ
ſtrua. Et dixit Galenus, in tractatu nono. Sunt qui
dam qui putant ipſum eſſe carpobalſamum, & iam di
ximus de eo in capitulo Balſami. Abẽ meſuai. Eſt
calidum & mollificat, & cõfert dolori illorum; & qñ
bibitur, confert nauſeæ, & eſt vna ex Medicinis, quę
excutiunt ſuperfluitates a corpore, quæ impinguant
ipſum. & expellit lumbricos & aſcarides, & cõfert po
dagræ. Adamaſca. Ipſum frangit lapidem. Meſa-
rugie. Eſt temperamentum. & in eo eſt refolutio, &
dicunt, quod eſt frigidum & ſiccum. Albafarri. Al
mahaleb eſt calidum in ſecundo gradu, ſiccum in pri
mo, frangit lapidem, qui eſt in renibus & veſica, defer
tur ab Andargen, & ab Nahund, & melius ex eo eſt il
lud, quod aſſimilatur margaritis minoribus, & habet
bonum odorem. Atabari. Mahaleb eſt temperatũ
reſolutiuum, prouocat menſtrua, ſedat dolores. Ra-
ſis. Mahaleb eſt calidum, mollificat membra indura
ta, & ſi eſt egritudo elongata propter percuſſionem.
Iſaac eben amram. Almahaleb ſunt ſpecies ex eo, &
ſunt album, & nigrum, & viride; & album habet gra
na parua, ita quod maius ex eis eſt ſicut cicerella, & eſt
ex in ſula; & minus ex eo eſt illud de Hiſpania: melius
vero ex eo eſt albius & mũdius, & purioris odoris: de
terius vero ex eo eſt nigrius, & adminiſtratur medul
la eius ſine cortice, & cortex eius eſt niger, & interius
eſt album, defertur a monte Sebuen, & Deibegen, &
de Nahand, & habet arbores grandes, & colligitur in
ſeptembri, & id quod de ipſo vtimur, eſt granũ & cor
tex eius, & eſt calidum in ſecundo gradu, ſiccũ in pri-
mo, frangit lapidem veſicę renum, & medulla eius po
nitur in vnguentis; & cortex eius ponitur in abſtergẽ
tibus, & in alaulem vel alauſnem.

DE MANNA. XLV.

Men, id eſt manna. Meſcha. Manna eſt cali
da, & abſtergit, & lauat, niſi qa virtus eius au-
getur & diminuitur ſm diuerſitatem arborũ
ſuper quas cadit. Meſarugie. Eſt calida in primo, tẽ
perata in humiditate & ſiccitate, bona pectori & pul-
moni, & qd'de ipſa cadit ſuper arborẽ tamariſci, ẽ bo
na tuſſi. Abẽ meſuai. Mãna cadit ſuper tamariſcũ,
& qd'de ipſa colligitur, cõfert tuſſi, & aſperitati pecto
ris. Collegit Rafis, & dixit, qd'mãna cadit ſup arbo-
rẽ q̃ dicitur maluauiſcus ſicut mel, & qñ facit morã ſu
per plantã iſtã, albeſcit, Sed qñ non diu ibi morat, ſed
colligit cito cũ ſolio eius, eſt viridis. Habix. Eſt cali
da in ſine ſcdi gradus, ſicca appropinquãs caliditati, et
melior ex ea ẽ, cui⁹ color ẽ clarus, appropiquãs albedi-
ni, &

ni, & habet parum ruboris ſine admixtione alicuius ligni, confer relaxationi ſtomachi, & ſtringit ventrem, & confert aquæ citrinæ quando bibitur de ea, & emplaſtratur venter, & ingredit in Medicinis apoſtematum, & exicecat catarrum qñ ſit caputpurgium cum. 3. j. de ipſa, & mundificat cerebrum, & expellit ab eo vẽ toſitatem groſſam, & fortificat Medicinas cum miſce tur cum eis in potiõibus & caputpurgijs, & delet apoſtemata phlegmatica, & miſcetur in cõfectiõibus magnis propter excellens iuuamentum quod eſt in ea.

DE STORACE. XLVI.

MIha, id eſt ſtorax, cuius duæ ſunt ſpecies, ſcilicet, liquida, & ſicca. Ilaac eben amram. Arbor ſtoracis eſt magna, habet lignum quod aſſimilatur ligno faſi, folia eius ſunt ſimilia foliis xeilen, id eſt loli, & habet fructum albũ maiorẽ q̃ auellana, ſimilem prunis albis, duos habentẽ cortices, quorum exterior comedit, & eſt eo amaritudo, & interi⁹ eſt nucleus pinguis ſicut nux, & exprimit ab eo oleũ, & cortex huius fructus eſt ſtorax ſicca, & gũmi huius arboris eſt lubne, & eſt ſtorax heremitarum, & eſt ambra & lubne heremitarum, & eſt gummi album fortis odoris & albedinis, & melior ſpecies trium eſt lubne, & melior ex ſtorace eſt ſicca rubea, quæ aſſimilat maci, & eſt illa cum qua præparatur coſt artificiale, & deterior ex ea eſt illa, quæ eſt arida nigra. Subſtãtia vero ſtoracis liquidæ quę non habet oleum, adminiſtratur in ſuffumigationibus coſti amari, & illa in qua eſt oleum ingreditur in vnguentis balnei, & melior ex liquida eſt lubne muſcatũ, & eſt ſicut gummi album albedine mixta rubedini, & poſt eam ẽ liquida quæ clarificatur non habens oleum, & eſt ſpiſſa rubea, & deterior ex ea eſt leuis nigra, fed ſubtilis, adulteratur cum oleo, & oleum inficit fumigationem. Et figura lubnæ ambræ aſſimilatur gummi albo, & ſua nobilitas ẽ ſicut fauum album cum rubedine. Et lubne quidem muſcatum eſt lubne heremitarum & eſt notum apud Chriſtianos, & ẽ ſtorax, & eſt rubea gummoſa ac fi ſit gũmi, ingreditur in limuta latha & barthamiat, & vtũtur ea Chriſtiani in Eccleſijs eorum & ſuffumigatiõibus eorum, & deterior ex iſta eſt nigra, quæ aſſimilat ſerraturę ligni. Dioſcorides. Storax liquida eſt pinguedo mirrhę recentis, & extrahitur a mirrha, quia reſtant eam cum aqua pauca, & premunt cum torno, & eſt boni odoris, & ingreditur in confectionibus, & ſola etiam ſine aqua admixtiõe eſt bona, & melior ex ea eſt quæ non habet admixtionẽ alicuius olei, & parũ ex ea eſt multæ virtutis, & calefacit, & eſt calefactio ſimilis calefactioni mirrhæ, et oleorum calidorum ſiccorum, & ſtorax, & eſt ſpecies meha, eſt gũmi arboris quæ aſſimilatur arboribus citonioriũ, & melior ex ea eſt illa quę non habet adminiſtrationem alicuius olei & eſt pinguis rubea ſimilis refinæ pini, & ſunt i ea fruſta alba, & remanet in ea odor bonus longo tpe, & qñ frangitur, emanat ab ea humiditas quæ eſt ſicut mel. Sed illa quę eſt nigra ſicut furfur, eſt mala, & iam inuenitur in ea gummi Arab, clari coloris, cuius odor eſt ſicut odor miare, & parum quidem inuenitur de hoc gummi, & adulteratur ſtorax cum ferratura ligni puſtrefacti comeſti, qñ miſcetur cũ melle & reſiduo mirrhæ, & ſubſtantia yreos, & alijs rebus; & ſunt quidem qui miſcent ſepum & cerã cum ſtorace in ſole calido, & colant cum colatorio amplorum foraminum ſuper aquam frigidam, & fit figura eę⁹ ſicut vermiculi, & eligunt illud ſtolidi putantes non adulteratam pp virtutem ſui odoris, & illa quæ non eſt habet odorem acutum. Et fumus ſtoracis eſt fortior fumo mirrhæ & fumo olibani, Galenus. Virtus eius prima eſt quæ calefacit, & ſecũda eſt virtus quæ mollificat & maturat & tertia eſt virtus quæ curat tuſſim corizam & rauce-

Stacte. De ſtyrace Lib. 1. c. 63.

De ſtyrace Lib. 1. cap. 62.

Lib. 8. Simplicium

dinem, & prouocat menſtrua quando bibitur, & qñ ſubijcitur matrici, & fumus eiꝰ eſt ſimilis fumo olibani. Et dixit in quinto epidimiarum, & i vndecimo de Ingenio ſanitatis, quod eſt vna ex rebus mortiferis, ſicut iuſquiamus & mandragora. Dioſcorides. Virtus eius eſt calida mollificatiua maturatiua cõfert tuſſi, & catarro, & corizæ, & raucedini. Et qñ bibitur & fit ex ea naſale, pfert coartationi matricis, & duritiei, eius, & prouocat menſtrua, & qñ deglutitur cum pauco gummi albotim, mollit ventrem mollitione leui, & miſcetur cum aliquibus ex vnguẽtis reſolutiuis, & in oleis quæ reſoluunt laxitudinem, & adminiſtratur aſſata, & torrefacta, & adufta, & colligitur fumus eius ſicut fumus olibani, & fumus eius confert in omnib⁹ in quibus confert fumus olibani, & fumus eius quo vtuntur Syrij, calefacit & mollificat ſatis, & facit ſoda & ſubeth. Albugerig. Gummi qd emanat ab arbore, eſt calidum & ſiccum, cõfert dolori pectoris & pulmonis, & delet corizam, & retinet ventrem, & aromatizat ſtomachum, & confert ventoſitatibus groſſis, & nodationibus membrorum, qñ bibitur aut linitur exterius, & confert vlceribus, & ſcabiei humidæ & ficcæ qñ linitur cum ea cum aliquo vnguento, & cõfert catarro qñ ſit fumigatio cum ea. Rafis. Dixit Galenus, quod ipſa eſt narcotica. Et dixerunt quidam Medicorum, quod eſt calida, & cum hoc eſt calida in veritate, grauat caput ſicut facit mirrha & croc⁹, quæ ſunt calida etiam, & faciunt hoc. Attabari. Fumus ſtoracis eſt bonus catarro multum. Exlibro q dicitur Cõtinens totum. Storax eſt calida & ficca, & ſtringit vẽtrem. Abix. Quod emanat ex arbore humea tertarum Chriſtianorum & inſularum, egreditur a cortice arboris cum humiditate quæ emungitur ab eo, & coquitur cũ igne, & poſtea exprimitur, & egreditur humiditas eius, & nominatur ſtorax liquida, & remanẽt cortices ſimiles vinaciæ, & nominatur ſtorax ſicca, & eſt calida & ſicca in prima manſione tertij gradus, ſed ſiccitas eius eſt minor ſua caliditate. Et liquida gradem confert dolori pectoris & pulmonis, & deficcat catarrum, & retinet ventrem, & præparat ſtomachũ, & corroborat partes eius, & cõfert vẽtoſitatibus groſſis, & annodationibus mẽbrorum, qñ bibitur, & linitur exterius, & confert vlceribus quæ ſunt extra corpus, & ficcat ſcabiem, & bothor humidam & ficcam, quando linitur ea cum aliquo vnguento. Sed ficca ea, facit deſcendere catarrum ex capite, quando fumigatur cum ea, & multi ſunt qui ponunt eam in confectionibus, volo dicere, liquidam ex ea.

DE INDICO. XLVII.

DIli, id eſt indicus, & veſme et chate et adlen, Dioſcorides. Et de ipſo domeſticus et ſilueſtris. Et domeſticus eſt ille, quo tinctores vtũtur, cuius folium eſt ſimile folio plantaginis, niſi quia eſt maꝑgis viſcoſum, et fortioris nigredinis, et habet ſtipitẽ, longitudinem brachij vnius habẽtem. Sed agreſtis aſſimilat domeſtico, niſi ga folium eius eſt maius, ſimile folio lactucæ, hẽt ramos lõgos, plures, graciles, cũ multis ramulis, color quorũ tẽdit ad rubedinẽ, et in ſummitatibus ramorũ ſunt vaginulę multę ſimiles liguis, et eſt in eis ſemẽ, et habet florẽ paucũ, ſubtilem.

De glaſto Li. 2. c. 177

Galenus. Domeſticus ẽ ille quo vtũtur tinctores, ſapor eius eſt amarus, ſtipticus. Et virtus eius prima deſiccat fortiter, ſine acumine. Et ſęda incarnat et reſoluit. Et tertia cõglutinat vlcera ſi ſunt i corporibus duris, ẽt ſi fuerint in capitib⁹ muſculoſi, et abſcindit ſluxũ ſãguinis, et diſſoluit et minuit apoſtemata mollia, diminutione multa, et conuenit vlceribꝰ putridis, cõuenientia multa et corroſiuis, et ſi apparet aliquando diuticias in ægritudine, miſcetur cum ſolijs eius, quãdo teruntur panis et farina hordei, aut ſauich, aut fas

Lib. 8. Simplicium

Lib. 2. tex. 77. 1

rina frumenti. Dioscorides. Qñ fit cum foliis eius emplastrum, apostematibus cõfert & ulceribus, nam in principio ipsorum conglutinat ea sua caliditate, & abscindit fluxum sanguinis, & curat formicam & eris sipilam. Galenus. Agrestis in sapore eius est acuitas manifesta. Et virtus eius prima deficcat plus q̃ domesticus. Et secunda dissoluit & conglutinat plus q̃ domesticus. Et virtus eius tertia est valde fortis in curatione putredinis humidæ, quæ fit in ulceribus, & iuuamento splenis, propter fortitudinem suæ virtutis.

Dioscorides. Comfert spleneticis quando bibitur, & fit emplastrum cũ eo, & iuuat plus q̃ primus. Habohanifa Halahadme, & Aloefine. Et est arbustum puluerulentum, eleuatur cum stipite suo longitudine vnius brachij, & habet gemina ramorum, & in summitate sua est flos sicut flos coriandri, & siccatur, & teritur, & ponitur cum alcanna, & dicũt quidam, quod adhlen ẽ arbor, nil & chatis & vesme sunt idẽ. Isaac eben amram. Vesme est alchat, et est plantæ, habens folium longum, coloris quasi azurrini, plus q̃ folium salicis, et assimilatur folio faseoli, sed ẽ maius eo, asperum ab Hegen et ab Aliemen, & declinat ad caliditatẽ, & est in eo stipticitas, denigrat capillos & pilos barbæ. Rasis. Vesme est calidum & siccum & stipticũ, & tingit capillos.

DE CARIE VEL PVLVERE ligni corroſi. XLVIII.

De ligno rũ macoro. lib. 1. c. 96.

NVcharet veasab. Id est, caries ligni corrosi. Dioscorides. Corrosio ligni veteris, est sicut farina, quæ q̃n fit cum ea emplastrũ, mundificat vlcera, & q̃n misceatur cum tãdundẽ anisi, & cõficitur cum vino, & ponitur in pecia, & cõburitur, & teritur, & puluerizatur sup vlcera, quæ dñr formicæ, prohibet dilatationẽ eorum in corpore. Galenus.

Lib. 2. fin plicium

Caries ligni, & proprie ligni habentis stipticitatem, & virtutem abstergendi, sicut sunt quædam species ligni arborum habentium spinas, mundificat vlcera humida, & abstergit ea, fi Deo placet.

DE MVSTO MALORVM granatorum. XLIX.

NAramsuch. Dicitur mustũ malorum granatorum. Isaac eben amram. Est malogranatũ parum, apertum sicut rosa, & est in colore suo inter albedinẽ & rubedinẽ, & citrinitatẽ, & in medio fui habet florem, cuius color est sicut color eiusdẽ sapor eius est stipticus, & est odorifer, siue suauis odoris, defertur a Corasen, et est calidum i primo gradu siccũ, in secũdo. Et proprietas eius est attenuare & subtiliare, & loco eius ponitur põdus eius de cimino carmeno, & tertia ponderis eius de costo. Abẽ mesuai.

Habet virtutẽ ficticat nardi. Bebigoras. Proprietas eius est subtiliare. Mesarugie. Est calidum & siccũ in secundo gradu & subtiliat. Rasis. Flos huius arboris dicitur narcisse, & est calidus, & confert stomacho, & epati frigidis.

Lib. 9. Me sue. & lib. 7. Simpli.

DE ZVCHARO. L.

ZVchar. i. zucharũ. Galenus. Virtus eius prima deficcat. Et secunda est virtus quę abstergit & resoluit. Et dixit in. u. de ẽgenio sanitatis, quod zucharũ ingredit in Medicinis, q̃ abstergunt et aperiunt oppilationes, & mũdificat vias, & est longinquũ a nocumento stomachi, & ab eo q̃ facit sitim sicut mel.

De Melle, lib. 11. c. 74.

Dioscorides. Est species ex specieb. mellis, & ĩnuenitur coagulatũ super cannas in India & Arabia. Et substantia eius assimilatur substãtiæ salis, & frangitur sub dentibus sicut sal, & q̃ resoluitur in aquam, & bibitur, mollit ventrem, & est bonũ stomacho, confert dolori vesicę & renum, & abstergit obscuritatẽ visus.

Aben mesuai. Est calidum in principio secũdi gradus, humidum in medio primi, lenit ventrem, cõfert stomacho, eo quod abstergit illud quod est ẽo de re nociua, scilicet ex cholera, q̃a expellit eam cum sua abstersione. Et trabarzet non mollificat ita sicut salaimenij, & zucharum quod affertur ab Hegen, simulat frustis salis. Et zucharũ haoseri andacani confert stomacho, pp̃ suam stipticitatẽ ponticitatẽ, & est bonũ dolori vesicę & renũ, & abstergit visum, q̃i fit colliriũ cum eo, & exiccat, & resoluit pãnum oculi, & q̃n bibitur, non facit sitim, pp̃ pauca abstersionẽ, & pp̃ hoc cõfert hidropisi, q̃i bibitur cũ lacte mãdragoræ .i. lafaha.

camel: aui cẽna.

Aben mesuai. Nouũ est calidum & humidũ, & vetus calidum & siccum, & cõfert ventositatibus q̃ funt in ventre, & lenit vẽtrem, & q̃n bibitur cũ oleo amigdalarum dulciũ, confert colicæ, & vetus ex eo confert phlegmati, quod est in stomacho, nisi quia facit sitim, & generat sanguinẽ spissum. Et illud quod affert ab Aliemen, quod est simile mastici, & dicitur zucharũ haoseri, est bonum stomacho et epati, pp̃ pauca amaritudinẽ quæ est in eo. Et de proprietate zucchari est qđ confert dolori vesicæ & renũ, & mundificat ea. Isaac benſulaimen. Zucharũ ex regionibus Heigẽ, quod est noſarũ zucharũ haoſcer, est minus speciebus alijs i dulcedine, & plus in siccitate, quare nõ aufert sitim sicut aliæ species zuchari, & habet operationes laudatas in doloribus renum, & q̃n bibitur cum lacte mãdragoræ, confert hidropisi, & lacui dẽ haoseri, q̃n bibitur cum lacte man dragoræ, facit hanc eandẽ operationem, & est fortioris operationis, & magis apparentis, nisi quia est magis periculosum habentibus cõplexionem calidã. Aabrianiſa. Hahoſcer habet latafolia, & nascitur vno tpe anni, & habet zucharũ qđ egre ditur ab oculis ramorum suorum, & a locis foliorum eius, & colligunt de eo hoſes rem conueniẽtem, & in zucharo eius est amaritudo, & egrediuntur ab eo mas la, sicut testiculi camelorũ, & egrediť ab illis pomis res quædam adurens, ita quod nõ poteſi fieri cauterium cum re meliori ea, & implẽtur ex ea culcitræ & puluinaria, & noſatur arbor eius chercha, q̃n inciduntur folia haſocer, emittũt lac quod colligitur in Maio mẽſe, & ponũtur in eo coria, & nõ remanet in eis pilus, et vnũ vas implet ex duabus expreſſionibus, & lignũ qđ hahoſcer est leue, groſſum, rectũ, pulchrũ, & iõ aſſi milauerunt cãtilenarij in cãtilenis suis brachia & crura dñarũ ligno eius, Alius hahoſcer est ſpẽs titimalli.

Aufectus camelę

DE PENIDIIS. LI.

ABen mesuai. In capitulo de penidijs, Penidij sunt calidi & humidi in primo gradu, maxime albi, ex eis molliunt vẽtrẽ, sunt boni tuſſi, nisi quia ipſi sunt groſſiores zucharo.

De Nardo lib. 1. ca 6

DE SPICA. LII.

SVmbel, id est spica. Dioscorides. Sunt ei duæ species, nam est quædam bona, & est Indica, & ẽ alia Romana, & est Celtica, & ẽmõtana. Sed spica nascitur in mõte Hanezar in India, & melior ex ea est recẽs, leuis, pinguis, rubea, boni odoris, & est in ea parũ odoris ciperi, cuius spica est parua, & q̃n mastica tur, remanet odor in ore eius diu, & nascit in mõte Syriæ spica, quæ noſatur Syria, & sunt i ea ofa q̃ dicta sunt in Indica, & nascitur prope ignẽ, qui est sub mõte, spica, quæ est debilior q̃ Indica, pp̃ humiditatẽ locorum, in quibus nascitur, & est lõgior ea, & maioris spicæ. Et ortus spicarum est ex vna radice, & comẽ spi cæ sunt in ea plures, fibijnuicem adhærentes, pinguis odoris, & fortaſſis vẽditur a quibuſdam spica, poſtq̃ madefacta est in aqua. Et fignum in hoc est albedo & extenuatio eius, & quia non est in eaterra, & adultera tur, & puluerizatur super eam antimoniũ cuj aqua & zucharo, cauſſa augẽdi bibi pondus, et oportet q̃ ipſa mundetur ad neceſſitatem, ſi est in radice aliquid luti, & excutiatur & corrigatur terra eius, quia ipſa est bo-

lib. 8. Simplicium

na ad abluendas manus. Galenus. Substantia spicę indicæ, est composita ex tribus subſtantijs, vna earum est ſtiptica, & ſecunda calida, acuta, nõ tñ nimis, & tertia declinat parum ad amaritudinẽ. Et virtus eius prima calefacit in primo gradu, & deſiccat in ſecundo, quaſi in fine eius. Et ſecunda abſtergit & fortificat. Et tertia cõfert hepati, & ori ſtomachi, quando bibitur, & apponitur extra, & prouocat vrinam, & curat morſicationẽ, quæ est in ore ſtomachi, & deſiccat humores, qui adueniunt ei in inteſtinis, & humores qui con gregãtur in capite & in pectore. Et tortior ſpecierum ſpicę in hoc ẽ Indica, & ẽ fortioris nigredinis q̃s ſemi.

Lib. I. c. 6.

Dioſcorides. Virtus nardi ẽ calida & ſicca, puocat vrinã, & pp hoc q̃ bibit ſtringit vẽtrẽ; & q̃ ſit cũ ea naſale, ſtringit meſtrua, & deſiccat humiditates q̃ currunt ad collum matricis, & q̃ bibitur cum aqua frigida, ſedat ſincopin, & confert cardiacæ, & inflãmationibus, & epati ægro, & ictericæ, & ægritudinibus renum, & quando coquitur in aqua, & ſedet ea mulier confert apoſtematibus calidis, quę ſiunt in matrice, & confert caſui pilorum palpebrarũ, propter eius ſtiptis citatem, quæ facit eos renaſci, & puluerizatur ſup cor pora illorum, qui ſudant nimis, & ingreditur in confectionibus Medicinarum, & cõuenit medicinis oculi, & tertitur, & cõficitur cum vino, & ponitur in vaſe nouo, ſine vitreatura, & ponitur in Medicinis oculi.

De nardo celtico lib. 1. ca. 7.

Sed ſpica Romana & ſpica Celtica, naſcitur ſimiliter in Syria, & eſt planta parua, habens folia lõga, cuius color vergit ad rubedinem, & flos eius ẽ citrinus, & melior ex ea eſt recens, boni odoris, multarum radicũ, non facile frangibilis, & quod de ipſa adminiſtratur eſt radix eius & ſtipites ſolũ, quia in eis ẽ bonitas odoris eius, & iuuamenti ipſius, & ipſa euellitur cum radicibus ſuis, & ſiunt ex ea faſciculi plenæ manus, & q̃ vis ea vti, oportet quod rores faſciculos ipſos, poſtq̃ expanſi fuerint ſuper chartam papyri, & purgati a luto, & dimiſſi per noctem. Secunda vero die purga eã, eligens bonam a non bona, & a quadã herba quę ſibi aſſimilatur, & cum ipſa ſimilis euellitur, & cũ voluerís reponere, repone ſpinam eius & radicem, & proijce folia eius. & poſtea tere radicem, et ſpinas, & cuꝫ vino facte crociſcos, & ſerua in vaſe terreo optime cluſo. Et ipſa quidem adulteratur cum quadã herba, quæ cũ ea euellitur, quæ ſibi aſſimilatur in odore eniã, ſed decernitur facile, quod ipſa habet ſtipitem, & eſt albior, & folia eius ſunt breuiora q̃ folia ſpicæ Romanæ, & radix eius non eſt amara, nec boni odoris, ſicut radix illius. Galenus. Sapor eius eſt minus ſtipticus q̃ Indicæ. Et virtus eius prima eſt calidior ea, & ſeciũda. Et tertia quod eſt debilioris virtutis q̃ illa in omnibus, niſi in prouocatione vrinæ. Dioſcorides. Virtus eius eſt ſicut virtus nardi ſyriæ, niſi qa prouocat plus vrinã, & confert magis ſtomacho, & quando bibitur cum decoctione abſinthij, confert apoſtematibus calidis, epatis & icteritiæ, & inflãmationibus ſtomachi, et q̃ bibitur cum vino, confert apoſtematibus ſplenis, & dolori veſicæ, & renum, & inflãmationi ſtomachi, & morſibus venenoſorum, & ingreditur in cõfectionibus vnguentorum calidorum. Sed montana naſcitur multum in terris * Ciliciæ, & folia eius ſunt ſicut folia karſahanæ, & ramuli eius ſunt ſicut ramuli ipſius, niſi quia ſunt minores, & ipſa non eſt ita groſſa, nec ita ſpinoſa, & hẽt duas radices, aut plures, nigras etiam, boni odoris, ſimiles affodillo, niſi quia ſunt minores & ſubtiliores multum, & non habet ſtipitẽ, nec fructum, neq; florem. Galenus. Eſt debilior omnibus ſpeciebus ſpicæ. Dioſcorides. Radix eius confertin oĩbus, in quibus confert ſpica Celtica. Aben meſuai. Proprietas ſpicæ retinet meſtrua ſuperflua, quando ſumitur in potu.

lib. 1. fim plicium.

Lib. 1. c. 7.

* Alias Siciliæ

DE FOLIO INDO, SCILICET malabatrum. LIIII.

De Malabatro lib. 1. ca. 11.

Sedig, id eſt malabatrum. Dioſcorides. Eſt herba quæ naſcitur in India, & habet folia quæ expandũtur ſuper faciem aquæ in illis partibus, ſicut lenticula aquę, & non habet radicem, & q̃ſi colligitur, in ſeritur ſilo lineo ſtatim, & exiccatur, & reponitur, & melius ex malabatro eſt recens, cuiꝰ color ver git ad albedinem aut nigredinem, et q̃ſi eſt integrum, non confringit facile, boni odoris, & eſt in eo de odore ſpicæ. Illud vero quod eſt inflexibile, fragile, eſt ma lum, & dicitur q̃ nõ aqua deficcatur in æſtate, ob calorem ſolis, accendunt in colle ignem, & comburũt terram cum herbis omnibus ſiccis, quia ſi hoc nõ fieret, non naſceretur ſolium. Galenus. Virtus eius eſt ſimilis virtuti ſpicæ. Dioſcorides. Virtus eius eſt ſicut virtus nardi, verum eſt fortioris operatiõis eo. Et malabatrum ẽ eſt fortius in prouocando vrinam quã nardus, & melius ſtomacho, & confert apoſtematibus oculorum calidis, q̃ſi bullierit cum vino, & linitur ſuper oculum, & ponitur ſub lingua, ad faciendum bos num oris odorem, & ponitur in pannis, vt conſeruet eos a corroſione, & melioret odores eorum.

Lib. 1. fim plicm.

DE GALLIA. LIIII.

Vch, id eſt gallia. Aben meſuai. Such eſt ſtipti cum & ſiccum, & ſtringit vomitum qui accidit pter humiditates, & ſtringit vẽtrem, & fortificat viſcera. Rafis. Eſt calida & ſicca, quæ ſtomacho bona exiſtens, abſcindit fœtorem ſudoris, atq; pulſotri.

Ifaac eben amram. Eſt calidum & ſiccũ in ſecundo gradu, & eſt compoſitum ex virtutibus contrarijs, ſcilicet ſtipticitate & caliditate, quã acquirit a muſco, & a ſpecibus, et propter hanc cauſam confert vomitui & nauſeæ, quæ accidunt pp humiditates, et retinet vẽtrem, et cõfortat ſtomachũ et hepar, et ſunt eiꝰ ſpecies 4. ſcilicet ſuch muſchatum, et ſuch ventrium, et ſuch corij, et ſuch aquæ. Et operatio ſuch muſchi, ẽ quod accipias de meliori ramich, et tere et cribra cũ cribro pili mediocri, in raritate et ſpiſſitudine, et confice ma laxãdo bene, et miſce cũ eo parũ oli de keiri, vel ſambacini, et oleum de keiri ẽ melius, et dimitte ſic nõcte vna in vaſe ſuo, vbi confecciſti in mane, accipe de muſco meliori, et tere, & cribra, et accipe quantum vis ex eo, & miſce cum ramich trito, et poſtea malaxa manibus bene, ſicut malaxatur paſta, & iforma lupini, aut 3. j. aut maiores ſi vis, et vnge manum tuã ſi vis, ſemper cum aliquo oleo, ne adhereat manibus, et dimitte ſuper cribrum de pilo, duobus vel tribus diebus, donec ſtringãtur, poſt hoc perfora eos cum perforatorio ferreo, et infige in eis filum ex canabe, quod nõ ſit nimis ſubrile, nec nimis groſſum, et pone iter vnſiquẽq; troſciſq; fruſtũ ligni, ne ſe tangãt, et ſuſpende eos, donec ſupueniat eis æſtas. Et oẽ ſuch quãto magis morabit, et veteraſcet, erit magis odoriferũ, et erit fortioris virtutis et operationis, et hęc eſt melior ſpecierum ſuch, et cum aqua oportet vti, et propter hoc omiſi narrare modos alios. Et gallia coriorum, eſt quæ ſit cum coriis marſupiorum, in quibus ſit muſcus. Et gallia ex aqua eſt, quando ponuntur marſupia in aqua, cũ qua prꝑaratur vel conficitur ramich. Et ſuch ventrium eſt, quando inciduntur minutiſſime vẽtres marſupiorum, et ponuntur cum ramich.

Lib. 7. fim plicium

DE CYPRESSO ET NVCIBVS, vel gallis eius. LV.

SAro eſt galla cypreſſi. Galenus. Quod ex cypreſſo adminiſtrat, ſunt folia, et ſummitates, et nuces eius, et in ſapore eius eſt acuitas, et pũctio pauca, et amaritudo ſatis, et põtica eſt fortior oĩbus in amaritudine, ſed de amaritudine, et acuitate ineſt ei ẽtitas tanta, quæ facit eã penetrare ad profundum corporis,

fine calefactione & mordicatione'. Et virtus eius prima deficcat, in qua nõ est acuitas & mordicatio apparenter, & quantitas fuæ caliditatis est quantitas sufficiens ad penetrandum. Et secunda incarnat & dissoluit. Et tertia incarnat vlcera magna quæ sunt i corporibus duris, & aufert quod est in corporibus ex putredine, & expellit eam manifeste, & securat a nocumento in fine fuæ operationis, & hoc quod cum aliæ Medicinæ quę calefaciunt & deficcãt, quãuis possint desstruere humiditates quæ sunt i corpore, ipsæ attrahũt cum hoc ad locum cum attractiõe & caliditate sua humiditates alias, incarnatio vero eius est proprie, quando est humida, recens, & confert crepaturę, quia desiccat, & ex hoc acquiritur in membris constrictio, propter deficcationem humiditatum quæ sunt in eis, & cum hoc stipticitas fua peruenit vsq; ad pfundum membrorum, quia habet caliditatẽ in se, propter quã portatur illa stipticitas. Et cypressus ponitur in Medicinis formicæ & erisipillę, quia misceturr cum hordeo & aceto, mixto cum aqua. Et in gummi quidẽ cypressi est acuitas & punctio, & adminis tratur i opere Medicinæ, sicut aliæ gummę. Dioscorides. Cypressus stiptica, & infrigidat, & quando bibũtur folia eius trita cum rob, & cum pauco mirrhæ, cõferunt veficę, ad quam currunt superfluitates, & conferunt diffurię vrinæ. Et nux cypressi si teritur recẽs, & potatur cum vino, confert sputo sanguinis & vlceribus intestinorũ & curfui superfluitatum ad vẽtrem, & asmati & tussi. Et decoctio foliorum cypressi, similiter operat & nux eius, & cõficitur cum ficubus, mollit durities, & curat polypum, & est caro quæ nascitur intra nasum, & qñ coquitur cum aceto, & teritur & misceatur cũ lupinis, aufert albores vnguium, & quando sit cum ea emplastrum, est bonũ herniosis & crepatis, & folia eius operantur sicut nux eius. Et æstimauerunt aliqui, qd' nux cypressi expellit cimices, quãdo sit cum ea fumigatio, aut cum summitatibus, aut cum folijs. Et nux cypressi, quando teritur, & fit emplastrum cum ea, conglutinat vulnera, & abscindit fluxum sanguinis, & quãdo teritur & misceatur cum aceto, denigrat capillos, & fit emplastrum ex ea sola, aut cum sauich ad erisipillam formicam, & ad apostemata calida oculorum, & quãdo misceatur cum mum, & oleo dulci, & ponitur lup stomachũ, fortificat ipsum. Salamuæ, & Abenmesuai. Suffumigatio nucum cypressi expellit cimices.

De cupressi lib.1.ca. 126.

DE FILICE NIGRA. LVI.

De Filice lib.4.c.165

SArax, id est filix. Dioscorides. Est herba quæ nascitur in montibus & locis petrosis, & non habet stipitem, nec florem, nec fructũ, & habet folia quæ expandunturr sicut alæ, & habet odorem non bonum, radix eius est nigra, de foris longa, a qua multæ oriuntur radiculę, & in sapore eius est stipticitas, & maius iuuamentum quod est in ea, est in radice eius.

L.b.8. Simplicium,

Galenus. Sapor eius est amarus, parum habens stipticitatis, Et virtus eius prima exiccat exiccatione forti, fine mordicatione. Et secunda eius virtus lauat & confortat virtutem. Et tertia virtus interficit lumbricos & vermes cucurbitinos, quando potantur de ea aur. iiij. cum aqua mellis, & propter eandem virtutem interficit fœtum, & expellit mortuum, & desiccat vlcera, quando ponitur super ea exiccatiõe fortis fine mordicatiõe. Dioscorides. Quando bibitur ex radice eius pondus aur. iiij. cum mellicrato, occidit ascarides, & quando datur de ipsa in potu põdus duorum anolosat cum scamonea, aut helleboro nigro, est melius, & oportet q vult eam potare quod comedat ante acceptionem eius allia. Alia species est alba fax. Dioscorides. Est herba quę habet folia himilia supradictę, nisi qa haber plures ramos, & folia eius sunt altiora & remotiora a stipite, & habet radices lõgas, & color earum est rubeus, cũ pauca nigredine, & quædam ex eis habẽt colorem rubicundum, sicut color sanguinis, & radix eius qñ misceatur cum melle, & fit inde loch, expellit lumbricos lõgos, & qñ datur in potu mulieri prohibet impregnationem: & qñ dat pgnanti, facit ab orsum, & qñ deficeat, & teritur, & cribratur, & ponitur de puluere eius in fistulis humidis, quarũ sanatio é difficilis, sanat eas, & folia eiꝰ tenera, recẽtia, elixata & comesta laxat vẽtrẽ. Galenus. Virtus eiꝰ é sicut virtꝰ sarax supradictę, nec plus nec minꝰ.

DE VERNIX. LVII.

Creatio et gummi Ivernix

SAndarax, id est vernix gũmi. Albugerig. Est calida & ficaꝫ & confert catarro, qñ fit fumigatio cum ea & desiccat vlcera, Bedigoras. Dep prietate eius est conferre catarro, & abscindit sanguinem menstruũ. Mesarugie. Desiccat fistulas. Abẽ mesuai. Est calida & ficca in primo gradu, euellit superfluitates phlegmaticas, quę sunt in stomacho, et in intestinis, & occidit lumbricos, & ascarides, & cõfert fluxibilitati neruorũ, quæ accidit ex frigiditate & humiditate eorũ, & repletione. Abix. Sandaracha est calida, pauca caliditate, & qñ fit fumigatio cum ea, cõfert catarro capitis, & qñ puluerizatur sup vlcera, desiccat ea. Atabari. Sãdaracha est similis karabe i virtute sua, & confert fumigatio eius corizæ, & desiccat fistulas. Rasis. Cõfert sputo sanguinis, & hemorrhoidibus. Ifaac eben amram. Est gũmi citrini coloris, simile karabe, sed nõ est ita durum sicut karabe. & ẽin eo parum amaritudinis, & affertur a terris Chrisſiano rum. Et virtus eius est similis virtuti karabe, & de proprietate eius est quod retinet sanguinem, & confert catarro, & qñ fit cum ea fumigatio, confert fistulis, & qñ accipitur ex sandaracha & oleo rosarum, & linitur cũ eis, confert scissuris quæ fiunt in membris, & in mantibus & pedibus, & si non reperitur, pone loco eius põdus tertię partis plus pondere ipsius de karabe. Quod quidem dixit Galenus, esse gummi haur Romanæ.

DE SENE. LVIII.

SEne, Habo hanifa. Sene, qñ deficeatur reponit & ipsum, habet vaginas oblongas & obtortas, in quibus sunt semina ordinate distincta, & ille vaginæ habent pediculũ subtile, quo adhęrent ramulis, & quando agitantur vaginæ a vento cadunt & pastores colligunt eas. Ifaac eben amram. Dixit paulus quod sene confert ad alguefegues ex melancholia, & ad scissuras quæ fiunt in corpore, & ad conquassationes neruorũ, & ad casum capillorum, & confert pediculis, & dolori capitis antiquo, & scabiei, & bothor, et pruritui, & epilepsię. Abix. Sene ẽ calidũ & siccũ. paucæ caliditatis & siccitatis, & siccitas eius est ppe caliditatẽ ipsius, & habet virtutẽ magnã, qñ peruenit ad stomachũ purgandi melãcholiã & cholerã, & confortat subſtãtiã cordis, qñ misceatꝫ cũ eo Medicinæ, quas dixit iuuare, sicut est viola, & potio decoctionis eius, plus confert qñ ipsum tritum, & dosis eius tritꝰ sicci est 3.i. & in decoctione 3.v. Rasis. Sene & fumus terræ purgãt humores aduſtos, & cõfert scabiei & pruritui, & dosis eius, cuiuſcũq; amborũ est a 3.iiij. vſq; ad vij.

DE FISTICIS. LIX.

Lib.8. Simplicium

PVſtech. i. fistici. Galen⁹. Substãtia eius ẽ subtilis, et sapor eiꝰ ẽ fere ad amaritudinẽ declinãs. Et virtus eius prima est calida. Et secũda virtus eiꝰ mũdificat. Et tertia aperit oppilatiões, et mũdificat epar propriæ, et cõfert ægritudinibus epatis et pulmonis, et dicit quod mollit ventrẽ, et non stringit. Dioscorides. Quędę ipso est in Oriẽte, assimilat pineis, et confert stomacho, et comedi & et bibi & tritũ cũ vino, et confert morsibꝰ venenoſo, Abẽ mesuai. Oleũ eiꝰ cõfert morsui venenoſo, et dolori epatis, q accidit cũ humiditate, et qñ teri et bibi & cum decoctiõe, cõfert

De Pistaciis lib. 1. cap. 140.

morsibus

Lib.4.cap. 165.

morſibus venenoſorum. Archigenes. Eſt calidus & ſiccus, amplioris caliditatis q̃ nux & auellana.

DE RVBEA TINCTORVM. LX.

De Rubia lib. 3. cap. 157.

PAue, ideſt rubea tinctoꝝ. Dioſcorides. Quę dam ex ea naſcitur abſq; ſeminatione, & quędã ſeminatur, & habet ramos quadros, lõgos, groſſos, ſimiles ramis herbæ, quę dicitur abarim, niſi quia ſunt maiores illis, & duriores, & ſuper ipſos ſunt folia diuiſa adinuicem, egredientia circumquaq; iuxta nodos eius in ſimilitudinem ſtellarum, & habet fructus rotundum, cuius color in principio ſuæ apparitionis eſt viridis, poſtea vero fit rubeus, & quando maturauerit, fit niger, & quod de ipſa adminiſtratur, ſunt venæ ipſius, & ipſæ ſunt ſubtiles, longæ, rubeæ. Galenus. Sapor eius eſt ponticus, Et virtus eius prima eſt calida, & ſecũda abſtergit, & tertia virtus mundificat hepar & ſplenem, & aperit oppilationes eorũ, & prouocat vrinam groſſas prouocatione forti, & mẽſtrua, & abſtergit abſterſione ẽperata omnia quæ indigent abſterſione, & ideo confert morphęæ albæ, quando ponitur ſuper eam, & ipſa datur in potu cum mellicra ſciaticæ, & habentibus fluxibilitatem membrorũ.

Lib. 6. ſim plicium

Lib. 3. ca. 137.

Dioſcorides. Radix huius herbæ dicitur rubea, ſit cut diximus, & eſt longa ſubtilis rubea, & habet virtutem prouocandi vrinam, q̃n bibitur cum mellicrato, & confert ictericiæ, & ſciaticę, & paraliſi, & facit mingi vrinam multaꝫ groſſam, & fortaſſis facit mingi ſanguinem, & oportet adhibeti cautelã bibẽtibus ipſam in die potationis, & quando bibuntur aliquæ ex ſum mitatibus eius cum folijs. conferunt morbibus venenoſorum, & q̃ fructus eius bibitur cũ ſquingibin, reſoluit apoſtemata ſplenis: & q̃ radix eius ſubijcitur, prouocat menſtrua, & deijcit fœtum, & quando mixta cum aceto linitur ſuper maculas albas, curat eas.

DE PEONIA. LXI.

De Pęonia lib. 3. ca. 134.

PEoonia, ideſt pœonia. Dioſcorides. Eſt radix arboris, & ſunt eius duę ſpecies. ſ. maſcul⁹ & fœmina. Maſculi folia ſunt ſimilia folijs nucis, & radix eius eſt groſſa ſicut digitus, & longa circa palmum, & color eius eſt albus. Fœminæ vero folia ſunt ſicut folia ſmirnion, & ſuper ſummitates eorum ramorum ſunt camerulæ amygdalarum, & q̃ndo apparuerint illæ camerulæ, apparent in eis grana rubea ſicut ſanguis, parua, ſimilia granis granati, & intra illa grana ſunt ſemina nigra ſeu purpurea, & radix ipſius eſt ramoſa, & rami eius ſunt ſimiles glandibus, vij. aut viij. ſimiles radicibus affodillorum. Galenus. Subſtantia eius eſt ſubtilis, & ſapor eius eſt ſtipticus pauca ſtipticitate cum dulcedine, & q̃n diu maſticatur, apparet in ea acuitas, & mordicatio, & amaritudo pauca. Et virtus eius prima calefacit caliditate pauca, & deſiccat deſiccatione forti. Et ſecũda eius virtus abſtergit, & fortificat, Et tertia prouocat vrinam, & mundificat hepar, & renes, q̃i ſunt in eis oppilationes, et dofis eſt ad hoc eſt ſicut q̃ritas amygdalæ cũ mellicrato, q̃n terit et cribrat ſubiliter, et q̃n ſuſpẽdit ſup pueros epileticos, curat eos, & q̃n coqtur in vino aluco pontico, ſtringit vẽtrẽ. Dioſcorides. Q̃n bibit de radice eius quantitas vnius amygdalæ a mulieribus, quæ non bene purgantur in partu, mundificat eas per menſtrua, & quando bibitur cum vino, confert dolori ventris, & ictericiæ, & dolori veſicæ, & renum, & quando coquitur cum vino, & bibitur, ſtringit ventrem. Et quãdo bibuntur ex granis eius rubeis. x. grana, vel. xij. cũ vino ſtiptico, confert fluxui menſtruorum, & quãdo comeditur ſimiliter, confert dolori ſtomachi, & pontionibus eius, Et datur ad cõmedendum, & in potu pueris, confert multum in inceptione generationis ia pidis, qui generatur in eis. Et quando bibitur ex grani eius nigris quindecim grana cum mellicrato, aut cum vino, cõfert ſuffocationi matricis, & dolori qui accidit in eis, & confert incubo.

Abraham filius Salomonis Iſraelitæ. Quando ex arbore pœoniæ ſit fumigatio, curat epilenticos: & q̃n ſuſpenditur ſuper epilenticum, prohibet eum ab epilepſia, ſed & fructus eius cum geleniabin vel fecaniabin iuuat iuuamento magno.

DE VALERIANA. LXII.

De Phu, cap. 10.

FV, & in Latino dicitur ſiſtra. Dioſcorides. Eſt ſpica ſylueſtris, & eſt frutex habens folia ſimilia folijs herbæ quæ dr elleborus, & herbæ quæ dicitur hippoſelinum, & habet ſtipitem longitudine vnius brachij, aut amplius, cui⁹ color declinat ad purpureitatem, & eſt interius concauus, et nodoſus, & habet florem ſimilem narciſſo, niſi qa eſt maior eo, ſed in albedine eſt ſicut ille, & eſt in eo parum purpurei coloris, & id quod eſt ſupius, eſt groſſius, q̃ quod eſt inferius, ſicut ſpica frumenti, & egrediuntur ab inferioribus eius comæ inuolurę, ſicut ſquinantium, & el leborus niger, & ſunt inuicem adhærentes. quarũ colorvergit ad rubedinem, & habet odorem bonum, et eſt in ea aliquantulum de odore ſpicæ nardi, cum pau ca pinguedine, & quod de ipſa adminiſtrat, eſt radix eius, & adulteratur cuꝫ radice myrti agreſt. s, q̃n miſcetur cum ea, ſed cognitio inter eas eſt facilis, nam ipſa eſt dura, difficile fragilis, & habet bonum odorem.

Lib. 8. ſimpli.

Galenus. In radice ipſius plantæ eſt aromaticitas, Et virtus eius prima aſſimilatur virtuti ſpicæ, Et ſecũda prouocat vrinam plus q̃ ſpica Inda, & de Seni, & eſt in hoc ſicut maritragula. Dioſcorides. Virtus radicis eius eſt calida, prouocat vrinam quando bibitur ficca, & decoctio eius idem facit, & confert dolori lateris, & prouocat menſtrua, & ingreditur in confectionibus magnis.

DE PINO. LXIII.

SOnobar, ideſt pinus. Dioſcorides. Arbor pini eſt maſculus & fœmina, & maſculus nominatur arz. Abohanifa. Arz eſt maſculus, & ſonobar non facit fructum, ſed de ſudore ipſius extrahitur pix, et cum ligno ſuo fit lumen ſicut cum cæra, q̃i accenditur, & nominatur lignum illud cum quo fit lumen, adhadhi, & eſt nomen Romanum. Et fœmina eſt illa quæ facit fructum, et eſt de ea magna & parua.

Lib. 8. ſimpl.

Galenus. Maior eſt in ſapore ſicut ſapor minoris, & eſt in ea aliquantulum amaritudinis & acuitatis, Et virtus eius prima eſt calida cũ humiditate, Et ſecunda conglutinat & lenit. Et tertia confert habenti ſaniem in pectore, & conuenit omnibus quibus oportet educi ſaniem a pectore, & facere expuere facile, & quãdo infundit in aqua, recedit acuitas & punctio, quæ ſunt in eo, & elongatur a mordicatione, & tunc eſt conglutinatiuus, & medius inter qualitatem calidam & frigidam, medius inter ſubſtantiam aquoſam & terream, & ſubſtantia aerea eſt in eo pauca, ſed ille qui comeditur ex iſto fructu, eſt quantum ad nutrimentum duræ digeſtionis, & nutrit corpus nutrimento forti.

De Pęonia lib. 6. ſimpl.

Lib. 3. ca. 154.

Dioſcorides. Quando comeditur aut bibitur cum ſemine cucumeris, & cum rob, prouocat vrinam, & confert ardori renum & veſicæ; & q̃n bibitur cũ ſuccoportulacæ, ſedat mordicationem ſtomachi, & reddit debilibus fortitudinem, & cõfert deſtructioni humiditatis. Et q̃n accipit ex fructu pini ſicut eſt recens, & teritur, & coquitur cũ rob, & accipiuntur de ipſius decoctione. 3. iiij. cum dimidia qualibet die, confert tuſſi antiquę, & vlceribus pulmonis. Galenus. Minor ex eo nominatur caulicaris, & ſapor eius eſt ſtipticus, acutus, amarus, Et virtus eius prima eſt calida. Et ſecunda eius virtus abſtergit, quia eſt in eo abſterſio. Et tertia cõfert ſputo ſanguinis a pectore & pulmõe.

De picea pinulib. 1. c. 74.

Lib. 1. ca. 74.

Dioſcorides. Caulicaris eſt fructus in arbuſto, &

arz eſt in camerulis. Et virtus eius eſt ſtiptica, calida'ca liditate pauca, & confert tuſſi, & doloribus pectoris, quando ſumitur ſolus, aut cũ melle. Aben meſuai. Magnæ ex pineis ſunt calidæ in ſecundo gradu, ſiccę in primo, quæ qñ bibuntur cum rob mũdificant groſſos humores viſcoſos, qui ſunt in renibus & veſica, & conferunt ſaniei eorum, & lapidi, & comedunt eas, calefactas cum zuccharo, infrigidatas cum melle poſtq̃ infuſæ ſunt in aqua calida. Et minoris quidẽ proprietas eſt, q̃ mundificat humiditatem renum & veſicæ.

Galenus. Cortex pini minoris quæ eſt nominata caulicaris, habet in ſe virtutem ſtipticam, qua curat tenaſmon, qñ apponitur ſicut emplaſtrum, & non eſt medicamen aliquod melius eo in hoc, & quando bibitur, ſtringit ventrem, & eſt conferens combuſtioni aquæ bullientis, & ſimiliter cortex illius ſpeciei quæ dicitur cachia, & eſt maſculus, & eſt ſimilis ei in virtute, niſi quia virtus eſt debilior virtute illius. Sed foliũ iſtarum ambarum arborũ, quia eſt magis humidũ cortice ipſarum, & habet in ſe virtutem quæ incarnat per cuſſiones & verberationes. Sed pini magnæ virtutis foliorum & corticum eſt fortis, quamuis ſit ſimilis virtuti duarum aliarum, & corticum ipſarum, eſt tamẽ fortioris virtutis quã illæ, adeo quod ipſæ nõ poſſunt facere operationem vnius illorum iuuamentorum, operatione manifeſta, veruntamen in ipſa eſt mordicatio nociua. Sed ſumus qui eleuatur a ligno pini, confert multum fluxui pilorum palpebrarum, & corroſioni lachrymalis, & curſui lachrymarũ ab eo.

De Ficea & pinu, libro. 1. cpa. 79. Dioſcorides. Cortex arboris pini minoris, & cortex cochi, & eſt arz, omnes ſunt ſtiptici, conferunt habentibus tenaſmonem, qñ teruntur, & puluerizantur ſuper locum, & qñ de ipſis miſcetur cũ litargyrio, & puluere olibani, confert vlceribus quæ apparẽt in cor pore, & combuſtionibus ignis, & qñ conficitur cum cæra diſſoluta cum oleo myrtino, conſolidat vlcera quæ ſunt in corporibus delicatis: & quãdo teritur, & miſcetur cum calcanto, prohibet vlcera quæ dicũtur formicæ, ne augeantur in corpore, & lecũdinam, & qñ gium matrici, & expellit fœtum, & lecũdinam, & qñ bibitur, ſtringit ventrem, & retinet vrinam, & quãdo teritur ſolium huius arboris, & fit emplaſtrũ cum eo ſedat dolores apoſtematum, & prohibet vlcera humida, ne fluat ſanguis ab eis, & quando teritur, & coquitur cum aceto, & fit inde oris collutio, confert dolori dentium, & qñ bibitur ex eo pondus alki cum aqua, aut cum aqua & melle, confert ægritudinibus hepatis, & ſimiliter facit cortex pini & ſolium eius, et quando bibitur, & qñ inciditur lignum eius minute, & coquitur in aceto, & tenetur in ore, confert dolori dentium, & miſcetur in vnguentis conferentibus laſſitudini, & comburitur, & colligitur ſumus eius, et fit inde atramentum, & fit etiam cum eo cohol, quod præparat oculum, & cõfert caſui palpebrarum, & lachrymali, ſi Deo placet.

DE CARDAMOMO. LXIIII.

Scacolla, ideſt cardamomum. Cardamomum magius eſt heil, & minus eſt hilbane, & eſt maſculus. Iſaac eben amram. Sunt eius duæ ſpecies, ma ius & min⁹. Et maius habet cortices & capita ſicut roſa, & ſunt grana magna fere ſicut nabach, aut maiora parum, & intra ipſa ſunt granula parua angulosa, boni odoris, pinguia, puluerulenta, & ipſum eſt melioris odoris atq; delectabilioris naturæ, q̃ minus, & in ſapore ipſius eſt ſtipticitas, & acuitas. Verum quãdo comparatur minori, eſt acuitas eius minor, & ſtipticitas eius maior, & cortices eius & capita ſunt ſtipticitra q̃ ipſum. Et virtus eius prima eſt calida & ſicca in primo gradu. Et ſecunda reſoluit, & fortificat. Et tertia confortat ſtomachum, & valet digeſtioni, & confert ſincopi, & vomitui, maxime qñ bibitur cum ſuo cortice, & ſuis capitibus, cum maſtice, & ligno aloe, et ſucco mentæ, aut cum vino granatorum, & cum men ta, aut ſumatur cum ſucco duorum granatoꝝ. Minus vero noſatur heilbane, & non habet capita nec cortices, & habet grana habẽtia corticem, cuius color eſt ſicut cardamomi maioris, & ſubſtantia eius eſt ſubtilior, q̃ ſubſtãtia maioris, & virtus eius eſt ſicut virtus illius, niſi quia propter eius ſubtilitatem confert plus digeſtioni, & magis deſiccatiuum exiſtit humiditatuꝫ gutturis, & pectoris, & ſtomachi.

DE CHAKILE. LXV.

Chakile, ideſt ſalobar. Abohaniſa. Eſt culam, & eſt ſicut vſnen, qua eſt maius, & homines q̃dem comedunt illud cũ ficubus, ſicut comeduit alia holera, & ſolium eius aſſimilatur folio naſturcij, & ipſum eſt amplioris humiditatis q̃ cicera, & magis aquoſum. Abix. Chakile quod oritur in ſterquilinijs, eſt herba ſimilis herbæ vſnen, & non eſt vſnen, & eſt in ea aliqua caliditas, propter ſuam ſalſedinem, eſt enim in ea ſalſedo ſimilis ſalſedini baurach, qñ teritur de ea aliquid, & ipſa habet proprietatem laxãdi aquam citrinam, qñ bibitur aqua eius ab eo qui habet aquam citrinam, facit enim ipſam egredi, & dimittit humorem eius, & confert ei multum, & nõ oportet q̃ bulliat ſuper ignem, qñ amitteret virtutem ſuã, ſed det in potu de ſucco eius ſine ebullitione, & quantitas quæ datur de ipſa, eſt ab .j. libra vſq; ad duas partes lib. cum .3. x. zucchari albi, aut rubei fortis rubedinis, quod eſt, quia rubeum cum lebleb, & cũ fumoter æ, & cum chakile, eſt fortioris virtutis q̃ album.

Iſaac eben amram. Eſt herba ſimilis cuſcuæ in operatione ſua, & eſt calida, & ſicca, cuius proprietas eſt, q̃ aufert eructuationes corruptas, & aqua eius purgat aquam citrinam, & confert tumoribus ventris, & debilitati hepatis, & eſt conueniens nutrimentum, & habet operationem in ſtomacho, propter viſcoſitatẽ paucam quæ eſt in ea. Aben meſuai. Proprietas eius eſt laxare aquam citrinam ſubito, & doſis eius eſt a .iiij. parte libræ vſque ad duas partes eius abſque eo quod bulliat. Raſis. Purgat aquam, & prouocat vrinam.

DE BOMBACE. LXVI.

Coton, ideſt bombax. Abohaniſa. Dixerunt mihi quidam medici de kelbe, quod coton nã ſcitur inter eos in arboribus, quæ ſunt ſicut arbores Antiperſicorum, & durãt annis .xx. & dixit, q̃ melius ex eo eſt nouum, & quod eſt plantatum ſuo anno. Aben meſuai. Succus foliorum eius confert fluxui ventris, qui accidit infantibus. Meſeha. Semen coti confert tuſſi, & eſt bonum pectori. Albaſari. Bombax eſt calidum & humidum, aptum indumentis, & eſt multum calidũ dum eſt recens, quia infiltratur, & oleum ſeminis eius confert leũginibus faciei, & puſtulis calidis quæ ſunt in facie. Raſis. ſemen bombacis mollificat, & calefacit, & augmentum efficit in ſpermate, & confert tuſſi, & ſuccus foliorum eius confert fluxui infantium.

DE MILIO SOLIS. LXVII.

Kylb, ideſt milium ſolis. Dioſcorides. Alii ſcos eſt herba, cuius ſolia aſſimilantur foliis oliuæ, niſi quia ſunt maiora eis, & * meliora, et altiora, et latiora, & quæ ſunt ex eis inferiora, declinant verſus terram, facientia velut ſtratum ſuper terram, et habet virgas eleuatas ſubtiles ſicut lingua ſquinãti duras, & in ſummitate virgæ eſt ſimile ramulo diuiſum in duas partes, in quo ſunt folia minuta, & iuxta qd̃libet folium eſt ſemen album, durum ſicut lapis, fere rotundum

*De Lithoſpermos, libro. 3. cap. 113.
* Alias meliora.

rotundum, in magnitudine hordei orobi parui, nascitur in locis asperis & altis. Galenus in translatione bataricæ lisacos. Est semen quod assimilatur lapidi, & est kulb, id est milium solis, & est semen herbæ quæ dicitur astonchos, quod si bibitur, frangit lapidem, & prouocat vrinam. Dioscorides. Virtus seminis huius est, q̃ qñ poratur cũ vino albo, frangit lapidem, & prouocat vrinam. Paulus. Quando de semine eius bibuntur, 3. ij. trito cum vino albo, confert lapidi renum. Aben mesuai, & Albasari. Akulb defertur ab India, & assimilatur semini lini, nisi quia est maius eo parum, & a scendit super eum puluis, & est mirabile in prouocatione vrinæ & menstruorum, & frangit lapidem in renibus & vesica. Confirmatio testimonij mei est Rasis, qui dixit, q̃ prouocat vrinam, & frãgit lapidẽ Aben iuliel. Nascit inter nos in mõtibus Soler.

Lib. 3. ca. 135.

DE KANABEL. LXVIII.

KAnabel. Albafari, Alkanabel assimilat sareæ, & ascendit super ipsum glaucedo, & est in eo stipticitas fortis, & expellit ascarides. Almansor. Alkanabel est calidum, & expellit ascarides.

Liber aggregatus. Canabel cadit super terrã albã, & non seminatur, & colligitur cum stercore bouino, & est vna ex rebus quæ cadunt de cœlo. Alius. Est minera rufa, in qua est glaucedo, & solidantur cum eo ollæ quando franguntur: & dicitur, quod reperit super terram in Corasceni postquam pluit, & colligitur tunc. Quando bibitur tritum, expellit lumbricos, & ascarides, & laxat ventrem.

DE DACTYLIS. LXIX.

ROrab, id est *dactyli*. Aben mesuai. Meliores ex eis sunt rorab zuccharini, & baharad & hayron. Abohanita. Hayron est species dactylorum, & color eorum est citrinus, & rubeus.

Yhaye. Hayron est melior speciẽ rorab, & post eos sunt glauci, & non nigri. Rasis. Rorab calefacit, & generat sanguinem grossum, & conuertitur cito ad choleram, & est malum illis, quorum cõplexio est calida, & hepar calidum, & cui cito aduenit soda, & squinantia, & borbor, & culia, & oppilatio in hepate & splene, & deteriores ex eis sunt magni, & q̃ sunt dulciores, & non sunt conuenientes aliquo modo illis, qui sunt calidæ complexionis, illi autem qui non sunt calidæ complexionis, & non sunt debilis naturę, si vtuntur eis, impinguantur ab eis.

DE ZIZANIA. LXX.

SCeilem, id est zeuen, id est lolium. Galenus. Virtus eis prima calefacit in principio primi gradus, & desiccat in fine secundi. Dioscorides Quod de eo nascitur in tritico, habet virtutem quæ euellit vlcera fraudulenta, quando admiscetur cũ cortice raphani, & sale, & fit inde emplastrum, & qñ miscetur cum sulphure, & aceto, curat impetiginem malam, & vlceratam, & quando admiscetur cum stercore columbino, & vino, resoluit apostemata, & aperit apostemata quæ nondum sunt perfecte matura, & qñ coquitur cum mellicrato, & fit inde emplastrum, confert sciaticæ, & fit fumigatio cum eo, & cum sauich, et myrrha, & croco, & olibano, & conuenit impregnationi. Aben mesuai. Proprietas eius est, q̃ oppilat hepar, & aperit scrophulas, qñ comeditur aut bibit.

De loliõ li. 2. ca. 92.

DE FVMO TERRÆ. LXXI.

SCheiterig, id est fumus terræ. Dioscorides. Est herba similis pastinacæ agrestis, nisi quia est magis minuta ea, & amarior, et habet radicem cuius color vergit ad albedinem. Galenus. Sapor eius est amarus & stipticus. Et virtus eius prima est calida & frigida cum siccitate in secundo gradu, Et secunda fortificat & mundificat. Et tertia confert stomacho, quia est in eo stipticitas pauca, & non est in eo de calidate quantitas manifesta. Dioscorides. Est amari saporis, & comeditur radix eius cruda & cocta, & præparatur cum aqua & sale, & tunc fortificat stomachũ, & prouocat vrinam. Aben mesuai. Proprietas iumenti eius est ad stomachum, & ad scabiem, & pruritum, & laxandi choleram adustam, & mundificandi sanguinem, & prouocandi vrinam, & qui vult eam sumere, eligat eum qui est viridior, & amarior, & recens, & dosis eius quando decoquitur, est a. 3. v. vsq; ad. x. & crudi a. 3. iij. vsq; ad. vij. cũ totidem myrobalanorum citrinorum, & qui vult sumere de succo eius, non decoquat eũ. Et dosis succi eius est ab. 3. iiij. vsq; ad. vij. cum. 3. iij. myrobalanorum citrinorum v sque ad. vij. 3. Abbix. Fumus terræ est herba in qua est amaritudo, & confert cholericis, purgat choleram eis to, & confert scabiei & borbor, quando bibitur tritũ sine ebullitione cum. 3. x. zucchari albi, & sic deficcatur & proijcitur in decoctione myrobalanorum, purgat choleram fortiter, & quantitas potionis succi eius est a duabus partibus libræ vsq; ad libram.

De fingidio lib. 2. cap. 151.

DE PAPAVERE RVBEO. LXXII.

IAchaik alnahamen, id est papauer rubeum. Dioscorides. Sunt eius duæ species. s. domesticus, & syluestris. Et domestici quoddam habet florem rubeum, & quoddam album in colore lactis, aut versus purpureũ colorem, & folia eius sunt similia foliis coriandri, nisi quia sunt magis minuta, & eleuatio folio rum eius est minor eleuatione foliorum coriandri, & virga eius est viridis prope terram, & tami eius assimilantur corticibus cannæ, & in summitate est flos sicut flos papaueris, & in medio floris est capitellũ, cuius color est niger, & radix illius est in magnitudine oliuæ, aut maior, & est velut nodosa breuis. Sed syluestre est maius domestico, habens folia latiora, & longiora, & duriora q̃ domestica, & folia ipsa sunt aut nigra, aut citrina, & flos eius est rubeus, & sunt ei radices plures et tenues, et quidam sunt qui non faciunt differentiã inter papauer rubeum, et herbam quæ dicitur aragamonium, et papauer syluestre quod dicitur caput, et est malogamarum tuffis, eo q̃ floris eius color est fumi lis ei in rubore. Et errauerunt aliqui, putantes q̃ flos aragamonij sit gafit, sed in hoc est error, nam flos aragamonij est species papaueris quod dicitur caput, nisi quia est minus rubeum, q̃ papaueris rubei, verum apparitio floris eius est sicut apparitio papaueris rubei, & ex aragamonio extrahitur lachrymus habens colorem croci acuti saporis multum, lachrymus vero speciei quæ dicitur caput, est magis vergens ad albedinẽ, q̃ lachrymus aragamonij, & est coagulatus, & flos q̃dem ipsius habet in medio caput simile capiti papaueris agrestis, nisi quia superior pars capitis aragamonij tendit in latum, & superior pars eius quod dicitur caput, tendit ad constrictionem: papauer vero rubeum non habet lachrymum, & nõ habet capitellum papaueris, nisi quia est in eo res similis summitatibus sparagi. Galenus. Papaueris rubei virtus prima calefacit & deficcat. Et secunda est attractiua & aperitiua. Et tertia attrahit phlegma qñ masticatur, & succus radicis eius mundificat cerebrum, qñ fit cum eo caput purgium, & papauer rubeum mundificat vlcera fordida, & curat egritudinem cum qua eleuat cutis, & prouocat menstrua quando supponitur, & prouocat lac.

De Anemone lib. 3. cap. 103.

Dioscorides. Papaueris rubei ambæ species sunt calidæ virtutis, & ideo qñ teritur radix eius, & expri mitur succus, & fit caput purgium cum eo, mundificat caput, & qñ masticat eradicat phlegma, & qñ coquitur cum rob & fit emplastrum, curat apostemata oculi calida & fordida, & euellit vestigia quę sunt in oculo, propter incarnationem alicuius vlceris, & qñ coquũtur folia eius cum summitatibus eius, & cũ palea hor-

Lib. 2. cap 136.

dei, & comeduntur, prouocat vrinam, & quando sup ponuntur, prouocant menstrua, & qñ fit emplastrum cum eis, eradicant scabiē vlcerosam. Aben mesuai. Est calidum & siccum in primo gradu, & quando mi scetur cū cortice nucis ad denigrādum, tingit capillos in colorem nigrum fortis nigredinis. & eradicat impetiginem, & quando desiccatur, incarnat vlcera.

DE BASILICO GARIOFILATO & est ozimum carmenum. LXXIII.

Scexabram, idest ozimum carmenum, vel basilicon garyophylatum. Isaac eben amram. Est ozimum carmenū, & est paruū. Aben mesuai. Est calidum & siccum, & confert calefactis quando rotatur super ipsum aqua frigida, aut aqua rosacea, & quidam dicunt, quod est frigidum, eo q non nocet habentibus firsen. Isaac eben amram. Est calidum in primo gradu, siccum in secundo, semen eius stringit ventrem, qui fluit propter caliditatem, quādo bibitur ex eo aur. j. cum aqua frigida, aut cum succo citonioruꝫ, & ipsum conforrat membra.

DE LVPINO. LXXIIII.

TArinus, idest lupinus. Dioscorides. Sunt ex lupinis quidam, qui dicuntur regales, & quidā sunt domestici, & domestici comeduntur post eorum elixationem, & infunduntur in aqua pluribus diebus, donec recedat ab eis amaritudo, generant humores grossos: & secundum medicinam lupini, qui sunt ſm hunc modum præparati, sunt medicina conglutinatiua, sed lupinus secundum sui naturam habet amarum saporem. Galenus. Virtus eius prima est quæ defiecat fine mordicatione. Et secunda est quæ abstergit, & resoluit, & mundificat, & aperit, Et tertia est quæ occidit lumbricos, quando fit cum eis emplastrum exterius, & quando comeduntur cum melle, aut bibuntur cum vino admixto aqua, & farina lupinorum, & resoluit sine mordicatione, & curat liuores, & apostemata dura, & scrofulas, quando coquitur cum aceto & melle, aut cum aceto & aqua, ſm dispositionem & complexionē infirmi, & grossitiem humoris: & quando fit cū eis emplastrum, sciaticæ confert, & aqua in qua decoquuntur, deficcat cum abstersione, & resolutione, deficcatione, sine mordicatione, & interficit lumbricos, & quando apponitur exterius, confert impetigini, & vlceribus capitis, & confert bothor, & scabiei, & vlceribus fraudulentis, & quando bibitur cum ruta & pipere, mundificat, & *aspergit oppilationes hepatis & splenis, & prouocat menstrua, & fit nasale cum eis cum melle & myrrha, & expellit fœtum, & farina eius facit.

* aluaperit

Sed syluester lupinus est magis amarus, & virtus eius est fere sicut virtus huius, nisi quia est fortior.

De lupinis lib. 2. cap. 81.

Dioscorides. Lupini regalis farina, quādo miscetur cum melle & bibitur cum aceto, occidit lumbricos, & quando infunditur in aqua, & comeditur cum sua amaritudine, facit hoc, & similiter facit decoctio eius, & quando bibitur cū ruta & pipere, confert spleneticis, & cōfert qñ ponitur super apostema, quod dicitur ancoria, & ad vlcera fraudulenta, & confert scabiei in principio sui, & maculis, quæ apparent in cute, & bothor, & vlceribus capitis humidis, & miscet cum myrrha & melle, & fit inde nasale, & prouocat menstrua, & expellit fœtum. Farina vero lupinorum mundificat scabiem, & delet cicatrices quæ fiūt a percussionibus, & quando ipsa miscetur cum aqua, & sauich, sedat apostemata calida, & quando miscetur cum aceto, & fit emplastrum cum eo, resoluit scrotha, & eradicat ignem Persicum, & quando lupini coquuntur cum aqua pluuiæ, donec dissoluuntur in decoctione, aqua illa mundificat faciem, & quādo coquuntur cum radice cameleontæ nigræ, & abluuntur cum decoctione illa tepida pecudes habentes scabiem, curat eas. Et radix herbæ lupini quando coquitur cum aqua, & bibitur, prouocat vrinam, & lupinus cuius amaritudo recessit cum præparatione quando teritur bene, & bibitur cum aceto, sedat nau seam, & curat fastidium cibi. Et est alia species lupini, quæ assimilatur domesticis lupinis, nisi qa est minor eis, quæ quidem iuuat in omnibus, in quibus iuuat lupinus domesticus.

DE CANDARVSIO. LXXV,

CHandaros, idest candarusium. Galenus. Est cibus bonus sicut triticum, & propter fuam visseositatem est maioris nutrimenti eo, sed secūdum viam medicinæ virtus eius prima est sicut virtus tritici, nisi quia est maioris viscositatis eo. Et virtus eius secunda, est virtus cōglutinatiua, & incarnatiua, & maturatiua, & est quasi materia ad omnia quæ desiccant deficcatione forti, sicut sunt aqua marina, & aqua salis, & acetum. Dioscorides. Est species in quā reperiuntur duo grana, & est plus nutritiuum q̄m risi, & magis constrictiuum ventris, & melius stomacho. Qñ ipsum coqt cū aceto, & fit linitio cū eo, eradicat scabiem vlcerosam, & eradicat vngues scissas, et curat fistulas, quæ sunt in lachrymali, quando administratur in principio earum, & fit ex decoctione eius clistere in uatiuum vlceribus intestinorum malis, & sunt eius duæ species, in vna eius inuenitur vnum grana, & in alia duo grana, & quodlibet ipsorum est in camerula, & est magis nutritiuum quā hordeum, bonis saporis, & panis qui fit ex eo, est minus nutritiuus, q̄m qui fit ex frumento. De Halica lib. 1. c. 88.

DE ALTEA. LXXVI.

CHitini. Rosa zaueni, & est maluauiscus. Dioscorides. Est species molochiæ agrestis, & habet folium rotundum sicut folium herbæ, quę dicitur ciclamen, & flos eius est sicut rosæ, & habet stipitem longitudine vnius brachij, & habet radicem visciosam, cuius color interius est albus, & ex molochia est alia species, quæ habet folium scissum, simile folio herbæ quæ dicitur ierobotanum, & habet tres ramos aut quatuor, super quos est cortex similis cortici canabi, & flos eius est parvus, & radices albæ, latæ, vj. aut vij, & longitudo eius est circa longitudinem brachij vnius. Galenus. Radix maluauiſci habet in se virtutem stipticam, & totius herbæ, volo dicere radicis ramorum & foliorum, & seminis virtus, est virtus quæ deficcat, verum radix & semen sunt magis deficcatiua, & plus subtiliatiua. Et virtus eius secunda, est quæ abstergit, & maturat, & restringit, & radix quidem & semē sunt magis abstersiua. Et virtus tertia prohibet apostemata, & sedat dolores, & maturat exituras dum est recens, & radix quidem eius & semen, quia in eis est virtus abstersiua, curant morpheam, & semen eius frangit lapidem renum, & aqua in qua decoquitur radix eius, propter stipticitatem, quæ est in ea, cōfert vlceribus intestinorum, & fluxui ventris, & sputo sanguinis. Dioscorides. Quando hæc herba coquit in vino, quod dicitur mellicratum, aut cum vino, & qñ teritur sola, & non decoquitur, cōfert exituris & apostematibus quæ apparent post aures & scrophulis, & confert apostematibus calidis mammillarum, & apostematibus ani calidis, similiter & tensioni neruoruꝫ, ea resoluit & maturat, & aperit apostemata, & qñ coqtur, sicut diximus cū mellicrato, aut cū vino, & terit cū sepo anatis, & glutino alborū, & fūride nasalia, conferunt apostematibus calidis matricis, & conglutinationibus matricis, & decoctio eius facit similiter, & mundificat fluxus fluitates partus, & radix eius quādo coquitur De Altea lib. 3. c. 139. De Alcea lib. 3. c. 140. Lib. 3. cap. 140.

coquitur, & bibitur cum vino, confert ſtranguriæ, & lapidi, & ſuperfluitatibus crudis duris, & ſciaticæ, & vlceribus inteſtinorum, & tumoribus, & cõquaſſationibus neruorum, & quãdo coquitur cum aceto, & fit cum ea collutio oris, ſedat dolorem dentium, & ſemẽ eius recens, aut ſiccum quando teritur & coquitur cũ aceto, & fit cum eo linitio ſi fœ, eradicat morpheam, & quando miſcetur cum oleo & aceto, & ponitur ſup loca, confert morſibus venenatis, & confert ſimiliter vlceribus inteſtinorũ de ſputo ſanguiuis, & fluxui vẽtris, & quãdo decoctio eius bibitur cum aceto, mixto cum aqua & vino, confert puncturis apum, & fit emplaſtrum cum foliis eius, mixto parum olei morſibus venenatis, & confert combuſtionibus ignis, & quando teritur radix eius, & miſcetur cum aqua & vino & gramine, congelat aquã. Sed ſpecies molochiæ agreſtis, confert morſibus venenatis, & combuſtionibus ignis. Dixit Tea Galenus, quod reſolutio eius eſt amplior q̃ reſolutio maluæ agreſtis & domeſticę. Dio ſcorides. Quando bibitur radix eius cũ vino, aut cũ aqua, curat vlcera inteſtinorum, & conquaſſationes neruorum. Meſarugiæ. Gummi maluauiſci eſt frigidum, ſedat ſitim, & lenit ventrem.

De Alcea li.3.c.140

DE EVPATORIO. LXXVII.

De Eupatorio.li.4. cap. 33.

CAſat, id eſt eupatorii. Dioſcorides. Eſt herba quæ naſcitur omni anno, & eſt apta ad ignẽ accedẽdum ſicut farmenta, & habet virgam reſtam, ſubtilem, nigram, duram, aſperã, habens in ſummitate pilos, & longitudo eius eſt fere vnius brachij, vel plus, & habet folia diuiſa ab ſuicem circa haſtam, & ſunt ſciſſa ſciſſionibus 5. aut 6. & ſunt in ſummitate inciſa ſicut cæra, & ſunt folia eius ſimilia foliis pentafilon, aut foliis ſedenaghi, id eſt, canabis, & color eorũ eſt tendens ad nigredinem, & in haſta eius a medio ſupra eſt ſemen, & ſuper ipſum ſunt pili, & eſt declinans ad inferiora pendens in herba ipſa. Galenus. Suba eius ẽ ſubtilis, & ſapor eius eſt ſtipticus, Et virtus eius prima calefacit & deſiccat. Et ſecũda incidit, & abſtergit abſq; quod inducat aliquam calefactionem manifeſtam. Et tertia aperit oppilatiões quæ ſunt in epate, & confortat epar. Dioſcorides. Folia huius herbę, quando teruntur & miſcentur cum axungia porci veteri, & ponuntur ſuper vlcera, quorum conſolidatio eſt difficilis, curant ea, & quando hæc herba, aut ſemẽ eius bibitur cum vino, confert vlceribus inteſtinorũ, & morſibus venenatis, & ſunt multi qui putant quod iſta herba ſit argamonium & errãt, quoniam argamonium eſt alia ab ea, & nos quidẽ iam manifeſtauimus de eſſe eius in eo quod diximus. Galenus. In tyriaca chęſar proprietas eius eſt, quod confert epati multum. Rafis. Manifeſtum eſt per experientiã, quod abſinthium eſt magis conueniens in iuuamento epatis, q̃ eupatorii. Meſea. Eſt bonũ febribus antiqs.

L.b.4.cap. 33.

De Agari co.lij.c.91.

DE AGARICO. LXXVIII.

GAricum, id eſt agaricum. Dioſcorides. Eſt ſimile radici aniuden, id eſt arboris aſſæ, ſed eſt minus durum ſi ipſa, & magis ſpongioſum, & putant quidam, quod ſit radix alicuius herbæ, & quidam dicunt quod generatur ex putrefactione arboris, quando corrodũtur, ſicut generantur fungi, & iam reperitur ſuper arbores fcerbin, niſi quia eſt facile frãgibilis, & debilis fortitudinis, & eſt radix ſpongioſa, mollis ſubſtãtiæ, & eſt duarum ſpecierum, ſcilicet maſculus & fœmina, ſed fœmina habet in ſe gradatim ſicut tunicas, maſculus vero non habet tunicas, ſed eſt tota ſubſtantia eius continua, & fœmina eſt maior.

Galenus. Aut eſt radix arboris, aut eſt planta, quæ naſcitur ſuper aliquas arbores, & eſt ſubſtantiæ mollis in ſua compoſitione, & ſubſtantia eius eſt compoſita ſubſtantia aerea & terrea, quam ſubtiliauit calor, & non eſt in eo aliquid aqueitatis, & in ſapore eius eſt dulcedo, quãdo primo obuiar guſtui vltimo vero apparet amaritudo, & apparet in eo aliquantulum acutatis cum ſtipticitate. Et virtus eius prima calefacit & deſiccat. Et ſecunda incidit & reſoluit res groſſas. Et tertia aperit oppilatiões, quæ ſunt in epate, & in renibus, & curat ictẽritiam quæ accidit ab oppilatiõe epatis, & confert epilepſiæ, & curat rigores febrium, qui contingunt ab humoribus groſſis, & confert morſui tyri, aut alicuius alterius animalis venenoſi, quando apponitur exterius loco emplaſtri, & quando bibitur de eo quantitas aur. vnius cum vino mixto aquæ, eſt Medicina laxatiua. Dioſcorides. Agaricum eſt ſtipticum ſedatiuum, confert punctionibus & inmoribus viſceris, crudis, & neruis, & illi qui cecidit, quando dantur de eo duo onoloſat, cum vino dicto homo melle, illi qui non habet febrim, & cum mellicrato, illi qui habet febrim, & quando bibitur de eo põdus. 3. i. confert dolori epatis, & aſmati, & ſtranguriæ, & doloribus renum, & ictericis, & doloribus matricis cum ſuffocatione & deſtructiõe coloris corporis, & datur in potu vlceribus pulmonis cum rob, & datur in apoſtemate ſplenis cum ſquinginbin, & quãdo maſticatur ſolum, & tranſglutitur, & bibitur aliquis potus humi dus poſt eum, confert doloti ſtomachi, & eructuationibus acetoſis, & quando bibitur ex eo. iij. onoloſat cum aqua, ab fcidit ſputum ſanguinis a pectore, & ab inſtrumentis pectoris, & quando ſumitur de eo pondus. iij. onoloſat cum ſquinginbin, confert ſciaticæ, & doloribus iunctarum, & epilepſiæ, & prouocat mẽſtrua, et quando bibitur de eo quantum diximus, confert ventoſitatibus matricis, & quãdo bibitur ante acciones febrium, aufert rigorem, & ſi ſumitur ſ potu de eo. 3. i. aut. ij, cum mellicrato, laxat ventrem, & ſumitur in potu ex eo. 3. i. cum vino aqua misto, cõtra Medicinas mortiferas, & bibuntur de eo. iij. onoloſat cũ vino, & confert iuuamento magno morſibus venenatis, & vniuerſaliter confert oĩbus doloribus qui fiunt in interioribus corporis, & datur in potu aliquibus cum aqua, & aliquibus cum vino, & aliquibus cum ſquinginbin, et quibuſdam cum mellicrato, ſecũdum diuerſitatem ægritudinum, & virtutem, & ætatem.

Lib.3.c.1.

Bedigoras & Alchanzi. Eius proprietas eſt purgare phlegma groſſum, vicoſum & melancholiam.

Paulus. Purgat humores nociuos, & maxime choleram rubeam. Rafis. Inueni vniuerſaliter ab omnibus, quod purgat humores nociuos. Hunaym in libro tyriacæ. Expellit humores a neruis, & a cerebro cum proprietate mirabili quæ eſt in eo. Aben meſuai. De proprietate eius eſt laxare phlegma, & ẽ contrarium venenis & ꝓparatio eius eſt, quod eligatur interius eius, & purgetur, & teratur, & ponatur in decoctione, & eligatur illud quod eſt fœmina, & proprie album interius, quod quando fricatur, pulueriza tur facile, & doſis eius eſt a. 3. i. uſq; ad. 3. ij. Abix. Agaricum purgat choleram, & phlegma ſimul, fortificat, Medicinas magnas, quando miſcetur cum eis, & facit eas peruenire ad extrema corporis, & eſt contrarium Medicinis mortiferis, quando bibitur, aut miſcetur cum aliquibus ex Medicinis conuenientibus.

DE MEDICINIS CALIDIS ET humidis primi gradus.

DE NVCE HENDEN. LXXIX.

IEum henden. Et dicitur nux henden. Et dicitur etiam nux handen. Rafis. Dicitur adepes terræ, & petra terræ. Et dixit in zaraui, eſt tuber cum quo fit vinum cum melle. Ifaac eben amram. Ieuz handen ẽ tubera granata ſicut cicera alba, cuius color trahit ad glaucedinẽ, Affertur de Barcha, & de corafcen; & eſt

& eſt illud cum quo viuificatur mel, & nominatur tuber. Salomon eben hahaſen, Nux henden in Perſi de, eſt tubera mellis, quæ viuificat ipſum mel, affertur de keruen & facit vomere. Paulus. Ex dicto Galeni eſt ficca, & habet virtutem quæ infrigidat parũ, & deſiccat, & curat impetiginem, & extinguit calorem, & abſcindit fluxũ ſanguinis. Liber de talſameth. Hęc in Barbaria, vulgari nomiue dicitur nux columbarũ, & in Damaſco nux handen, quando proijcitur de eo vnum cange in libras, x. mellis, & in libram, j. minus tertia aquæ calidæ, & agitatur bene, et cooperiatur os vaſis, ſit vinum ſtatim, & Barbari vtuntur eo. Alchá 2i. Impinguat & auget in ſpermate. Meſarugiæ.

Nux handen propter ſuam delectabilitatẽ auget ſperma, & impinguat corpus, & eſt in ea aliqua caliditas.

Atabari. Eſt in ea caliditas, & delectatio, excitat libidinem, & impinguat corpus, & quidam vtuntur ea ad remouendum ſuporem dentium. Rafis in libro aggregato. Nux handen eſt calida & humida, & auget ſperma, & impinguat corpus, prohibet appetitum luti. Iſaac eben amram. Nux hendẽ eſt calida & humida, auget ſperma, corroborat libidinem, & impinguat corpus.

DE CICERE. LXXX.

CHemps, id eſt cicer. Galenus. Cicera ſunt alba & nigra, & eſt alia ſpecies quæ dicitur kerſenne, & cicera minuta quæ dicũtur kerſenne, ſunt alba, & aſſimilantur orobo, & nigra nominãtur chubes, ſed alba inflant, & nutriunt, & molliunt ventrem, & in ſapore eorum eſt amaritudo. Et virtus eorum prima eſt calida, cum humiditate pauca. Et ſecundo attrahit & abſtergit. Et tertia prouocat vrinam & menſtrua, & augmentum facit in ſpermate et lacte. Et karſenni virtus eſt eadem, volo dicere, quod ſi ſapore eius eſt amaritudo. Et virtus eius prima & calida, cum humiditate pauca. Et ſecũda reſoluit, & aperit & incidit. Et tertia mundificat, & aperit oppilatiões hepatis & renum, & abſtergit ſcabiem & impetiginẽ, & reſoluit apoſtema quod fit poſt autem, & apoſtemata teſticulorum quando ſunt dura, & curat exituras malas, quando adminiſtratur cum melle. Sed cicera nigra, ſunt magis prouocatiua vring, & aqua decoctionis eorum frangit lapidem renum. Sed folia cicerum agreſtium ſunt ſimilia foliis domeſticorum, verum grana eorum diuerſa ſunt ab illis, & calidi odoris, & conferunt ad ea, ad quæ conferunt domeſtica, ſapor eorum eſt amarior, & virtus eorũ prima ẽ calidior & ficcior, & ſunt fortiora domeſticis in oſibus. Dioſcorides.

Domeſticum mollit ventrem, & prouocat vrinam & menſtrua, & iuuat partum, & generat lac, ſed ipſum eſt inflammatiuum. Et eſt ſpecies alia cicerum, quę dicitur ornillas proprie, quando coquitur in aqua, & fit inde emplaſtrum apoſtematibus teſticulorum cũ mel le, & apoſtematibus humidis quę fiunt in capite, & cãcro & ſcabiei, & vlceribus fraudulentis confert, Et eſt alia ſpecies quæ dicitur peritus, & omnia cicera quan do datur de decoctione eorum, cum herba quæ dicit ſaboris, curãt ictericiam & hydropiſim, quia expellũt humiditates cum vrina, & cicera ſunt no ciua veſicæ & renibus vlceratis, & ſunt quidam qui expellunt cla uellones, id eſt verrucas, quę nominantur mirmicias, & abroioc, & porros, in hũc modum, & eſt vt accipias ſingula cicera pro ſingulis clauellonib⁹, & tãgas vnũquemq; clauellonem ſeu verrucam cum cicere vno, et hoc in kalendis menſium, deinde ligentur cicera illa in pecia, & proijciantur poſt tergum. Atabari. Si cicera infundantur per noctẽ in aceto, poſtea comedantur in ieiunio, & ieiunet qui comederit vſq; ad meridiem, interficient lumbricos, & dixit quod cicera laxant ventrem, & prouocant vrinam, & conferunt dolori lumborum, & ſtupori, & quando fit emplaſtrum cum eis, cõferunt cãcro, & quando comeduntur infuſa in aqua cruda, facilitant rectionem multam. Meſarugiæ. Nutriunt pulmonem plus omni re, & ideo quando habet vlcera inteſtinorum, coquatur farina eius cum lacte, & bibatur.

Dę cicere, li. 2. ca. 96.

DE FASOLIS. LXXXI

LVbia, id eſt faſeoli, Dioſcorides. Habent folia ſimilia plantæ, quæ dicitur cuſſus, niſi quia ſunt maiora, et ramuli eius ſunt ſubtiliores, ſimiles foliis adhærentes herbis quibus approximantur, & elongãtur multum, donec ſit vmbraculum ſub eis, & habent vaginas ſimiles vaginis fœnugræci, niſi quia ſunt longiores eis, & pinguiores, & interius videntur quaſi vacuæ diuerſi coloris, quia quædam trahunt ad albedinem, & quædam ad ruborem, & comeditur huiſmodi fructus elixus, ſicut comeduntur ſparagi, & prouocant vrinam, & faciunt ſomnia mala. Adama ſcus. Eſt calidus & humidus ſ primo gradu, generat multũ ventoſitatẽ, & prouocat mẽſtrua. Armaſios.

De Smilace hortenſi li. 2. c. 199

Inflat. Aben meſuai. Faſeoli ſunt calidi & humidi in primo gradu, & ſignum ſuę humiditatis eſt, quia inflant cito, & generant humores phlegmaticos groſſos, & ſunt mali ſtomacho, & rubei ſunt groſſiores, & quando ſumuntur cum finapi, & comeditur finapis, prohibet malitiam eorum, & albi quidem habẽt multam humiditatẽ, & ſunt graues digeſtioni, & iuuat digeſtionem eorum comedere eos calidos cum almuri & oleo & cimino, & nõ comedatur cortex eorum exterior, ſed recentes ex eis debẽt comedi cum ſale & pipere & origano, ad adiuuandum ſuper eorum digeſtionem, & bibatur poſt eos vinum purum, groſſum, & pparati cum aceto habent paucum odorem, & ſunt difficilis digeſtionis propter ſiccitatẽ aceti, & de proprietate eorum eſt prouocare vrinam & menſtrua, & maxime qui ſunt rubei ex eis, & ipſi ſunt boni pectori, & pulmoni, & faciunt ſomnia mala.

DE AMIGDALIS. LXXXII.

IAut, id eſt amigdala ſunt ex eis dulces & amaræ. Dulces. Galenus. Eſt in eis amaritudo pauca, ſed quia vincit in eis dulcedo, fit amaritudo earũ occulta quæ non apparet ſenſui, verum quando vetuſtæ ſunt, apparẽt manifeſte. Et virtus earum prima eſt temperata cũ caliditate. Dioſcorides. Arbor amigdalarum dulcium eſt debilioris operationis fatis, ꝙs arbor amararum, & amaræ ſunt fubtiliatiuæ prouocatiuæ vrinæ. Et quando amigdalæ comeduntur cũ cortice ſuo recentes, cõferunt humiditati ſtomachi. Archigenes & Scindaxar. Sunt calidę & humidę in primo gradu. Aben meſuai. Quando dulces comeduntur cũ cortice ſuo, ſtringunt gingiuas, & ſedant quod accidit in ore propter ſuam ponticitatem & acetoſitatem, & quando comeduntur cũ zuccharo, deſcẽdunt cito a ſtomacho, & quando ſiccæ torrefiunt, ſunt conuenientiores ſtomacho. Scindaxar. Auget ſperma, & ſimiliter faciunt nuces & auellanæ, & ſtici, & quã do comeduntur, conferunt doloribus oris. Albugrig. Gummi amigdalarum adminiſtratur ſicut gummi Arabicum & prunorum. Sed amaræ. Galenus. Subſtantia earum eſt ſubtilis. Et virtus earum prima ẽ calida. Et ſecunda eſt quod abſtergunt & aperiunt: Et tertia abſtergit lentigines, & iuuant ad excreãdos humores groſſos a pectore & pulmone, & aperiũt oppilationes quę ſunt in epate ex humoribus groſſis viſcoſis, & aperiunt apertione mirabili, & curant dolorẽ, ꝙ fit ſub coſtis & in ſplene & in renibus, & ſimiles eorũ, & totius arboris virtus eſt ſicut virtus iſta, & ideo recipitur de radice huius arboris, & coquitur, & ponitur ſuper lentigines, & auferteas. Dioſcorides. Amigdalæ amaræ radix quando coquitur & teritur bene, mundificat

De amigdalis li. 1. cap. 139.

mundificat maculas faciei, & similiter amygdalæ quã do fit emplastrum cum eis, faciunt idem, & quando fit cum eis nasale, prouocant menstrua, & misceŕur cum eis acetum & oleum rosarum, & fit emplastrum in frõte, & confert soda, & quando misceŕur cum vino, conferunt fyræ, & misceentur cum melle, & conferunt vlceribus fraudulẽtis, & formicę, & morsui canis, & qñ comedunt, sedant dolores, & molliunt ventrem, & prouocant somnum & vrinam, & administrantur cũ ami lo & menta, & conferunt habenti dolorem renum & apostemati pulmonis, Et quando administrãtur cum rob, curant strangu riam, & frangunt lapidem, & quãdo comeditur de eis quantum est nux vna cum melle & lacte, cõferunt dolori hepatis & tussi, & inflatiõi in testinorũ, & maxime intestini nominati colon, & qñ comeduntur 5. amygdalæ in ieiunio, prohibent ebrietatem. Et quando vulpes comedunt amigdalam amaram cum aliquo cibo, moriuntur. Gummi vero arboris amygdalarum est stipticum & calidum, & quando bibitur, confert sputo sanguinis, & quando misceŕur cum aceto, & linitur, inde impetigo quę est in cute curat eam, & quando bibitur cum vino mixto aqua, cõfert tussi antiquæ, & quando bibitur cum rob, cõfert habẽti lapidem. Et oleum amygdalarum amararum confert doloribus matricis, & suffocationi eius, & soda, & pulsationi aurium, & tinnitui earum, & sibilo, & stranguriç, & confert ægritudinibus renum & lapidi, & apostematibus splenis, & aufert maculas faciei, & lentigines, quando misceŕur cum melle, & liquitricia, & cæra soluta cum oleo de alcanna, aut cum oleo rosaceo, & confert obscuritati visus, & mũdificat fures capitis. Abẽ mesuai. Amygdalæ amaræ sunt calidæ & siccæ in secundo gradu.

DE LINGVA BOVIS. LXXXIII.

Lisen althaur, id est lingua bouis. Dioscorides. Est planta quæ assimilatur herbæ quæ dicitur caromas, & habet folia versus terram aspera, nigra nigri ora quam caromas album, & assimilatur in figura suæ linguę bouis. Galenus. Virtus eius prima calefactit & humectat. Et secunda confert tussẽtibus ex asperitate cannæ pulmonis. Et tertia lætificat cor, quando ipsa coquitur cum mellicrato, aut proijcitur in vino, est inducens lætitiam. Dioscorides. Putãt aliqui quod si proijcitur in vino, quod facit letitiam.

De Bugloso fiue lin, gua bubis, Ia, lib. 4, ca, 84 2.

Alchanzi. Est frigida, & quando folium eius comburitur, confert fluxibilitati dentium & gingiuarum, & ad alcola, & proprie quæ accidit in ore puerorum, & omnibus caliditatibus quæ fiunt in ore. Abẽ mesuai. Proprietas eius est purgare choleram, & conferre cardiacæ quæ fit ab ea, & quando aliquis vult eam fumere, fumat cum bolo armeno, & dosis eius est ȝ.3. iij. vsq; ad. v. cum zuccaro & cum. 5. i. boli armeni.

DE MVSA. LXXXIIII.

MAum, id est musa. Aben mesuai. Est calidum in medio primi gradus, humidum in fine eius, & nutrit parum, & proprietas eius est conferre ardori, qui est in pectore, & pulmone, & vesica, & mollit ventrem, & qui vtitur eo multum, facit grauedinem in stomacho, & oppilationem in hepate, & oportet quod ille qui vtitur eo multum, si complexio sit frigida, vt bibat post ipsum mellicratũ, aut oximel, aut zinziber conditum. Sindaxar. Auger fœtum in ventre matricis. Alchalehemen. Est Medicina bona pectori & renibus, & prouocat vrinã. Liber de Medicina antiqua. Excitat libidinem, & est graue stomacho.

DE MOLOCHIA ET EST atriplex marinum. LXXXV.

MOlochia. Albatarich. Nominatur atriplex marinum, & venditur in Babylonia in fasciculis, & clamant portantes eam, vendo molochia, molochia. Dioscorides. Quę ex hac planta nascitur in campis, assimilatur armis, id est saufegi, nisi quia habet plures spinas, et folia ei⁹ sunt similia foliis oliuarum, nisi quia sunt latiora, & nascitur in ripa maris. Galenus. Sapor eius est amarus, salsus cum pauca stipticitate, & ex hoc patet quod partes eius sunt dissimiles. Et substantia eius est calida temperate, cum pauca humiditate indigesta, habet inflammatiõem paucam, & generat in vtente ea sperma, & fummitates eius comedunturr recẽtes, & conficiuntur, & reseruantur. Dioscorides. Coquitur folium eius & comeditur, et quãdo bibuntur de radice eius. 5. ij. cum mellicrato, confert conquassatiõi neruorum, & sedat dolores, & prouocat lac etiam.

DE SISAMO. LXXXVI.

SEmsem, id est sisamus. Galenus. Est in eo substantia vnctuosa, quantitas non pauca. Et virtus eius prima calefacit calefactione temperata. Et secunda eius virtus mollificat, & hæc eadem virtus reperitur in oleo eius similiter & aqua, in qua decoquitur sisamus, habet eandem virtutem. Dioscorides. Est malus stomacho, facit fumositates ori, quando comeditur, & remanent superfluitates eius inter dentes, quando fit emplastrum cum eo, mollit durities neruorum, & curat conquassationes aurium, & apostemata calida, quæ sunt in eis, & conferunt combustionibus ignis & dolori coliceæ, & morsui animalis quod dicitur caratos, & quando misceŕur cum oleo rosaceo, sedat dolorem capitis, qui fit a calore solis. Et plãta sisami qñ coquitur cum vino, facit hãc eãdẽ operationẽ, & confert proprie apostemati oculi, & pulsatiõi eius, & exprimitur ab eo oleum quo vtuntur Babylonici. de sesama li, 1, ca, 91.

Aben mesuai. Oleum sisaminum est malũ stomacho, & destruit eum, & iuuamentum eius est illis qui habent melancholiam & scissuras in extremitatibus, nam hi iuuantur multum ex cibo eius, quoniã ipsum extendit rugas cutis, & mollit eam, & consolidat scissuras quæ fiunt propter deficcationem, quæ fit a melã cholia, & dicunt quod sisamus est calidus in secundo gradu, humidus in primo, & prouocat vomitus, & qñ torrefit, rectificatur & melioratur. Rasis in capitulo de sisamo in azaraui. Arsimon est species sisami, nisi quia est debilioris saporis & debilioris nutrimenti, & melius in omnibus suis proprietatibus, & ista duo semina sunt calida, & ideo faciunt sitim.

DE IVIVBIS. LXXXVII.

HVnẽ, id est iuiubæ, & sunt sufaizef. Galenus in libro de dieta. Nutrimentum eius est paucũ, & digestio eius dura, & generat phlegma. Isaac eben amram. Est calida & humida in primo gradu, & caliditas ẽ amplior in ea qñ humiditas, & qñ bibitur decoctio eius, confert caliditati quæ est in sanguine, & confert tussi ex caliditate, & confert dolori vesicæ, & renum, & pectoris ex caliditate. Aben mesuai. Est calida in principio, & proprietas eius extinguit acuitatem sanguinis cholerici, & confert pectori & pulmoni, & est mala stomacho. Atabari & Isaac eben amram, & mesuai similiter dicunt.

DE HVMIDA. LXXXVIII.

KOd hab, id est humida. Abo hanifa. Humida nominatur proprie kod hab, dum est recens & alfalsala, dum est humida. Et quando est sicca, dicitur aket, & est nomẽ Perficum. Dioscorides. In principio quando oritur est similis andachochæ, quæ nascitur in pratis, sed quando est completa, habet folia subtiliora qñ folia ipsius, & habet ramos similes ramis andachochę, & sunt ei semina in magnitudine lentis, & sunt in ea tris grana aut quatuor tortuosa sicut cornua, quando deficcantur administratur cum alijs de medica li, 1, c, 148

De Aphx cap. 3. ca. 142.

aliis rebus, et præparatur cum sale, et administrat hæc herba dando in cibo animalibus loco herbæ quæ dicitur agrafitas, et est de ea species quę dicitur apaki, et est species humidæ siluestris, et est albikia, et herba est quæ nascitur in locis cultis in radice herbę haucer, to lia eius sunt subtilia, et vagina fructus eius ē maior q̄ vagina lentis, et sunt ei ea tria grana aut quatuor nigra, minora lente. Galenus. Sapor grani huius est stipticus fecit sapor lentis. Et virtus eius est calida caliditate temperata: & exiccatio eius est amplior exiccatione lentis, et comeditur sicut lens, et est durioris digestionis q̄ lens. Dioscorides. Alkugab, quando fit emplastrum cum ea recenti humida, iuuat mębris, sedando dolores ipsorum. Sed a faki est granum stipti cum, et ideo quando torrefit, et mollitur, et coquitur sicut lens, confert ad prohibendum cursum humorū ad stomachum et intestina. Ifaac eben amram. Fasi fasa nascitur super aquas, et non ficcat æstate nec hyemę, et ideo nominatur humida, et ē alket, et quod de ea administratur, est semen eius, et folium, et est calida et humida, et est in ea inflatio, et ideo auget sperma, et incitat coitum, et auget iuuamento Medicinarum q̄ faciunt ad hæc, et semē eius ingreditur in pluribus ex confectionibus fortibus, et quādo fit emplastrum ex foliis eius, confert membris quæ indigent sedatione doloris eorum, et est conueniens cibo animalium.

DE SCECACHVL ET IRINgis. LXXXIX.

SCecachul nominatur licinium, & folium eius est simile folio iulben, & est herba quæ habet venas in grossitudine pollicis, & indicis longas, & sunt contextæ prope terram radices eius sicut scel, & sunt in eis nodi, & nascuntur in vnoquoq; nodo folia simi lia foliis basai, & est aliulben maius, & in summitate eius nascuntur flores in Vere, et in principijs mensiū, quorum color est sicut color florum violarum, nisi qa sunt maiores eis, & quando cadit flos, habet semen nigrum in quātitate ciceris, plenum humiditate, nigrū, dulcis saporis: & dicunt, quod est granum culcul, ita ē sapor venæ eius etiam, & herba eius inuenitur in locis vmbrosis, & iuxta radices arborum magnarum, & in locis humectis, & tempus suæ collectionis est in tēpore messis. Et virtus eius prima est calida & humida in gradu primo, & humiditas eius est amplior caliditate ipsius, & mouet coitum, & auget in spermate, & in erectione, & proprie quando cōficitur cum melle.

De satyrio lib. 1. ca. 132.

DE TESTICVLIS VVLPIS. XC.

GHasi alchaleb, id est, testiculus vulpis, & nomi natur tararich. Dioscorides. Nominatur in Græco trifolium, quia plurimū quod de eo nascitur, est habens tria folia declinantia versus terram, & assimilatur in declinatiōe sua foliis acetosæ, aut foliis lilij, nisi quia sunt minora eis, & in colore suo est rubedo declinans rubori sanguinis, & habet stipitem subtilem longitudine vnius brachij, & habet florem similē flori lilij albi, & radix eius assimilatur cepe bulbi in magnitudine mali, exterius rubea, interius alba sicut ouum, & quod de ipso administratur, est radix eius. Galenus. Est dulcis. Et virtus eius prima calefacit et humectat, nisi quia in humiditate eius est inflatio superflua. Et tertia incitat libidinem, & curat spasmum, qui contrahit ad posteriora, quando bibitur cum vino. Dioscorides. Dicitur q̄ quando bibitur cum vino stiptico nigro, cōfert paralisi, quæ facit caput declinare ad posteriora, & incitat coitum. Et alia species huius nominatur atralis can tatarich, & habet semen simile semini lini, nisi qa est maius eo, & est fulgidum, leue, durum. Archigenes, Dicitur de ea, quod mouet coitum sicut stinc⁹, & cortex radicis eius est rubeus subtilis, & interius est alba, boni odoris, dulcis, nascitur in locis altis separatis a sole. Aben mesuai. Dicitur, q̄ si homo tenet ea in manu, incitat libidinē, & si bibitur, incitat plus.

Lib. 3. cap. 122.

DE TESTICVLO CANIS. XCI.

De testiculo lib. 3. cap. 122.

GHasi alkeb, id est testiculō canis. Dioscorides. Sunt qui nominēt eam cinos farcos, & habet folia extensa super terram, & prope, ipsam, & ortus eius est ex radice vnius stipitis, & folia eius sunt similia foliis oliuæ, nisi quia sunt subtiliora eis, & longiora super terram extensa, & hasta eius est in longitudine fere vnius palmi vel duorū, & flos eius habet florem coloris purpurei, radix eius est similis radici bulbi, nisi quia est tendens ad longitudinem & subtilitatem, & est duplex, sicut duæ oliuę in figura sua, vna superius, & altera inferius, & vna plena, & alia vacua rugosa, & comeditur radix ipsa elixa sicut bulbus. Galenus. Radix huius est duplex, similis radici bulbi, et sapor illius radicis quæ est plena, est dulcis, multæ humiditatis, & superfluitatis inflatiuæ, quæ quando bibitur incitat libidinem. Sed alia radix quæ est melior ista, habet complexionem quæ declinat ad caliditatē & siccitatem, & est in ea humiditas digesta digestione completa & ideo contingit, q̄ cum hoc quod non incitat coitum, facit cōtrarium, & abscindit eum. & istę ambæ radices comeduntur assatæ, sicut comeditur radix bulbi. Dioscorides. Dicitur de radice, quod si vir comederit partem eius maiorē, generabit masculos, & si fœmina comederit minorem, generabit fœminas. Et dicitur quod mulieres partium Iraliæ dant eam humidam cum lacte caprarum, ad excitandum libidinem, & datur in potu ficca ad prohibendum libidinem, & quælibet earum habet operationem cōtrariam alterius quando bibitur, & nascitur hæc herba in locis petrosis & arenosis. Archis. Alij sunt qui nominant eam sadachia propter sutum iuuamentum magnum, & est herba habens folia similia foliis porrorum, nisi quia sunt latiora eis, & est in ea humiditas quæ adhæret manui, & habet hastam longitudine circa palmi vnius quantitatem, & habet florem purpureum, & radicem similem testiculis. Galenus. In sapore huius radicis ē stipticitas, & virtus eius est siccior virtute radicis quę dicta est prius, & propter hoc non ita confert in coitu sicut prædicta, & fi deficcatur, est adhuc siccior. Et virtus eius secunda est, quæ resoluit apostemata inflata, quando ponitur super eam, & mūdificat exituras sordidas, & curat erisipilam. Et quando est ficca, curat apostemata fraudulenta putrida, & quia in ipsa est stipticitas, retinet ventrem quando bibitur. Dioscorides. Quādo fit emplastrum cum ea testiculis, resoluit apostemata phlegmatica eorum, & mundificat vlcera, & prohibet formicam, & aperit emorrhoidas, & quando fit emplastrum cum ea, sedat apostemata calida, & si administratur ficca, prohibet dilatationem vlcerum, & abscindit putredinem eorum, & curat vlcera fraudulenta quæ sunt in ore, & quando bibitur, stringit ventrem, & dicitur de ista radice idem, quod dicitur de supradicta.

DE MEDICINIS FRIGIDIS & siccis primi gradus.

DE MYRTO ET MANDIBADON. XCII.

De myrto lib. 1. ca. 138.

AEs domestica, id est myrt⁹. Dioscorides. Est de ea fortis viriditatis declinans nigredini, & de ea quæ declinat ad albedinem, & ea quæ declinat ad nigredinem, confert magis in Medicina, & similiter grana eius, & proprie quę ex ea est montana. Galenus. Substantia eius est composita ex virtutibus contrarijs, & id quod vincit plus in ea, est subsistan tia terrea, frigida, & est cum hoc in ea res calida subtilis

lis, ſapor eius eſt ſtipticus, & nabach eſt magis ſtipticum, q̃ folia mirti, & q̃ ſummitates, & q̃ fructus, & q̃ ſuccus eius. Et virtus eius prima, volo dicere, oſum partium eius, eſt plus deficcatiua quam nabach, & folia ficca ſunt plus in hoc q̃ humida, quia in humidis admiſcetur aliquid aquoſitatis. Et virtus eius ſecũda, eſt virtus retentiua, prohibitiua quando ponitur extra eius, & quando exhibetur interius, quia non eſt in ea aliquid ex virtute laxatiua, neq; de virtute lauatiua, et rob eius exprimitur a foliis & a granis eius. Dioſcorides. Virtus myrtillorum & arboris eius eſt ſtiptica, & comeditur fructus eius humidus & ſiccus in ſputo ſanguinis, a pectore & pulmone, & in ardore veſicæ. Et fructus ſuccus humidi facit operatiõem ipſius fructus, & eſt bonus ſtomacho, & prouocat vrinam, & quando miſcetur cum vino, cõfert morſui rutelæ, & ſcorpionis, & decoctio fructus eius nigrificat capillos, & quando fit emplaſtrum cum eo poſt decoctionem eius cum vino, curat vlcera quę ſunt in palmis et in pedibus, & quando fit emplaſtrum cum eis & farina ſubtili, ſedat apoſtemata calida oculorum, & rob qui fit ex granis myrti, quando teruntur, & exprimit ſuccus, & coquitur (nam ſi non fieret hoc, fieret acris) & quãdo bibitur ante potationẽ vini, prohibet ebrietatem, & rob quidem iſtud confert ad omnia, ad quæ confert fructus ipſe; & quando in decoctione eius fit feſſio, cõfert exitui matricis, & inteſtini inferioris, & fluxui menſtruorum, & humiditatibus antiquis a matrice manantibus, & abſtergit furfures capitis & vlcera humida eius, & retinet fluxum capillorum, et admiſcetur in vnguentis, quæ iuuant ad hæc. Et decoctio foliorum eius conuenit in ſeſſionibus mulierum ſimiliter, & confert relaxationi iunctarum, & quando ipſa proijcitur ſuper oſſa fracta, quæ nondum ſunt cõſolidata, accelerare facit eorum conſolidationem, & ſi diſtillatur in aurẽ aqua, emanat ſanies, & virus confert, & denigrat capillos, & ſuccus foliorum eius facit hoc etiam, & folia eius quãdo teruntur, proijcitur deſuper ea aqua, & parumper olei omphacini, aut roſacei, & vini, & fit inde emplaſtrum, cõfert vlceribus humidis, & membris, ad quæ fluunt humores, & cõfert fluxui antiquo, & formicæ, & eriſipilæ, & apoſtematibus teſti culorum, & fiſtulis eorum, & quando teruntur ficca, ponuntur ſuper panariciũ, iuuant, & ponũtur ſub aſſellis, & inguinibus, & aufert fetorem earũ, & abſcindit ſudorem eius, qui habet cardiacã diaphoreticam, & confortat ipſum, & miſcentur cum mum, aut cum oleo, & curant combuſtionem ignis & panariciũ, & exprimitur ſuccus ipſorum foliorum proijciẽdo ſuper ipſa vinum vetus, aut aquam pluuialem, & poſtea exprimũtur, & oportet quod fiat iſte ſuccus dum ſunt recentia, quia poſtquam deſiccantur, debilitatur virtus eorum. Sed mantidabon eſt res quę na ſcitur in ſtipite arboris myrti, & eſt res dentata, cuius color eſt ſicut color ipſius myrti, vel iuxta ipſum, & aſſimilatur plantæ manus, & ſtipticitas eius eſt maior ſtipticitate myrti, & extrahitur ſuccus ab ea, poſtquã teritur, & miſcetur ei vinum ponticum, & fiũt inde troſcei, qui deficcantur in vmbra, & iſti troſcei ſunt fortioris operationis, q̃ folia myrti, & q̃ fructus eius, & quando oportet fieri admixtio myrti in cerotis in neceſſitate operis ad ſtipticandum, debent admiſceri iſti troſcei, & ſimiliter quãdo oportet fieri naſalia, & emplaſtra, & aquæ adſeſſiones, oportet admiſceri de iſtis troſceis. Aben meſuai. Succus myrti cõfert doloribus pectoris, & pulmonis, & cõfert tuſſi, & ſtringit fluxum ventris cholericum, & fortificat ſtomachum, & eſt bonus vlceribus membrorum interiorum, fortificat viſcera, & retinet ſinxum menſtruorũ ſuperfluũ, & grana eius conferunt ſputo ſanguinis a pectore, & pulmone, & conferunt ſtomacho ſua ponticitate, & conferũt fluxui cholerico, & tuſſi, & myrtus quidem non confert iſtis duabus egritudinibus contrariis, niſi propter aggregationem ponticitatis, & dulcedinis quæ ſunt in ea.

L.II.c.128

Dioſco. de Myrto lib. cap. 122.

DE VSNEE. XCIII.

De muſco lib.1.c.270.

Axneeh, id eſt, muſcus quercinus, & dicitur canianus. Dioſcorides. Eſt res quæ reperitur naſcens ſuper arborem ſcerbin, & nucis, & glãdium, & melius ex eo eſt, quod reperitur ſup ſcerbin montanam, & poſt illud quod reperitur ſuper arborẽ nucis, & melius horum eſt, quod eſt magis odoriferũ, & albioris coloris, & peius ex eo eſt id, quod eſt ad nigredinem declinat. Galenus. Sapor eius eſt ſtipticus temperate. Et virtus eius prima non eſt frigida frigidi tate forti, ſed prope tepiditatem. Et ſecunda reſoluit, & mollificat, & proprie id quod reperitur ſuper arborem ſcerbin. Dioſcorides. Confert doloribus matricis quando coquitur, & ſedẽt mulieres in decoctione eius, & confert multum quando admiſcetur in ſumigationibus & vnguentis, quæ fiunt ad reſoluendã laſſitudinem, & ingrediantur in confectione olei de ben, & in aliis vnguentis, propter ſtipticitatem quæ ẽ in eo. Chozi dixit. Quando infunditur in vino die bus aliquot, illud vinum facit dormire dormitiõe forti, & quando infunditur in vino ſtiptico, confert ſtomacho, & curat excuſſionem vẽtris, & aromatizat ſtomachum, & abſcindit vomitum.

DE ACACIA. XCIIII.

De acatia, lib.1.c.115

Achie, id eſt acacia, ſpina Babylonica. Eſt arbor gummi Arabici. Dioſcorides. Naſcitur in Babylonia, & eſt ſpina q̃ eſt in magnitudine ſua ſicut arbor, & rami & ſummitates eius non ſunt recti, & flos eius eſt albus, & fructus eius eſt ſicut lupinus albus, & eſt in vaginis, & ex eo fit ſuccus, & exiccatur in vmbra, & quando fructus eius eſt maturus, & color ſucci eius eſt niger. Sed quando eſt immaturus, eſt color ſucci eius ſmaragdin⁹, & melior ex eo eſt ille qui habet hunc colorem, & accidit quando miſcetur cum aliis Medicinis, quod meliorat odorẽ earum, & quidam addunt folia ipſius arboris cum fructu, & exprimunt ſuccum, & gummi Arabi cũ eſt gũmi iſtius arboris. Galenus. Sapor huius arboris eſt ſtipticus multum, & ſimiliter eſt ſuccus eius, & ſubſtãtia ſucci eius eſt terrea, & admiſcetur ei aliquid de ſubſtãtia aquoſa, & eſt in ea pars ſubtilis calida. Et virtus eius prima eſt frigida, & ſicca in primo gradu, & quando abluitur, eſt frigida in ſecũdo gradu, & ſicca in tertio. Dioſcorides. Virtus acaciæ eſt frigida et ſtipti ca. Et ſuccus acaciæ eſt multum iuuatiuus, quãdo miſceturin Medicinis oculi, et confert eriſipilæ et formicæ, et ſciſſuris quę fiunt a frigore, et panaricio, et vlceribus oris, et eminentiæ oculi, et abſcindit humidi tates antiquas, quæ fluunt a matrice, et reducit anum et matricem quando egrediuntur, et quando bibitur, et fit cliſtere cum ea, ſtringit vẽtrem, et denigrat capillos, et iam abluitur acacia, et miſcet in Medicinis oculorum, nam teritur et miſcetur cum aqua, et proijcit quod natat ex aqua deſuper, et fit hoc toties, donec aq̃ ſupernatat pura, et fiunt inde troſci, et comburitur acacia in olla terrea, et ponitur in furno, et dimittitur donec coquũtur vaſa, et aſſatur ſuper prunas, et aqua vbi coquitur acacia, quando proijcitur ſuper ſuncturas relaxatas, reſtringit eas. Hunaim, in libro de tyriaca. In acacia termin⁹ eius eſt, q̃ eſt fortiſſime ſtiptica.

L.II.c.115

DE EMBLICIS ET BELLIRICIS. CXV.

Emleg, id eſt bellileg, id eſt emblici et bellirici. Amen meſuai. Emblici et bellirici ſunt frigidi & ſicci & ſtiptici in fine tertij gradus, et extinguunt

gunnt acuitatem sanguinis, & caliditatem cholerę, auferunt sitim sua frigiditate, præparant stomachum, prouocant appetitum, stringunt ventrem propter eorum stipticitatem, & emblici habet proprietatem denis grandi capillos, & prohibent casum ipsorum, & fortificant anum, & confe:unt hemorrhoidibus. & ipsi intumefcunt in aqua, & conditi ex eis faciunt operationem mirobalanorum conditorum, nisi quia ipsi sunt debiliores eis, & in belliricis est, proprietas maior in acu mine eis in emblicis. Bedigoras. Emblicorum proprietas est, quod fortificant stomachum, & prohibet corruptionem ab eo. Iudæus. Emblici præparant stomachum, & corroborant appetitum cibi, & incitat coitum, & abscindunt sputum & vomitum, & sedant sitim. Alfetisi. Emblici abscindunt sitim & augent fortitudinem in visceribus, & acuitatem, & subtilitatem in operationibus sensus. Xarcha Indus. Calefaciunt, & sunt domini Medicinarum. Habix. Bel lirici sunt in operatione sua, propinqui mirobalanis citrinis, & emblici sunt in operatione propinqui mirobalanis kebulis in Medicinis, & quando adunant omnes tres species mirobalanorum cum emblicis & belliricis, & misceatur cum eis modicum olei amigdalarum dulcium, & conficiuntur cum melle, conferūt iuuamento manifesto ægritudinibus, melancholię et phlegmatis, & clarificant colorem, tingūt capillos in nigrum colorem, qui parati sunt fieri cani. Et ideo nominat quidam Medici emblicos fyremblicos, & hoc ideo, quod quando infunduntur in lacte, in terra in qua nascuntur, nominantur firemblici, & ipsi ponuntur in lacte sicut dixi, vt egrediatur ab eis aliqua stipticitas, quæ est in eis, sicut diximus, quod efsula infunditur in lacte etiam, vt ab ea egrediatur aliqua stipticitas quæ est in ea.

DE ASTARATICON, ET EST centum capita, & iringi. XCVI.

De affero A tico seu linguinali, lib. 4. cap. 105, Astaraticon, Iisud est centum capita, est cœlestis coloris. Dioscorides. Sunt homines qui nominant ipsum bionion, & est herba habens stipitem durum, asperum, & in summitatibus eius est flos glaucus, similis flori camomillæ, & aliquis ex floribus habet colorem purpureum, habet folia scissa, & capitella similia stellis. Sed folia quæ sunt in ramis, tē dunt ad longitudinem, & habent velut pilos. Galenus. Traxit ab eo nomen quod curat apostemata, qñ fit emplastrum eis de foris cum ea, aut suspenditur super ipsa, Et virtus eius prima infrigidat & deficcat, nō fortiter, & maxime dum est recens. Et fecunda est virtus quæ resoluit & impellit, & ideo est cōposita ex virtutibus contrarijs, sicut rosa, nisi quia nō habet stipticitatem. Dioscorides. Folia huius plantæ conferūt inflammationi stomachi, & apostematibus oculi, & apostematibus alijs calidis, & eminentiæ oculi, & discunt quidam, quod flos huius herbæ, scilicet cuius color est purpureus, quando bibitur cum aqua, confert squinantiæ & epilepsiæ, quę accidit infantibus, & qñ fit emplastrum cum ea humida, confert apostematib⁹ calidis lumborum, & dicunt quidam, quod si ille qui habet apostema in lumbis suis, acceperit florem eius siccum cū manu sua sinistra, & posuerit super apostema, sedat pulsationem eius, si Deo placuerit.

Lib. 4. ca. 105.

DE IRINGI.

De Eryngio, lib. 3. cap. 21. Sed centum capita, alba est species spinæ, & sumi tur folium eius sale cōditum, in principio fui augmēti, & folia eius sunt lata, aspera, in summitate aromatica, quando gustantur, & quando creuerint, fiunt ramuli rubei & multi, & in summitatibus eius sunt capita rotunda ficut stellę, & in circuitu eorum sunt spinæ, & stipes eius durus, & color capitellorum eius est similis colori oleandri, aur albus, & fortassis aliquando sicut color iacinthi, & habet radices lōgas, & latas, nigras de foris, & interius albas, & in grossitudine pollicis, boni odoris, nascitur in locis petrosis, & asperis.

Galenus. Virtus eius est composita, quia refrigerat & resoluit resolutione pauca. Dioscorides. Habet virtutem calefactoriam, volo dicere radix eius, & qñ bibitur, prouocat menstrua & urinam, & dissoluit tot fiones & inflationes stomachi. Et quando bibitur cū vino, cōfert dolori hepatis, & morsibus venenatis, & animalium interficientium, & bibitur de ea pōdus. 3. j. ad plus, quod potetur cum semine baucię & papaue re, & putauerunt quidam, quod quando suspenditur super apostemata exteriora, aut fit eis emplastrum, cū ea resoluit ea. Li. 3. c. 2.

DE FABA. XCVII.

De faba li. 2. ca. 97. Achille, id est faba. Galenus. Sapor corticis eius est stipticus. Et virtus fabæ, fm medicinā, infrigidat temperate, & deficcat deficcatione fi ne nocumento. Et virtus secunda absteregit. Sed corticis virtus est stiptica, non habens virtutem absteregendi. Et virtus tertia confert fluxui ventris, & ulceribus intestinorum, & vomitui, quādo cogitur cortex eius, & comeditur, & subsistantia eius alia adiutat ad expuēdas humiditates quæ sunt in pectore & pulmone, & quādo coquitur cum aqua, & misceatur cum axungia porcina, confert podagræ, & quando coquitur cum aceto & melle, & ponitur sup vlcera quæ sunt in neruis, confert, & quando accipitur emplastrum cum farina, cum fauich hordei, confert membri habentibus apostemata propter percussionem, & est emplastrum iuuatium, habentibus apostema calidum in intestinis, aut in mammillis, & hoc ideo, quia ista membra quiescunt propter res frigidas tēperatas, quando ipsa sunt apostemata, & prœcipue quando apostema quod est in mammillis, est ex lacte caseato in eis, quoniam abscindit lac, & fiat emplastrum super pectinem pube scentium cum farina fabarum, & prohibet ab eis longo tempore ortum pilorum in eo, & secūdum cibum est magis inflatiua qñ aliquis alius cib⁹, & tardioris digestionis. Dioscorides. Generat ventositates & inflammationes, & est tarde digestionis, & generantur ex ea humores mali, & est bona rusti, & facit augmentum in carne, Et quādo coquitur cum aceto & aqua, & comeditur cum cortice suo, abscindit fluxum qui fit ab vlceribus intestinorum & fluxum antiquum, q nō est ab vlceribus intestinorū & vomitum, & quādo fabę ebullierint vna ebullitiōe, & proijcitur aqua illa, & apponitur alia aqua, & coquuntur, funt minoris in flationis, & fabæ recētes sunt deteriores stomacho qñ siccæ, & plus phlegmaticæ, & quando ex farina fabarum sola fit emplastrum, aut cum fauich, fedat apostemata calida, quando accidunt a percussione, & cōfert apostematibus mammillarum, quæ fiunt a conglutinatione lactis, & abscindunt multitudinem lactis, & quando misceatur cum farina fœnugræci, & melle, resoluit clauos & apostemata quæ fiunt in radice auris, & liuorem qui fit sub oculis, & nominatur in Græco ochochia, & quando misceatur cum rosis & albugine oui, confert eminentiæ pupillæ, & eminētiæ oculi submiliter, & quando conficitur cum vino, confert dilarationi pupillæ, quæ dicitur fancalites, & apostematibus oculi, & excoriantur, & masticantur, & ponūtur super frontem, & abscindunt cursum humorū ad oculum. Et quando coquuntur cum vino, curant apostemata testiculorum. Et fit emplastrum cū eis super pectinem puberum, & tardat ab eis pollutionem, & abstergunt bocha, id est maculas albas, & quando fit em plastrum cum corticibus super locū vnde euulsi sunt pili, orientur ibi pili subtiles, & debiles, & quādo admiscetur cum farina fabarum, alumen iameni, & oleū vetus, &

vetus,& fit emplastrum cum eis, resoluit scrophulas, & decoctio fabarum tingit lanam. Et quando frangistur faba,& diuiditur in duas partes, & ponitur in loco vnde ablata est sanguisuga, abscindit fluxum sanguinis a loco. Barbos in libro suo de agricultura.) Faba inducit cogitationes & sollicitudines, & prohibet veras visiones somniorum, quia generat ventositatem multam , & si comedant gallinæ fabas, abscindunt ab eis generationem ouorum. Costes, Qui comedit fabas, incurrit timores & cogitationes.

DE GLANDE ET CASTANea. XCVIII.

KVllot, & castal, id est glans, & castanea. Galenus.) Sapor omnium partium huius arboris est stypticus,& maxime corticis medi inter exterio rem corticem & lignum,& similiter pellicula quæ est inter fructum & corticem sum, & nominatur geitalbulot. Et fructus quidem virtus prima est, quæ infrigidat infrigidatione pauca, & possibile est , quod fit in hoc fructu medicinæ tepidæ primi gradus, & deficcat. Et virtus secunda incarnat. Et tertia curat nimium fluxum sanguinis menstruorum,& sputum sanguinis,& confert ulceribus intestinorum, & fluxui ventris, qñ coquitur cortex interior cum cortice fructus, et folium eius conglutinat plagas recentes , quando apponitur, & maxime folia duarū specierum glandium,quia sunt magis stiptica,& ego quidem conglutinaui vulnus in quodam , quod factum fuit cum ense , cum folio glandis solo, posito triui ipsum & concribraui,& posui supra vulnus in circuitu eius. Et virtus fructus eius est similis huius virtuti, quando administratur in apostematibus calidis,in principio eorum , & in augmento.

De querc. li.1. ca. 121

Dioscorides.) Arbor glandium est totaliter stiptica,& id in quo e maior stypticitas, est pellicula, quę est inter corticem exteriorem & lignum,& similiter pellicula quæ est inter fructum & corticem. Datur ergo lignum ex decoctione eius, habetibus fluxum antiquū, & habentibus vlcera intestinorum , & sputum sanguinis,& fit cum eis nasale, mulieribus habetibus cursum humiditatum matricum , & glandes similiter faciunt hoc,& ipse quidem multiplicant vrinam,& inducunt dolorem capitis,& inflant ventrem , & conferunt speciebus venenosorum,& decoctio eius & corticis eius, quando bibitur cum lacte vaccino , confert medicinæ mortiferæ, quæ dicitur toxicum , & quando fit emplastrum cum glandibus,sedat apostemata calida,& quādo fit emplastrum cum eis, & axungia porcina salsa, confert apostematibus duris , & vlceribus fraudulentis. Et species quidem glandium quæ dicuntur carmas, est fortioris operationis ꝙ aliæ. Et arbor quæ dicitur chihaos,& arbor quę dicitur barbes, sunt species arborum glandium , & operatio earum est fere sicut operatio arboris glandium. Sed cortex eius radicis barbes, quando coquitur in aqua donec mollificetur,& ponitur super capillos,& dimittuntur tota nocte, postquā prius abiutum est caput cum chimolea , tingit capillos in nigrum colorem. Et folium speciei arboris glandium omnium, quando teritur, confert apostematibus phlegmaticis, & fortificat membra debilia. Sed illa quæ nominatur sadianalach,& quidam nominant eam castaneam , & est stebulot, est stiptica, similiter & operatio eius est similis operationi glandium,& maxi me cortex interior castanex,& est pellicula subtilis, quæ est media inter corticem grossum & fructum, & caro ipsa castanex confert illi qui bibit medicinam mortiferam, quæ dicitur apimazan.

DE BEDEGVARD, ID EST spina alba. XCIX.

De spina Alba li.3, cap.124

BEdeguard , id est spina alba. Dioscorides.) Nominatur achantis leuce,& est in Greco spina alba. Nascitur in montibus Zagial , & habet folia similia cameleonte albæ , nisi quia sunt strictiora & albiora , & super ea est simile borræ , & sunt spinosa,& habet stipitem longum duobus brachijs,in grossitudine digiti pollicis, vel plus:color eius est vergens ad albedinē,& super summitates eius sunt capitella spinosa similia ericio marino,nisi quia sunt minora & oblonga,& flos eius est coloris purpurei , & semen eius est simile grano cartami , nisi quia est rotundius eo. Galenus.) Radicis huius sapor est stypticus cum temperamento. Et virtus eius prima deficcat. Et secunda strīngit & confortat. Et tertia confert fluxui ventris & debilitati stomachi , & abscindit sputum sanguinis , & apponitur exterius sicut emplastrum , & destruit apostemata mollia , & quādo cum aqua eius fit oris collutio, confert dolori dentium. Sed seminis eius substātia est subtilis. Et virtus prima est calida. Et virtus eius secunda confert habentibus spasmum , quando bibitur. Dioscorides.) Quando bibitur, cōfert sputo sanguinis,& dolori stomachi,& fluxui antiquo,& prouocat vrinam,& delentur cum ea apostemata phlegmatica, & quando coquitur,& fit cum decoctione eius collutio oris, confert dolori dentiū,& quando bibitur semen, confert pueris habentibus spasmum,& illi qui est mor sus a cane rabido,& dicitur ꝙ quando susp enditur super aliquem , non timet animalia venenosa.

DE CORALLO. C.

De Coral lo lib. 1. cap. 86.

BAssad, id est mergen , id est Corallus. Et bassad quidem est illud quod est mergen. Nam mergen est radix ipsius arboris,& bassad est rami eius,& nascuntur ab ea sicut nascuntur rami arborum altarū terrestrium. Dioscorides. Fit nodosus ab aqua marina,& dicitur planta marina,nascitur in fundo maris, & quando exit a mari, & occurrit ei aer, restringit ipsum & indurat,& reperitur in aliquibus montibus, & melior ex eo est rubeus, qui assimilat asseregi,aut cinabrio bene colorato , cito fragilis , & in partibus suis æqualis , & in odore suo assimilatur odori lenticulæ marinæ,& in figura sua est similis arbori casiæ ligneę, habens multos ramos, qui vero de ipso est petrificatus, multum durus, non est bonus,sed est malus,& sunt ex eo species aliæ nigri coloris,habentes plures ramos ꝙs rubeus,& odor eius est fortior ꝙs illius,& rubei virtus est stiptica,frigida cum temperamento , aufert carnes superexcrescentes,& abstergit cicatrices ulcerum oculi,& implet foueas earum carne, & confert manifesto iuuamento spuentibus sanguinem & dysenteriæ , & quando bibitur cum aqua,resoluit tumorem splenis, & quando bibitur cum aqua pluuiali , confert dolori stomachi & ventris , & quādo bibitur cum cornu ceruino & aqua tepida , confert fluxui menstruorum. Et virtus nigri est eadem. Paulus.) Deficcat deficcationē forti,& stringit propter stypticitatem,& confert dysenteriæ & spuentibus sanguinem. Aben mesuai.) Abstergit visum,& est bonus lachrymis,quia deficcat eas deficcatione forti.

DE BVRDI CI.

De papiro li.1. ca. 98.

BVrdi. Dioscorides.) Burdi est notum, & ex eo fiunt chartæ, & vtuntur eo Medici ,quando volunt dilatare orificia fistularum, & quando volunt eo vti,infundunt eum primo in aqua , & postea ligant super eum linum & dimittunt donec deficecetur, & postea dissoluunt & ponunt in fistulis , quoniam quando manet intus , impletur humiditate,& tumescit & dilatat, & radix huius nutrit nutrimento pauco, exiccant eam Babylonici , & proijciunt substātiam eius,& vtuntur ea in partibus illis pro cannis. Et burdi quando comburitur quousq; conuertatur in cinerem,& administratur, prohibet dilatari ulcera magligna,quę fiunt in ore & alijs membris. Et kittas q deqt

combustum est fortiori operationis q̃ burdi, combustum etiam. Galenus.) Hæc herba non administratur in medicina sola, fucat est, sed postq̃ infunditur & comburitur, & hoc quando infunditur cum aceto & aqua, aut in vino solo, incarnat ulcera recentia, maxime quando apponitur circa vulnus ipsum, nisi quia secundum hunc modum est sicut materia vnius medicinarum quę sanant, & quando comburitur, conuertitur ad medicinam deiccatiuam sicut kirtas, & quando comburitur iterum burdi, & dis, id est iuncus q̃ cõburuntur, funt debilioris virtutis q̃ kirtas cõbusti.

DE IEVERS PANICVM. CII.

IEuers. Ifaac eben amram.) Est dora & ieuers, & est apud omnes Medicos species milij, & est paruũ granum fortiter stypticum puluerulenti coloris, & habent ipsum omnes sapientes pro milio ipso, nisi qa Abohanifa proprie dixit q̃ species milij sunt duę species, quoniam vnum est asperum, & aliud non asperũ, & dixit q̃ ieuers est Perficum, & milium est Arabicũ.

Galenus.) In substãtia eius est subtilitas pauca. Et virtus eius prima infrigidat in primo gradu, & desiccat, aut in principio secundi, aut in fine primi, & comedit ur & nutrit nutrimento pauco, minori scilicet, quã cæteræ oës species grani, & stringit ventrem, & quando apponitur extra positũ in faccellis, aut facto empla stro ex eo, confert iuuamentum magnũ, vbi conuenit fieri emplastrum deiccatiuum fine mordicatione, qñ fit emplastrum ex eo, deficcat, nisi quia frangitur, & cõ
De panico li. 2. ca. 90. muniter emplastrum quod fit ex eo, nec adhæret facile membro. Dioscorides.) Est minoris nutrimenti quã aliquod aliud granum ex quo fiat panis, & quãdo comeditur panis ex eo factus, stringit ventrem & prouocat vrinã, & qñ torrefit & fit calefactorius cum eo calido, cõfert doloribus pungitiuis & torsiõibus & alijs doloribus. Paulus.) Habet virtutẽ deficcatiuã, cum hoc quod est in eo de stypticitate, & ideo administrat in speciebus punctionum quæ fiunt in lateribus.

DE IVNCO. CIII.

De iunco li. 4. ca. 42. DIs, id est iuncus. Dioscorides.) Est herba cuius duæ sunt species, vna ipsarum habet acutas summitates, & ista species similiter diuiditur in duas, quia ex ea est quæ non habet fructum, & alia quæ habet fructum nigrũ & rotundũ, & canna huius speciei est grossior quã canna alterius, & est species tertia, quæ habet cannã grossiorẽ adhuc & magis carnosam quam supradictę q̃ duę species, & huius speciei fructus, q̃ est in summitatibus eius, est similis fructui vni supradictarũ specierum, & qñ iuncus assatur & bibit cum vino, stringit ventrem & abscindit fluxũ sanguinis a matrice, & prouocat vrinã, & facit soda, & quod ex folio est in radice huius plantæ, qñ fit emplastrum cũ eo, confert morsui rutelłæ, & fructus speciei tertiæ bibitus inducit somnũ, & oportet q̃ caueatur multus vsus eius, quia facit subet. Galenus.) Huius herbæ sunt duæ species, vna earũ est subtilior, durior, & alia grossior & mollior, & fructus huius secũdę speciei facit dormire. Sed & species prima est similiter duarum specierũ, vna quarũ nõ facit fructũ, & nõ est in eo iuuamentũ aliquod in medicina, & alia facit fructũ & facit somnũ etiam, nisi qa in hoc est debilior quã prima. Et ista species facit soda. Substãtia istarum duarũ specierũ est cõposita ex substãtia terrea, pauca frigida, & paucæ frigiditatis, & ex substãtia aquosa, calida, paucę caliditatis. Et virtus prima deficcat & ifrigidat. Et secũda est narcotica. Et tertia est q̃ duæ species qñ assantur in igne, & sumuntur in potu cũ vino, stringunt ventrem, & abscindunt superfluitatem menstruorum, & ambæ deficeant hoc quod descendit ex humoribus ad partes inferiores, & ideo ex eis ascendit ad caput vapor frigidus, paucæ frigiditatis, & est ille qui facit somnum.

DE MILIO. CIIII.

DOchon, id est milium. Dioscorides.) Milij sunt duæ species, vna earũ est asperum habens granũ, & est illud quod potest teri, & a quo aufertur cortex, sicut fit a rizi. Et alia species est fortissimi & asperrimi grani, & nõ potest ab eo auferri cortex.

Galenus.) Est granũ ex speciebus granorum, quod assimilatur in figura fuæ ieuers. Et virtus eius secũdæ est similis virtuti iliius, & nutrimentũ eius est paucum, & deficcat, & ideo retinet ventrem ficut facit ieuers. Sed qñ apponitur exterius infrigidat & deficcat, & dixit in libro de cibis, quod milij complexio est ficut cõplexio ieuers, frigida in primo, ficca in secundo. Dioscorides.) Est de granis ex qbus fit panis sicut fit ex ieuers, nisi quia milij nutrimentum est minus q̃ ieuers, & est minoris stypticitatis q̃ stypticitas eius similiter.
De nãio li. 2. ca. 89.

DE DIDAR. CV.

DIdar ita nominatur in Oriente: Et Arabes nominant eam arborẽ cimicum: Et in Perfia nominant eam luzach, & est arbor habens in ramis eius camerulas, in quibus est humiditas, quæ qñ deficeatur, generãtur ex ea animalia similia cimicibus.

Galenus.) Sapor eius est stypticus. Et virtus eius prima infrigidat & deficcat. Et secũda conglutinat dũ est recens, & cortex eius qñ est deficcatus, abstergit. Et virtus tertia est, q̃ dum folium eius est recens, conglutinat vlcera humida. Sed & radicis virtus est hęc eadẽ, & hoc videlicet qñ proijcitur aqua, in qua decoquitur super ossa, cuius cõglutinatio est necessaria, sed & cortex eius dum est recens, proprie fi ligetur super locum vulneris, consolidat eum, & qñ cortex exiccatur, curat egritudinem cum qua eleuatur cutis. Dioscorides.) Folij huius arboris, & summitates ei⁹, & cortex ipsius sunt stiptica, qñ fit emplastrum cum folio eius trito & mixto cũ aceto, confert scabiei vlceroſæ, & cõglutinãt vulnera, & cortex arboris conglutinat vulnera, pluſq̃ folia, qñ ligatur super vulnus, sicut ligantur corrigiæ, & quod de cortice huius arboris est grossum, si de eo bibit aur. 1. cũ vino aut cũ aqua frigida, purgat phlegma & proijcitur super ossa fracta decoctio foliorũ & radicis, & cõglutinat ea cito, & humiditas quæ reperitur in capitibus quæ nascuntur in ramis eius, in principio qñ apparent, si linitur facies cum ea, abstergit eam, & qñ humiditas illa deficcatur, generãtur ex ea animalia quæ assimilantur cimicibus, & folia huius arboris dũ sunt mollia, coquuntur & comeduntur.
De vino lib. 1. 636.

DE GARDO. CVI.

IPsacos est spina eorum qui pannos faciunt.
De fabro Veneris li. de dif. 10 li. 3. ca. 21.

Dioscorides.) Est species spinarum habens stipitem longum, spinosum, & folia eius sunt circa stipitem similia folijs lactucæ, & super quẽlibet nodum stipitum sunt duo folia, & sunt amplectentia stipitem, longa, spinosa in medio corũ, interius & exterius habent similitudinem vesicarum aquæ, & sunt spinosa etiam iuxta stipitem, concauitatem habent in qua colligitur pluuia & ros, & ideo nominatur dipsacos, & expositio eius est sitiens, & super quẽlibet ramũ est capitellũ simile ericio marino, aliquãtulum ad longitudinem tendẽs spinosum, quod cum deficcatur, fit albi coloris, & quãdo scinditur, reperiũtur in medio vermiculi parui. Galenus.) Radicis huius spinę virtus prima, est virtus quæ deficcat in secundo gradu. Et virtus secunda abstergit. Dioscorides.) Radix huius plantæ qñ coquitur cũ vino, & teritur bene donec fiat ficut cerorum, & emplastratur cum ea anus, curat scissuras quæ fiunt in eo, & ad hęmorrhoidas interiores. Et oportet q̃ medicina reponatur in pixide æ nea. Et dicunt aliqui, q̃ curat speciem formicæ quæ dicitur parogodos. Et dicunt quidam q̃ vermes qui reperiuntur in capitibus huius plantæ, quando ligantur in corio

& suspendunt

& ſuſpenduntur in collo vel humero habentis quartanam, curant eum ſi Deus voluerit.

DE MIROBALANIS. CVII.

HAlilig, id eſt mirobalani.) Species mirobalanorum ſunt 4. Citrini & nigri, & ſunt illi q̃ nos minatur indi, & kebuli, & ſeni citrini. Aben meſuai.) Meliores ex eis ſunt, quorum color eſt citrinus, approximans viriditati, graues, pleni, ſine rugis. Hachim eben hunaim.) Putant noui Medici q̃ ſapor eorũ ſit ſtypticus, ſortis ſtypticitatis, cũ pauca amaritudine. Et virtus eoꝝ prima, ſecundũ Iſaac eben amram, eſt frigida in primo gradu, ſicca in ſecundo. Et virtus eorũ ſecunda, ſecundũ Hachim, eſt q̃ fortificat oculos lenes, & prohibent curſum humorũ ad ipſos, & cõfert ſebel. Aben meſuai & Bedigoras & Iudæus & Damaſci & Meſarugiæ.) Proprietas eorũ eſt purgare choleram, & incoriare ſtomachũ, & doſis eorũ in infuſorum aut decoctorum eſt a ʒ. vij. vſq; ad xxj. & ſiccorũ tritorũ a ʒ. iij. vſq; ad. vij. Sed nigri. Meſarugiæ.) Sapor eorũ eſt ſtypticus, & ſubſtãtia eorũ eſt cõpoſita ex frigiditate, cũ pauca acuitate & ſubtilitate. Et virtus eorũ prima, ſecundũ Iſaac eben amram, eſt frigida & ſicca in primo gradu. Et virtus eorũ tertia, ſecundũ Bedigoras, eſt q̃ cõfortant ſtomachũ, & ſecundũ Iudæum, q̃ cõferunt melancholiæ & cardiacæ, & clarificant colorẽ. Meſarugiæ.) Incoriant ſtomachũ. Damaſci.) Cõferunt melancholiæ ſua proprietate. Aben meſuai.) Sua ꝓprietate confortant ſtomachũ, & purgant melan choliam. Et doſis eorũ in decoctione, aut infuſione eſt a ʒ. v. vſq; ad. xv. & ſiccorũ a ʒ. ij. vſq; ad. v. Sed kebuli electi ex eis, ſecundũ Aben meſuai ſunt, q̃ ſunt in colore prope ruborem, & ſunt graues. Aben amram.) Nigri, pingues, melioris ſaporis, nã ipſi ſunt meliores cæteris ſpeciebus mirobalanorum in ſapore ſuo. Et ſecundũ Aben meſuai ſunt ſtyptici. Et ſecundũ Abugerig eſt in eis acetoſitas. Aben amram.) Sunt frigidi & ſiccii in primo. Et virtus eorũ tertia eſt, quod cõfortat ano & hæmorrhoidibus, & incoriat ſtomachũ & ginguam. Iudæus.) De proprietate eorũ eſt q̃ mundificãt villos ſtomachi & exiccãt eos. Abugerig & Aben meſuai.) Kebuli incoriant ſtomachũ, & confortant eũ, & digerunt cibũ, & deſiccant humiditates leniunt naturã, & conferũt ventoſitati hæmorrhoidarũ, & cõferunt melancholicis, maxime q̃ cum eis admiſcẽtur ſpecies, & dixit q̃ kebuli de ſua ꝓprietate purgãt melãcholiam, purgatione debili, & doſis eorũ infuſorũ vel decoctorũ eſt a ʒ. v. vſq; ad. xv. Et Xarch Indus dixit in mirobalanis.) Vniuerſaliter mirobalani ſunt calidi & ſtyptici, & expellunt ſtercora ventris, & corroborant ſenſus oẽs, & memoriã, & ſenſum, & cõferunt ſepræ & colicæ & hæmorrhoidibus antiquis, & ſoda & hydropiſi, & inducunt nauſeã & uomitũ. Sed ſeni. Aben meſuai & Albafari.) Mirobalani de ſeni ſunt ex ſpeciebus mirobalanorũ, habent corticẽ ſubtilem, nigrum, & color eorũ vergit ad citrinitatẽ, & ſunt ſimiles oliuis in forma ſua, & iuuamentũ eorum eſt minus iuuamẽto aliarũ ſpecierũ mirobalanorum, ſi condiuntur, fortificãt ſtomachũ, debiliter tñ. Aben meſuai in libro ſuo de cibis.) Mirobalani ſeni ſunt ex ſpeciebus oliuarũ, qui q̃ condiuntur, incoriant ſtomachũ incoriatione pauca, & nõ eſt in eis de iuuamẽto tñ quãtum in kebulis. Et iterũ de mirobalanis Hunaim.) Mirobalanorũ ſunt ſpecies kebuli citrini & indi, ſed kebuli appropinquant frigiditati, cũ caliditate pauca tẽperata, & ſit frigiditas eoꝝ amplior, ꝓpter acetoſitatem q̃ eſt in eis. Et tu q̃dem q̃ teris eos, inuenis in eis paucã acetoſitatẽ occultam, & de proprietate eorũ eſt q̃ ipſi purgãt melancholiã & exugunt quod de ea generatur in ſtomacho, et exugunt phlegma ſimiliter & operãtur in purgãdo cholerã, ſed nõ ſicut in melãcholia. Et indi approximant eis, niſi q̃ nõ habent tantã virtutem. Et quidam ex Medicis tribuunt in potu mirobalanos indos cũ citrinis, & kebuli q̃dem ſunt frigidiores eis, citrini vero ſunt minus frigidi, & expellũt choleram. Et errant aliq̃ quidam ex apothecarijs, q̃ vendũt nigros in colore ex kebulis, loco mirobalanorum nigrorum. Nam nigri ſecũdũ veritatẽ ſunt indi, ſicut noſtis, & ex kebulis q̃dam reperiuntur citrini coloris, & q̃dã nigri, & nigredo q̃ eſt in eis, nõ eſt niſi ꝓpter amplioꝛem moram quã ipſi protraxerũt in arbore ſua, & ſunt pinguiores & carnoſiores citrinis in colore, ꝓpterea q̃ ipſi fecerunt moꝛã in arbore, quare ipſi receperunt amaritudinẽ amplioꝛẽ, & illi q̃ colliguntur acerbi ſunt citrini. Et q̃ſi volumus ꝓpararе eos ad dandũ in potu, terantur & infundantur in aqua calida, & colentur & proijciatur ſup colaturã zuccarum & tereniabin, ad reprimendã ſtypticitatẽ eorũ, & zuccarũ cum hoc abſtergit ſuꝑfluitates, & facit ꝓparare operationẽ Medicinarũ, & iuuat ad eſ ciendas ſuꝑfluitates, & ꝓpter ſuã abſtertionẽ ponitur in pulueribus, q̃ ponuntur in oculo. Qui vero vult addere in bonitate ꝓparationis eorũ coquat eos cũ prunis, & ſebeſten, & iuiubis, & tribuat, q̃a in illis Medicinis eſt viſcoſitas quæ reprimit ſtypticitatẽ mirobalanorũ, & admiſcetur viſcoſitas earũ cũ ſtypticitate mirobalanorũ, & ſit Medicina iuuatiua. Qui vero vult eos potare tritos cũ zuccaro ꝑparatos cũ oleo amygdalarũ dulciũ, accipiat ex eis quantitatem ʒ. ij. vſq; ad. iiij. ſi vult accipere ſecũdum hunc modũ, & ſi decoquunt a ʒ. x. vſq; ad. xv. & ſecundum hunc modũ accipiunt indi. Sed mirobalanorũ citrinorum doſis tritorũ eſt a ʒ. v. vſq; ad. vij. ꝓpter zuccarum quod admiſcẽdũ eſt eis, & ſi infundunt in aqua calida a ʒ. x. vſq; ad. xv. Et oẽs q̃dem ſpecies mirobalanorum q̃ bibunt diſſoluti, aut in puluere deficcant poſtremo naturã, & q̃ſi quæuis ſpecies mirobalanorũ infundit in aqua calida, ablato nucleo interiori, & trita carne, deinde bibitur aqua illa, laxat ventrẽ laxatiue leui, ablq; nocumẽto, quia oĩs Medicina cuius ſubſtantia ſumitur trita, ſimplex ſiue cõpoſita, inducit laborem in ſtomacho, q̃m natura laborat multum circa ipſam, ſed q̃ infunditur aut decoquitur, & extrahitur virtus eius, & proijcitur eius ſubſtantia, eſt leuior natura, & deſcẽdit velocius a ſtomacho, & iſtæ tres ſpecies mirobalanorum miſcentur cum tamarindis, quoniam tamarindi extinguũt cholerã, & abſcindũt nauſeam, & ſedant vomitum, & ſtringunt ſtomachũ, q̃ſi relaxatur ꝑpter vomitũ, & extinguunt calorẽ febrũ, niſi q̃a nocent tuſſiẽtibus ꝓpter acetoſitatẽ quæ eſt in eis.

DE ROSA. CVIII.

NArd, id eſt roſa, Galenus.) Subſtãtia eius eſt cõpoſita ex ſubſtãtia aquoſa & ſubſtãtia calida rẽperata cum duobus alijs ſaporibus, volo dicere ex ſapore ſtyptico et amaro, niſi q̃ ſtypticitas eius eſt in quãtitate tali, q̃ corpora habentia virtutẽ fluxã, non poſſunt diſſoluere virtutem eius, & ſemen eius eſt ſtypticius q̃ ipſa, & in roſa q̃dem cum ſtypticitate quę eſt in ea, eſt dulcedo & amaritudo & ſimilitudo acuitatis, vel mordicationis paucæ. Et virtus eius prima infrigidat & deſiccat, & ſemen eius eſt plus deſiccatiuum. Et virtus eius tertia confert apoſtematibus ſanguineis in principio eorũ, & oꝑtet q̃ recipiatur recens ex ea, & abſcindantur ſummitates eius albę cum forpicibus, & reſiduũ teratur & exprimatur ſuccus eius, et ponatur in vmbra donec ſiccetur, & reſeruet ꝓ medicaminibus oculorum. Sed oleum roſaceum eſt in natura ſui mediũ, inter naturã olei & naturã roſarum, & eſt medicina cũ qua curant apoſtemata ſanguinea in augmẽto ipſorũ, & cum hoc etiã confert in declinatione ipſorum, et in oleo roſaceo eſt virtus penetrãdi ad profundum corporis, et humectat corpora ſicca, et cõquaſſat

cum aceto, & inungitur caput cum eo, & confert dolori capitis facto a calore solis, & qñ rosę deficcant, oportet ꝙ deficcentur in vmbra, & cõmoueãtur assidue. Et iterum Galenus dixit in tertio, quod aqua rosacea est frigidior, cõplexione temperata, non tñ multũ, & ipsa qdem est subtilis multæ subtilitatis, & signũ in hoc est, ꝙ rosa deficcat cito, ideo qa in ea non est aliqua viscositas, & qa odor eius vincit super odorẽ oleorum odoriferorũ, propterea qa festinat & replet vias odoratus anteq̃ ad eũ perueniant odores alij, q̃ sunt admixti ei eis. Dioscorides.) Rosa est frigida & deficcata, ex ea est plus styptica quã recens, & oportet ꝙ accipiatur recens ex ea, & abscindatur album ex ea cũ forpicibus, & teratur residuũ eius, & exprimaf succus eius in vmbra, ponatur expansus super aliquod vas, donec insiccet & reponatur pro medicinis oculorũ, & debet deficcari in vmbra rosa, cum affidiuatione reuolutionis & agitationis, & succus rosarũ siccus, qñ coquitur cum vino, confert dolori capitis & oculorum & aurium, & confert gingiuis, qñ sit cum eo collutio oris, & ano, qñ linitur super eum cum pluma, & matrici, & intestino recto, & coquuntur folia rosarũ, & non exprimunt sine capitibus, & fit emplastrum cum eis, & cõfert apostematibus calidis quæ fiũt in mirach, & humiditatibus stomachi & erisipilłæ, & ingreditur rosa ficca in pluribus mixturis pulueru qui curant vlcera, & ingreditur in cohol quod administrat ad infrigidandos oculos. Sed semen quod est in medio rosæ, qñ pulueriza af super gingiuã, ad qua fluunt humores, confert multũ. Sed caput rosæ qñ bullierit in aqua, & bibitur, abscindit fluxũ ventris & sputum sanguinis. Sed trocisci dicti dyarodon, fiunt in hunc modũ. Recipe rosarũ in qbus nõ est aquositas extranea aur. xl, & nardi aur. v, & myrrhæ aur. vj, & testrantur & fiant trocisci ponderãtes. iij. anoloſæ singuli, & siccentur in vmbra, & reponanf in vase terreo, obtu rato capite, & qdã addũt his, 3. ij. costi & ireos ex terra quæ dicit Oris tantundem, & cõficiunt eos cum melle & aceto & vino, regionis quæ dicit Chios, & vtunt eis mulieres qñ volunt auferre fœtorem fudoris, & faciunt ex eis inaures odoriferas, & alia monilia quę suspendunt in collo suo, & teruntur isti trocisci & pulverizantur super totum corpus in exitu balnei, & postq̃ deficcatum fuerit corpus, lauatur cum aqua frigida.

Hachim eben hunai.) Aqua rosacea prohiber cursum humorum ad oculũ. Arabari.) Aqua rosacea confert sincopi, qñ bibuntur de ea aliquot hauſtus.

Hunain.) In tyriaca, rosa fortificat mẽbra intrinseca, & styptícitas eius penetrat propter amaritudinem quæ est in ea, & dicitur in libro oculoꝝ, quod in rosa est styptícitas & resolutio & ficcitas. Aben mesuai.) Odoratio rosæ confert cholericis, & habẽtibus calorẽ & dolorẽ capitis a cholera, & phibet fumositates calidas acutas, & confert doloribus a calida causa factis, & mouet sternutationẽ habẽti cerebrum calidum, & qñ conficitur cum melle aut zuccaro, abstergit quod est in stomacho ex humore phlegmatico, Rasis.) Expertus est alius absq̃ me, & ex amicis meis, qui accepit ex folijs rosarum recentibus. x. numero, & fecerunt eũ asselare. x. vicibus, & similiter facit succus eius, verum tamen ficca non est laxatiua, & ex hoc signatur, quod virtus amara est in ea quæ abstergit, & qñ rosa deficcatur, fit styptica, ga separatur ab ea amaritudo, & ficcitas quidem in rosa est pauca, quia ipsa est composita ex styptícitate & amaritudine, quæ quidem abscindit libidinem, & laxat laxatione forti.

De Rosa lib. 2. c. 113.

De Mesp ilo lib. 2. c. 2. 233.

DE SORBA. CIX.

ZAror, id est faciens appetitum, & est sorba. Dioscorides.) Est arbor spinosa, folia eius sunt similia nauarico, & habet fructũ paruum similem malis paruis, bonũ ad comedẽdum, & vnumquodq̃ pomum eius habet tria ossa, & ideo nõ tur trigonium, & est eius expositio trium granoꝝ, & est styptícus, bonus stomacho, cum comedit & retinet ventrẽ. In regionibus vero Italiæ est alia species zaror, quã multi vocãt epimelidã, cuius semẽ est rotundum, & fructus eius bonus est & fui. & est similiter vt supior styptícus, & tarde maturaf. Galenus.) Fructus eius & styptícus, & styptícitate fortis, et in folijs, et in summitatibus eiꝰ est styptícitas. Et virtus eiꝰ prima est frigida. Et secũda est q̃ frohibet. Et tertia retinet ventrẽ retentione forti.

DE ALKANNA. CX.

HEnne, id est alcanna. Isaac eben amram.) Flos alkannę est similis floribus myrti, nisi qa est vesalut in racemis, & flos eius est albus, deciuis ad glaucedinẽ, acuti odoris. Dioscorides.) Est arbustum habẽs folia sup ramos suos, similia foliis oliuæ, nisi qa sunt latiora & molliora & viridiora, & habet florẽ album, similẽ vinęæ boni odoris, & semẽ nigrum, simile semini actis, & quod de ipsa administrat, sunt folia & summitates eius. Galenus.) Substãtia eius est cõpositа ex substãtia aquosa, calida cum temperamẽto, & ex substãtia terrea, frigida, & sapor eiꝰ est styptícus, Et virtus eius prima deficcat fine mordicatione. Et secunda virtus repercutit & dissoluit. Et tertia virtus, phibet dilatationem cõbustionis ignis, qñ coquitur in aqua, & proficitur aqua illa sup locum cõbustionis, & ipsa administratur in medicinis erisipillæ, & confert vlceribus oris, quæ non sunt ex causa extrinseca, & pprie vlceribus quæ sunt ex speciebus alcola, quæ fiunt in oribus puerorũ. Dioscorides.) Virtus folioꝝ eius est styptica, & ideo qñ masticantur, curant alcola, & vlcera quæ fiunt in ore, quæ dicunt pruna, & fit emplastrum cum eis apostematibus calidis, & cõfert & proficit decoctio eoꝝ sup cõbustionem ignis, & qñ teritf, & infundit in aqua altarorticos, & liniunt inde capilli, fiunt rubei, & flos eiꝰ cõteritf, & fit emplastrum cum aceto forti, cõfert foda, & vngũeta q̃ fiunt ex ea, molliunt neruos. Mesecah.) Facitf mulieribus id qđ facit sanguis draconis.

De Ligustro lib. 1. ca. 107.

Cap. 107.

DE LAPACIO ET ACETOSA. CXI.

HVmadh, id est acetosa. Dioscorides.) Acetosa quædã eius species nascit in paludibus & locis aquosis, & folia eius sunt dura, & habẽt summitates acutas, & est alia regalis, lata habẽs folia, similia foliis siclæ, dissimilis a supradicta, & est alia sylueſtris, folia habens pulchra, similia foliis plantaginis, & est ꝺrta eius species quæ est montana, similis acetosæ agresti supradictæ, stipitẽ habẽs durum, & summitates acutas, & nõ est magna, & habet semen, & super stipitẽ habet ramulos plures, & est acuta, acetosa. Galenus.) Acetosa est duarum specierum, vna earum est insipida in sapore suo. Et virtus eius prima est virtus ficut siclæ. Et secunda resoluit. Secundę vero speciei sapor est aceto fus. Et virtus eius secunda resoluit & mordicat. Sed semẽ acetosæ habet in sapore suo styptícitatẽ manifestam, adeo quod curat vlcera intestinoꝝ, & fluxum ventris. Et virtus seminis acetosæ magnæ, & est illa quę nascit in paludibus, est virtus debilior hac. Et dixit in libro de diæta, quod acetosa insipida potest dici quod est ficla agrestis. Et dixit in tyriaca, quod folia acetosæ laxant ventrẽ, & semen eius stringit ipsum. Sindaxar.) Confert hæmorrhoidibus & erbiosis. Dioscorides.) Omnes species acetosæ qñ coquuntur, molliunt ventrem, & qñ fit emplastrum cum eis crudis, mixtis cum oleo rosaceo, & croco, resoluunt apostemata quæ dicuntur malcandidas, & sunt illa quæ noſantur faui, & semen eius bibitur cum aqua & vino, & similiter flos eius, & conferunt vlcerationi intestinorum, & fluxui antiquo, & nauseæ, et punctũræ scorpionis. Et quãdo bibit ipsum aliquis, si postea pungatur a scorpione, nõ nocet

De Lapathio fini nãce lib. 1. cap. 107.

lib. 2. cap 107.

nocet ei punctura. Et q̃ ex radice iſtarum ſpecierum, quas diximus, cocta cum aceto fit emplaſtrum, aut ſine aceto, curat ſcabiem vlcerioſam, & impetiginem, & exoriationẽ, quæ accidit in radicibus vnguiũ. Et oportet, quod anteqũ fiat emplaſtrum cum eis, quod ſiat linitio cum nitro, & aceto ſuper locũ in ſole. Et q̃ decoctio eius proijcitur ſuper pruritum qui ſit in corpore, aut ſuccus aceto ſæ miſcet cum aqua cũ qua ſit balneũ, ſedat ipſum, & conficitur cum acero, & ſit emplaſtrum cum ea, & refoluit duricies ſplenis; & q̃dam ſuſpendunt radicem aceto ſæ ſuper illũ qui habet ſcrophulas, & dicunt iuuuari inde. Et q̃ terit, & fit inde naſale cum ea, abſcindit curſum antiquum humiditatum a matrice, & q̃ coquitur in vino, & ſit cum eo collutio oris, confert dolori dentiũ, & q̃ vinum in quo ipſa coquitur, ſumit in potu, curat iſchiciam, & frangit lapidem veſicæ, & prouocat meſtrua, & confert punctur æ ſcorpionis, & aqua in qua decoquitur, ſedat aurium dolorem, & q̃ ipſa coquitur in vino, & ſit cum ea emplaſtrum ſcrophulis, reſoluit eas. Et acetoſa q̃dem maior quæ naſcitur in paludibus, eſt eiuſdem virtutis cũ ſpeciebus quas diximus.

DE TRIBVLO. CXII.

De tribulo li. 4. ca. 43.

HAſach, id eſt tribulus. Dioſcorides.) Sunt eius duæ ſpecies, vna agreſtis, naſcens in ſterquilinijs, & iuxta flumina, cuius folia ſunt ſimilia foliijs portulacæ, niſi quia ſunt minora; & habet ramos longos ſuper terrã extenſos, & prope folia ſunt ſpinæ duræ. Secũda vero ſpecies naſcit in fluminibus, cuius rami eleuant ſuper terrã, habens ſpinas occultas, & folia lata, & ramulos longos, in q̃bus ſunt folia, & habet ſtipitem, cuius pars ſuperior eſt groſſior inferiori, & eſt in ea res adhærens ei fubrilis, ſicut capilli aggregata ſimilis ſubulæ vel ſpinę, vel aculeo ſpinitcæ, & ſemẽ eius eſt durũ, ſicut ſemen alterius ſpeciei. Galenus.) Subſtantia eius eſt cõpoſita ex ſubſtãtia humida, paucæ frigiditatis, & ſubſtãtia ſicca nõ paucæ ſiccitatis ſecũdum ſuã frigiditatẽ, & illud quod vincit in ſylueſtri, eſt ſubſtantia terrea, & quod vincit in alia, eſt ſubſtãtia aquoſa, & ſapor agreſtis eſt ſtypticus. Et virtus tribuli prima eſt frigida. Et ſecũda eſt virtus quæ prohibet. Et tertia conueniens eſt, q̃ prohibet apoſtemata calida ne cõfirmentur; & vniuerſaliter q̃dem confert oĩbus membris, ad quæ fluunt humores. Sed ſemen tribuli agreſtis q̃ bibitur, frangit lapidem renũ. Dioſcorides.)

i. 4. ca. 132.

Ambæ ſpecies huius infrigidant & ſtypticant, & fit emplaſtrũ cũ eis apoſtematibus calidis, & miſcetur cũ melle, & curat alcolam, & putredines quę ſiunt in ore, & dolorem gingiuarum, & exprimit ſuccus ab eis, & adminiſtrat in cohol, & ſemen eius dum eſt humidum confert lapidi renũ, & veſicæ, & q̃ drachmæ duæ bibuntur de prima ſpecie ipſius, & ſit emplaſtrum cum ea, confert morſui tyri, & q̃ bibitur cum vino, cõfert medicinis mortiferis, & quando decoctio eius roratur ſuper loca vbi ſunt pulices, occidit eos. Ille vero q̃ naſcitur in flumine quod dicitur Satromas, in regione Badachas, datur ab incolis illius loci animalibus pro cibo, dum eſt humida herba ipſius, & ex ſemine eius faciunt panẽ, nam ipſum eſt dulce, & nutrit, & ſic nutrit eo loco panis tritici. Sindaxar eſt bonus dolori veſicę, & ſtrangurię, & augmentum efficit in ſpermate.

DE EPATICA. CXIII.

HAzez alſacher, id eſt epatica. Galenus.) Naſcit in lapidibus humectis, et cadit ſuper eam ros, et ſimilis lenticulæ aquæ. Et virtus eius prima infrigidat infrigidatione pauca, & deficcat. Et ſecunda abſtergit, q̃m ipſa acquirit abſtertionẽ & deſiccationẽ a lapide, & infrigidationẽ ab aqua. Et tertia prohibet impetiginẽ & apoſtemata calida. Dioſcorides.) Q̃ſi emplaſtrũ cũ ea, abſcindit menſtrua, & ſedat apoſtemata calida, & curat impetiginẽ, et conficitur cũ melle, & confert ictericiæ, & ſedat apoſtemata linguę, & phibet fluxũ humoꝝ ad mẽbrũ, eſt enim ſicca & ſtyptica.

De Pyris li. 1. ca. 132.

DE PYRIS. CXIIII.

HVmechæ ſunt pira, Galenus.) Subſtãtia pyri eſt cõpoſita ex ſubſtantia terrea & aquoſa, & ſi vis, potes aliter dicere, ſcilicet, q̃ vna pars eius eſt frigida, & alia tẽperata, et ſapor pyri eſt ſtypticus cũ dulcedine aquoſa. Et virtus eius prima q̃ apponitur extra eſt q̃ deficcat. Et ſecũda ſimiliter exterius abſtergit abſtertione pauca, & fortaſſis cõglutinat vulnera ſine alio medicamine, ſed interius q̃ comeditur, fortifi cat ſtomachum, & ſedat ſitim. Sylueſtre vero eſt magis ſtypticũ, & plus deficcatiuum, & ideo plus incoriat, & erigit ſtomachũ, & ideo plus cõglutinat vulnera, & phiber curſus humoꝝ. Dioſcorides.) Sunt ex eis ſpecies multæ, & oĩa ſunt ſtyptica, & propter hoc adminiſtrãtur in emplaſtris quæ prohibent curſus humorum ad mẽbra, & comedunt, & decoctio eoꝝ bibit poteſq̃ ſunt deſiccata, & ſtringunt ventrem, & q̃ comeſtunt ieiuno ſtomacho, nocent, & ſuccus foliorũ arboris eoꝝ cõfert punctur is venenoſoꝝ, & morſui tyri, & q̃ ſit emplaſtrum cum eis, cõfert ſimiliter in hoc. Sylueſtria vero ſunt ſtypticiora domeſticis, ſimiliter & folia eoꝝ ſunt ſtypticiora, & cinis ligni arboris pyroꝝ ſ. fert ſubfocationi fungoꝝ, & q̃ pyra ſylueſtria coquuntur cũ fungis, nõ nocent comeditibus eos, & folia arboris eorum & ſummitates ſunt ſtyptica, Aben meſuai.) Pro prietas pyri domeſtici & ſylueſtris eſt, q̃ coquit quoddcunq; eorum cũ fungis, q̃ aufert malitiam ipſorum, & maiora ex eis ſunt fortioris virtutis q̃ patus, & pyra q̃dem ſunt nutribiliora q̃ citonia, & rob pyroꝝ abſcindit fluxum cholericũ, & incoriat ſtomachum, & pyra proprie generant colicã, & oportet quod ſumatur poſt ipſa vinum mellis factum eum ſpecibus.

DE BARBA HIRCINA SIVE hypoquiſtidos. CXV.

De Cito li. 1. ca. 109

KAhiet alteis, id eſt barba hircina. Dioſcorides.) Eſt planta quæ naſcitur in locis petroſis, habens ramulos multos lignoſos, nõ longos, & habet folia rotunda dura, ſuper quæ eſt ſicut pilloſitas, & ſunt ei duæ ſpecies, ſcilicet maſculus & fœmina. Et maſculus habet florẽ ſimilem herbilig, & fœminæ flos eſt albus, & in ſapore eius eſt ſtypticitas nõ pauca. Et virtus eius prima eſt frigida in quantitate, q̃ caliditas eius fit tepida, & eſt ſicca in tertio gradu. Et ſecũda eſt virtus quę cõglutinat. Et tertia eſt, ſi accipiuntur folia eius recentia, & teruntur, & adminiſtrãtur, cõglutinant vulnera. Et flos eius eſt fortior folio, de quo ſi bibatur aliqd cum vino, curat vlcera inteſtinoꝝ, & debilitatẽ ſtomachi, & curſum humoꝝ ad ipſum, & q̃ ſit cum eo emplaſtrũ, cõfert exituris putridis, & ſuccus q̃ de ea eſt tarati th, eſt hypoquiſtidos, & ſapor eius eſt plus ſtypticus ſatis q̃ folioꝝ ſupradictæ. Et eſt planta maximę virtutis, ad curandas oĩs ægritudines quæ ſunt ex fluxibus humorum, ſicut ſunt fluxus ſanguinis, & fluxus ventris, & menſtruoꝝ, & vlcera inteſtinorum. Et q̃ volumus fortificare mẽbrum aliquod, quod propter humiditatem aliquam quæ eſt in eo, fit debile, facimus ei emplaſtrum cum eo, & propter hanc cauſam admiſcetur cũ emplaſtris, quæ cõferunt ori ſtomachi, et epati, & ponitur in tyriaca, ad confortandũ mẽbra, & reſtringendũ ea. Et dixit in almaiemir, q̃ ſuccus barbæ hircinę ſtypticat ſtypticitate tẽperata. Dioſcorides.) Virtus floris eius eſt ſtyptica, q̃n bibitur tritus cũ vino ſtyptico, confert ſputo ſanguinis, et conuenit habẽtibus vlcera inteſtinorum, q̃n accipitur de eo bis in die, et quando fit emplaſtrũ cum eis, cõfert vlceribus fraudulentis, ne augeantur in corpore, et quãdo miſcetur cum mum et

De Iichiene li. 4. ca. 43.

oleo, confert cõbustioni ignis, & vlceribus antiquis, & nascitur in radice cussus: medicina quæ dicitur his poquisidos, & est res similis balaustiæ, & est de eo, cuius color est smaragdinus, & de eo, cuius color est glaucus, exprimit succus eius, sicut exprimit succus acaciæ. Et sunt qdam qui deficiant ipsum prius, deinde tertij, & fundũt in aqua, & coquũt, & fit ex eo, sicut ex licio. Et virtus eius est sicut virtus acaciæ, nisi qa virtus huius medicinę est plus styptica, & plus deficcatiua, & qñ bibitur, & fit clistere cum ea, confert fluxui antiquo, & vlceribus intestinoꝝ, & sputo sanguinis, et cursui antiquo hu'miditatũ a matrice. Bedigoras Tatarith.) Propriętas eius est & stringit ventrem, & sanguinis fluxũ.

Paulus.) Virtus eius est similis virtuti balaustiæ, & est medicina fortis in omnibus ægritudinibus fluxuũ, quoniam ipsum deficeat, & fortificat membra.

DE ROBILIIS. CXVI.

MEs, id est robiliæ, est granum parũ sicut ors bus magna, viridis coloris, & splendidi, habet oculũ sicut oculus miamiæ, pupilla tũ nigricore, cum albedine, & herba eius est sicut herba phaseoli, & est in vaginis sicut phaseoli, & colligitur in viridaꝝ rijs, & comeditur sicut comeduntur alia legumina, & radix eius in Aliemen noſatur artam: & sunt quidam g errant in eis, vtentes eis loco phaseoloꝝ. Galenus.) Mes assimilatur fabis in tota sui natura, præterq; in duobus, scilicet, qꝺ non inflat sicut faba, & est tardioris defensionis a stomacho, q̃ faba. Meſeal.) Mes est frigidum in primo gradu, tẽperatum in humiditate & siccitate, verum est magis, ppinquum siccitati, & generat humores laudabiles, & est pauci nutrimenti, nutrã habet substantiã, sicut ola legumina, bonum facit chimum, & non est multæ inflationis, & confert mẽbris conquassatis vel concussis, qñ fit emplastrum cum eis.

Albasari.) Mes est frigidum in primo gradu, tẽperatum in humiditate & siccitate, nisi qua declinat ad siccitatem. Et de proprietate eius est, qñ fit cum eo emplastrum membris concussis & fractis, sedat dolorem ipsoꝝ, & aqua eius mollit ventrem, & ipsum generat bonum nutrimentũ. Hunaim.) Exprimitur ex mes succus, qui cõfert habẽtibus catarrhum, & tussim etiã, sicut exprimitur etiam a fabis, & inflãmatio eius est minor q̃ ex fabis, & citius digeritur. Ruffus.) Mes est minoris nutrimenti q̃ faba, & minoris inflationis, & non humectat sicut faba, sed etiam deficcat.

DE BDELLIO. CXVII.

MOlechil de machi, id est bdellium de mecha, est arbor iunci, & maturatur in Mecha, & comeditur, & est dulcis, sed in Hispania nõ maturatur, sed est fortiter ponticus, paucæ aquositatis, & est asper. Aieyse.) Est stypticum frigidum, stringit ventrem, fortificat stomachũ, Sed cyfilio est cor istius arboris, & natura eius est sicut natura palmarum.

DE PALMA. CXVIII.

MAchla, id est palma diuiditur diuisionibus, nã sunt rami eius, & succus ramorum ipsorum, & cyfliones eius, & summitates ipsius fineca cumine, & est illud quod prius coagulatur, & cortex cacuminis eius, & est lafri, & kafri, & recens ex eo est immaturum, quod est sicut agresta vuæ in cõparatiõe est balach. Galenus.) Substantia succi ramorũ, & cyfilionũ, & summitatis, est cõposita ex substantia aquosa tepida, & terrea frigida, sed corticis & summitatis substãtia est in seipsa siccior, & non est in eo humiditas aliqua, & sapor totius arboris est styptricus. Et virtus eius prima deficcat, & cortex cacuminis est plus deficcatiuus, & radix deficcat fine mordicatione. Et fecũda virtus resoluit & aggregat. Et virtus corticis cacuminis tertia, est virtus quę confert vulneribus putridis, & stringit iuncturas relaxatas, confert corruptioni oris stomachi, qñ applicatur exterius, aut sumitur in potu.

Dioscorides.) Palma autẽm tẽpore maturatur post maturationem aliorũ fructuum, fructus eius assimilatur grano ben, quod affertur ex terris Arabum, & qñ est viridis, est i odore similis odori citonioruꝫ, & tic nominatur betonia, & est balach, & est plus restrictiuũ, & est ponticus. Qui si bibatur cum vino pontico, confert fluxui humiditatum antiquarum a matrice, & abscindit sanguinem hæmorrhoidarũ, & qñ emplastratur cum eis, conglutinat vulnera recentia, qñ dimittit balach donec fit balla, noſatur panchitoroma, & bassar est plus restrictiuum quã chesb, nisi quia facit soda, & qñ comeditur nimis ex eo, inebriat, sed chesb confert sputibus sanguinem, & dolori stomachi, & vlceribus intestinorum, & dolori vesicæ, qñ emplastratur cum eo trito cum citonijs & mum, dissolutis cũ oleo florum vitis, & maxime si fiat cerotum, & qñ comeditur cũ pineis, cura alperitatem gutturis. Sed decoctio bassar mixta cũ vino veteri, quod dicit baromali, & bibitur, & sedat inflãmationem stomachi, & fortificat calorem naturalẽ, & qñ comeditur, facit similiter, & fit ex eo vinum etiam faciens eius operationẽ, et decoctio eius qñ bibitur solũ, restringit restrictione fortẽ. Sed fedumacimas & est nucleus seu os dactili, qñ comburuntur in olla, sicut cõburuntur aliæ medicinæ, & dum extracta fuerint ab igne, extinguuntur in vino, & postea abluuntur, & ponuntur loco tutię in collyriis qꝫ ponuntur in oculo, & sinõ bene cõburuntur prima vice, cõburãtur iterum. Et virtus eoꝝ est illi styptica, conglutinatiua, qñ misceatur cum nardo, confert vlceribus quæ fiũt in oculo, quæ discuntur calfide, & exitui oculi, & casui palpebrarum, & reprimit superfluã carnem palpebrarum, & etiam incarnant vlcera. Et nucleus dactyloꝝ palmæ breuis q̃ est Babylonica, est melior aliis oibus quos diximus, & fortior ex corticibus cafri est ille, qui est boni odoris, ponticus, grauis. Interius vncluosus. Et virtus eius est styptica, & prohibet dilatationẽ vlcerũ fraudulentorum, & qñ misceatur in vnguentis & emplastris, restringit iuncturas laxas, & qñ tritus cum aqua, ponitur in emplastris, cõfert ventri & stomacho debili, & dolori epatis, & quando abluuntur capilli ex decoctione eius, facit eos nigros, & quando decoctio eius bibitur, pfert dolori neruorũ, & renum, & vesicæ, & curat cursus humoꝝ ad ventrem, & cursum humidi tatum matricis, & quãdo coquitur recẽs, & conficitur cũ resina pini & mum, & ponitur super scabiem, & dimittitur diebus xx. curat eam, & fructus qui est intra istũ corticem qui dicitur aliris, & noſatur a quibusdam bauracius, et est karfari, est similiter ponticus. Et virtus eius est sicut corticis eius in oibus quæ diximus, nisi in iuuamentis medicaminum vnguentorũ. Sed cyfiliones. Ahamet eben Dauid iumar.) Est cyfilio, & est cor palmæ interius album. Aben menſuai.) Virtus cyfilionis est frigida in fine primi gradus, ficco in medio eiusdẽ, cõfert choleræ, & calori, & acuitati sanguinis, & est grauis stomacho, & stringit ventrem, nutrit nutrimẽto pauco. Et proprietas eius est, qꝺ curat dolorem stomachi. Rasis.) Cyfilio sedat fluxũ sanguinis, & prohibet quod generatur in stomacho de inflãmationibus, tarde defecendit ad stomachi fundũ, & ad eius defensionem, iuuat zinziber cõditum, & alia electuaria calida. Alius cyfilio quando comeditur, et quando coquitur, facit ea quæ facit kafri.

DE GRAMINE. CXIX.

VEgem, id est rhel, id est negil, id est gramen. Dioscorides.) Habet ramos habentes nodos, q̃ expandunt super faciem terræ, et ex ramis eius germinantur radices exeuntes a nodis ipsis, et figentes se in terram, et radices eius habẽt nodos, folia eius sunt oblonga, acuę summitatis, dura ficut folia cãnę paruę,

radix

Depalma li.1,ca.135

De grami ne li.4.ca. 160

radix eius administrat in medicinis. Et ex gramine eiꝰ ℈ alia species, cuiꝰ folia, & rami, & radices sunt maiores ℈ supradicta, quod ꝙ comedunt ♃alia, occidit ea, & maxime illud quod nascitur in Babylonia in vijs, & quod nascitur in Cilicia etiã, ꝙ comeditur a bobus, apostemãtur. Sed illud quod nascitur in cossos, habet plures ramos ℈ alia species, & habet folia similia folijs lebleb, & florem albũ boni odoris, & semen minutũ, in quo est iuuamentũ, & radices quinq; aut sex in grossitudine digiti, albas, molles, dulces, & fœtentes. Galenus.) Substantia eius est subtilis & sapor eius est dulcis, abhorribilis, mordicat parũ, & est in eo parũ acuitatis, cũ stypticitate pauca, & radix eius habet saporem abhorribilem. Et virtus eius prima est frigida cũ temperamento. Et secunda cõglutinat. Et tertia ꝙglutinat vulnera recentia dũ sunt sanguinolenta, & decoquit, & bibitur aqua eius, & frangit lapidẽ. Sed semen illius quod est vt cossos, ꝙuocat urinã, & deficcat quod currit ad stomachum & intestina ex humiditatibus, qa vir tus eius est deficcatiua, & subtilis, fine stypticitate.

Li.4.c.16. Dioscorides.) Comedunt boues gramen, & alia ♃alia, & qñ radix eius teritur bene, & calefit, & fit emplastrum cũ ea, sic conglutinat vulnera, & qñ bibitur decoctio eius, confert dolori pungitiuo, & strangurię, & vlceribus vesicæ, & frangit lapidẽ. Sed illud quod nascitur in cossos, qñ exprimit succus a venis eius, & coquitur cũ vino & melle in æquali quantitate de oibus & medietate illius quantitatis ex mirrha, & tertia quãtitatis piperis, & tantundem olibani, confert multum oculo, quod medicamen debet poni in pixide ænea, & decoctio radicis eius facit id, quod facit herba ipsa, & semen eius prouocat urinã prouocatione forti, & abscindit vomitum & fluxum.

DE SADAR ET NABACH. CXX.

SAdar est arbor, & fructus eius est nabach. Habohanifa.) Sadar due sunt species, vna est afri. & alia est ad hal, sed afri non habet spinas acutas, & folia ambarum speciẽũ sunt lata, & rotunda, & nabach ex ad hal sunt parui, & meliores ex eis sunt illi qui sunt ex ea regione, & offerunt fregibus, & sunt dulciores oibus alijs, & melioris odoris, & aromatizant os comedẽtis, & indumenta, sicut alia aromata. Dioscorides.) Est arbor magna, habens fructũ maiorẽ pipere, dulcẽ, boni saporis. Galenus.) Substãtia huius arboris est subtilis, & in sapore eius est aqueitas stypticæ. Et virtus eiꝰ prima est ficca tẽperate. Et tertia virtus est, ꝙ qñ coquitur cum aqua, aut cum vino, secundũ necessitatem, cõfert cursui superfluo menstruoꝝ, & fluxui ventris, qñ fit clistere cum ea, & ♃tringit radices capillorũ, & prohibet casum eorum. Dioscorides.) Est bona stomacho, ♃tringit ventrẽ, & decoctio serraturæ eius ligni qñ bibitur, & fit clistere cum ea, confert vlceribus intestinorũ, & cursui humiditatũ matricis antiquo, & rubificat capillos, & ♃tringit radices eoꝝ ne cadant. Mesesah.) Nabach qñ est humidus, est frigidus in primo gradu ponticus, ♃tringit fluxum, & sedat mordicationem stomachi, et nutrimentũ quod ex eo generatur, est paucũ, & qñ deficcatur, est frigidior, & siccior, nisi ga siccitas eius est pauca, & frigiditas pauca etiam, & qñ comedit ante cibũ, est melior, humor vero qui ex eo generatur, est grossus. Abengueſit.) Nabach est dulcis, laxat choleram quæ est in stomacho, & in intestinis, & reprimit caliditatẽ, & dosis eius est a tertia parte libræ, vsq; ad libram mediã cum zuccaro. Albaſari.) Est frigidus & siccus in primo, ♃tringit ventrẽ, reprimit choleram, est grauis digestioni, & nõ facit malũ chimũ. Atabari.) Est in eo diuersitas secundũ ꝙ est siccus vel humidus, & qñ est dulcis vel acetosus, vel qñ est recenter collectus, vel qñ est bene maturus, qñ in succo eius est virtus stypticæ, quæ retinet ventrẽ fortiter, & in humido & recenter collecto similiter. sed minus propter aqueitatem quæ est in eo, quæ resistit stypticitati suæ naturali, & maturus dulcis est minus stypticus oĩbus alijs, & citius descendit ab ore stomachi, ꝓpter dulcedinẽ quæ est in eo, & oẽs vniuersaliter sunt frigidi & sicci in primo gradu, & styptici. Rasis. Nabach est frigidus & siccus in primo gradu, ♃tringit ventrem, reprimit choleram, & dulcis est minus in hoc, & vsus eius nimius inducit fastidium. Isaac eben amram.) Nabach est sicut sorba in stypticitate & frigiditate, & plus ea in siccitate, & qñ comeditur ante cibũ, est melior, ga prouocat appetitum. Et dicunt aliqui, ꝙ huiusmodi res quę sunt nimis siccę, qñ inueniunt humiditates in stomacho, & intestinis, premũt eas, & inducũt fluxũ vẽtris. Abenmesuai.) Reprimit cholerã, & folia fadar qñ terunt, & ponunt sup ꝓpata calida, mollificant & resoluũt ea.

DE SADERVAM. CXXI.

SAderuã est dictũ in lingua Persica nigrũ cadaha, qa induentes cadaha, nõant res nigras faderuã, & nõsant cadaha, & est res nigra cũ qua tinguẽt lina in Haamam, et est herba vel succus niger ſgredi ẽs i medicinis odoriferis, & Zebehra, & ſalgalia habẽs odorẽ bonũ, & ingredit in medicinis ad abſcindendũ fluxum ſanguinis, et ad cæſus capilloꝝ, et ad multa huiuſmodi. Aben meſuai.) Est Indum frigidũ & ſiccum in tertio gradu, & ſtypticũ, & phibet ſanguinis fluxũ, & confert ca ſui capillorum. Bedigoras.) Proprietas eius est ſortificare capillos. Rasis.) Est frigidum & ſtypticũ, ſtringit ſanguinem, & prohibet caſum capillorum.

DE SPELTA. CXXII.

SVlt, id est ſpelta, Abohanifa.) Spelta in Perſia dicitur benge, & expoſitio eius est hordeum gari. De trag. li.1.c.118.

Dioſcorides.) Tragus figura eius est ſicut figura grani quod dicitur candaruſium, & est minoris nutrimenti ♃ ieuers, quia multum habet de furfure, ideo est difficilis digeſtionis, & mollit ventrem. Paulus.) Tragus est ſpelta, & est ex ſpeciebus granorum, mala ſtomacho, & lenit ventrem. Isaac eben amram.) Est frigida & humida, viſcoſa, mollit naturam, & generat inflationes, & rugitus, & nutrimentum eius est paucũ, ſed ipſa est bona viſcoſitatibus pulmonis & pectoris, & forti tuſſi. Nam ſunt ex ea pultes, & loch, et prouocat vrinam, et mundificat renes, et veſicam.

DE HAIS. CXXIII.

Dezza, id ſemine li. 2.c.2.1.

HAis. Dioſcorides.) Sunt ei due ſpecies, in vna inueniũtur duo grana, et in alia vnum, et quod habet granũ in cortice ſuo, et ipſum quidẽ plus nutrit ♃ hordeum, et est boni ſaporis. Panis vero qui ex eo fit, minus nutrit quam panis tritici. Galenus.) Subſtantia huius grani est media inter ſubſtantiã tritici et hordei, quantum ad cibum, et ſecundum medicinam etiam, et ex hoc potest ſciri operatio eius per id quod diximus in tritico et hordeo.

DE RVBO. CXXIIII.

BVleich, id est rubus. Galenus.) Folia eius et ſummitates recentes ſunt cõpoſita in ſubſtantia ſua ex ſubſtantia terrea frigida, et aquea tepida, et ſapor eius est ſtypticus. Et virtus eius prima infrigidat et deſiccat. Et virtus eius ſecunda conglutinat. Et virtus eius tertia curat alcola, et alia vlcera oris, qñ maſticatur, et curat vulnera, et decoctio eius tingit capillos. Sed fructus eius maturi ſapor est dulcis, et humor qui est in eo est calidus, et quod vincit ſuper ſubſtantiã immaturi est frigidum terreum, et ſapor eius est pontícus. Et virtus eius prima deſiccat fortiter, et deſiccatiuum est ſiccius. Sed virtus floris est ſicut virtus fructus, et confert ſecundũ hunc modũ vlceribus intestinorum, et fluxui ventris, et debilitati intestinorum, et ani, ſed radicis eius ſubſtantia est ſubtilis, & ſapor eius est ſtypticus, ideo frangit lapidem renum.

De loto arbore lib. 3. ca. 134.

Li.c.134

Dest rubo 4.c.219.

Dioscorides.) Rubus est stypticus deficcatiuus, & summitates eius qñ coquũtur cũ foliis, tingit decocto illa capillos, & qñ bibitur stringit vẽtrem, & abscindit humiditates antiquas matricis, & puenit morsui alalis quod dicit caraſtin. Et qñ folia masticantur, stringunt gingiuã, & curant alcola, & qñ emplaſtratur cum foliis eius, prohibet dilatationem cobustionis ignis, & curat vlcera humida capitis, & eminentiam oculi, & alborẽ eius, & vngulam, & hęmorrhoidas apparentes in ano, & ilias ex quibus fluit sanguis, & qñ teruntur folia eius contritione forti, & emplaſtrat super stomachum debilem, ad quẽ currunt humores, confert, & succus foliorum & summitatum, qñ deficeãtur in sole, est fortioris operationis, & succus fructus maturi maturitate cõplẽta, curat dolores oris, & maturus ſi comeditur, stringit ventrem, & flos eius bibitus cũ vino, stringit ventrẽ.

DE RVBO CANIS. CXXV.

De Rubo Canis li.i. ca.106.

RVbus canis. Dioscorides.) Est maior rubo fastis. Nam assimilatur in magnitudine sua arboribus, & folia eius sunt latiora foliis myrti, & in ramis eius sunt spinæ duræ, & habet florem album, & fructus eius est oblongus, similis nucleo oliuæ, qui qñ maturuerit, ſit rubeus, & habet interius ſimile lanæ, q qñ deficcatur, & auferẽ quod interius est, & coquitur cum vino, & bibit, stringit ventrẽ, verum nocet cannæ pulmonis, & stringit fluxũ menſtruoꝝ. Radix eius est calidior ipſo, de qua ſi fiat emplaſtrũ, extrahit spinas, & alia infixa corpori, & quando ſit emplaſtrum ex foliis eius recentibus, prohibet apoſtemata. Galenus.) Fructus huius plãtæ est stypticus fortiter, sed folia eius habent ſtypticitatem paucam, & oportet quod caueatur ab eo quod est intra fructum eius ſimile bombicino, quia nocet multum cannæ pulmonis.

DE CARTAMO. CXXVI.

De aurea li.2. c. 82.

CArtamum, id est churtal. Dioscorides.) Est herba quę habet folia & calamum ſimilia foliis, & calamo frumenti, & calamus eius habet nodos, et in ſummitate calami eius est granũ ſimile granoanteræ, & est in cortice ſuo diuiſum in duo, & duo grana inuicem iuncta. Galenus.) Hoc granum administratur in medicina, & est ſicut hordeum in virtute ſua, niſi quia in ſapore ſuo est ſtypticitas. Et virtus eius prima est frigida frigiditate pauca, & ſicca. Et secunda virtus reſoluit ſine mordicatione. Et tertia virtus confert fluxui vẽtris. Dioscorides.) Hoc granũ cõfert in emplaſtris ſicut hordeũ, & fit ex eo ſimila cõfectens ad fluxũ ventris, facto ex ea emplaſtro, & qñ ſiunt ex eo pultes, iuuant ſicut aqua hordei, & conueniunt tuſſi.

DE FICV LVPI. CXXVII.

De arboro li.i.c. 132.

HAtil adib est ficus lupi, Dioscorides.) Arbor is huius folia ſunt ſimilia foliis citoniorũ, ſed ſunt minora, & fructus eius est ſimilis prunis in quantitate, non habens nucleum, & qñ maturatur, declinat color eius ad rubedinem, & quãdo comeditur, remanet in ore ſubſtantia ſimilis eius quæ remanet ex ficubus. Galenus.) Arbor & fructus eius ſunt ſtypti-
Li.i.c.138 ci, & fructus eius est malus ſtomacho. Dioscorides.) Est malus ſtomacho, & oppilat cito, & iducit ſtuporẽ.

DE CANNA. CXXVIII.

De harum diue libri. c.97.

KAſab, id est canna.) Canna Perſide est illa eadẽ quæ est Hiſpaniæ. Dioscorides.) Cannarum quædam est quæ noſatur haſtos, & est illa quæ non est interius inanis, ex qua ſiunt haſtæ ſagittarũ, & est quædam quæ noſatur biblas, & est fœmina, & est alia quæ noſatur ſyringias, & est ambari, & carnoſa, nodos habẽs longos, apta ſcriptoribus, & alia quæ est groſſa, inanis, naſcẽs prope aquas, & noſatur runchas, & a quibuſdam dicitur cochrias, & q̃dam noſant eam caramino, & est illa quæ naſcitur in paludibus, volo dicere quod radix eius est inter radices iũcorum, & est ad ſubtilitatẽ tendens, cuius color est fere albus. Galenus.) Foliorum cannę recentium virtus prima est frigida, frigiditate pauca. Et ſecunda est in qua est abſtersio, ſed corticis eius adusti virtus est ſubtilis, in fine ſubtilitatis reſolutiua, & est in eo cum hoc magna pars virtutis abſtersiuæ, & ſedatio eiꝰ est amplior deficeatione ipſius. Et virtus tertia curat alopiciam, facto emplaſtro cum eo, ſed in radice eius est ponticitas ſine punctiõe. Et virtus ſecunda attrahit & abſtergit. Et tertia quãdo miſcetur cum bulbo, attrahit ex corpore ſpinas & ſagittas, & oportet q̃ caueatur ab eo, quod est in ſummitate cannæ ſimile bombicino, quia ſi ingrederetur in aurem, induceret ſurditatem. Dioscorides.) Quando ſit emplaſtrum cum radice cannæ ſola, aut cum bulbo, attrahit ex membris ſtipites & ſagittas & ſimilia, & qñ ſit emplaſtrum cum ea & aceto, confert dolori, qui ſit a percuſſione neruorum & dolori dorſi, & cũ folia eius teruntur recentia, & ponuntur ſuper eriſipilã, & apoſtemata calida curant ea, & quando ex cortice eius cõbuſto ſit emplaſtrum cum aceto, curat alopiciã, & flos cannæ ſi ingreditur in aurem, deſtruit auditum, & cannæ quæ dicitur cartarios, facit ealdẽ operationes quas facit illa quæ dicitur affraganitaſi.

DE MALO GRANATO & balauſtia. CXXIX.

De malo punico lib. 1. ca. 127.

KVman, id est malum granatũ. Galenus.) Sunt ex eis acetoſa & dulcia. Et virtus cuiuſcꝫ eorum est ſecundũ ſuum ſaporẽ, & ſapor totius granati, & granoꝝ ipſius est plus ſtypticus q̃ ſapor ſuci eius, & pluris deficcationis. Cortex vero eius in hoc eſt fortior grano ipſius, & corpus granati quod cadit ab arbore, est adhuc plus in hoc q̃ cortex. Dioscorides.) Oia granata ſunt boni chimi, & bona ſtomacho, tñ pauci ſunt nutrimenti, & dulcia quidem ſunt meliora ſaporis, niſi quia inferunt caliditatem ſtomacho, quãuis nõ multam inflationem, & ideo nõ ſunt multum conuenientia febricitantibus, & acetoſa cõferunt ſtomacho infrigidato, & ſunt plus prouocantia vrinam reliquis granatis, niſi quia non ſunt boni ſaporis, & ſunt ſtypticą, ſed quoꝝ ſapor est ſicut ſapor vini, ſunt media inter alia, & grana granati acetoſi qñ deficcantur in ſole, & teruntur & puluerizanꝫ ſuper cibos, aut coquuntur cũ cibis, prohibent ſuperfluitates quæ curruntad ſtomachum & ad inteſtina, & infundunturin aqua pluuiæ, & bibũtur & conferunt ſpuenti ſanguinẽ, & conuenit admixtio eoꝝ aquis. in quibus ſit leſſio propter vlcera inteſtinoꝝ, & curſum humiditatum matricis antiquũ, & q̃ſ ſuccus granoꝝ granatorum, & maxime acetoſorum coquitur, & miſcetur cum melle, cõfert vlceribus oris & ani, & panaricio, & vlceribus fraudulentis, & doloribus aurium, & vlceribus quæ ſiunt intra nares. Et balauſtia eſt ſtyptica, deficcatiua, ſtringit gingiuam & conglutinat vulnera etiam, qñ ſunt cum ſuo ſanguine, & facit in vlceribus id quod faciunt granata, & fit ex decoctione eius collutio oris pro gingiuis ſanguinolentis & dentibus cõmotis, & fit ex ea emplaſtrum creaturæ, qñ inteſtina deſcendunt ad oſſeum. Dixerunt quidam quod qñ tranſglutiuntur.iij. balauſtiæ integræ de minoribus quæ reperiuntur, præſeruant ſumẽtem illo anno ab ophthamia, & exprimitur ſuccus balauſtiæ ſicut exprimitur a barba hircina. Et virtus quidem corticis granati eſt ſtyptica, et confert ad omnia ad quæ balauſtia et decoctio radicis arboris granati, quando ſumitur in potu, occidit aſcarides. Ruffus.) Granata acetoſa confert cardiacæ diaphoreticæ, et et dulcia ſunt facilis digeſtionis, Liber de medicina antiqua, granatũ, abſcindit libidinẽ. Aben meſuai.) Quando acetoſum bibitur, confert fluxui ſtomachali qui accidit a cholera, et ſyncopi qui accidit ab eadem, et prouocat vrinam cum ſubtilitate ſuæ acetoſitatis,

et confert

& confert vngulæ oculi, quando fit collyrium in eo, & de proprietate granati est, quod aqua eius confert inflãmationi quæ est in epate propter nimiũ potum vini, & maxime amarum & acetosum ex eo. Et rob granati, quando sumitur cum lactucis, confert choleræ & phlegmati, & incoriat stomachum, & stringit ventrẽ, & prouocat appetitum cibi, & confert prægnantibus. Et sauich granetorum, reprimit impetum choleræ, & incoriat stomachum, & stringit ventrem, & prouocat appetitum sua acetositate. Et syrupus granatorum simplex, est bonus inflammationi stomachi, & febribus, & vomitui, & fluxui ventris, & epati calido, & ẽgnantibus, & quando exprimitur dulce & acetosum ex eo cum acetositate interiori, laxat choleram, & fortificat stomachum cum sua ponticitate, & dosis eius est libra media cum 3. x. zuccari.

DE SPINA ARABICA. CXXX.

SVcaha, id est spina Arabica. Rasis.) Est inegalis lem. Dioscorides.) Achantis Arabica est dictũ spina Arabica. Galenus.) Hæc herba est similis plantæ bedeguard, nisi quia virtus eius deficcat & sypticat, plus eo & fructus & radix eius est fortior res quę sit in ea, & ideo radix eius confert nimio fluxui menstruorum, & confert in oibus egritudinibus, in quibus confert bedeguard, & fructus eius & radix cõfert apostemationi vulvæ, & apostematibus ani, & radix eius incarnat vlcera, quia in ipsa est virtus consolidatiua cũ temperamento. Dioscorides.) Natura huius herbæ, secundum quod æstimo, est prope naturã bedeguard, & est sypticа, & semen eius est fortius satis, & confert relaxationi vulvæ, & fluxibilitati ani, & conglutinat vlcera, quia sypticitas eius est pauca fine superfluitate, & radix eius confert curlui humiditatum antiquarum matricis, & fluxui nimio menstruorę, & fputo sanguinis a pectore, & aliis fluxibus humiditatum corporis.

De spina arabica li. 3. ca. 132

DE HORDEO. CXXXI.

XAhaer, id est hordeum. Galenus.) Virtus eius prima infrigidat & deficcat in primo gradu, & deficcatio eius est amplior parum deficcatione fabarum. Et secunda est virtus, quę abstergit abstersione pauca. Et tertia virtus assimilatur virtuti fabarum, qñ applicatur exterius, verum hordeũ coctum est melius fabis in hoc quod ipsum non inflat, & fabæ qñ coquuntur, generant inflationem, qñ substantia eorę est grossior substantia illius, & propter hoc funt magis nutribiles q̃ hordeum, & quia ipsa ambo declinant parũ a temperamẽto, accidit quod hões vtuntur eis pro materijs medicinarum, sicut vtunt oleo & cera, sed fauich hordei est magis deficcatiuum q̃ hordeum ipsum.

De hordeo li. 2. ca. 78.

Dioscorides.) Melius ex eo est album, & mundũ, & ipsum est minoris nutrimenti q̃ triticum. Et aqua hordei est iuuatiua ad reprimendam caliditatem humiditatũ eas lidarum, & confert asperitati cannæ, pulmonis, & vlceribus ei⁹, & vniuersaliter cõfert ad ola, ad quę cõfert chisch tritici, nisi quia chisch est pluris nutrimenti, & plus prouocatiuum vrinę. Et qñ coquitur chisch tritici cũ semine fœniculi, puo cat ↑(vrinã), et chisch hordei † lac similiter, puocat ↑(vrinã) & est abstersiuũ, & inflat stomachum, & maturat apostemata phlegmatica, & calida, & qñ misceatur cum oleo, & resina pini, & stercore cõlũbino, maturat apostemata dura, & qñ misceatur cũ melliloto, & cum cortice papaueris, sedat dolorẽ lateris, & qñ misceatur cum semine lini, & fœnugræci, & ruta, confert tumoribus testiculorum, & qñ misceatur cum pice humida, & mum, & vrina infantium, q nondum peruenerunt ad pollutionem, & oleo, maturat scrophulas, & quando administratur cum myrto, & vino, & pyris sylueſtribus, & fructu rubi, & cortice granati, stringit ventrem, & quando fit emplastrum ex eo cum citonijs & aceto, confert apostematibus calidis, quę accidunt podagricis, & quando misceatur cum aceto forti, & ponitur super sca biem vlceroſam, curat eã, & ponitur super ipsum aqua, donec fiat sicut puls, & coquitur cum picc, & aperit apostemata, & farina hordei stringit ventrem, & sedat dolorem apostematum calidorum.

† lac † lac

DE MORIS CELSI, ET Arbore eorum. CXXXII.

De moris li. 1. ca. 145.

TVr, id est Mora celsi, Galenus.) Sunt ex eis matura, & sunt lata, & maturi sapor est dulcis, sypticus. Et virtus eius prima mollit ventrem, & succus eius confert multũ in medicinis oris, et rob eius iuuat in multis rebus, in quibus necessaria est sypticitas pauca. Sed immaturoꝝ sapor est sypticus, acetosus. Et virtus eoꝝ secunda est quæ retinet. Et tertia retinet ventrem, & qñ deficcantur, retinent ventrem retentione forti, & confert vlceribus intestinoꝝ, & fluxui, & oibus ægritudinibus quæ fiunt a fluxibus humorum, & admiscetur postẽq̃ feruntur cum cibo ficut sumach, & q vult ex eis fumere in potu, potet cũ aqua aut cum vino. Sed arboris mori virtus est cõpolita ex virtute retentiua & prohibitiua, & virtute laxatiua, & resolutiua, & plus quod est in cortice huius arboris, & virtus laxatiua cũ amaritudine pauca, quod audsq; occidit arcades & funt lubrici ex earũ tribus, sed in folijs arboris & summitatibus est ẽgeramentũ mediũ istarum duarũ operationũ simul. Et dixit de cibis q̃ mora qñ inueniũt stomachũ purum, & comeduntur ante cibum, egrediunt a stomacho cito, & ꝑperæ faciunt exitum alioꝝ ciborum. Qñ vero comeduntur post cibum, & in stomacho sunt humores frigidi, accelerat ad corruptionem, & corruptio eoꝝ est multũ nociua, sed acerba qñ siccant, sunt bona medicina & iuuatiua vlceribus intestinoꝝ, & fluxui antiquo, & acceleratio descensionis moroꝝ a stomacho, oportet q̃ fit ꝑpter humiditatem substãtię ipsoꝝ, & viscositatẽ, & lubricitatẽ, & oportet q̃ faciũt hoc etiã ꝑpter qualitatẽ mixtam, quę est in eis, qñ habent superfluitatem acutã cum punctione mixtã, & possibile est q̃ in moris sit ꝑprietas laxatiua, sicut in medicinis debilibus, et qñ mora nõ corrumpunt in stomacho, fine dubio humectant, & non infrigidant, nisi qñ comedunt sola, & quod euenit ex comestione ipsorum, corpori est nutrimẽtũ paucũ, sicut ex cibo meloꝝ num, nisi quia mora nõ fiunt ita nociua stomacho, nec ita puocantia vomitũ, sicut meloꝝes, & dixit in libro de chimis, q̃ mora qñ desedunt, anteqũ corrumpant, nõ inferunt nocumentũ, nisi de ipsis nimis sumatur.

Dioscorides.) Fructus mori mollit ventrẽ, & corrũpunt in stomacho cito, sunt mali stomachо, & succus eoꝝ facit hoc, si coquat in vase æneo, et ponat in sole, in eodẽ vase, est magis sypticus, & si misceatur cum eo parũ mellis, est bonus ad phibendum fluxũ humoꝝ ad mẽbra & vlceribus fraudulẽtis, & apostematibus calidis, quę fiũt in faucibus, & quãdo ponunt eũ eo alumẽ iameni, & galla, & gallia, & myrrha, & crocus, & fructus tamarisci, & radix ireos, & olibanũ, est virtutis magis constrictiuæ, & deficcant mora recentia, & tenunt, & ponunt in cibis loco sumach, & conferunt habentibus fluxum, & cortex radicis arboris, quãdo coquitur cum aqua, laxat ventrem, & expellit ascarides, & ꝑfert potui medicinæ mortiferæ, quę dicit aconiti, & quando folia mori teruntur, et fit emplastrum cum oleo, curant cõbustionem ignis, et quãdo coquitur cum foliis vitis et foliis ficuum nigrarũ in aqua pluuię, denigrant capillos, et quando bibitur ex succo folioꝝ eoꝝ, ʒ. i. cũ dimidia, confert morsui rutellę, et decoctio corticis et foliorũ, quãdo fit collutio oris cũ ea, ꝑfert dolori dentiũ, et extrahit ab arbore mori lachrymas i tpe messis, quia fodit circa radicẽ mori, et fiunt in radice scissuræ, et dimittit

& dimittitur ſic per diem, & per noctem, mane vero in uenitur ſuper locum ſciſſum lachrymus coagulatus, q̃ adminiſtratur in dolore dentium, & reſoluit apoſtema ta, & laxat ventrem ſumptus.

DE MALIS CITONIIS. CXXXIII.

TVffa & ſaffargel, id eſt poma & citonia. Gales nus.) Citonia ponunt a Græcis in numero malo rum. Et natura q̃dē arboꝝ malogr non eſt oīum vna, quãd modũ & ipſoꝝ fructus, & ſicut mala nõ hã bent vnã naturã, quod eſt, q̃ quædã ex eis ſunt dulcia, quædã pontica, & quædã ſtyptica, acetoſa, & quædã inſi pida, aquoſa. Et in dulcibus eſt ſubſtãtia aquoſa, tẽpe rataꝫ ſubſtantiæ, & pontica quod vincit, ſuper ea eſt tẽ peramentũ frigidũ, terreũ, ſed & ſtypticoꝝ eſt hęc eadẽ ſubſtãtia cũ ſubſtãtia aquoſa dulci, & in acetoſis eſt ſub ſtantia aquoſa, frigida. Et virtus ponticoꝝ & ſtypticoꝝ rũ & acetoſoꝝ ſecũda eſt virtus, q̃ prohibet & ſcarnat. Et tertia cõglutinat vulnera, & ꝓhibet illud quod cur rit ad apoſtemata in principio eorũ, & fortificãt os ſto machi, et ſtomachũ laxũ vel fluxũ, maxime vero q̃ ſunt ſtypticiora ex eis, & acetoſiora, ſed illud q̃d vincit ſup naturã inſpidorũ, eſt aqua, & cõplexio ipſorũ eſt frigi dior & humidior, & ipſa adminiſtrantur in medicinis apoſtematũ, & in principio eorũ & augmẽto, & vniuer ſaliter in malis eſt humiditas multa, & ſupfluitas frigi da, & ideo deddruitur ſuccus eorũ, & acreſcit, niſi q̃s coꝝ quunt cũ melle, & ſit inde rob & ſeruat, ſed citonia & ſuccus eorũ ſeruat. Dioſcorides.) Arbor citoniorũ & malorũ, ſcilicet folia & flos & ſummitates ſunt ſtyptica, & pprie arboris citoniorũ, & fructus eius immatus rus eſt ſtypticus, ſed poſtquã maturat, nõ eſt ſtypticus, ſed mala illa q̃ colligũtur in vere, generãt cholerã citri nam, & inducũt inflãmationem, & nocẽt neruis & mẽ bris q̃ ſunt de genere neruorũ. Sed citonia ſunt bona ſtomacho, & ꝓpter hoc vrinam, & ſi aſſant, ſunt meliora habẽtibus fluxũ antiquũ, & vlcera intestinorũ, & ſputũ ſanguinis, & cholericã paſſionẽ, & q̃ bibit infuſio eis toniorũ, cõfert ſtomacho & intestinis, ad q̃ currũt ſup fluitates, & ſuccus eorũ q̃ adminiſtrat, ꝓtert aſmati, & ſit ex decoctõe ipſorũ cliſtere ad exitũ ani & matricis, & q̃ ipſa condiunt cũ melle, ꝓpter vrinã, & mel cũ quo cõdiunt, idem facit, q̃m acquirit ab eis virtutem q̃ ſtringit ventrẽ, & illa q̃ coquunt cũ melle, cõferunt ſtomacho, & habẽt ſaporẽ bonum, verũtamen debiloris opationis ſunt in conſtringẽdo q̃ illa q̃ nõ coquũtur, & citonia coquunt & ponunt in emplaſtris adſtringẽdum ventrẽ, & ad ſyncopim, & ad inflãmationẽ ſtomachi, & ad apoſtemata mãmillarũ calida, & ad duritiem ſplenis, & ad hæmorrhoidas, & ſit vinũ ex eis, q̃ terſi tur & exprimit ſuccus eorũ, & proijcit ſup 16. kiſt ſuceꝝ, kiſt vnũ mellis vt feruet, qa ſi nõ apponeret mel, acesce ret iſtud vinũ: & illud vinũ ꝓeunit oĩbus ægritudinib⁹, gbus diximus iuuare citonia, & ſit ex citonijs oleũ q̃d dicit oleũ citonioꝝ, et vtimur eo q̃n volumus oleũ ſtyptic̃, & oportet q̃ eligant citonia q̃ dicunt licinia, & ſũt parua, rotũda, bonj odoris. Illa vero q̃ noĩant ſaturnion vel ſatromon, & ſunt maiora, ſunt minoris iuuamenti q̃ illa, & flos arboris citoniorũ, dũ eſt ſiccus, non humidus, eſt cõueniẽs in emplaſtris, in qbus neceſſaria eſt ſtypticitas, & cõuenit apoſtematibus calidis oculoꝝrũ, & q̃ bibit cũ vino, ꝓtert ſputo ſanguinis, & fluxui ventris, & menſtruoꝝ. Sed illa q̃ dicũtur melomella, molliunt ventrẽ, & expellũt lũbricos, & ſunt mala ſtomacho, & inflãmantia ipſum, & q̃dam noĩant ea galos pomella. Sed illa q̃ noĩantur atyropita vel atyrotypa, & ſunt illa q̃ noĩantur in latino arnicata, & ſunt bona ſtomacho, & ſtringũt ventrẽ, & ꝓpter hoc, & ꝓpter vrinã, niſi qa ſunt debilioris virtutis q̃ citonia. Sed ſylueſtria ex eis ſunt ſimilia malis q̃ naſcũtur in vere in ſtypticitate, & oportet q̃ adminiſtrẽtur citonia in ægritudinibus, in gbus oportet ſtypticare, anteq̃ peruenianꝫ ad maturi tatem. Hunaim.) Citonia, ꝓuocant vrinam p accidens, qa ſtringũt ventrẽ. Aben meſuai.) Ponticitas ipſorũ eſt plus ponticitate malorũ, et q̃ fugit ea poſt potũ vini, prohibent fumoſitates vini aſcẽdere ad caput, & non oportet q̃ aliqs vtat eis nimis, qa faciunt accelerare deſcenſionẽ cibi ante digeſtionẽ eius, & nimius vſus eorũ generat colicã, & dolorẽ neruorũ, & rob eorũ ſimplex cõfert choleræ q̃ generatur in ſtomacho, & miua q̃d fortificat ſtomachũ, & incoriat eũ, & abſcindit vomitũ q accidit a phlegmate, & vinũ citoniorũ ſimplex, quod eſt fine melle, cõfert choleræ, & abſcindit fluxũ cholericum & ſitim, & quæ ex citonijs ſumunt cum melle, ſunt bona vomitui phlegmatico, & calefaciunt ſtomachum, & condita ex eis incoriant ſtomachum, & fortificant epar, & mucillago granorum eorũ ſuccaro lenit cannam pulmonis, & humectat ſiccitatẽ eius.

DE ACETO. CXXXIIII.

CHal, id eſt acetũ. Galenus,) Subſtantia eius eſt ſubtilis, cõpoſita ex caliditate & frigiditate, niſi qa frigiditas eſt amplior in eo q̃ caliditas, & deſiccatin ſecũdo gradu, ſcilicet prope finẽ eius, q̃ñ fuerit antiquatũ. Et dixit ĩ acero, q̃ ipſum eſt nociuũ neruis, & experiẽtia teſtificat hoc. Et hoc quod ipſum minuit ſenſum, & eſt frigidũ, & ꝓpterea nocet cito, & ꝓpter ſubtilitatẽ q̃ eſt in eo etiã, quare habet potentiã penetrandi ad pfundũ. Et dixit in vino, q̃ in eo ſunt ſupfluitates groſſæ, q̃ quidẽ q̃ vinũ quieſcit, reſidẽt & cedũt in fęces eius, & eſt in eo ſupfluitas alia velut ſpuma, q̃ ſupnatat in ſuperioribus vaſis q̃ bullit, vltimo vero deſcẽdit in fęces, & eſt ſupfluitas alia tertia, quæ eſt admixta toti vino, & ebullitio adeſt priusq̃ in ipſa ſupfluitate q̃ in alijs, & cũ iſtis tribus ſupfluitatibus eſt ſubſtãtia ipſa vini ſana, qñ ergo vinũ cõuertitur in acetũ, in frigidantur partes vinoſæ, ſcilicet q̃ ſunt in vino, & eſt ſubſtãtia ipſa vini ſana, & ſuperaleẽt ſupfluitas aquoſa q̃ eſt in eo ꝑ putrefactionẽ, quã acquirit a caliditate, ſicut accidit alijs corporibus q̃ putrefcũt. Erit ergo acetum ſecundũ hãc rationẽ res cõpoſita ex partibus contrarijs multũ, qa in ipſo eſt aliqua pars calida, & aliqua frigida, & ꝓpter hoc dicũt in aceto, q̃ amiſit caliditatẽ naturalẽ q̃ erat in vino, & acquiſiuit caliditatẽ alij accidentalẽ a putrefactione, & acetũ q̃dem, qñ in eo nõ eſt acuitas, eſt frigidum, ſed q̃ñ in ſapore & odore eius eſt acuitas, eſt in eo caliditas pauca, eſt igitur ſicut alię medicinæ, quarũ virtus eſt cõpoſita. Ite Galenus ꝙ Hippocratem.) Confert cholericis, & debilitat viſum, & deſtruit phlegma. Hippocrates.) In ægritudinibus acutis acetũ eſt bonũ cholericis, & nõ eſt iuuatiuũ melãcholicis, & eſt nociuũ mulieribus, eo q̃ lædit earũ matrices. De aceto ii. f. c. 11.

Dioſcorides.) Acetũ infrigidat & ſtyptícat, & eſt bo nũ ſtomacho, & ꝓpter appetitũ, & abſcindit ſanguinẽ, a quocunq; mẽbro fluat, & ſi bibatur, aut fiat feſſio in eo, & coquitur cũ cibis, cõuenit curſibus ſupfluitatũ ad ventrem, & q̃ñ infunditur in eo lana non lota, aut ſpongia, curat apoſtemata in principio ipſorum, & reſtringit matricẽ egreſſam, et anũ exeuntem, et ſtringit gingiuam ſanguinolentã, et cornet vlceribus fraudulentis quæ accidũt in corpore, et erifipillæ, et formicę, ſcabiei vlceroſæ, et impetigini, et hæmorrhoidibus, et panaricio, quando miſcetur cũ aliquibus medicinis conuenientibus iſtis ægritudinibus, et quando abluũt cum eo vlcera fraudulenta, et pruritus ablutione aſſidua, prohibet augmentum eorum in corpore, et quãdo miſcetur cum pauco ſulfure, et apponitur tepidum ſuper podagram, cõfert, et quando coquitur cũ melle, et linitur cum eo liuor qui ſit ſub oculo, aufert eum, et quando infunditur ſpongia in aceto quæ prius fuit infuſa in oleo roſaceo, et apponitur fronti, confert habenti ſoda ex calore ſolis, et fumus eius quando eſt calidus

calidus, confert hydropisi, & grauitati auditus, & tinnitui aurium, & quando distillatur in aure, occidit vermes qui sunt in ea, & proijcitur repidũ superapositemata quæ dicunt phagos, aut spongia in eo imbibita, applicat eis, & sedat ea, & sedat pruritũ corporis, & proijcitur calidũ super morsus venenosos: asalium, q̃ occidunt sua frigiditate, & confert potanti medicinas mortiferas, q̃ bibitur calidum, & prohibet nocumentum opij, prie, & fuecaran & aconiti, & cõfert coagulationi sanguinis & lactis in ventre, & q̃ bibitur cum sale, obuiat nocumento fungoꝝ, & nocumẽto toxici, quod dicitur acria, & alterius quod dicitur samlich, & quando bibitur, eradicat sanguisugas quæ adhærẽt gutturi, & confert tussi antiquæ, & quando bibitur calidum, confert asmati, & quando fit gargarisma cũ eo, absc indit cursum humoꝝ venientium ad gutturi, & cõfert squinantiæ & casui uuulæ, & fit collutio oris, cum eo calido, & confert dolori dentium.

DE XILOCARACTA. CXXXV.

Charnub, id est xilocracta, Galenus.) Sapor earum est stypticus cũ pauca dulcedine. Et virtus earũ prima q̃si sunt recentes, est desiccatiua, & q̃ deficcant stringunt, sicut faciunt cerasa, qa humiditas earũ resoluitur, et remanet substãtia quæ deficcat. Sed arboris earum virtus est deficcatiua & stiptica.

De stiptis l. 1. c. 130

Dioscorides.) Q̃si ipsæ administrãtur humidę, sunt male stomacho, & leniunt ventrem, & q̃ deficcantur & exhibentur, sunt stomacho meliores q̃ humidæ, & stringunt ventrem, & puocant vrinã, proprie q̃n cõficiũtur cum rob. Rasis.) Quãdo vertucæ liniuntur cum xilocracta cis viridibus, eradicant eas, & ego vidi hoc.

DE SALICE. CXXXVI.

Blef, id est Salix, Galenus.) Folia eius & flos & rosa habent in sapore pontcitatẽ. Et virtus salicis prima est deficcatiua sine pũctiõe, Cortex vero est iccioris complexionis, sicut sunt species oẽs corticũ. Et virtus secunda fortificat, Et tertia est q̃ administrantur folia eius cõglutinationi vulnerũ. Sed flos & rosa eius administrãtur ab oibus medicis in vnguentis deficcatiuis. Et ex hoibus sunt qui accipiũt folia forsarum eius, & succum ipsius. & cõponunt ex eis medicinam deficcatiuã, quæ confert in multis, q̃n non est medicina magis iuuatiua in his quæ deficãt sine mordicatione, & proprie, qa in ipsa est stypticitas pauca, & q̃ comburuntur cortices salicis, & confiũntur cum aceto, & administrãtur in oibus ægritudinibus in quibus necessaria est deficcatio, sicut in verrucis, & prie in rotundis, & in bothor similibus capitibus clauoꝝ, & in verrucis infixis in cute, eradicat eas, q̃si fit cum eis linitio, & q̃ euellitur cortex eius tẽpore quo emittit flores, & colligitur gũmi eius, & habet hoc gũmi virtutem abstersiuam & subtiliatiuã, & ideo administratur in oibus ægritudinibus quæ accidũt pupillæ, & facit nocumentum & impedimentũ visui. Dioscorides.)

De Salice li. c. 117.

Virtus fructus eius & foliorum & corticis & succi est stiptica, & q̃ bibitur folia ipsius trita cum pauco pipere & vino pauco, confert colicæ quæ dicitur ileos, & q̃ sumuntur folia cum aqua, prohibent impregnationem, & fructus q̃ bibitur, confert sputo sanguinis, & cortex similiter facit hoc, & q̃ cõburitur cortex, & conficitur cum aceto, & fit emplastrũ cum eo, eradicat verrucas quæ fiunt in manibus & pedibus, & resoluit duricies vlceri, & succus foliorũ & cortex recens trita cum oleo rosaceo, si bulliertit in cortice granati, cõfert dolori aurium, & decoctio eius administratur suppedes podagricoꝝ, & confert eis multum, & mundificat furfures capitis, & colligitur ab eo humiditas q̃ excoriatur a cortice suo, q̃ incipit apparere flos eius & reperitur intra corticem humiditas aggregata, quæ abstergit oculum, & aufert tenebrositatem visus. Bedis goras.) Salicis propriet as est, quod extrahit sanguisugas adhærentes gutturi, & conglutinat vulnera recentia. Aben mesuai.) Folia salicis bibita, prohibent cõceptionem, & conferunt fluxui sanguinis, & hæ quæ egrediũtur eo, acuit visum. Arabari.) Hæc fassafabra dipilos. Salamine.) In folio salicis, & in salice non fuit locutus Galenus, nec dixit aliqd. Paulus.) In folio salicis & salice nõ dixit Galenus aliqd. Onasim.) In medicina quę dicit Serapi, dixit Hunaim quod ipsa est salix, et virtus fructus & folioꝝ est stiptica sine punctiõe, & deficcat occulte, & ex aqua in q̃ decoquit, fit clistere illi q̃ egerit sanguinẽ & mittit i aures a gbus egredit sanies, & conglutinat vlcera magna, & ratio eius in his rebus est fortior q̃n bibitur cum vino styptico nigro, & quãdo ex folio eius recenti solo fit emplastrũ, confert fluxui sanguinis vndecunq; exeat.

DE CAVDA EQVINA. CXXXVII.

De equise to li. 4. ca. 32.

Dhenebalchar, id est cauda equina. Dioscorides.) Est planta habens concauas virgas, quarũ color vergit ad rubedinẽ multã, & sunt asperæ multum, & plenæ multis nodis, quæ virgæ inuoluunt se vicinis arboribus, vel alijs circunstantibus rebus, & habet folia similia folijs iuncꝝ in summitate acuta, & nõ dura, & plurima densa, et yrei surfum eleuata, aliq̃ vero egreditur a muris in quibus nascitur, & declinat inferius propter multitudinẽ foliorũ, quæ sunt sicut cõma, vt videatur velut cauda pendens in muro, & propter hoc sic noiatur, & nodi eius egrediuntur vnus ab alio, & habet radicẽ durum lignosum, nascitur multũ prope aquas, & in locis humidis. Galenus.) Virtus huius plantæ est stiptica cũ amaritudine pauca, & propter hoc deficcat sine mordicatione, & propter hanc causam cõglutinat, et confol dat vulnera mala, & plert habentibus rupturam in fiac, q̃si intestina descendũt inferius, & cõfert sputo sanguinis, & fluxui sanguinis menstruoꝝ rubei maxime, & confert vlceribus intestinorum, & fluxui ventris. Et dixerũt q̃dam, quod cõsolidauerunt cũ ea vulnus, quod erat in vesica in tẽpore breui. Dioscorides.) Habet virtutẽ styptica m, & q̃ succus eius imponitur naribus, absc indit fluxum sanguinis ab eis, & q̃ datur ex ea in potu cum vino, pfert vlceribus intestinorum, & fluxui ventris, & prouocat vrinam, & q̃ folia eius pistantur, & fit emplastrum cũ eis, cõglutinat vulnera recentia, etiam si fuerint nerui incisi, consolidat eos, & decoctio radicis eius & folioꝝ q̃ datur in potu, cõfert tussi antiquæ, & coarctationi anhelitus, & si potentur trita & sicca, idem faciunt, & quando fit emplastrum cum eis recentibus, confert artritioni lacertorum: & dicunt quidam quod ipsa conglutinat vulnera vesicæ & intestinorum, & quando folia eius bibuntur cum aqua, & fit emplastrum cum eis, curãt rupturam intestinalẽ. Abix.) Est frigida in primo, sicca in secundo, & est stiptica multum, confert apostematibus stomachi, et epatis, & hydropisis empla strata & bibita.

DE COLLA ET GLVtine. CXXXVIII.

De glutino li. 3. ca. 81.

Zire, id est gluten. Dioscorides.) Illud quod fit ex corijs boum, q̃ dissoluit in aceto, & fit inde linitio, eradicat impetiginem, et excoriat scabiẽ vlcerosam, & quando dissoluitur in aqua calida, & linitur cum eo cõbustio ignis, nõ finit locum vesicari, & quando dissoluitur cũ melle & aceto, confert exituris.

De glutino piscis li. 3. ca. 84.

Sed colla piscium fit ex pisce quoda magno, & melior ex ea est illa, quę fit in terris Nitin, & quæ est alba, in quaest asperitas pauca, & cito dissoluit, & ipsa ingredit in vnguentis capitis, & medicinis scabiei vlcerosæ. Et quando ponitur in pultibus confert sputo sanguinis, Et putaeturant q̃ fit linimentũ cum ea, extendit cutem, Et coria q̃dem boum cõburunt, & quod de eis cõbustum

combustum est, abluitur, & administratur loco tuciæ, & gluten quod fit ex puluere molendini, cũ quo libri conglutinantur, qñ ex eo fiunt pultes, & bibitur ex eis pondus drachmæ vnius cũ dimidia, confert sputo sanguinis. Galenus.) Gluten quod fit ex simila, & ex puluere molẽdini, virtus eius conglutinat & maturat, qñ fit emplastrum cum eo. Paulus.) Gluten piscium habet virtutem conglutinatiuam, & deficcatiuam, & est conueniens vnguentis quæ fiunt capitis, & vnguentis quę conglutinant, & incarnant, & conuenit in medicinis baras, & in scissuris faciei, & extendit cutem.

DE MEDICINIS FRIGIDIS & Humidis in primo gradu, & numeratio eorum.

PRuna Damascena, spinachia, viola, dulb, endiuia, & species eius, scilicet, taraxacon, & scariola, rostrum porcinũ, cerasa, & gummi eius, atriplex, liquiritia, & succus eius, bleta, malua, & sunt medicinæ vndecim.

DE PRVNIS CXXXIX.

ANas, id est prunus. Galenus.) Pruna Damascena sunt stypticiora, illa vero quæ afferuntur ab Armenia, sunt dulciora, sed arbores ambarum arborum istarũ regionum sunt secundũ diuersitatem fructuũ ipsorũ, qa arbor Damascenorũ est stypticior, & Armeniorũ est minus stiptica, verũtamen vniuersaliter in arboribus & radicibus inuenitur stypticitas manifesta, ideoq; gargarisma factum ex decoctione foliorum & ramoꝝ, confert tumori vuluæ. Fructus vero istarũ arborum qñ est recens, laxat ventrẽ, qñ vero desiccatur, laxat minus. Sed fructus prunorũ paruorum agrestium stypticant stypticitate manifesta, & stringũt ventrẽ. In gũmi vero istarũ arborũ est incisio, & subtiliatio, & ideo frangit lapidẽ, & qñ cum acero liniẽt sup impetiginẽ in fantiũ, curat eam. Dioscorides.) Fructus prunorũ comedit, & est malus stomacho, & mollit ventrẽ, sed fructus prunoꝝ de Seni, & pprie ex Damasco, qñ desiccat, est bonus stomacho, & stringit ventrem, & qñ coquit foliũ cum vino, fit inde gargarisma, abscindit cursum humoꝝ currentium ad vulũ, & ad ambas amygdalas, & gingiuas. Sed fructus prunorum agrestium qñ maturantur & desiccant, faciunt hoc, & qñ coquuntur cum rob, fit sapor eoꝝ & operatio melior, & restrictio eius fortior. Gũmi vero arboris prunorum conglutinat vlcera, & qñ bibitur cum vino, frangit lapidem, & quando miscetur cum aceto, & fit linitio cum eo, curat impetiginem puerorum.

De pruno li. 1. ca. 137

DE SPINACHIA. CXL.

HIspenach, id est, spinachia. Aben mesuai.) Sũt frigida & humida in fine primi gradus, & leniũt vẽtrẽ, & conferũt dolori pectoris, & pulmonis, accidẽti causa sanguinis, & doloribus q̃ fiunt a cholera & sanguine. Melea.) Nutrimẽtũ eoꝝ est melius nutrimẽto attriplicis, et est opatio eius, ppe opationẽ illi⁹.

DE VIOLA. CXLI.

De Viola purpurea li. 4. c. 107.

SEneffigi, id est, viola. Dioscorides.) Est herba cuius folia sunt minora cussus, & nigriora, & non elongãtur multũ ab eis in figura sua, & habet stipitem egredientẽ ab vna radice, & est super eũ pilus, & in summitatibus eius est flos boni odoris, coloris purpurei, nascit in locis vmbrosis & asperis. Galenus.) Foliorum huius herbæ subtilitia est aquosa. Et virtus eoꝝ prima infrigidat parũ. Et secunda leniticat. Et tertia quæ sedat apostemata calida, qñ ponunt super ea fo la aur cũ farina hordei, & cõferũt inflãmationi quæ fit in ore stomachi, & in oculo. Sed flos eius cũ hoc q̃ fe dat inflãmationẽ stomachi, habet pprietatẽ laxãdi choleră. Dioscorides.) Qñ fit emplastrũ cum foliis solis huius herbę, aut cũ sauich, infrigidat, & cõfert inflãtioni oris stomachi, & apostematibus calidis oculoꝝ, & exitui ani. Et dicit, qꝰ flos eius a pprietate q̃ est in eo qñ bibit cum aqua, cõfert squinãtię, & epilepsiæ q̃ accidit pueris, & est illa quã vulgares nostri matrẽ puerorũ. Aben mesuai de pprietate eius.) Laxat cholerã a stoma cho & intestinis, & confert inflãmationi q̃ est in eis, & sodæ, & squinãtię quæ accidit infantibus, qñ fumiẽt aqua calida, & qñ aligs vult de ipsa exhibere in potu, ad laxãdum ventrẽ, exhibeat a ʒ. ij. vsq; ad vij.

DE PLATANO ARBORE siue Scotano. CXLII.

DVlb, id est suffeire, id est fustet, id est scotanũ. Ifaac eben amram.) Dulb est arbor magna expansa, habẽs folia magna similia palmæ manus hois, similia foliis keruæ, nisi qa sunt minora, quorum sapor est amarus ponticus. Et cortex ligni eius est grossus, & rubeus. Color vero ligni eius qñ scinditur, est medius ĩter glaucedinẽ & ruborẽ, & habet florẽ paruũ leuẽ, glauci coloris, in cuius loco qñ cadit, nascit granũ asperũ glaucũ, vergens ad rubedinẽ, puluerulentum in superficie, sicut granũ catapuciæ. Galenus.) Substãtia eius est frigida & humida, nõ longe a rebus temperatæ cõplexionis, & ideo folia recẽtia qñ terunt, & ponunt sicut emplastrũ super apostemata quæ fiunt in genicu lis, sedant ea sedatione manifesta. Sed corticis & nucis eius virtus deficcat adeo, q̃ qñ cortex ipse coquitur in aceto, confert dolori dentiũ. Nux vero eius qñ admisceatur cũ axungia, confert apostematibus q̃ accidũt a cõbustione ignis, Cortex vero ipsius qñ cõburit cum medicina deficcatiua & abstersiua, & cõfert æ gritudini cum aqua eleuat cutis. Et cinis eius solus curat vulnera in qbus est sordes & putredo, propter nimiam humiditatem existentem in eis. Et oportet q̃ caueatur multũ a puluere qui est in foliis eius, & in fructu, quia est nocĩuus valde cannæ pulmonis, ideo qa desiccat multũ, & inducit asperitatem, & nocet voci, & loquutioni, & etiã visui, & auditui, si cadunt in auribus vel in oculis.

De platano lib. 1. ca. 91.

Dioscorides.) Habet virtutem frigidã & humidam, qñ folia eius recẽtia terunt, & fit emplastrum cum eis, sedat apostemata calida quæ fiũt in genu, & qñ cortex eius & nux cõburũtur, & fit emplastrũ cũ eis, ex adipe porcino, aut arietino, cõfert vlceribus putridis, similiter & cinis eoꝝ facit solus, & qñ coquunt folia recẽtia cum vino, & fit inde emplastrum cum eis, phibet cursum humoꝝ ad oculum, refoluit apostemata phlegmatica & calida eius, & qñ cortex dulb coquit cum aceto, & fit collutio cum eo, cõfert dolori dẽtium, & qñ fructus eius recens bibitur cum vino, confert morsibus venenosis, & quando administratur cum axungia, curat combustiones ignis, & puluis foliorũ quando cadit in oculos, aut in aures, nocet multum fimiliter & puluis qui est super fructum ipsius.

DE ENDIVIA ET SPECIEbus eius. CXLIII.

De seri, & Intybo lib. 2. ca. 125.

DVndebe, id est endiuia. Dioscorides.) Sunt ei species, nã est ex ea domestica, & ex ea est scariola, & est ex ea syluestris, q̃ est taraxacon, & est tertia species, q̃ dicit candarel, & est amiron. Sed scariolę duę sunt species, vna assimilat lactucę habẽs folia lata, & secunda habet folia strictiora, & taraxacon habet folia latiora q̃ domestica. Sed candarel planta & stipes assimilantur endiuię agresti, & ideo dicit, qꝰ est species eiꝰ. Folia vero ipsius & stipes & radix sunt subtiliora q̃ endiuiæ agrestis, & reperitur super ramos eius gummi simile mastici, aliquãdo in quantitate fabæ. Est & alia species ex candarel, habens folia velut incisa, extensa super terram, & stipites plenos, molles, & radices habentes summitates subtiles, folia eius rara obrotunda, ad ruffedinem tendentia, plena lacte, nascit plurimum in locis

De Intybo li. 2. ca. 125. De pruno li. 1. ca. 137

in locis cultis. Galenus.) Domeſticæ ſapor eſt ſtypti cus cum amaritudine. Et virtus eius prima infrigidat pluſcꝫ ſylueſtris, fed qa in ea eſt mixta humiditas extranea multa, ablata eſt ab ea ficcitas, ſed in ſapore agreſtis eſt ſtypticitas cũ amaritudine. Et virtus eius prima infrigidat & deſiccat in primo gradu. Sed candarel ſapor eſt ſtypticus cum amaritudine, ſed amaritudo eius eſt fortior ꝙ̃ endiuiæ, & virtus eius eſt ſimilis virtuti endiuiæ, niſi qa virtus deſiccatiua eſt in ea plus. Dioſcorides.) Omnes iſtæ ſpecies, volo dicere, agreſtis & domeſtica, ſunt ſtypticæ, & infrigidatiuæ, ſunt bonæ ſtomacho, quæ qñ coquuntur & comeduntur, cõferũt debilitati ſtomachi, & qñ ſit emplaſtrum cũ aliqua ex eis ſola, aut cum ſauich, ſedat inflãmationẽ ſtomachi, & ſit ex eis emplaſtrum ad cardiacam, & confert podagræ, & apoſtematibus calidis oculorũ, & qñ ſit emplaſtrum cum ea & cum radicibus eius, confert puncturæ ſcorpionis, & quando cum ea ſit emplaſtrum cum ſauich, confert erifipilæ, & quando aqua eius miſcetur cum ceruſa & aceto, ſit vnguentum vtile, vbi oportet infrigidari. Et dixit in candarel, quod gummi eius qñ miſcetur cum myrrha, & ſit inde nafale in quantitate oliuæ, prouocat menſtrua, & teritur hæc herba cũ radice ſua, & miſcetur cum melle, & ſiunt inde trocifci, qñ diſſoluuntur cum aqua & nitro, & linitur cum eis boach, id eſt morphea alba, auſterur, & gũmi eius facit adhærere pilos palpebrarum, & qñ in radice eius dum eſt recens, infigit acus, & illa humiditas quæ adhæret acui, linit ſuper locũ pili palpebræ, facit eũ adhærere, & qñ bibitur cũ vino, confert morſui tyri, & qñ aqua eius coquitur cum vino, & bibitur, ſtringit vẽtrem. Et dicunt in ſpecie quæ habet folia velut corroſa, quod virtus ſtipitis & foliorũ eſt maturatiua, ſed & iſta facit pilos adhærere in palpebris. Alcanzi, & Aben meſuai.) Taraxacon confert puncturæ ſcorpionis, & lac eius aufert albedinẽ oculi. Paulus.) Taraxacon infrigidat multũ & humectat. Hunaim.) Taraxacon bibitum, cõfert puncturæ ſcorpionis, & azambor, id eſt calauronis magni nigri, murmurantis volãdo, & febri quartanæ. Aben meſuai.) In æſtate apparet amaritudo eius amplius, & tunc declinat ad caliditatem, in hyeme vero eſt contrarium huius, & vniuerſaliter eſt herba frigida & ſicca, habens caliditatem modicam in tẽpore æſtiuo. Almaiemir.) Quod vincit in cõplexione ſua, eſt frigiditas & ſiccitas, & eſt in ea amaritudo, & cũ his ambobus, & eſt ſtyptica tẽperate, & ideo eſt vna ex melioribus medicinis diſtẽperantiæ calidæ epatis. Galenus iterum in Dictis.) Virtus endiuiæ eſt ſicut virtus lactucæ, niſi qa non eſt in proprietatibus eius omnibus ſimilis ei. Arianialis.) Eſt endiuia frigida & humida. Armaſius.) Eſt ficca, paucę frigiditatis. Paulus.) Eſt ficca in primo.

DE NENVFARE. CXLIIII.

De Nym/phea lib.3. ca.126.

NIlofar, id eſt, nenufar. Dioſcorides.) Eſt plãta quæ naſcitur in paludibus, & aquis nõ curentibus, habet folia ſimilia foliis plantæ, quæ dicitur pinorion, niſi quia ſunt minora eis, & longa parum, cuius quędam partes apparent ſuper aquam, & quædam ſub aqua, & in oĩbus ſunt folia multa, & habet ramos ex vna radice egredientes, & habet flores albos ſimiles lilio cũ palliditate pauca, habẽtes in medio velut crocum, & quãdo proiſcit flores eius, apparẽt capita eius ſimilia malis, aut capitibus papaueris nigri, in quibus eſt ſemen nigrum, latum, amarũ, viſcoſum, & habet ſtipitem lenem, non groſſum, nigrũ, ſimilem ſtipiti herbæ quæ dicitur pinorion, & habet radicem nigram aſperam, habentem nodos, hæc autumno euellitur. Galenus.) Virtus radicis & ſeminis huius plantæ deſiccat ſine mordicatione, & ſecunda virtus ſtringit vẽtrem, & abſcindit fluxum ſpermatis, qui accidit in vigilijs etiam vel alio quocunqꝫ modo, & confert vlceribus inteſtinorum, & quod de ea eſt album, eſt fortius nigro, quouſqꝫ abſcindit fluxũ menſtruorum, quãdo bibitur cũ vino ſtyptico, & eſt in eo virtus quæ abſtergit, & ideo curat boach, id eſt morpheã albam, quãdo cõfi citur cũ aqua, & alopiciam, quãdo cõficitur cũ pice humida: verũ in his duabus ęgritudinibus melior eſt illa, cuius radix eſt nigra. Dioſcorides.) Quãdo bibitur de radice ipſius ſicca cũ vino, confert fluxui antiquo, & vlceribus inteſtinorum, & reſoluit apoſtemata ſplenis, & ſit emplaſtrũ cum ea in dolore ſtomachi & veſicæ, & quando admiſcetur cum aqua, & ponitur ſuper albam morpheam, abſtergit eam, & quãdo miſcetur cum pice, & ponitur ſuper alopiciam, curat eam, & bibitur ex ea, & aufert pollutionem. Si vero vtitur eo aliquis nimis, debilitat genitalia. Semen vero eius facit idem, quod radix eius in his omnibus. Lib. 3. ca. 126.

Et eſt ſpecies alia huius plantæ, quę habet folia ſimilia ſupradictæ, & radicẽ albam aſperã, & floręs glaucũ pulchri coloris, ſimilẽ flori roſæ, cuius radix quãdo bibitur cũ vino nigro, cõfert fluxui humiditatũ antiquarum matricis, & eſt ſimilis in operationibus ſuis opẽ ratiõibus alterius ſpeciei, & quęlibet ipſarũ facit quod dictũ eſt de ipſis. Aben meſuai.) Vinum quod fit ex nenufar, eſt bonũ tuſſi & pleureſi, & mollit ventrem. Lib. 3. ca. 126.

Aben meſuai, vbi memorat virtutem violę, dixit.) Nenufar vero eſt fortioris opatiõis ꝙ̃ viola. Alchãzi.

Radix nenufar Indicæ, habet virtutẽ mandragoręe. Albafari.) Nenufar eſt frigidũ in tertio gradu, humidũ in ſecundo, ſubtiliũ partiũ penetratiuũ, aufert vigilias euenientes a caliditate, naſcit in terris Mitrię. Eſt tamen alia ſpecies nenufarũ, in qua eſt acuitas, & caliditas, & ſubtilitas, ita ꝙ quãdo volumus calefacere in ægritudinibus frigidis, adminiſtramus eam, & inuenimus iuuamentum, & ſyrupus nenufarũ confert dolori lateris, & pulmonis, & ruſſi, & mollit ventrẽ. Raſis.) Nenufar eſt frigidũ, inducit ſomnum, ſedat dolores, & oleũ nenufarum eſt fortius oleo violaceo. Iſaac eben amram.) Nenufar noſatur interfector apum, eſt ſimilis floribus violarum, ſed eſt frigidior & humidior eis, confert ſodæ calidæ, & inducit ſomnũ, & oleum eius facit hoc. Et quando ponitur ſuper apoſtemata calida confert. Et quando biberit ille qui eſt calidæ complexionis ſemen eius, infrigidat corpus eius, & quando fit inunctio cum oleo eius, facit hoc etiam quod dixi. Auic. cap. 264.

DE CERASIS. CXLV.

SArafie, id eſt ceraſa, dicũt ꝙ̃ ſunt grana magna, ſimilia prunis, & ſunt in Oriẽte, & eſt granũ Regũ, & illud quod eſt apud nos, non eſt eius ſpecies. De Ceraſis lib. 1. ca. 129.

Galenus.) Sunt ex eis dulcia, & pontica, & acetoſa, & dulcia deſcẽdũt a ſtomacho cito, & iuuamẽtũ quod infert ei, eſt paucũ, & pontica faciunt contrariũ huius. Acetoſa vero deficcãt pluſcꝫ pontica, & cũ hoc eſt in eis res incidẽs, et cõfert ſtomacho phlegmatico pleno ſuperfluitatibus. In gũmi vero arboris eſt virtus cõpoſita, qa in eo eſt virtus medicinarũ inuiſcantiũ ſine mordicatiõe, & ideo cõfert aſperitati cãnæ pulmonis, & eſt in eo virtus ſubtilis, & ideo cõfert lapidi qñ bibitur.

Dioſcorides.) Qñ ceraſa adminiſtrant humida, molliũt ventrẽ, & ficca retinẽt viſum. Sed gũmi arboris ceraſæ qñ diſſoluit cũ vino mixto aq̃, curat tuſſim antiquã, & meliorat colorẽ faciei, & acuit viſum, & puocat appetitũ cibi, & qñ bibit cum vino ſolo, cõfert lapidi.

DE ATTRIPLICE. CXLVI.

CAtaf, id eſt atriplex. Dioſcorides.) Sunt eius ſpecies duę, domeſtica, & ſylueſtris. Galenus.) Substantia eſt aquoſa, & eſt in eo aquoſitas, & tranſitus eius in ventrem eſt citus. Et virtus eius prima eſt quæ infrigidat in primo gradu, & humectat in ſecundo. Et ſecunda eſt virtus quæ reſoluit reſolutione pauca. De atripli ce lib. 1. ca. 112.

pauca. Et tertia est virtus quæ confert apostematibus calidis, & erisipilę in principio sui, verũ & in fine eius, & cũ induratur & infrigidat, agrestis magis cõuenit ei. Sed seminis virtus secũda, est virtus quæ abstergit. Et tertia est virtus quæ confert ictericiæ contingenti ab oppilatione epatis. Dioscorides.) Quando coquit & comeditur, mollit ventrem, & qñ fit emplastrum cũ eo crudo & cocto, resoluit apostemata, & qñ bibitur de semine eius cũ mellicrato, curat ictericiã. Rasis.) Semen attriplicis facit vomere fortiter: & vidi homi nem, qui bibit ex eo drachmas duas, & fecit ipsum euo mere, & assellare, vsq; ad debilitationem magnam. Li.1.ca.2

DE LIQVIRITIA. CXLVII.

De radice dulci lib.3. cap.5.

SVs, id est liquiritia. Dioscorides.) Est arbustũ habens ramos longos duobus brachijs, & habet folia simlia folijs masticis, & est super folia humi ditas, quæ adhęret manui, & flos eius est similis flori herbæ dictę brachioth, & est purpurei coloris, & semẽ eius est in magnitudine seminis arboris dictæ kalatabas, verum est asperius eo, & est interius simile lętium rubeæ, & habet radices longas, similes in colore suo ligno, quod no ſtatur in oriente buxum, aut sicut radix gentianæ, & est in eo stypticitas cum dulcedine, & ex primitur succus ex eo, ficut exprimitur licium. Galenus.) Maius iuuamentũ quod est in liquiritia, est in succo radicis eius, & substantia eius est propinqua substantiæ nostri corporis, & valde similis ei, & sapor eius est dulcis, sicut sapor radicis eius, cum stypticitate pauca. Et virtus eius prima est virtus frigidior cõplexione corporis hominis, ac si fit tepidæ caliditatis, & ideo est prope cõplexionem æqualẽ, & est humida temperatæ humiditatis. Et virtus eius secũda est virtus quæ lenit. Et tertia est virtus quæ lenit aſperitatẽ meri, & vesicã, & abscindit sitim. Dioscorides.) Succus eius confert aſperitati cãę pulmonis, & debet apponi sub lingua, & debet transglutiri aqua eius, & qñ bibitur cum rob, confert inflãmationi oris stomachi, & dolori pectoris, & instrumentorũ anhelitus, & cõfert epati, & scabiei vesicæ, & dolori renũ, & fugitur aqua ipsius, & abscin dit sitim & cõuenit exituris qũ limitur super eas, & cõfert stomacho qñ masticatur, & deglutitur succus eius, & decoctio radicis liquiritię recẽtis cõuenit ad ea, ad q̃ cõuenit succus eius: & qñ radix liquiritię mundatur, & desiccat, & teritur, & fit emplastrũ cũ ea, cõfert panaricio, & qñ administratin puluere, cõfert vngulę oculi.

DE SICLA SIVE BLETA. CXLVIII.

DEcka, id est bleta. Galenus.) Sunt eius species duę, scilicet, alba, & nigra, & in sapore eius est nitrositas, & virtus eius est virtus quę abstergit & resoluit, & expellit superfluitates capitis, qñ cum ea fit sternutatorium, & qñ bleta coquitur, egreditur ex ea nitrositas eius, & acuitas. Et fit virtus eius quæ prohibet generationem apostematũ, & resoluit resolutione pauca. In alba vero est de virtute abstersiua, & resolutiua plus, quia in nigra est res stryptica, & ꝑprie in radice eius. Et dixit in libro de cibis, ꝙ in ea existit humiditas abstersiua abstersionis tẽperatę, & cũ illa humiditate laxat ventrẽ, & mordicat intestina & stomachũ, & maxime qñ fiunt boni sensus, & ideo accidit ꝙ bleta est mala stomacho, & ꝑprie illi, ꝙ est sicut dixi, qñ vsus eius est nimius, & nutrimentũ qdem eius est paucum, sicut nutrimentũ aliarum herbarũ. Sed bleta qdem est magis iuuatiua q̃ molochia, in aperiẽdo oppilationes epatis, qñ est sicut diximus. Dioscorides.) Nigra stringit ventrem, ficut lens, & maxime qñ coquitur, radix eius est plus stryptica, & constrictiua ventris: & alia species eius soluit ventrem, & ambę qdem species eius sunt mali chimi, propter nitrositatem quæ est in eis, & ideo qñ fit sternutatorium cũ succo eius & melle, mũdificat cerebrum, & confert dolori auris, & qñ ex decoctione bletę & radicis eius abluitur caput, aufert lendines, & purgat ipsum a furfuribus, & qñ proijcitur suc fcisſuras quæ fiunt a frigore, cõfert eis, & fit emplastrũ cum folijs eius ad morphęa, postq̃ eum morphęæ locus abluitur cum nitro, & fit emplastrum cum ea ad alopiciam, posſq̃ abraduntur capilli, & ad vlcera fraudulẽta, & qñ coquitur cum foljs eius, curat borbor, & cõbustionem ignis, & erisipilam. Aben mesuai.) Qñ coquitur & comeditur cum fabis, digeritur cito. Medicina antiqua est bona colicæ. Liber de Agricultura.) Quando linitur caput cum succo eius, occidit pediculos, & qñ linitur cum ea impetigo, delet eam, & curat ulcera narium, & facit oriri pilos in alopicia.

De Beta li.3.ca.116.

DE MALVA. CXLIX.

CHubeze, id est malua. Dioscorides.) Est ex ea domestica & agrestis. Galenus.) Domesticæ virtus est quæ resoluit, & mollificat parum. Sed syluestris, secundũ quod est in ea de humiditate aquosa, secũdũ hoc virtus eius est debilior, & semina ambarum sunt fortiora eis, & augmentũ virtutis earum est secundũ augmentum siccitatis reperte in eis, & est alia speries quę dicit molochia. Dioscorides.) Domestis ca est conuenientior cibo q̃ agrestis, sed ipsa est mala stomacho, & mollit ventrẽ, & augmẽtũ efficit in lactę, & ꝑprie summitates eius, & cõfert intestinis & veſicæ, & qñ folia masticantur, & fit emplastrũ cum eis cũ pauco sale, mundificat fistulas lachrymales, & facit̃ in eis carnẽ nasci. Sed qñ volumus incarnationẽ cum eis, administramus ea fine sale. Et qñ fit emplastrum cum ea, confert punctureę azambor & apum, & qñ terit cruda, & miscetur cũ butyro, & linitur cũ ea aliquis, non nocet ei punctura eorũ. Et qñ coquitur & teritur bene, & miscetur cũ ea oleum, & ponitur sup cõbustionem ignis, & fug erisipilã, cõfert eis, & fit sessio in decoctione eius mulieri, & mollit duricies matricis, & fit cũ ea clistere conueniens mordicationi intestinorũ, & matricis, & ani, & qñ coquuntur folia eius cum radicibus suis, confert medicinis mortiferis, scilicet, qñ bibitur ex decoctione illa, & fit vomitus cũ ea, & fit illud sępe, & cõfert punctureę rutellę, & puocat lac, & qñ cũ semine ipsius admiscetur semen andachochæ syluestris, sed dat dolorẽ veſicę. Aben mesuai.) Malua est frigida & humida in primo gradu, & ꝑprie domestica ex ea, & est mala stomacho, & humida qdem confert veſicę, & semen est magis iuuatiuũ, & est bonũ aſperitati pectoris, & pulmonis, & veſicę, & qñ folia eius terunt, & ponuntur sup punctura azambor, sedant dolorẽ eius, & qñ coquit cum oleo rosaceo, & fit emplastrum cũ ea in apostematibus veſicę & renũ, confert, & qñ emplastratur cũ ea in apostematibus calidis, sedat, & curat ea.

De Malua li.2.ca.111.

Li.1.ca.

INCIPIT TRACTATVS MEDICINARUM SINGULARIUM SECUNDI GRADUS. Et primo de his, quæ sunt calidæ & siccæ in eo.

CAPITVLVM PRIMVM DE VRTICA. CL.

VNiuersaliter, id est vraith latũ, & est vrtica. Dioscorides.) Sunt ei duæ ſpecies, vna earum est aſperior, & nigrior, habens folia latiora, & habet semen simile semini canabis, niſi quia est minus eo. Alia vero habet semen minutum, & nõ habet folia ita aſpera sicut prima. Galenus.) Quod de ipsa administratur, est semen & folium. Et substantia vtriusq; est subtilissima, & propter hanc subtilitatẽ mordicat quod inuenit ex membris, postq̃ non habet de caliditate tãtum, quod faciat hoc. Et virtus eius prima est

De vrtica li.4.ca.79.

ma est virtus quæ calefacit calefactione non multa,& deficcat deficcatione sine mordicatione & acuitate. Et secũda est virtus quæ resoluit resolutione multa,& est cũ hoc ei virtus inflatiua,& propter hanc causam mouet coitum. Et tertia virtus est virtus quæ delet exitus tras & apostemata quæ fiunt post aures. Et facit excreare humores grossos viscosos a pectore & pulmone qñ bibitur. Et curat vlcera corrosiua,& cãcrum,& omne cui conuenit exiccatio . Et qñ bibitur de semine eius cũ rob,excitat appetitum coitus, & hoc ideo,quia qñ digeritur in stomacho,generat inflationem,& resoluit ventrem solutione temperata, propterea quia abstergit & cõmouet non illa via qua soluunt alię medicinę solutiuæ. Dioscorides.) Folia ambarum specierum qñ teritur cum sale,& fit inde emplastrum, curat morsum canis & vlcera fraudulenta,& cancrosa,& vlcera sordida,& contorsiones neruorum,& exituras,& apostemata quæ fiunt post aures,& apostemata quæ dicũtur furgella,& fit cum eis cerotum cum cera ad duritię splenis , & qñ teritur ex foliis eius ,& ponitur in naribus, abscindit fluxum sanguinis. Et quando teritur ex eis & conficitur cum myrrha,& fit inde nasale, prouocat menstrua. Et ponuntur folia eius recẽtia super matricem egressam,& reuocant eam intus. Et semen eius qñ bibitur cum rob,excitat appetitum coitus, & aperit orificium matricis,& teritur & conficitur cum mel̃le,& comeditur,& confert asthmati,quod nõ finit hominẽ iacere,& pleuresi,& expellit superfluitates a pectore,& decoctio foliorum eius qñ coquitur cũ pauco myrrhæ,prouocat menstrua. Et quando folia ipsa coquuntur cum limacibus,molliunt ventrem,& prouocãt vrinam. Et quando ipsa coquũtur cum hordeo,expellunt superfluitates a pectore,& quando fit gargarisma ex succo eius,curat apostemata vuluæ. Rasis.) Oleũ vrticæ est magis laxativum q̃ oleum chartami,scilicet quãdo tu comparas virtutem laxativam vrticæ virtuti laxativæ kartami. Aben mesuai.) Mouet coitum, qñ comeditur cum cepis & vitellis ouorum. Et quãdo teritur semen eius,& ponitur super cancrum,confert. Et de proprietate eius est qđ laxat phlegma viscosum.

Abenguefit.) Quando excoriatur semen vrticę,& teritur & miscetur cum melle,& fumitur,laxat cũ fortitudine. Et oportet cauere ne tangat linguã,& caput meri ne adurat ea. Et dosis eius est a vigintigranis vsq; ad triginta. Isaac eben amram.) Semen vrticæ purgat humores viscosos,& prouocat vrinam, & confert doloribus renum,& iuuat coitum maxime,si comeditur cum cepis & vitellis ouorum. Et quando bibitur cum secaniabin,confert spleni & dolori lateris.

DE BLACTA BIZANTIA. CLI.

ATh far athneb,id est vngula aromatica,& est blacta bizantia. Dioscorides.) Est conchilium ex speciebus ostreorum , & est similiter de conchilijs palpir , & reperiuntur in regionibus Indiæ in aquis,iuxta quas oritur ſpica nardi , odor autẽ eius est aromaticus,qñ ĩstud animal comedit nardum. Et ipsa colliguntur in tempore æstiuo,quando aquæ deficẽtur. Reperitur etiam ex eis in littoribus maris euzum, & color eius est decliuis ad albedinem,& est pinguis, sed illa quę nascitur in Babylonia est coloris subnigri, & est minor illa,& oẽs habent bonum odorem. Et qñ fumigatur cum eis , sentitur odor earum ſicut odor castorei. Quando igitur fit suffumigatio cum eis mulieri habenti suffocationem matricis, & similiter habenti epilepsiam, confert,& quãdo bibuntur,molliunt ventrem,& comburuntur,& faciũt oẽs operationes quas faciũt ostraca de Porcoca vel Portura. Dixit Mesehe & Mesarugiæ.) Quod est calida & ficca in tertio gradu. Et Mesehe dixit quod est plus ficca, & est in ea ſtypticitas & ſubtilitas, & confert ſtomacho, & epati,& matrici propter ſuam aromaticitatẽ,& confert cardiacæ, & est bona ſtomacho & matrici, & qñ ſit ſuffumigatio cum ea defubtus,ſtringit fluxum menſtruorum.

DE ABANO. CLII.

ABanus , id est ebenus.) Dioscorides.) Duæ sunt ſpecies , ſcilicet albi & inda . Et albi est lignum nigrum non habens lineationes, sed in ſoliditate & leuitate ſua est ſimile cornu,& qñ frangitur habet fractiones ſuas duras ſolidas, mordicat linguam,& est ſtyptici ſaporis , & qñ ponitur ſuper prunas,profert odorem bonum,ſcilicet qñ est recẽs , quia in ipso est pinguedo,quare inflãmatur quando appropinquat igni,& fricatur ſuper cotem,& elimatur ſicut lapis,& fit color eius ſubrufus , & mordicat linguam. In Indo vero sunt lineationes albę,& coloris ſubrufi,& omnes eius ſpecies,qñ franguntur,sunt durę in fractura. Albi vero est melius. Adulteratur autem cum quadam ſpecie ſpinarum,& cum quodam ligno,quod dicitur ſaphſamphe,propter ſimilitudinem quã habet cum eo. Cognoſcitur autem adulteratum ex eo,quia est molle,& in colore ſuo est varietas linearum,& color eius est purpureus,& non mordicat linguam,& qñ ponitur ſuper ignem , non habet odorem bonum. Galenus.) Iſtud lignum est ex rebus quæ fricantur cũ aqua , reſoluuntur ſicut lapides, & ſubſtantia eius est ſubtilis. Et virtus eius prima est q̃ calefacit. Et virtus ſecũda est q̃ abſtergit. Et tertia eius virtus est quæ auferst , quod est coram pupilla , impediens viſum. Et ipſum ingreditur in medicinis oculorum , conferentibus vlceribus antiquis eorum , & humoribus fluentibus ad eos antiquo curſu,& ad bothor. Dioſcorides .) Virtus ebeni est abſtersiua obſcuritatis viſus, & confert antiquo curſui humiditatum ad oculum,& vlceribus oculi noſatis elotis,& fit ex eo fricatorium,ſuper quod fricatur ſiet,& ſit operatio eorum efficator, Et ſi volumus curare oculũ , accipitur limatura eiꝰ,aut ſerratura,& infunditur in vino terræ abnus die vna & nocte,& poſtea teritur bene,deinde fit ſiet. Quidã aũt teruntprimo , & poſtea faciunt quod diximus. Et quidam infundunt ipſum in aqua loco vini , & cõburitur ebenus in olla terrea donec fit carbo, deinde abluit, ſicut abluit molibdena cõbuſta,& est cõueniens oculo & pruritui eius. Alkanzi.) Frangit lapidẽ veſicæ.

DE ABRVGI. CLIII.

ABrong,vel abrugi,est granum paruum puncẽtum nigredine & albedine,rotundum ſicut granum mes,id est robilię nullius odoris , affertur de Seni,in ſapore ipſius est amaritudo , & est calidũ & ſiccum in ſecundo gradu, ſoluit ventrem & expellit lmbricos & aſcarides,& ſoluit ſuperfluitates phlegmaticas ab inteſtinis.

DE SALVIA. CLIIII.

ASalvia,in Latino est ſaluia, Dioſcorides.) Est arbuſtũ longum,habens plures ramos,& lignũ eius est quadrangulatũ, cuius color est ad albedinem decliuis, & ſolia eius sunt ſimilia foliis ciconiorum,niſi quia sunt longiora & ſtrictiora,& rugoſa,pauca rugoſitate, ſicut est rugoſitas panni , poſtq̃ abluit,anteq̃ extendatur & reponatur. Et habẽt ſuper ſe borram , cuius color tendit ad albedinem,& habet odorem bonũ, & est in ea ſubſtantia , & habet in ſummitatibus ramorum ſemen ſimile ſemini herbæ ſylueſtris,quæ dicitur ormen,naſcitur aũt in locis aſperis.

Galenus.) Cõplexio huius arboris est calida,caliditate manifeſta,& est parum ſtyptica. Dioſcorides.) Decoctio foliorum & ramorũ ipſius , qñ bibitur,prouocat vrinam & menſtrua,& expellit fœtum,& cõfert morſui trigoni marini,& denigrat capillos,& confert apoſtematibus,& abſcindit fluxum ſanguinis. Et mundificat vlcera fraudulẽta,& cum decoctione foliorum & ramorum

De Ebeno li.1.c.111.

Li.1.c.111

Li.3.c.32.

Li.3.c.32.

De vngue odorato ſi ne Cinice lib.1,c.2,7.

& ramorum ipſius ſit ablutio, ſedat pruritum genitalium virorum & mulierum.

DE ANAGALLIS. CLV.

Anagallis,) Eſt plãtula habẽs folia ſubtilia parua, & ramos quadrãgulatos, & ſemen ſimile ſemini coriãdri, & maſculus ex ea noïa ſin Græco xantala, & fœmina cardabella, & eſt herba de hauleic.

De Anagallide lib. 2. cã. 171.

Dioſcorides.) Eſt herba cuius duę ſunt ſpecies, vna earum habet florem cœleſtis coloris, & eſt fœmina, altera vero habet florem rubei coloris, & eſt maſculus, & ſunt duæ plantulæ expanſæ ſuper faciem terræ, habentes folia parua, rotunda, ſimilia foliſs herbæ quæ dicitur lactin, & habet ramulos quadrangulatos, & ſemen rotundum, & radicem ſubtilem. Galenus.) Virtus eius prima eſt, quæ calefacit parum, & deſiccat ſine mordicatione. Et ſecunda eſt, quæ abſtergit abſterſione forti, & attrahit. Et tertia eſt, quæ extrahit ſagittas & ſpinas, & alia infixa corpori. Et ſuccus eius iniectus in nares, purgat cerebrum ab humoribus qui ſunt in eo, & incarnat ulcera, & confert corruptionis bus membrorum. Dioſcorides.) Ambæ ſpecies huius herbæ conueniunt apoſtematibus, & prohibent erſipilam, & extrahunt ſagittas infixas corpori, & reprimunt ulcera fraudulenta. Et quando teritur aliqua ex eis, & exprimit ſuccus eius, & ſit ex eo gargariſma, extrahit phlegma a cerebro, & cum eo caputpurgium etiam ad hoc, & ſedat dolorem dentium, & quando ſit cum eo ſternutatio vel maſticatio in parte oppoſita dentis dolentis, aufert dolorẽ eius, & quando iſte ſuccus miſcetur cum melle regionis Atich, confert obſcuritati uiſus & caligini, & abſtergit oculum. Et quando bibitur cum vino, confert morſui tyri, & dolori renũ, & epatis, & lateris. Et dicunt quidam quod illa ſpecies anagallis, cuius flos eſt cœleſtis coloris, confert exitui ani, & illa cuius flos eſt coloris rubei, facit anum egredi, ſi fiat cum eo emplaſtrum.

Lib. 2. ca. 171.

DE OZIMO GARIophilato. CLVI.

Berengemiſch, id eſt, ozimum gariophilatum. Iſaac eben amram.) Eſt ozimum gariophilatum, & folia eius ſunt parua, quorum color eſt inter virorem & glaucedinem. Et odor huius herbę eſt ſimilis odori gariophilorũ. Et ſtipes eius eſt quadrangulatus, cuius color eſt ſicut color foliorum ipſius, & ſemen eius eſt minutum, nigrum, & colligitur in menſe Iunio. Eſt calidum & ſiccum in fine ſecundi gradus. Confert ſtomacho frigido, & facit digeri cibũ groſſum, Et cõfert epati, & cordi. Et aufert cardiacam, quę ſit a melancholia & phlegmate, & aufert triſtitiam & ſolicitudinem. Et odoriferas facit eructuationes, & aperit oppilationes cerebri. Et quãdo odoratur, aperit oppilationes quæ ſunt in naribus propter phlegma.

Aben meſuai.) Eſt calidum & ſiccum in fine ſecũdi gradus, aperit oppilationes cerebri, & cõfert cardiacę quæ eſt a phlegmate & melancholia, & quando comeditur, aut odoratur, confert oppilationi narium.

Sindaxar.) Auget choleram, & eſt bonum emorrhoidibus. Alkalamen.) Eſt magis temperatum q̃ maiorana, & q̃ zinzibrium, nec eſt in eo de ſiccitate tantum, quantum in illis.

DE OZIMO NON GAriophilato. CLVII.

Berendarog, id eſt ozimum non gariophila tum ſed aliud cõmune. Dioſcorides in capitulo de ſolatro dicit.) Quod domeſticum ſolatrum eſt arbuſtum paruum, & habet folia coloris nigri, ſimilia foliſs berendarog, ſed maiora & latiora. Galenus.) Eſt calidum in ſecundo gradu, & habet humiditatem non naturalẽ. Et dixit Hippocrates.) Quod ipſum eſt ſiccum in natura ſua, & retinet ventrem. Et dixit Ruffus.) Quod eſt ſiccum in natura ſua, & conuertitur ad choleram velociter, & mundificat humiditates pectoris. Et virtus eius ſecunda eſt, quando ſit emplaſtrum cum eo, quæ reſoluit & maturat, & non eſt aliquis eius iuuamenti interius ſumptum, Et dixit in libro de cibis, quod eſt malum in cibo ſumptum, graue digeſtioni. Et dixit in libro ægritudinum, quod eſt vnus ex cibis qui generat cholerã. Dioſcorides.) Quando ſumitur de eo in cibo multum, inducit obſcuritatem viſus, & mollit ventrem, & generat ventoſitates, & prouocat vrinam, & lac, & eſt difficilis digeſtionis. Et quando ſit emplaſtrum cum eo, & cum farinæ polenta, & oleo roſaceo & aceto, confert apoſtematibus calidis. Et quando ſit emplaſtrum cum eo ſolo, confert morſibus ſcorpionis. Et quando ſit emplaſtrum cũ eo, & vino Chio, confert pulſationi oculi. Et ſuccus ipſius quãdo aufertur ſpuma eius, abſtergit viſum. Et ſemen eius quando bibitur, cõfert illi, in cuius corpore generatur melancholia, & confert ſtrangurię & inflationi, & quando odoratur, facit ſternutare, & bedarog quidem facit hoc etiam, ſcilicet herba ipſa, & oportet quod ſtringãtur oculi eius, qui ſternutat cum eo in hora ſternutationis. Multi quidem cauent ab odoratione & a comeſtione eius, propterea, quia quãdo maſticatur, & ponitur in fole, generantur ex eo verames. Et homines regionis Lyonoy dicunt, quod ſi qs comederit bedarog, & pungatur eadem die a ſcorpione, nõ euadit mortem ex punctura illa. Hunaim.) Quando reperimus aliquos ex antiquis phyſicis dicẽtes, quod ſtringit ventrem, & aliquos qui dicũt quod laxat ſicut vidiſti, videſ ex hoc quod habeatin ſe duas virtutes contrarias ſicut caules. Quando ergo inuenit virtutem expulſiuã fortem in corpore, adiuuat ad fluxum. Sed quando inuenit virtutem retentiuam fortẽ, adiuuat ad retentionem, ideo, quia in eo ſunt duæ virtutes, ſcilicet virtus laxatiua, & ſtiptica, ſed fit ſicut dictum eſt. Et dixit in bedarog, & in naponibus, quod quando non bene coquuntur, nocent ſtomacho, propter mordicationẽ quæ eſt in eis. Et dixit in bedarog iterum, quod calefacit ſanguinem, & deſiccat deſiccatione forti. Et dixit iterum. Ficus & vuę & alij fructus, quando nõ ſunt bene maturi, & caro citri, & bedarog, & napo, & bauci, & holera alia omnia, & radices eorum, & vinum groſſum, nouum, multas habent ſuperfluitates, & propterea exprimũtur ab eis ſuci eorum, propter ſuperfluitates quæ ſunt in eis. Aben meſuai in faturegia dixit.) Quod acuit viſum multum ſubtiliter, & ideo comeditur cum bedarog & raphano.

Lib. 2. ca. 135.

DE COTVLA. CLVIII.

Bihar, id eſt cotula. Dioſcorides.) Habet ſtipitem mollem vel lenem, & folia ſimilia foliſs marathri, & flos eius eſt citrinus plus flore camo mille, ſimilis oculo, & ideo nominatur hoc nomine, quia naſcitur in bixana. Galenus.) Acuitas & mordicatio ſunt in ea plus q̃ in camomilla, & reſolutio eiꝰ eſt amplior reſolutione ipſius. Adeo donec cureat apoſtemata dura, quando admiſcetur ei cæra diſſolura.

De Bupthalmo gl. 3. ca. 135.

Dioſcorides.) Quando teritur flos eius cum cæro to, reſoluit apoſtemata phlegmatica, & dura, & dicunt aliqui, quod quando ictericus biberit ex eo in balneo, poſtq̃ egreditur a camera calidiori, meliorat colorem ipſius, & facit ipſum vomere.

Lib. 3. ca. 133.

DE TEREBINTHO ET lentiſco. CLIX.

Baton vel boton, id eſt arbor grani viridis, & eſt botin, id eſt terebinthus. Albotin.) Secundum Medicos eſt duarum ſpecierum, ſcilicet domeſtica, & ſylueſtris, & domeſtica eſt botin ſecundum veritatem, & fructus eius eſt granũ viride, & ſylueſtris eſt lentiſcus, & ambæ habent gũmi. Abohanifa.)

Lentiſcus

Lenti scus est arbor in montibus nascens, & dixit mihi Arabs, quod arbor lentisci est sicut arbor glandium magnarum, nisi quia est pulchrior. Summitates foliorum eius sunt ad rubedinẽ decliues, & sunt folia leuia, & facit fructum in racemis sicut botin, & qñ maturans tur fructus, sunt rubei, & folia eius similiter rubescunt. Coquuntur folia eius bene, & colatur aqua illa, & ponitur iterum super ignem, & coquitur, donec fit sicut rob, & curantur cum eo asperitas pectoris, & tussis, & dolor auris, & est in eo ponticitas. Et qñ apparet gũmi eius, apparet paruum de, inde augetur, donec appareat sicut melo, & dixit, & emanat a lentisco lac viscosum, nigrum, sicut facit ex lauro. Et gluten quidem ex lentisco est odoriferũ, & ingreditur in confectionibus odoriferis, & propter similitudinẽ suam cũ arbore botin. Dicunt quidam, quod arbor lentisci, est arbor grani viridis. Galenus.) Cortex huius arboris, & fructus eius & folia eius omnia sunt styptica. Et cum hoc cale facit in gradu secundo, & istud est signum quod desiccat, verum qñ est recens, humida est minoris desiccationis, adeo qp quãdo desiccatur, fit ficca in secundo gradu. Sed fructus eius proprie, qñ desiccatur, deuenit ad tertium gradum rerum desiccatiuum, & accidit ei de caliditate tantũ, qp ille qui masticauerit ipsum, cognoscit statim, & prouocat vrinam, & confert spleni.

De Vere. bintho li. 1. c.a. 76.

Dioscorides.) Terebinthus est arbor grani viridis, & est arbor nota, cuius folia, & cortex, & fructus sunt styptica, & ideo conuenit ad omnia, ad quæ conuenit arbor mastix, & fructus eius comeditur ab aliquibus, & est malus stomacho, et calefacit, & prouocat vrinam & incitat coitũ, & quando bibitur cum vino, confert morsui rutellæ. Sed gummi huius arboris affertur de Garbi, & reperit de ipso in Palestina, & Syria, & Cypro, & Lintonijn, & in insulis quę dicuntur Cyclades, & est melior & clarior alijs, & color eius est vergens ad albedinẽ, similis colori nitri, & coloris cœlestis, & est boni odoris, habens odorem arboris grani viridis. Et melior quidem gũmarum omniũ est gummi terebinthinæ, & post ipsum est mastix, & post hoc est gummi iambut, & post ipsum gummi ari, & post ipsum gũmi arz. Et quælibet istarum gummarũ calefacit, mollit, & dissoluit. Sed terebinthina conuenit tussi, & vleeribus pulmonis, & sputo sanguinis. Mũdificat enim pectus & pulmonem, qñ sit loch cum ea sola, aut cum melle, & prouocat vrinam, & maturat, & lenit vẽtrem. Et fasciat adhærere pilos palpebrarum. Et qñ misceatur cum ziniar & calcanto, & nitro, & ære vsto, confert scabiei vicero sæ, & quando misceatur cum melle & oleo, confert humiditatibus emanantibus ab auribus & pruritui. Et ingreditur in confectionibus vnguentorum refoluentium lassitudinem. Et confert dolori lateris, qñ fit inunctio cum terbentina sola.

CLX. DE BALSAMO.

De Balsamo lib. 1. ca. 85.

Elesem vel beleſma, id est balsamus. Dioscorides.) Magnitudo arboris eius est sicut magnitudo arboris grani viridis, & ficut arboris bocates, habens folia similia foliis rutę, nisi quia sunt albiora fatis & subtiliora, & est in regione Iudææ, in suo Occidente, & diuersificatur in longitudine, & breuitate, & graciIitate, & grossicie. Et quoddam subtile simile capillis, quod inuenitur in arbore balsami, nominatur barsaton, & nominatur its, quia est viride, lignũ vero eius dicitur xilobalsamũ, semen carpobalsamũ, & lachryma eius opobalsamum. Colligitur autem opobalsamum in diebus ascensionis caniculæ. Nam tunc vulnerantur rami & stipites huius arboris in pluribus locis cum instrumẽto ferreo, & quod egreditur ex eo, est parũ. Summa vero eius quod colligitur ex eo omni anno est a quinquaginta vsq; ad sexaginta rotulorum. Et venditur in loco vbi nascitur, duplo ponderis eius ex argento. Melius autem ex eo est nouum, fortis odoris, purum, non habens aliquid acetositatis, velocis resolutionis, lene, pungens linguam pauca punctione. Adulteratur aũt pluribus modis, quidam nanq; admiscent ei oleum quod dicitur robron, alij vero ad miscẽt mel & ceram, aut oleum myrti, aut oleum alcannæ: donec subtilietur multum, & agitant fortiter misces tes, quousq; nõ appareat cera, verum cognitio ipsius est facilis. Nam purum, qñ aliquid ex eo distillatur super lanam, & abluitur lana ipsa, non remanet in lana vestigium eius, sed adulteratum relinquit vestigium. Et ites rum quando purũ distillatur in lacte, coagulat ipsum. Adulteratum vero non facit hoc, & purum qñ distillatur in aqua, diffunditur, & fit sicut substantia lactis cito, adulteratum vero fit sicut oleum quod separatur in superficie aquæ, & facit velut stellas. Et purum quidem, quando antiquatur, indurescit, & corrumpitur virtus eius. Errauit autem ille qui dixit quod purum quando distillatur in aqua, descendit primo, deinde ascendit in superficiem aquæ, & non dissoluitur. Sed lignum quod dicitur xilobalsamum, melius ex eo est nouum, recẽs, subtile, boni odoris, cuius odor est sicut odor opobalsami, & est magis odoriferum qñ granum eius. Et granum quidem ipsius, quod nominatur carpobalsamum, est granum rotundum, ad longitudinẽ aliquantulam, tendens ad acuitatem in ambobus capitibus, in medio vero grossius, cuius color rendit ad rubicundit atem, & est plenum, graue, mordens linguam mordicatione aliqua, non multa. Et qñ frangitur interius, habet humiditatẽ similem melli, & est odor eius bonus, defertur autẽ ex terra quę dicitur Antaramon, granum simile ancarion, & adulterarur cum eo granũ balsami. Sed discernitur quia est parum, vacuum, debilis virtutis, & sapor eius vergit ad saporem piperis,

Galenus.) Odor balsami est bonus, & substãtia eius est subtilis. Et virtus eius prima est quę calefacit, & desiccat in secundo gradu. Oleum vero eius est subtilioris virtutis qñ arbor. Et granum eius est minoris subtilitatis qñ oleum. Lignum vero eius est in hoc minus qñ oleum. Dioscorides.) Virtus balsami est bona, & est calida multum, & abstergit terebrositatem visus, & aufert frigiditatem matricis, quando fit nasale cum eo, & cum cera, & oleo, & expellit secundinam & fœtum, & quando fit inunctio cum eo, prohibet rigores, & mundificat vlcera sordida, & quãdo bibitur, prouocat vrinam, & est bonum a smati, qñ maturat superfluitates, & quando bibitur cum lacte, est bonum illi qui bibit toxicum, quod dicitur atitan, & illi qui quem momordit aliquod venenosum, & misceatur in vnguẽtis, quæ fiũt ad resoluẽdam laxitudinem, & oleis, & electuarijs. Et fortius quidem quod est in balsamo, est oleum eius, & post ipsum granum, deinde lignum. Grana vero eius quando bibuntur, cõferunt pleuresi, & apostemati capitido, & pulmoni, & tussi, & sciaticę, & epilepsiæ, & oppilationibus, & anhelosis non portẽbus anhelare, nisi sedeant, & torsionibus, & strangurię, & illi quem momordit aliquod venenosum. Et ingreditur in fumigationibus, quæ administrantur in doloribus matricis, & quando sit sessio in decoctione eorum, confert matrici, & extrahit ab ea humiditates. Et lignum eius etiã iuuat ad hoc, verum est debilius. Quod quidem quando coquitur in aqua & vino, confert malicię digestionis, & morsibus venenosis, et contractioni neruorum, & prouocat vrinã, & cõuenit vleeribus capitis cũ ireos ficca, & expellit cortices ossium. Et ingreditur in confectionibus odoriferis.

Lib. c. 18

CLXI. DE NVCE MVSCATA.

Iumbaue, vel iumbague; id est nux muscata. Aaron.) Ieuzbaue est nux muscata; et affertur ab India. Isaac eben amram.) Meliores ex eis sunt

rubeæ, pingues, graues, & deteriores sunt nigræ, leues, & siccæ, & sunt calidæ & siccę, stringunt ventrem, aromatizant stomachum, & odorem oris efficiunt bonũ, auferunt fumositates a stomacho. Et digerunt cibum, & expellunt ventositates, & corroborant stomachum, & epar, & conferunt lentigini faciei, & serpigini, & extenuant splenem, & molliunt apostemata dura epatis.

Aben mesuai.) Natura eius est sicut natura gariophilorum, & est calida & ficca in tertio gradu, & est bona stomacho, & epati frigidis. Meseahen.) Nux muscata est calida & ficca in fine secundi gradus, et stringit ventrem, & aromatizat stomachum, & efficit odorem oris bonum, & confert debilitati epatis & stomachi.

Albasari & Rasis similiter.

DE NVCE ET AVELlana. CLXII.

LEum & agileum, id est, nux & auellana. Galenus.) Quod ex nuce comeditur, est subtile & vnctuosum. Et recentes ex eis quæ non sunt bene maturæ, nec siccæ, sunt plenæ humiditate, & maxime semimaturę, vt dixi. Et oleinucum antiquarum virtus prima est calida. Et secunda est quæ resoluit. Et tertia est, quę confert vlceribus corrosiuis, & erisipilę, & fistulæ lachrymali. Et quidam vtuntur eo in vlceribus neruorum, sed in solijs nucis, & in summitatibus est stypticitas. In cortice vero nucum dum est recens, est stypticitas manifesta. Et propter hoc fit ex eo rob, quãdo ex eo exprimitur succus, sicut exprimitur ex moris, & ex fructu rubi, deinde coquitur cũ melle, & confert istud rob in egritudinibus oris & gutturis, & faucium, & in omni eo in quo iuuant supradicti succi. Cortex vero nucis durus, siccus, sũ aduritur, sit medicina subtilis multũ, & deficcatiua fine punctione. In auellanis vero est substantia terrea, frigida plus q̃ in nucibus magnis, & sapor earum est magis ponticus sapore illarũ, & hoc reperitur in arbore, & in fructu, & cortice. In alijs vero proprietatibus sunt similes nucibus maioribus.

De Nuce iuglade li. 3.ca. 141. Dioscorides.) Nuces comestæ sunt graues digestioni, nociuæ stomacho, generant cholerã, nocent tussientibus, & qñ comeduntur ieiuno stomacho, prouocant vomitum, & qñ comeduntur cum sucibus & ruta ante medicinam mortiferam, tunt tyriaca optima contra ipsam, & similiter qñ comeduntur post toxicum fit hoc etiam, Et quando amplius ex eis comeditur, expellunt ascarides. Et qñ admiscentur cum pauco melle, & ruta, & fit emplastrũ cum eis, super mãmillam resoluit apostemata ipsius, & resoluit enodationes neruorum, & quando admiscetur cum eis mel & sal, & cæpe, & fit emplastrum, confert morsui canis & hominis. & quãdo nux teritur, ficut est cum cortice suo, & ponit super vmbilicum, aufert torsiones, & cortex eius qñ aduritur, & miscetur cum oleo & vino, & liniuntur inde capita infantiũ, facit capillos pulchros & bonos, & facit oriri pilos in alopicia. Quod aũt est interius nucis, qñ comburitur, & teritur, & miscetur cum vino, & fit indenale, prohibet menstrua, & quod est interius similiter, scilicet, caro earum quæ sunt vetustæ, qñ masticatur, & ponitur super apostemata quæ dicuntur ancoria, & super erisipilam, & super fistulas lachrymalium, & sup alopiciam, & curat ea. Exprimitur aũt ex ipsis oleum quando teruntur aut exprimuntur. Nuces vero humidæ sunt minus nociuæ stomacho alijs, & sunt dulciores, & delectabiliores, & propter hoc admiscetur cum alijs, ad frangendum acuitatem eorum. Et quando fit emplastrum cum eis, delet cicatrices percussionum.

De nucibus auellanis lib. 1. ca. 147. Sed auellanæ sunt malæ stomacho, quæ quando teruntur, & bibũtur cum mellicrato, curant tussim antiquam, & qñ assantur, & comeduntur cum pauco pipere, maturant catarrhum, & quando aduruntur cũ cortice suo, & teruntur, & conficiuntur cum axunxia, aut sepo hircino, & linitur cum eis alopicia, facit oriri pilos ibi. Et dicunt quidam, quod auellanæ combustæ quando teruntur cum oleo, & vnguntur inde capita puerorum habentium glaucos oculos, faciunt eos nigros, & denigrant capillos eorum.

DE NVCE VOMICA. CLXIII.

LEum alkei, vel alke, id est nux vomica. Habix.) Facit vomere fortiter sola, aut cum alijs medicinis, quando teritur, & miscetur cum pauco salis, eo quod sal iuuat ad vomitum, & mouet humores, & facit eos egredi facilius per vomitum. Et quantitas dosis eius est, drachmæ duæ. Et bulliant folia vel summitates foliorũ aneti ficci in pondere drachmarũ viginti, in libra vna aquæ, vsq; ad consumptionem medietatis eius, deinde apponatur parum mellis, & medicina conficiatur cum melle, & postea admisceatur cum aqua illa decocta, & bibatur, qñ facit euomere vomitu facili, & fortassis soluit uentrem, Et tali modo præparatur cum des, & semen atriplicis. Abraam.) Est nux, cuius color est inter glaucedinem & albedinem, maior auellana parum, & sunt in ea nodi, Et qñ accipitur de cortice eius, & teritur, & cribrat, & accipitur de ipso drachma vna, cum duobus aureis aneti triti, aut semine fœnicu li, & conficitur cum melle sufficienti, & bibitur cũ aqua calida, mouet vomitum, & expellit superfluitates chorlericas, & phlegmaticas, & laxat interius etiam secundum virtutem & secundum naturam superfluitatum.

DE NVCE MECHIL. CLXIIII.

LEum alrachaha, id est nux mechil. Haamet ebẽ Dauid.) *Dixit mihi quidã Arabs ex hominibus secretis, qd rachahe est arbor magna sicut nux, habens folia sicut ficus magna, & fructum sicut malagranata parua, qui nascitur ad radicem foliorum, sicut ficus nascuntur, habens pendiculum inclinatum propter onus magnum fructus, Et colligitur de ipso quantitas mulra, & dixit, qd non noũbimus eas iumauzen, id est ficus Pharaonis, necq; est ficus, sed rachaha. Et ego vidi id in Oriente multum ex eis, & rachaha est fructus sicut ficus, habens cutem grossam, & est dulcis, bonus, boni odoris, & comedunt eũ homines & pastores. Et dixit Anninebeten, quod est nux vomica. Sed quãdo consideris duos sermones, scilicet rachaha, & nucis vomicæ, videbis varietatem.*

DE POLIO MONTANO. CLXV.

CAhade, id est polium montanũ. Dioscorides.) Sunt eius duæ species, scilicet, magnũ & parũ, & paruum est quo vtuntur medici, & est planta parua subtilis, eius longitudo est circa palmum, & est plena semine, & secundum summitatem eius est capitellum paruum, rotũdum, simile capitello spinæ albę, in cuius odore est grauitas cum pauca aromaticitate, & malus est debilioris odoris. Galenus.) In sapore eius est amaritudo & acuitas parua, & *hic* sapor est in minori plus, & magis apparens. Et virtus eius prima est, quæ calefacit in secundo gradu quasi in fine ipsius, & deficat in tertio. Et secunda est quæ abstergit, & proprie illud quod est minoris speciei quãdo deficeatur. Maioris vero speciei dum est recens virtus, est quę incarnat. Et tertia est, quæ aperit oppilationes membrorum interiorum, & prouocat vrinam & menstrua, & curat vlcera maligna quãdo puluerizatur super ea, & proprie minoris speciei quãdo est ficcum: sed maioris speciei, quando est recens incarnat vulnera magna. Dioscorides.) Virtus ambarum specierum est, qp quando decoctio earum bibitur, confert morsibus venenosis, & hydropisi, & icteritiæ, & quando bibitur cum aceto, confert apostematibus splenis, verum facit soda, & est malum stomacho, & laxat ventrem, & prouocat menstrua. Et quando sternitur sub lecto, fugat venenosa animalia. Et quando fit emplastrum cum eo, conglu-

De polio li. 3. c. 105

Li. 3. c. 105

tinat

tinat vulnera humida, & ipſum mundificat caput, & refrenat libidinem, & prouocat vrinam.

DE BAVCIA VEL PASTINACA. CLXVI.

De pastinaca lib. 3. ca. 50.

IEzar, id eſt baucia, Dioſcorides.) Eſt ex ea dome ſtica, & ſylueſtris, & domeſtica quidem eſt nota. Sylueſtris vero habet folia ſimilia foliis fumiterræ, niſi quia ſunt latiora eis, & ſapor quidem ipſarum vergit parũ ad amaritudinẽ, & habet ſtipitẽ rectum, aſperum, & ſuper ipſum eſt capitellũ ſimile capitello aneti, & eſt in eo flos albus, & in medio ipſius floris eſt res ſimilis fungo, cuius color eſt purpureus, & habet radicẽ in groſſitudine digiti, & in longitudine vnius palmi, boni odoris, quæ cocta comeditur. Galenus.) Domeſtica eſt ſubtilis, Et virtus eius prima eſt quæ calefacit. Et ſecunda eſt quæ ſubtiliat. Et tertia quæ excitat coitũ. Sed agreſtis eſt ſubtilior. Et virtus eius prima eſt calida. Et ſecũda eſt quæ abſtergit, & non inflat. Et tertia eſt quę prouocat vrinã & menſtrua. Et tota herba facit hoc, maxime vero ſemen & radix. Sed quãdo ex foliis eius fit emplaſtrum ſuper vlcera qñ incipiunt
Li. 3. ca. 50. corrodi, confert. Dioſcorides,) Semen ſylueſtris qñ bibit id mulier, aut facit ſibi naſale cum eo, prouocat menſtrua, & qñ bibitur, etiam confert ſtranguriæ, & ſterilitati, & pleureſi, & morbibus venenoſis. Et dicunt quidã, quod eſt ex ea ſpecies quæ eſt maſculus, & quædam quæ eſt fœmina. Maſculus vero habet ſemen oblongum, fœmina vero rotundum. Quæ quidem ſemina qñ bibuntur, confert impregnationi, Et radix huius herbę prouocat vrinam, & excitat coitum fortiter, & qñ fit naſale cum ea, expellit fœtum, & qñ folia eius teruntur, & miſcentur cum melle, & ponuntur ſuper vlcera, curant ea. Domeſtica vero eſt cõuenientior eibo, & melior qñ ſylueſtris, & ipſa eſt conueniens ad ea, ad quæ conuenit ſylueſtris, niſi quia operatio eius eſt debilior operatione ipſius.

DE VISCO. CLXVII.

De visco lib. 3. ca. 85.

DAbach, iuel dibach, id eſt viſcus. Dioſcorides.) Melior ex eo eſt nouus, qui eſt ſimilis in colore ſuo colori porri, exterius vero ſubrubeus, ſine aſperitate, & ſine furfureitate, & fit ex fructu rotundo qui naſcitur in arbore glandium, cuius folii eſt ſicut folium arboris buxi. Fructus ergo ille contunditur & abluitur, deinde coquitur in aqua. Sunt autem quidam, qui maſticando fructum ipſum faciunt. Reperitur autem in arbore malorum, & pyrorum, et in aliis multis arboribus etiam. Reperitur etiã aliqñ in radice arborum aliquarũ paruarum. Vidi aũt in monte Nasca hoẽs, qui faciunt ipſum ex arbore magna quæ naſcitur apud eos, quæ nõ fatur ab eis tarabella. Accipiũt ergo ramos eius, & excoriant eos, & facientes faſciculos, infundunt in aqua, & dimittunt ſic menſibus duobus, deinde contundũt contuſione forti, & ſit inde viſcus bonus. Galenus.) Subſtantia viſci eſt cõpoſita ex ſubſtantia aquoſa & aerea, & de his ambabus eſt in eo multum, & ex terrea paucũ, & in ſapore eius eſt acuitas plus cũ amaritudo. Et virtus eius prima eſt quæ calefacit, non tñ cito quando apponiſ corpori, ſed poſtq̃ facit moram in corpore, ſicut facit taſpia. Et nos quidẽ diximus in his quæ præterierunt, quod hęc res inuenitur in medicinis, quarum virtus eſt quæ calefacit, quãdo cum calefactione earum eſt humiditas ſuperflua indigeſta. Et virtus eius ſecũda eſt quæ ſubtiliat, & attrahit & diſſoluit, & reſoluit. Et tertia eſt quæ attrahit humiditates ex corpore attractione forti, & non attrahit
Li. 3. ca. 85. ſolũ humiditates ſubtiles, ſed etiã groſſas. Et ſubtiliat, & diſſoluit, & reſoluit. Dioſcorides.) Habet virtutẽ reſolutiuam, & diſſolutiuã, attrahituam. Et qñ miſcet cum reſina pini, & cera, in æquali quantitate de qualibet, maturat apoſtemata etiam, quæ ſunt in radice auris, & in aliis locis, & qñ ſit emplaſtrum cum eo, curat ſyras, & qñ miſcetur cũ olibano, curat vlcera antiqua, & quando miſcetur cum calce & lapide gagate, aut cũ lapide aſio, & coquitur cum eis, & ponitur ſuper apoſtemata fraudulenta, aut ſuper duricies ſplenis, curat & reſoluit apoſtemata & duricies, & qñ miſcetur cũ auripigmento citrino aut rubeo, & ponitur ſuper maculas vngium, auferteas, & quando miſcetur cũ calce & rob, fortificat vngues.

DE SORDICIE IN COMMVNI. CLXVIII.

De frigor. ment. lib. 2. ca. 30.

YAſach, id eſt ſordicies. Galenus.) Illa quæ aggregatur in parietibus balnei, calefacit, & lenit, & diſſoluit, & facit naſci carnẽ, & eſt conueniẽs ſciſſuris quæ fiunt in ano, & hæmorrhoidibus, quãdo ponitur ſuper eas. Et quod de ſordicie colligit ex corporibus exercitantiũ, calefacit, & reſoluit exituras duræ reſolutionis, & eſt conueniens vlceribus ſenũ. Sed illa quæ colligitur ex corporibus luctantium, confert nodis qui fiunt in matrice, qñ ponitur ſuper eos, & cõfert ſciaticæ poſita loco vnguenti. Et dixit in ſexto, qđ ſordicies balnei mollificat temperate. Et dixit in octauo, quod ſordicies quæ reperiſ in vaſis, in quibus cleũ aduritur, reſoluit multũ, & lenit. Et dixit in ſorde quæ aggregatur in corporibus luctantium, quod ſecũdum quod in ea eſt de puluere, diuerſificatur ab alia. Et ſordes qdem vniuerſaliter reſoluit apoſtemata indigeſta, & illa quæ accidunt propter ſoda, & confert apoſtematibus calidis mãmillarum, & hoc quoniam ipſa extinguit inflammationem earum, & prohibet curſum humorum ad ipſa, & reſoluit quod iam fluxit ad ea, qñ ipſa eſt cõpoſita ex puluere & oleo, & ſordicie corporis hominis, & ſudore eius. Et puluis quidem prohibet & refrigerat, oleum vero, & ſordes, & ſudor hominis reſoluunt, ſed ſordes vaſorum recipit acuitarem a vaſis æris, & eſt actior. Et dixit in decimo, quod ſordicies eſt rediuitas groſſa terręa, remanens a re aqua reſoluitur, & ab omnibus corporibus, reſolutione occulta, & ex hoc ſcitur, quod virtus eius eſt deſiccatiua, & eſt cũ hoc in ea caliditas, & dicitur in ſordicie auris, quod ipſa confert panaticio.

DE SORDICIE SEMICVPII BALNEI. CLXIX.

De propo. li. 2. ca. 176

YAſach alcur, id eſt ſordicies ſemicupij balnei. Eſt ſordes nigra quæ reperitur in balneis, & in fundo ſemicupij balneorum. Dioſcorides.) Oportet quod eligatur ex illa, cuius color eſt rubeus, bonj odoris, & ſimilis meha, quæ nominatur in Syria ſtorak, & eſt lenis, extenſibilis ſicut maſtix, & reperitur in ſemicupijs balneorum, & aſſimilatur mum. Galenus.) Subſtantia eius eſt ſubtilis. Et virtus eius prima eſt quæ calefacit in principio ſecundi gradus. Et ſecunda eſt quæ abſtergit abſtẽtione non multa, & attrahit attractione forti. Dioſcorides.) Virtus ſordicici ſe- Li. 3. ca. 76. micupij balnei calefacit fortiter, & attrahit, & extrahit ſagittas, & infixa corpori, & curat tuſſim antiquam, qñ fit fumigium cum ea, & quando ponitur ſuper impetiginem, auferteam plene.

DE VIRZ. CLXX.

VIrz, Aladmai,) Sunt tres res, nec reperiuntur niſi in Iaeme, vel Aliemen. Et iam eſt terra tota plena ex cãnis & lacte. Abohanifa,) Virz ſeminatur, & non eſt ſylueſtre, & nõ noui de eo aliqd, niſi in Aliemen. Et dixit Abimbent abdrazach.) Virz ſeminaſ, & perdurat annis viginti, & naſcif quoſlibet anno, nec deficit, & planta eius eſt ſicut planta ſiſami, & qñ deficcatur poſt maturitatem, aperiuntur vaginæ eius, & colligitur virz. Et dixit alius, quod meſius ex eo eſt illud, quod eſt nouæ plantæ. Et aliud qđ nominatur abſi, propter nigredinem quæ eſt in eo, &

abſq; facit tincturam citrinam, & aliud facit colorem ruſ
beum, & virz adulteratur cum virz iuniperi, & non eſt
in iunipero ſua medulla ex ſemetipſa, & reperitur in
cortice ipſius, & ſemen eſt res ſicut virz. Aben me
ſuai.) Virz affertur ex terra Iaiemen, & eſt cortex ar
boris quæ eſt in Iaemen. Accipitur ergo ex eo, & colli
gitur, & aſſimilatur croco cõtrito. Iſaac eben amrã.)
Virz ſunt duæ ſpecies, ſcilicet, abſi, & Indum, & Indũ
quidem appellatur Arabicũ, & eſt rubei coloris, & di
citur, quod curcuma eſt radix eius, & affertur ex Syria,
& ex terris Iaemen, & habet grana ſicut grana mes. Et
melius ex eo eſt rubeum bonum, habens pauca grana,
quod adhæret manui, & habet colorem violæ, & extre
rius eſt rubeum, cuius toxicum eſt multum, & toxicũ
quidem eſt res parua minuta, mollis, adhærens manui
q̃ tangitur vagina eius. Et ipſum quidem liniturſup
morpheam albam, & ſuper pruritum, & ſup bothor, &
confert eis. Meſeae.) Virz virtus eſt calida & ſicca
in principio tertij gradus. Albaſari.) Virz eſt ſubti
liſſimum ſiccũ, quod ſi linitur ſuper morpheã albam,
& ſuper pruritum, & bothor confert. Atabari.) Virz
eſt calidum & ſtypticũ, mundificat, & confert calef.

DE ARISTOLOGIA. CLXXI.

De ariſto
lochia li.3.
ca.4.

ZAraund, id eſt ariſtologia. Barbari nominant
eam maſmochra. Dioſcorides.) Nominatur
ariſtologia a Græco ariſton, id eſt melior, & lo
chon, id eſt puerpera, eo quod multum puerperis con
uenit. Et ſunt ei duæ ſpecies, ſcilicet, maſculus, & fœ
mina, & longa eſt maſculus, & rotunda eſt fœmina. Ro
tũda vero habet ſolia ſimilia cuſſus, id eſt hederæ, quaſi
rotunda, odoriferа, mollia, & lenia, & habet ramulos
oblongos egredientes ex vna radice, & florem album,
habens interius ruffum, fœtidi odoris, & nullius vtili
tatis, & habet radicem rotundam ſimilem rapæ.

Sed longa habet ſolia longiora q̃ rotunda, & virgas
ſubtiles, longas circiter palmi menſuram. Flos eſt ei co
loris purpurei, odoris fœtidi, qui eſt in ſua aperitione
ſimilis flori herbæ quæ dicitur acuus, & habet radices
in longitudine vnius palmi, & plus, & in groſſitudine
digiti, & quod eſt intra radices, eſt ſimile ligno buxi, &
odor eius eſt pinguis. Et ex ariſtologia longa eſt alia
ſpecies, quæ habet virgas ſubtiles, ſup quas ſunt multa
folia rotũda, ſimilia foliis ſempertuiæ minoris, & flos
eius eſt ſimilis flori rutæ. Radix eius eſt longa ſubtilis,
ſuper quam eſt cortex groſſus boni odoris, quo Apo
thecarij vtuntur in confectionibus vnguentorum &
oleorum. Galenus.) Quod eſt magis iuuatiuum ex
ariſtologia in opere medicinæ, eſt radix eius, & ſapor
eius eſt amarus, acutus parũper, & ſubſtãtia eius eſt ſub
tilis. Verum rotunda eſt efficacior, vtilior, & fortior
in oĩbus operationibus ſuis, & longa eſt poſt ipſam, &
poſtea eſt alia. Et virtus eius prima eſt quæ calefacit &
deſiccat. Secũda eſt quæ abſtergit & reſoluit. Et tertia
eſt, quę facit naſci carnem in vlceribus matricis, & aliis
vlceribus, & maxime longa, q̃n ipſa eſt debilioris ſub
tilitatis. Sed rotunda propter ſui ſubtilitatẽ confert do
lori pectinis, accidẽti a ventoſitate groſſa cruda, & ex
trahit infixa corpori, & extrahit putredinem, et abſter
git vlcera ſordida, & abſtergit dentes & gingiuas, &
confert aſmaticis, & ſingultui, & podagræ, & q̃n ipſa
bibitur cum aqua, ſit conueniens conquaſſationi, quæ
accidit in capitibus neruorum, & muſculorum, plus
omni medicina. Sed ſpeciei tertiæ odor ẽ melior, adeo
quod Apothecarij vtuntur ea multum in confectioni
bus honorũ vnguentorũ, & ipſa adminiſtratur in vſu
medicinæ, verum operatio eius eſt debilior. Dioſco
rides.) Ariſtologia longa q̃ũ de ipſa bibitur pondus
drachmæ vnius, mundificat fœtus a ſuppluitatibus ma
tricis earum, & prouocat meſtrua, & excludit fœtum,
& q̃n ſi naſale cum ea, facit hoc. Rotunda vero adimi
niſtrat in his ad q̃ adminiſtrat lõga, veꝝ opatio eius ex
cellit opationẽ lõge in aſmate, & lunguitu, & rigoribus
febriũ, & aſpatibus ſplenis, & in doloribus laterum, q̃n
bibitur cum aqua, & q̃n fit emplaſtrũ cum herba eius,
extrahit infixa corpori, & fruſta oſſium, & aufert putre
dinem ab vlceribus ſordidis & fraudulentis, & mundi
ficat ſordiciem eorꝝ, & q̃n miſceatur cũ ỹeos & melle,
replet vlcera profunda, & abſtergit dentes. Et dicunt,
quod ſpecies ariſtologię quę dicit kalmatides, facit id,
quod longa & rotũda, verum eſt debilior eis multum.

DE ZVRVMBETH. CLXXII.

ZVrumbeth, id eſt zedoaria. Iſaac eben amrã.)
Zurumbeth ſunt radices rotundæ, ſimiles radi
cibus ariſtologiæ rotundę, & in rotunditate ea
rum, & ſunt ſimiles in ſapore & colore zinziberi, &
afferũtur de Seni. Aben meſuai.) Zurumbeth eſt ca
lidum & ſiccũ in ſecundo gradu, & impinguat impin
guatione cõuenienti, & aufert ventoſitates. Et de pro
prietate eius eſt, quod aufert odorem alliorum, & cepa
rum, & vini. Meſarugiæ, & Bedigoras.) Proprietas
eius eſt, quod cõfert morſui venenoſog. Meſeahe.)
Reſoluit multum, & confert ventoſitatibus groſſis, &
morſibus venenoſoꝝ, & retinet ventrẽ. Meſarugie.)
Reſoluit apoſtemata proprie quæ ſunt in matrice, &
retinet vomitum, & confert ventioſitati colicæ.

DE CROCO. CLXXIII.

De croco
li.1.ca.15.

ZAhafaran, id eſt crocus. Dioſcorides.) Ille q
eſt fortior in medicina, eſt ille, q̃ eſt nouus, pul
chri coloris, cuius capillus vergit ad albedinẽ,
longus, non fragilis, plenus, qui q̃ fricatur, tingit ma
num cito, acuti odoris, qui vero nõ eſt talis, eſt aut ve
tus, aut infuſus. Adulterat aũt cum medicina, quæ dis
cit crocomagnia, aut trita cũ lithargyro, aut molibde
na, vt ſit grauioris ponderis, & liniuntur iſta ſuper eum
cum rob. Via aũt cognitionis eius eſt per id, quod ap
paret ſup eum, nam eſt quaſi pulueru lentus, & in odo
re ſuo ſentitur de odore rob. Galenus.) In ſubſtãtia
eius eſt res terrea frigida, ſed quod vincit ſuper eum, eſt
cõplexio calida, & in ſapore eius eſt ſtypticitas pauca.
Et virtus eius prima eſt quæ calefacit in tertio gradu,
& deſiccat in primo. Et ſecũda eſt quę maturat aliquali
maturatione, & quod adiuuat ad hoc, eſt ſtypticitas
parua, quæ reperitur in eo. Et hoc q̃n medicinarũ quę
calefaciunt calefactione forti, & eſt in eis ſtypticitas.
Virtus eſt æqualis virtuti medicinarum, quæ conglu
tinant, q̃n in eis eſt calefactio. Et nos quidem iam de
claraui mus, quod medicinæ conglutinatiuæ ſunt ille,
in quibus eſt caliditas nõ fortis, ſed quia tunc eſſent ma
turatiuę. Dioſcorides.) Virtus croci eſt maturatiua, Li.1.c.15.
lenitiua, ſtyptica, prouocatiua vrinæ, & ipſum melio
rat colorem, & aufert ebrietatem q̃ bibitur cum rob,
& prohibet curſum humiditatum ab oculo q̃ linitur
cum eo, & fit cohol addito lacte mulieris. Et q̃n admi
ſcetur cũ medicinis aliis, quæ ſumuntur in potu ad do
lores intrinſecos, confert. Et q̃n ponit in naſalibus &
emplaſtris, quæ ſiunt ad dolores matricis & ani, cõfert
ſimiliter intrinſecus ſumptus, & ipſum excitat libidi
nem, & ſedat erifipilam, q̃n ſit vnguentum cum eo, &
cõfert apoſtematibus calidis aurium. Et dicitur, quod
ſi fumitur de eo in potu pondus auſ. iij. cum aqua, in
ebriat, & q̃n eſt neceſſitas terẽdi ipſum, oportet quod
ponat in ſole ealido, aut in teſta noua calefacta, & mo
ueat ſemper donec deſiccet, vt poſſit teri, & q̃n radix
eius terit cum rob, prouocat vrinã in potu ſumpta.

Sed medicina quæ dicitur crocomagnia, eſt quæ fit
ex oleo quod fit cum croco, quando teruntur ſpecies
aromaticę, & ſiunt inde trocíſci, & melius ex eo eſt has
bens odorẽ bonum, & eſt in eo de myrrha temperate,
& eſt graue, ſubnigrum, non habens in ſe lignũ. Et q̃n
diſſoluuntur, eſt color eius proximus colori croci mul
tum,

tum, & est lene, & est in eo amaritudo, & inficit dentes & linguam forti tinctura. Et illud quod defertur de Syria, est ita, vt dixi. Et virtus eius est, quod ipsum abstergit obscuritatem visus, & prouocat vrinā, & calefacit, & maturat, & ipsum assimilat croco similitudine pauca, quia in eo est de virtute eius. Hunaim in tyriaca.) Aqua croci prouocat vrinam, & calefacit, & maturat, & crocus facit accelerare partū, & corroborat animam multum. Et de proprietate eius est, quod minuit appetitum cibi, & replet cerebrum, & obtenebrat visum & sensus, & aufert acerositatem quæ est in stomacho, illā præcipue quæ propriefacit appetitum. Constan.) proprietas croci est, quod lætificat, adeo quod occidit nimietas eius, & quantitas ad hoc est drachmæ tres.

Rasis.) Fuit mulier quædam, quæ diebus elaborauerat in partu, & dedi sibi in potu drachmas duas croci, & peperit statim. Et expertus sui postea hoc sæpe, & semper fuit ita. Et crocus inebriat inebriatione forti, quando ponitur in vino, & lætificat adeo, donec facitat insaniam excellenti lætitia. Aben mesuai.) Digerat cibum, & vigorat stomachum sua ponticitate, & fortificat hepar, & non laudatur cerebro, aufert appetitum cibi, prouocat vrinam, & meliorat colorem.

DE FOENVGRAECO. CLXXIIII.

OLba, id est fœnugræcum. Galenus.) Virtus eius prima est calida in tertio gradu, desiccat in primo, et ideo incitat apostemata inflāmata, fed apostemata paucę caliditatis & dura resoluit, & curat. Et dixit in Dietis, qñ coquitur cum pauco melle, & fumitur, mouet intestina ad eiciendas fæces, & ad expellendos humores malos grossos & viscosos qui sunt in eis, qñ in melle est viscositas & caliditas, & propter suā viscositatem prohibet nocumentū eius, & propter suā caliditatē etiam. Et cum hoc in eo est virtus abstersiua. Sed ille qui habet in pectore fuo dolorē antiquū oportet quod decoquat ipsum cum carne dactylorū, & misceat cum eo multum de melle, & iterum decoquat, donec fiat spissum, & sumat de ipso ante cibū per magnū tempus. Dioscorides.) Fœnugræcum qñ miscetur cū melicrato, & coquitur, & fit inde emplastrū, fit mollificatiuum, & farina fœnugræci conuenit apostematibus calidis, quæ fiunt in corpore, interius, & exterius. Et qñ miscetur farina eius cū nitro & aceto, & fit inde emplastrum cū eis, resoluit tumorem splenis, siue apostemata eius. Et fiunt ex decoctione fœnugræci sessiones mulieribus, & conferunt doloribus matricis, accidentibus ab apostematibus eius, excoriatione eius, & qñ coquit fœnugræcū, & colat, & abluit caput cum decoctione illa, pfortat capillos, & purgat eos a furfuribus eorum, & confert vlceribus humidis, quæ fiunt in capite: & miscetur cum adipe anseris, & fit inde nasale, & remollit duricię matricis, & coarctationē eius etiā.

De fœno græco lib. 2. ca. 144.

Abenmesuai.) Immutat dolorem anhelitus, & facit facere vriuam, & meliorat fœtorem stercoris.

DE AMECHIM SIVE OZIMO. CLXXV.

HAmechim, id est amachim. Nominat apud Romanos felichi. Isaac eben amram.) Est ozimū domesticum, habēs lata folia, & nominatur in Seni ozimum nabari, habet ramos viridēs quadrangu latos, & color floris eius est albus, & semē eius est sicut semen ozimi, est calidum & siccum in secundo gradu, & est bonū phlegmaticis, aperit oppilationes cerebri & capitis, quæ fiunt a phlegmate, & confert catarrho humido.

DE IESEMIN ET ZAMBACH. CLXXVI.

IEsemin, id est zambach. Isaac eben amram.) Quoddam ex eo est album, habens florē, & quoddam citrinum, & citrinum est minus in caliditate & siccitate, quam album, & similiter est minus in operatione sua, & citrinum reperitur in Babylonia. Est etiam species alia ex ea, cuius flos est cœlestis coloris.

Aben mesuai.) Est calidū in principio fecundi gradus, confert humiditatibus, & phlegmati salso, & lenis bus frigidæ complexionis, & confert doloribus quæ fiūt a phlegmate viscoso. Mesaruię.) Folia iesemin humida aut ficca, qñ ponuntur super impetiginem aut panum, auferunt eos. Aben mesuai.) Citrinum est minus albo in qualitatibus. Isaac eben amrani.) Qñ teritur iesemin humidum aut siccum, & ponitur super impetiginem aut panum, expellit eos, & resoluit oēm superfluitatem frigidam, & confert habētibus catarrhū, & inducit dolorem capitis illis qui sunt calidæ cōplexionis, & oleum eius est iuuatiuum in hyeme, sed si calidus aliquis in cōplexione odorat ipsum nimis, timēdum est, ne faciat fluere sanguinem ex naribus eius.

DE ASPHALTO IVDAICO ET DE NAPTE. CLXXVII.

HAfral ieudi, est asphaltum Judaicum rubeum. Dioscorides.) Quoddam ex eo est melius alterο, & illud quod est melius, est illud quod est coloris purpurei fortis odoris, grauis ponderis. Sed ni grum fordidum est malum, quia est adulteratū cū pice, quæ est ei admixta. Est autē in Sicilia humiditas quędā natans super aquas tostum, quam ponūt homines in lampadibus loco olei, & nominātur eam homines illius loci oleū sicilium, & ipsi quidē errant in hoc, quia ipsa est species asphalti humidi & naptæ. Asphaltum vero Babylonicum quoddam est clarificatum, & color eius est albus, & quoddam ex eo est nigrū. Galenus.) Quędam eius species generatur in mari, & est quædam quę generatur in fluminibus similis ei, & ideo reperīt medi eina hęc natans sup hama, & in abollogne, & in assos, & in alijs locis pluribus natans ficut butyrum, & dum permanet super aquā, est humidū, liquidum, & postea deficcatur, & fit durius pice ficca, & generatur ex eo in mari mortuo, & est mare salsum vltra terram Seni. Et dixit Almasaheredi.) Non recipit hoc mare submersos, & non est in eo animal aliquod, & venit ad ipsum fluuius ex mari Tabario, & est fluuius ille Iordanus, & qdem Tabarie venit penitus ad mare Rafren, & quan do perficit cursum fuum fluuius Iordani ad mare mortuum, perfrangit ipsum peruenieṡ vſq; ad mediū eius, ita quod manifeſtę cognoſcitur aqua fluuij intra mare illud diſtinctа vſq; illuc, & figitur in medio eius. Est autem fluuius magnus, & nescitur finis eius, nā non facit augmentū in mariculo illo. Et dixit Emba.) Est mare illud minera naptæ albæ, & alterius, & non est in toto mundo aliud napta verum niſi hoc loco, & est in finibus regni Syriæ, & in iſtis maritimis, quarū mare Tabareſte eſt riperia eius, & Iergen, & mons, & dailem, in iſtis eſt napta, & eſt fons ex fontibus ignis, nō quiescens aliquo tpe ex temporibus anni, & apparet ex eo ignis magnus, volans per aera in altioribus locis montium excelſorum, & peruenit ad hoc mare, & aſpiciſt hoc in ampliori ſpacio centum milliariorum terræ, & iſtud gdem Aethna eſt ſimile Aethnæ montium Birichen Siciliæ, in terris Chriſtianorum, & in partibus Aphricæ, in Occidentali plaga, & non eſt alicubi fortior vox, nec fortioris nigredinis fumus, nec magis inflammatum Aethna, ſicut illud quod eſt in regione mehereg, & poſtillud eſt Aethna deyedaburoth. & eſt in partibus regionum Affar Maueth, & eſt in terris de Sab, & eſt in Alsamen, & in terris Hamen, & ſonus eius auditur ſicut tonitruū in milliaribus plurimis, & proiſcit ex fundo eius prunas, & fruſta ſaxorum nigrorum quæ eleuantur in aera, & aſpiciuntur a longe miliaribus plurimis, & reuertuntur inferius, & peruenīūt ad fundum fuum, & prunæ quidem eius ſunt lapides

De ieſemin lib. 2. ca. 63.

De Naph tha.Lib.1. Cap.87.

igniti vehementer,& hoc accidit propter calorē excellentissimum,qui accidit eis ex igne. Galenus.) Virtus huius medicinæ est quæ calefacit & deficcat in fe, cundo gradu. Et secunda est quæ conglutinat. Et tertia est quæ conglutinat vulnera recentia cum sanguine eorum, & confert in omni eo in quo oportet deficcare cum pauco calore. Dioscorides.) Napta habet virtutem , quia velociter accenditur in eo ignis quando appropinquat ei , confert defcensui aquæ ad oculum , & albugini eius. Et omne alphaltū habet virtutem quod prohibet apostemationē vulnerū, & conglutinat pilos palpebrarum , & est mollificatiuū, & resolutiuum.& qñ fit nasale,& suffumigatio cum eo,cōfert doloribus matricis & exitui eius,et si fumigetur eo epilentticus , facit eum cadere, similiter qñ fumigatur cum gagate, & qñ bibitur cum castoreo & vino , provocat vrinam & menstrua,& confert tussi antiquæ,& asmati,& morbibus venenoforum,& sciaticæ,& dolori lateris,& fiunt cum eo pilulę,quæ dantur habētibus tussim antiquam,& qñ bibitur cū aceto , dissoluit sanguinem coagulatū in corpore,& fit clistere cum eo , & aqua hordei ad vlcera intestinoꝝ,& qñ odorat fumus eius,confert catarrho,& qñ ponitur super dentem dolentem,sedat dolorem eius,& quod est siccū ex asphalto,quādo teritur, & administratur cum radio,conglutinat pilos palpebrarum,& qñ fit emplastrum cum eo, & farina hordei,& nitro,& cera, ꝑfert podagræ,& doloribus iuncturarum.Et virtus qdem mumiæ,est sicut virtus picis mixtæ cum asphalto. Bedigoras.) Asphaltum iudaicum resoluit.& in napta proprietas est,ꝙ resoluit & dissouit. Arabari.) Napta est calidū,resoluit, & cōfert ventositati & frigiditati vesicæ & membroꝝ.

Mesaruigiæ.)Si bibit ex napta parū,cōfert tussi antiquę,& asmati,& vētositati,ꝙ est in vesica,ꝑpter frigus, & doloribus iuncturarum frigidis , & proprie album ex eo. Alchanzi.) Napta nigrum est bonum, qñ administratur cum lana vermiculis , quæ sunt in ano , & in aliis membris.

De Thure. Lib.1. ca. 70.

DE OLIBANO. CLXXVIII.

KOnder, id est olibanum. Rasis.) In zaraui est gummi ex kateth. Dioscorides.)Sunt eius ſpecies quatuor,vna eius est melior. Est ex terra Indię,cuius color est,smaragdinus, & sicut color melongenę,& coiligitur in conchilijs,& figura eius est rotunda,& fractura eius est angulosa,& ponunt illud homines in ollam terream,& agitant ollam tādiu,donec rotundatur figura eius,& post tempus fit rubeum. Secundum est ex terris Arabum , & est secundum in bonitate, & melius ex eo est masculum , & est illud quod est rotundum,durum,album , non facile frangibile,quādo frangitur,quod est interius eius,est tenax,& quando fit fumigatio cum eo,comburitur cito. Tertium est in bonitate sicut Arabicum,& est habens fusca minora quam ipsum , & declinat plus ad colorem lacotij. Et quartum est coloris albi,& quādo frangitur,vergit odor eius ad dolorem masticis. Et olibanum adulterat cum gūmi pini , & gūmi Arabico , & cognoscitur per odorem,& qñ apponitur igni,discernitur in hoc quod gummi Arabicum non incenditur , & gummi pini fumum facit non suauem , & olibanū inflāmatur statim.

Galenus.) Sapor olibani est stypticus , dyptictate forti,verum album ex eo nō habet stipticitatem manifestam. Et virtus eius prima est quæ calefacit in secūdo gradu,& deficcat in primo. Et dixit in secundo de ingenio sanitatis,quod rubeū ex eo est magis deficcatium q̄ album. Dioscorides.) Olibanum est stipticum,& calefacit,& abstergit obscuritatem visus, & replet vlcera profunda,& incarnat ea. Confolidat vulnera recētia cum suo sanguine,& quando bibitur olibanum,cōfert sputo sanguinis,& abscindit fluxū menstruorū , & cuiuscunq; sanguinis, vndecūq; fluat, & sanguis q fluit a cerebro, qui dicitur mesahax,& est ꝑcipes fluxus sanguinis narium,& prohibet vlcera fraudulenta , q̄ fiunt in ano,& in aliis membris,qñ miscetur cum lactie,& fit inde licinium,& administratur , & qñ miscetur cū aceto & oleo,& fit linimentum formicę, in principio eius aufert eam , & aufert impetiginem, & miscetur cū adipe,& axungia porcina,& curat vlcera facta a cōbustione ignis,& scissuras pedū quæ fiunt a frigore,& qñ miscetur cum pice,curat contusiones aurium,et qñ admiscetur vino dulci,& distillatur in aurem , cōfert dolori eius,& qñ admiscetur cum cimolea & oleo rosaceo,& liniuntur eum eo apostemata calida māmillarum,quæ fiunt post partum,conferteis,& ipsum admiscetur Medicinis cōferentibus cannæ pulmonis, & emplastris resoluentibus apostemata interiora,& qñ bibitur,cōfert sputo sanguinis,& dissoluit phlegma,& aufert tristitiā, & auget in memoria,& qñ bibunt de eo sani parū, melioratur eos,fed si nimis cū vino biberint,inducit maniā, & amplius cum vino,occidit, & cōburitur olibanum,& qñ accipitur fruſtum ex eo , & incēditur vt inflāmetur, & ponitur in testa subtili , & cōburitur , & qñ cōburitis eum',oportet q̄ cooperias cū aliquo alio vase , quia cū facis hoc,non incineratur , & sunt quidam qui tegunt vas cum alio vase æneo,ita quod fumus olibani adhæreat vasi,& ego narrabo q̄liter fit hoc,qñ memorabor, qñ colligit fumus olibani,ſi Deus voluerit. Et de olibano est quod ponunt homines aliq in olla terrea,quā non tetigit ignis,& obturant os eius,& fic cōburunt in furno,& sunt aliqui qui ponūt ipsum in vase nouo terreo,& faciūt bullire super ignē,donec abscindat ebullitio eius,& nō apparet in eo aliqua humiditas ebulliēs, aut aliquis fumus,& qñ mouetur,frangitur cito. Dioscorides.) Cortex olibani melior ex eo est groſſus,glutinosus,habens odorem bonum,lenis vero non est bonus. Adulteratur aūt admixto sibi cortice arboris pini, aut cortice arboris iambut, & discernitur appositus in igne,nam cortices alii nō inflāmantur,& cortex olibani facit fumū boni odoris, Galenus.) Substantia eius est groſſior subſtātia olibani , & sapor eius est stipticus manifeste, Virtus eius prima est,quæ deficcat, deficcatione forti,quouſq; sit in fine gradus secūdi, & nō sunt in eo acuitas & mordicatio manifeste. Et secūda est quę fortificat. Et tertia est, quæ abscindit sputū sanguinis , & corroborat stomachum, laxat & confert fluxui ventris & vlceribus intestinorum , & olibanū ipsum facit hæc iuuamenta , nisi quia cortex eius est in hoc fortior propter virtutem suæ stipticitatis. Dioscorides.) Virtus eius cortricis est sicut virtus olibani, nisi quia cortex est fortior & stipticior, & ideo qñ bibitur est iuuantior q̄ olibanū sputo sanguinis, & fluxui humiditatū matricis antiquo, qñ fiunt nasalia cum eo, & cōfert ad abstergendas maculas, & cicatrices quæ fiunt ab vlceribus in oculo quę dicuntur epilomata, & cōfert lippitudini, & qñ aſſatur, confert pruritui oculi. Et cortex olibani cōburitur ſicut olibanum ipſum , & fit minutum thus.

De Thuris Cortice li bro 1. Ca. 74

Lib. 1. ca. 74

De manna Thuris Lib.1.ca.72

Dioscorides.) Melius ex eo est album, mundum, habens minuta fruſta. Quod quidem adulteratur cum gummi pini, & puluere & olendini , & cortice olibani; sed discernitur, quia facit fumum clarum cum non est adulteratum. Adulteratum vero facit fumum obscurum,nigrum. Virtus vero eius est sicut virtus olibani.

De Thure Iudaico li. 1.ca. 73

Sed fumus olibani fieri potest ſic. Accipe de olibano cum forficibus paruis, & incende in fiamma lucernæ, & pone ipſum in vaſe ex terra nouo vitreato, deinde cooperi cum vaſe æneo habente culmen mundum & purgatum bene,& interpone labitis vaſorum ab vno latere, aut a duobus lapillū groſſitudinis duorū vel quatuor digitorum habētem, vbi possis inſpicere olibanū & videre ſi cōburit, & ſi flāma eius attingit vſq; ad culmen

men vasis, & sit etiam inde introitus, per quem intromittere possis frustū aliud olibani, anteq̄ extinguatur primum penitus extinctione completa, & facias hoc, quousq̄ habeas ex fumo quantum vis, & tu quidem lini coopertorii æneum exterius, linitione continua. cū spongia made facta in aqua frigida, quia q̄ fi faciesse hoc non calefiet, calefactione forti, & coadunabitur fumus vnus super aliū. Si vero non faceres hoc, conuerteretur fumus qui ascendit ad coopertorii inferius, & miscere tur cum cineribus inferioris olibani. Incende ergo ex olibano, quantū volueris, & colligę fumum eius ſm diſciplinam quam monſtrauī tibi, Cineres autē colligę ſe, & repone ſemotim. Galenus,) Virtus fumi olibani prima eſt calidior & ſiccior virtute olibani, quouſq̄ reponatur in tertio gradu. Et ſecūda eſt quæ abſtergit. Et tertia eſt quæ replet & mundificat vlcera oculi, quēadmodum faciunt fumus myrrhæ & ſtoracis. Dioſcorides,) Virtus fumi olibani eſt, qa ſedat apoſtemata calida oculi, & abſcindit curſum humiditatum ad ipſum, & mundificat vlcera eius, & generat carnem in vlceribus ipſius, quæ dicuntur Kilomata, & ſedat apoſtemata quæ fiunt in eo, quæ dicuntur cancri. Fumus aūt myrrhæ & ſtoracis colligitur ſm eandem formam, & conueniunt ad omnia, ad quæ conuenit iſte. Abugerig.) Si ponitur aureus vnus olibani in aqua, & bibitur qualibet die, confert phlegmati, & memoriæ, & auſert obliuionem niſi quia inducit ſoda potāti, & fumoſitates malas, & aduritſanguinem. Alfereſi.) Olibanum digerit clbum, & expellit ventoſitates, & confert ebrietati. In ſecundo thymæi.) Olibanum rubeum eſt plus abſtertuum ęq̄ album. Et virtus eius eſt ſicut virtus hordei in abſtertione. Aben meſuai.) Olibanum deſtruit phlegmata, & auſert triſtitiam, & confert cordi, & auget in memoria.

Li.1.c.73.

DE KAMEPITHEOS. CLXXIX.

De aliqua ſine camepitty lib.3. ca.150.

HAmephitheos, id eſt, kamepitheos. Dioſcorides,) Eſt herba quæ naſcitur omni anno, & diſlatatur origo eius ſuper faciem terræ vndiq̄. Et ſunt ei tres ſpecies, vna earū eſt fortior aliis, habens folia ſimilia foliſ heiahalaſem, id eſt, ſempervius, niſi qa ſunt minora eis, & teneriora, & habēt ſuper ſe humiditatem tenacem, & ſunt piloſa, & ſunt folia illa circa ramos ſpiſſa, & odor huius eſt ſimilis odōri pini, et habet flores minutos, glaucos, & radices ſimiles radicibꝰ herbæ quæ dicitur picrion, & ſemen eius eſt nigrum, cuius odor eſt ſicut reſinæ pini, & rami eius ſunt aliquantulū lōgi, & curuati ſicut ramuli herbæ quæ dicitur anchaſa. Secunda vero ſpecies habet virgas longitudine vnius brachij, & ramulos ſubtiles. Folia vero, & eius flores in odore ſimilia ſunt ſupradictæ, & ſemē eius eſt nigrum. Tertia vero ſpecies, & dicitur maſculus, habet folia ſubtilia, minuta, albida, piloſa, & habet virgā aſperam, albam, & florem album, minutum, & ſemē minutū ſuper ramulos, & odorē ſicut odor pini. Galenus,) Sapor amarꝰ in iſtis herbis eſt fortior, ęq̄ ſapor calidus, acutus. Et virtus earum prima eſt, quæ calefacit in ſecūdo gradu, & deſiccat in tertio. Secunda virtus kamepitheos eſt, quod ſi ſumitur in potu, mūdificat, & aperit, & abſtergit membra interiora, quando eſt ſicca herba ipſa, & incarnat, quando eſt recens. Et tertia eſt, quę cōfert ſuper omnem medicinam, habenti iſtericiam, & vniuerſaliter omnibus habētibus oppilationes in epate, & cum hoc prouocat menſtrua, quādo bibitur cum melle, & quando ſit naſale cum ea, & affert etiam iuuamentum in prouocando vrinam, & coquitur cum melliſcarato, & bibitur, & confert ſtrangurię, & quādo eſt recens, habet virtutem multam cōglutinandi & incarnandi vulnera magna, & curat plagas putridas, & reſoluit duricies mammillarum, & quando bibitur cum hydromelle quadraginta diebus, curat iſteritiam. Dioſcorides,) Quando bibitur de foliſ huius herbæ ſeptē diebus continuis cum vino, curat iſteritiam, & quādo bibitur cum hydromelle quadraginta dieb⁹, curat ſciaticam, & ipſa datur in potu in ægritudinibus epatis, & ad ſtrangluriam, & ad dolorem renum, & ad puncturas inteſtinorum, & virtute ea multum homines in Pōto, & in Herachlia pro antidoto dātes de decoctione eius in potu ad toxicum, quod dicitur aconitum, & fit emplaſtrum cum decoctione eius ſupradictis ægritudinibus admixta cum ſauich iuuatiuis, & quando teritur et miſcetur cum ficubus, & fiunt inde pilulæ, ſoluunt vētrem, & quando ſumitur cum batitura æris & reſina pini, purgat ſuperfluitates matricis, & quādo ponitur ſuper duricies mammillarum, reſoluit eas, & quando fit emplaſtrum cum ea, & melle, glutinat vulnera et prohibet dilatationē formicæ in corpore. Hunain in tyria ca.) Kamepitheos eſt laxatiuum.

Li.3.c.150

DE KAMEDREOS. CLXXX.

De reſigl ne li.3.ca. 94.

DAmedrios, id eſt, kamedreos.) Nominatur quercus terræ. Dioſcorides,) Naſcitur in locis petroſis, aſperis, & eſt herba parua, longitudinem vnius palmi habens, & eſt herba parua, ſimilia in figura & ortu ſuo foliſ quercus, & flos eius eſt coloris purpurei paruus, & tempus colligendi eam, eſt q̄ ſemen eius eſt maturum, & colligēda eſt cum ſuo ſemine. Galenus,) Sapor eius eſt amarus, & cum hoc eſt in eo acutas. Et virtus eius prima eſt, quæ calefacit & deſiccat in ſecundo gradu, niſi qua caliditas eius eſt amplior ficcitate ipſius. Et ſecunda eſt, quæ incidit & abſtergit. Tertia eſt, quæ reſoluit duriciem ſplenis, & prouocat vrinam & menſtrua, & incidit humores groſſos, & mūdificat vias oppilaras membrorum intrinſecorū.

Li.3.c.94.

Dioſcorides,) Quando bibitur recēs cocta, habet virtutem quæ confert conquaſſationi neruorum, & duriciei ſplenis, & ſtranguriæ, & inceptioni hydropiſis, & prouocat menſtrua, & expellit fœtum, & q̄ bibitur cū aceto, reſoluit duriciem ſplenis, & q̄ bibitur cū vino, aut fit emplaſtrum cum ea, confert morſibus venenoſorum, & poſſibile eſt quod teratur, & fiant inde pilulæ quæ adminiſtrantur in ægritudinibus ſupradictis, & quando miſcetur cum melle, mūdificat vlcera antiqua, & quando teritur & reſoluitur cum oleo, & fit collyrium cum ea, curat vlcera oculorum quæ dicuntur colos, & caliginem eorum, & quando linitur cum ea corpus, ea lefacit ipſum. Abugerig.) Fit ſtrupus ex ea ad tuſſim antiquam, & ad corruptionem digeſtionis, & in principio hydropiſis, & ad ſpaſmum, & quanto ſirupus eius erit vetuſtior, tanto erit maioris virtutis ad hæc quæ diximus. & herba contrita, confert fiſtulæ lachrymali, & eius decoctio confert iſtericiæ nigræ.

DE LACCA. CLXXXI.

De cinamo lib.1. ca.132.

SAc, id eſt lacca, Dioſcorides,) Eſt gummi arboris quæ naſcitur in terris Arabum, & eſt in ea ſimile myrrhæ, & ſtoraci, habet virtutem extenuandi, ſeu macrefaciendi pingues, & bibuntur de ea drachmę iiij. cum aqua, aut ſquingibin, et bibit de ea ſplenetici, epileptici & aſthmatici, & q̄ſi bibit cū melicrato, prouocat menſtrua, & ipſa abſtergit maculas quæ ſiunt in oculo, abſterſione veloci, & curat debilitatem viſus, quando miſcetur cum vino, & fit inde collyrium, et eſt bona doloribus dentium. Galenus in translationem athabarich.) Lacca eſt gummi arboris, quæ naſcitur in Arabia, & eſt ſimile myrrhę habens odorem bonum, & adminiſtratur in fumigiis & habet virtutem quę magreeſcere facit pingues multū & aperit oppilatiōes epatis. Raſis.) Cadit ex cœlo ſuper ramos arboris Gubra, id eſt, meſpili, in partibus Siref, in inſulis maris, & eſt calida & ſicca, aperit oppilatiōes, fortificat viſcera, & eſt bona doloribus hepatis & hydropiſi, Atabari.) Eſt calida & ſicca, aperit oppilatione, hepatis & ſtomas

chi. Haac eben amrum.) Lacca est res rubea, quæ est super ligna subtilia, Sapor eius est bonus, & ipsa coqui tur, & tinguntur inde panni in rubeum colorē, & dicitur tinctura illa karmes. Et quod remanet ex ea superfluens ab eo quod est tinctum, est lacca, quę remanet in manibus tinctorū & ipsa defertur ab Armenia, et est calida & ficca in secūdo gradu, aperit oppilatiōes hepatis & stomachi, & confortat ea, & confert ictericiæ. Mos dus ablutionis eius est quod accipiuntur ex lignis eius & teruntur, & proijcitur super ea aqua calida, in qua bullierit arifiologia & squinantum, & mouetur bene cum pistillo, & dimittitur residere, & deijcitur aqua, de inde deficcatur in vmbra, & reponitur in vase vitreo, & si non clarificatur prima vice, facias hoc secundo.

De meo li.1.cap.3.

DE MEU. CLXXXII.

MEv, id est meu. Dioscorides.) Habet virgas similes virgę aneti, & folia similia foliis eius, nisi quia virga eius est grossior virga aneti, & longi tudo eius est duorum brachiorū, & habet radicem nō subtilem, cuius aliquæ partes diuidūtur in plures, quarum quædam sunt tortuosæ, & quædam rectę longæ, & habet odorem bonum, & radix eius est quod de ipsa administratur. Galenus.) Radix huius herbæ est id quod est iuuatiuum in ea, & est calida in secūdo gradu, ficca in fine illius. Et secūda virtus eius est quę incidit. Et tertia est quæ prouocat vrinam & menstrua, & qñ aliquis vtitur ea nimis, inducit dolorē capitis, eo quod calefaciat minus q̄ deficet, & ideo etiam, quia in ea est humiditas inflatiua, cruda, non digesta, quare quando ascendit humiditas hæc cum caliditate ad caput, induc cit dolorem. Dioscorides.) Calefacit linguam quan do abluitur, & cruda cū teritur, & dissoluitur in aqua, & bibitur, aufert dolorem renum & veficæ, accidētem propter conclusionem superfluitatum in eis, & confert stranguriæ, & qñ teritur & miscetur cum melle, & fit inde loch, confert ventositati quæ existit in stomacho, & punctionibus, & doloribus matricis, & iuncturarū, & pectoris, quando ad ipsum currunt humores, & quā do coquitur, & fit cum ea encatisma, prouocat menstrua, & quando fit emplastrum cum ea pectini infantium, prouocat vrinam, & quando accipitur ex ea plus quam oporteat, facit soda.

Li.1.ca.3.

DE MASTICE. CLXXXIII.

MEstech, id est mastix.) Est gluten Romanum, Dioscorides.) Est quidam ex eo albus, & qui dam ad viriditatem declinās. Sed melior ex eo est, cuius color est albus, ficut cera alba, perlucidus, habens granum graue, ficcissimum, & cito frangibile, habens bonū odorem. Et est de eo quidam qui est niger, & quidam citrinus, & ipse adulteratur cum olibano & gummi pini. Galenus.) Albus ex mastice est ille qui dicitur gluten Romanum, & est compositus ex virtuti bus diuersis, volo dicere ex virtute stiptica, & virtute mollificatiua. Et virtus eius prima, est virtus quæ calefacit, & deficcat in secundo gradu. Et secūda est virtus quæ mollificat & fortificat, & resoluit. Sed niger, est ille qui dicitur kapti, est maioris deficcationis q̄ albus, & virtus stiptica est in ea minor, & ideo est cōueniens, vbi oporter resoluere amplius, & propter hoc confert multum apostematibus duris, quæ fiūt in exterioribus corporis. Sed olei masticis albi virtus, est similis virtuti masticis albi. Et dixit in octauo, vbi ipse rememorauit omnia glutina. Mastix est primus inter osa glutina in bonitate, & cum hoc quod est in eo de stypticitate pauca, quæ confert debilitati hepatis, & intestinorum, & apostematibus in eis existentibus, est in eo siccitas, & non habet acuitatē aliquam, & est multum subtilis.

De lentisco lib.1.

Dioscorides.) Mastix confert sputo sanguinis, & tussi antiquæ, qñ bibitur, & est bonus stomacho, mouet eructuationem, & ponitur in confectionibus dentifriciorum, & facit adhærere pilos palpebrarum, & qñ masticatur, facit odorem oris bonum, & stingit gingiuam. Et dixit Galenus in octauo, quod arbor masticis est cōposita ex substantia aquosa, calida & terrea, frigida non multum, & sapore osum partium huius arboris dico radicum, & fructus, & corticis est stypticitas pauca. Et virtus eius prima est in caliditate & frigiditate mediocriter temperata, & deficcata in fine secundi gradus, vsq; ad principium tertij. Et virtus secunda est, quando fit emplastrum cum foliis huius arboris, dum sunt recentia, est virtus stiptica, stypticitate manifesta, & ideo qñ bibuntur sola, aut cum alijs medicinis ad vlcera intestinorum, aut ad fluxum ventris conferunt multum, & conferunt spuentibus sanguinem, et fluxui menstruorum, & exitui matricis, & ani, cōferunt multum, & non est in istis operationibus diuersitas a succo hypoquistidos. Dioscorides.) Tota harbor est stiptica, & virtus fructus, & foliorū, & corticis ramorum, & corticis radicum est æqualis, & decoquuntur cortex eius, & cortex radicis, & folia decoctione pluriuma, & quando fuerint cocta, colatur ab eis aqua, quæ iterum coquitur, vsq; ad mellis spissitudinem, & confert decoctio ista bibita, sputo sanguinis, & fluxui ventris, & vlceribus intestinorum, & fluxui menstruorū, & exitui matricis, & ani, & vniuersaliter quidem ponitur pro acacia, & hypoquistidos, & ponitur etiam decoctio ista loco succi foliorū, & quando proijcitur decoctio ista super vlcera profunda, & super ossa fracta, restaurat carnem in vlceribus, & restaurat ossa, & restringit membra laxa, & abscindit humiditates antiquas a matrice, & prohibet vlcera corrosiua, ne dilatentur in corpore, & prouocat vrinam, & quādo fit collutio oris cum ea, restringit dentes commotos, & quando ex ramis huius arboris fit dentifricium, abstergit & restringit dentes, & fit ex fructu huius arboris oleum stypticum, quod est bonum valde in omnibus, in quibus conuenit stypticitas. Hunaim in libro de tyriaca.) Mastix resoluit apostemata stomachi, & confert tussi

Abugerig.) Ipsum nō est paucæ attractionis phlegmatis quando masticatur, & propter hoc miscetur cū aloe, vt præparet ipsum, & vt attrahat cum eo phlegma a capite.

De muria li.5.c.76.

DE MVRI. CLXXXIIII.

MVri. Dioscorides.) Illud quod fit ex piscibus salsis, & carne salsa, quando proijcitur super vlcera corrosiua & fraudulenta, prohibet dilatationem eorum, & curat morsum canis, & fit clistere cum eo ad vlcera intestinorum, ad cauterizandum ea, & ad sciaticam, & ad commouenda membra, ad expellendas superfluitates, Sed ius piscium recentium, qñ bibitur solum, aut cum vino, laxat ventrem. Fit etiam ad laxandum ventrem ius cum aqua et oleo, et pauco pisce. Galenus in secundo.) Virtus muri est calida et ficca, et ideo administrant ipsum aliqui medicorum in vlceribus putridis, et apponitur in clisteribus, quæ administrantur ad vlcera intestinorum, et ad sciaticā.

Paulus.) Est calidum fortiter, et siccum, et administratur in vlceribus putridis. Et interius ad sciaticam, et dysenteriam. Aben mesuai.) Almuri, fit ex farina hordei, et est calidum in primo, siccum in secūdo. Sed illud quod fit ex piscibus, est calidius et siccius, mollificat ventrem, et incidit phlegma, confert dolori sciaticæ, quando comeditur, aut fit clistere cum eo. Mesarugiæ.) Habet stypticitatem, et fortificationem, et mundificationem, et fit cum eo cohol in ægritudine sedri, id est variolis, vt non egrediant in facie, et postīq̄ egrediuntur, dissoluit eas, et confert eis. Aben mesuai.) De proprietate eius est, quod mundificat humiditates stomachi, et facit bonum oris odorem, et est calidum in tertio.

DE MVSCO. CLXXXV.

Mlich,id eſt muſcus. Abohanifa.) Dixit Habonhaſeu ex verbo Abulhuaſini, Almaſchadi,in libro auri & minerarum & margaritarũ, terræ,in quibus ſunt gazellæ muſci, ſunt regiones Tumbaſci & Seni,& ſunt terræ confines. Verum muſcus regionis Tumbaſci, eſt melior muſco Seni,duabus cauſis, vna eſt, quia gazellæ de Tumbaſci comedunt ſpicam nardi, & alias ſpecies odoriferas, gazellæ vero de Seni comedunt alias herbas ab iſtis, quas diximus odoriferas. Tamen eſt etiam alia cauſa, nam homines de Tumbaſci non extrahunt muſcum a folliculis ſuis, ſed homines de Seni trahunt ipſum a folliculis, & adulterant ipſum cum modis adulterationis . Præterea illi de Seni abſcindunt folliculos in temporibus humidis, & turbidis, & in aere inconuenienti. Et ſi homines de Seni non habent res cum quibus adulterent, reponunt eum in vaſis vitreis, & obturant bene, & mittunt eum in terris Sarracenorum, & in Hamen,& Perſida,& Habarac,& in alijs regiõibus Babyloniæ, ac ſi ipſe ſit de Tumbaſci. Melior autem muſcus, & magis redolens, eſt ille, qui abſcinditur a gazella, poſtq̃ eſt bene maturus in ea,& non differunt iſtæ gazellæ ab alijs in figura, & colore, & cornibus. Sed cognoſcuntur in dentibus caninis earum tantum, quia quælibet ex ipſis habet duos caninos dentes egredientes ab ore ipſius, ſicut egrediuntur ab ore porcorũ. Et ſunt dẽtes iſti albi valde, & recti, longitudinẽ vnius palmi aut plus habentes, & venatores quidem in terris Bethieth, & Seni, extendunt funes & laqueos, et capiũt eas, aliquando vero ſagittant eas, & abſcindunt ab eis folliculos, & ligant eos immaturos, & tunc eſt in odore eorum horribilitas, ſuſpendunt ergo eos, relinquentes aliquo tempore, donec maturẽtur, & recedat fœtor eorum, & mundentur in aere, & ſit tunc in eis muſcus bonus. Hoc idem etiam contingit fructibus arborum, quando colliguntur ab arboribus ſuis, antequam maturẽſcant. Verum melior muſcus eſt ille, qui maturatur in folliculo ſuo, & eſt cõpletæ maturationis in folliculo ipſo, ante quam abſcindatur ab animali, deinde abſcinditur ab animali poſt cõplementum, & propter hoc accidit, cum natura expellit curſum ſanguinis ad folliculum illum vel chiſtim, & cõpletur eſſentia ſanguinis in eo, nocet illi animali, & tũc venit ad ſaxa, vel ad aliquem ex lapidibus calidis a calore ſolis, & fricat ſe multum cum delectatiõe magna, donec laniatur cutis in loco illo, & emanat quod continetur ibi ſuper lapides, quemadmodum emanat ab aposthemate aliquo quando aperiũ, & ſentit tunc animal illud in exitu eius delectationem magnam, & quãdo eſt euacuata chiſtis tota ab eo, quod in ea continetur, incarnatur, & conſolidatur. Et poſtea iterum colligitur in loco illo abundans curſus ſanguinis, ſicut fecit primo. Egrediuntur igitur homines de Thebeth, qui nouerunt loca vbi paſcunt gazellæ illæ, & perueniẽtes ad ſaxa illa & lapides, inueniunt ſanguinem illum qui eſt deficcatus ſup lapides & ſaxa, & colligunt eum, & quoniam digeſſit eum natura in ſuo animali, & deſiccauit eũ ſol, & præuauit eum aer, eſt melior omnibus ſpeciebus muſci, & electior. Colligũt ergo ipſum, & ponunt in folliculis, quos habent ex gazellis, quas ipſi venati ſunt, & ſeruãt apud ſe. Et hic eſt ille muſcus, quo vtuntur Reges, & qui donatur pro dono magno, & quem vendunt mercatores illius regionis pro meliori . Et in Thebeth ſunt multæ ciuitates, verum totus muſcus qui colligitur in partibus illis, defertur a ciuitate, quæ proprie nominatur nomine totius regionis Thebeth. Alchalahamen,) Eſt calidus in ſecundo, ſiccus in tertio.

Aben meſuai.) Calidus eſt & ſiccus, fortificat cor & membra interiora, quando bibitur, aut ponitur exterius in emplaſtris. Hachim, Eben Hunaim.) Calidus & ſiccus eſt, adminiſtrat in medicinis oculi, & abſtergit albuginem ſubtilem, & deſiccat eius humiditatem. Meſeha.) Eſt calidus & ſiccus in tertio gradu.

Atabari.) Siccitas eius eſt plus caliditate ipſius, calefacit cerebrũ, & deſiccat qñ ſunt ſternutationes eñ eo, & corroborat cerebrum. Meſarugie.) Calidus & ſiccus in ſecundo, ſubtilis, corroborat mẽbra ſua aromaticitate, conſert ſodæ antiquæ, quæ eſt ab humiditatibus, & corroborat cerebrũ. Medici Perſidę.) Si accipitur de eo parum, & reſoluitur cum oleo de keruz, & linitur cum eo virga, iuuat ad coitum. Et dicunt, quod eſt in eo humiditas quædam, per quam excitat coitũ.

DE LASAHATEN. CLXXXVI.

NAbach. Dioſcorides.) Lasahaten afferturex terris Indiæ, & eſt ſimilis cortici mori, & odoris boni, & habet virtutem calefaciẽtem, ſiunt cum eo fumigationes, & ponitur in confectionibus vnguentorum, & alijs confectionibus calefactorijs & habet virtutem ſimilem virtuti calami aromatici, & quando ſit fumigatio cum eo, valet torſioni matricis. De nar. capitio li. 1.c.42.

Galenus in tertio.) Eſt ex ſpecie bus Indiæ, & cõfert in fumigationibus matricis, quando eſt ſiccum. Paulus dixit ſicut Galenus.

DE NERSIN. CLXXXVII.

NErſin. Ifaac eben amram.) Eſt arbuſtum ſimile arbori roſæ, habens florem album, & dicũr quod eſt roſa agreſtis, & roſa Seni. Aben meſuai.) Eſt ſicut narciſcus, & ita eſt olem eius bonum pleureſi, quæ ſit a melancholia, conſert doloribus matricis. Meſarugie.) Eſt ſimile in virtute ſuæ eſſentiæ, niſi qa eſt minus calidũ eo, & leuius natura q̃ ipſum, & minus ſiccum. Rafis.) Vidi in Coraſceni quoſdã, q̃ dabant ex foliis eius a drachmis duabus vſq; ad tres, & faciebant aſſellare multum.

DE NARCISCO. CLXXXVIII.

NArces, id eſt narciſcus. Dioſcorides.) Eſt herba habens folia ſimilia foliis porrorũ, niſi quia ſunt minores eis, & habet virgam concauam, in qua non ſunt folia, & longitudo eius eſt plus palma, & ſup ipſa eſt flos albus in circuitu, & in medio eius eſt res citrina, & eſt quædã ſpecies cuius mediũ illud eſt purpurei coloris, & habet radicẽ albam rotundam, ſimilem bulbo, & ſemen nigrũ in thecis longis, & naſcitur ille qui eſt melior in locis montuoſis, & habet odorem bonũ. Sed ſecundæ ſpeciei odor eſt, ſicut odor lix, & odor ſpecierũ, & illud quod de hac herba adminiſtraſ, eſt radix eius, Galenus.) Virtus eius prima eſt quę deſiccat. Secunda, quę abſtergit & attrahit, & incarnat. Et tertia, quæ incarnat vlcera magna. Et deuenit de virtute eius, quod incarnat inciſiones quæ fiunt in lacertis, & qñ miſcet cũ orobo, mundificat fordes corporis, & aperit apãta. Dioſcorides.) Quando comedit ex radice narciſci elixa, aut potaſ, mouet vomitum, & qñ adminiſtraſ cum melle trita, conſert cõbuſtionibus ignis, & qñ ſit cum ea emplaſtrum, cõglutinat vulnera neruorum, & qñ admiſcetur trita cum melle, & ſit inde emplaſtrum, cõfert torſioni & dolori neruorum pedum, & doloribus iuncturarũ antiquis, & qñ admiſcetur cum ſemine quod dicit cambadios, & aceto, mundificat impetiginem, & qñ miſcetur cum orobo & melle, mũdificat ſordicies vlcerum, & aperit aposthemata dura, difficilis maturationis, & quando ſit emplaſtrum cum ea, & farina lolij, & melle, extrahit ſagittas infixas corpori, & replet locum carne. Aben meſuai.) Narciſcus facit operationes ieuſemin, niſi qa eſt debilior eo, & confert doloribus q̃ ſunt a phlegmate, & olem eius eſt bonum ad hæc etiam. Meſeha.) Eſt calidus & ſiccus in ſecundo, radix eius incarnat vlcera neruorum, & habet virtutem lanatiuam. De narciſſo li.4.c.142. Li.4.c.142

Delilio

DE LILIO. CLXXXIX.

SVtem, id eſt, lilium. Dioſcorides.) Eſt ex eo do meſticum, & ſilueſtre, & ſiluestris multæ ſunt ſpecies, & nominatur vna aſmen iuni, id eſt, cœleſte, & eſt albũ, quod eſt notũ. Galenus.) Flos eius eſt cõpoſitus ex ſubſtãtia terrea ſubtili, & idẽ aquiſiuit amarum ſaporem, & eſt ſubſtantia aquoſa tẽperata. Et virtus eius prima eſt quę deſiccat deſiccatione temperata. Secũda, quæ abſtergit abſterſione tẽperata. Et tertia eſt quæ confert cõbuſtioni ignis, qñ aſſatur, & teritur cũ oleo roſaceo, & ponitur ſuper locũ combuſtionis, & di mittitur donec curetur, eſt bonus ad incarnãdũ omnia vlcera, & mollit duriciem matricis, & prouocat menſtrua. Sed olei eius, illius ſcilicet, quod eſt aromatizatum, & illius quod non eſt aromatizatum, virtus ſecunda eſt, quæ reſoluit ſine mordicatione, & mollificat. Et virtus tertia eſt, quæ cõfert duriciebus matricis. Sed foliorum virtus prima eſt quæ deſiccat tẽperate, Secunda eſt, quæ incarnat, & abſtergit abſterſione debili, debiliori, ſcilicet, abſterſiõe radicis. Et tertia eſt, quod qñ coquuntur, & ponuntur ſuper cõbuſtionem ignis, aut ſuper quodcũq; vlcus, faciunt incarnari vlcerationem eorum. Et ſunt quidam, qui infundũt folia eius in aceto, & vtuntur eis ad incarnationem vlcerum, & cõtundũtur folia huius lilij, & exprimitur ſuccus eorum, & coquitur in aceto & melle, ita quod ex ſucco fit quinquies plus ℈ acetum & mel, & eſt conueniens medicina ad omne quod eget deſiccatione, ſine mordicatiõe, ſicut ſint vulnera magna & proprie quæ ſunt in capitis bus muſculorum, & ad vlcera omnia antiqua, quę ſunt difficilis incarnationis. Sed radicis eius virtus prima eſt, quæ deſiccat cum tẽperamento. Secunda eſt, quæ abſtergit, & reſoluit eſt tẽperamento ſimiliter. Et tertia eſt, quæ confert combuſtioni ignis, & aquæ feruẽtis quando aſſatur, & teritur, & ponitur ſuper locum combuſtionis, donec conſolidetur & ſanetur, quoniam iſtę combuſtiones egent medicina, quæ deſiccet, & abſtergat cum tẽperamento, et ipſa propter hoc eſt medicina bona, laudabilis ad incarnandum, & conſolidandũ omnia vlcera, & ipſa quidem mollit duricies matricis, & prouocat menſtrua, quoniam abſterſio ſua eſt pauca, quia eſt tantum in gradu primo, oportet quod quãdo volumus abſtergere eum ea impetiginem, et ſcabiẽ, & ſaapha, quod admiſceamus ei Medicinam, cuius abſterſio ſit amplior, ſicut mel, & quando admiſcetur ei tantum ex melle, quod ſit tẽperatæ ſubſtantiæ, vel æqualis quantitatis, confert vulneribus neruorum, & vlceribus, & egritudinibus alijs omnibus, vbi neceſſe eſt deſiccare fortiter ſine mordatione. Dioſcorides.) Ad miniſtratur ad pruritum, & fit ex floribus eius oleum, quod dicitur liden, & quidam nominant ipſum ſuſis num, & eſt oleum de lilio, & mollit neruos, & duricię matricis, Et quando fit emplaſtrum cum folijs huius herbæ, confert morbibus venenatis, & quando coquũtur & ſupponuntur, conferunt cõbuſtioni ignis, et quã do adminiſtrantur cum aceto, cõferunt exiturisEt ſuc cus eorum coquitur cum melle & aceto in vaſe æneo, et fit Medicina conueniens vlceribus antiquis, et recenti bus exiturisEt qñ radix eius coquit cũ oleo roſaceo, et adminiſtrat, curat cõbuſtiones ignis, & mollit duriciẽ matricis, & puocat menſtrua, & incarnat vlcera, & qñ terit, et miſcet cũ melle, curat ciſiones neruorũ, & torſiones, & cõtuſiones ipſorũ, & abſtergit impetigiñ, et ſcabiẽ vlcoroſam, & furfures capitis, & vlcera eiꝰ humida, et qñ abluit facies cũ ea, mũdificat ipsã, & aufert rugas eius, & quando teritur, & miſcetur cum aceto, aut cum folijs ſuſquiami, & farina frumenti, confert apoſtemas tibus calidis reſticulorum & matricis. Semen vero eius bibitur contra nocumenta venenorum, & confert, & teruntur ſemen et folia tritura multa, et miſcentur cum vino, & fit inde emplaſtrum, & confert eriſipilæ. Sed aſmeni iuni, id eſt, cœleſte, & eſt yreos. Dioſcorides.) Folia eius ſunt ſimilia folijs alterius, niſi quia ſunt latiora, & magis viſcoſa, & habet ſtipitem, ſup quem eſt flos, habẽs colores diuerſos, & ſunt albus, citrinus, pur pureus, & cœleſtis, & propter diuerſitatem iſtorum coſlorum nominatur ireos, id eſt, arcus dęmonis, ſcilicet, abijllo arcu dæmonis, qui apparet in aere, & habet radices duras nodoſas, quæ habent odorem bonum, quę quando eſſodiuntur, oportet quod inſerantur in filo lineo, & poſt exiccentur, & poſt exiccationem reponantur, & quod ex radice eius eſt bonum, eſt breue, difficilis fractionis, cuius color paululum declinat ad rubedinem, & habet odorẽ bonũ, nõ participantem odori terræ, pungens linguam, & mouens ſternutationem quãdo teritur, & quando yreos veteraſcit, corrumpitur, & perforatur, & habet meliorẽ odorem. Galenus.) Subſtantia eius eſt ſubtilis. Et virtus eius prima eſt quę cale facit. Secunda eſt quæ mundificat & maturat. Et tertia quæ cõfert ſpeciebus tuſſis, & facit aſcendere ſcreatum a pectore, & curat torſiones ventris, & vlcera ſordida, & qñ bibitur cum melle et aqua calida, laxat ventrem.

De Klãt Lib. 6. ſe cundo.

Lib. 1. ca primo

Dioſcorides.) Virtus yreos calefacit & ſubtiliat, & confert tuſſi, & ſubtiliat humiditates pectoris, quę ſunt difficilis excreationis. Et qñ bibuntur ex eo drachmæ ſeptem cũ melicrato, purgat phlegma groſſum, & choleram, & facit dormire, & prouocat lachrymas, & curat torſiones ventris, & vlcera ſordida, & quando bibitur cum aceto, confert morbibus venenoſis, & ſplenetiçis, & ſpaſmo, & cõfert rigoribus, & horripilationibus febrium, & quando bibitur cum vino, prouocat menſtrua, & elixatur, ſtuntçe encariſmata mulieribꝰ in decoctione ipſius, & cõfert doloribꝰ matricis, & mollit duri ciẽ eius, & aperit orificiũ eius qñ cõſtringit, & fit cũ eo cliſtere ſciaticæ, & facit oriri carnẽ in fiſtulis, & in vlcera bus profundis, & qñ fit naſale ex eo cũ melle, expellit fœtũ, & coquitur in aqua, & fit emplaſtrũ cũ eo apoſtematibus duris, & ſcrophulis, & mollit ea, & replet ſtiſtus quando teritur & proijcitur in eis, & quando miſcetur cum melle, & ponitur in eis, mundificat eas, & veſtit oſſa nuda carne, & quando fit emplaſtrum cum ea capiti, cum aceto & oleo roſaceo, confert ſodæ, & quãdo admiſcetur ei duplum eius ex elleboro albo, & fit linimentum cum eis, confert impetigini, & mundificat cutem ab ea, & ingreditur in vnguẽtis, et ſuppoſitoriis, quæ reſoluũt laſſitudinem, & vniuerſaliter habet multa iuuamenta. Bedigoras.) Proprietas radicis yreos eſt, quod purgat aquam citrinam. Aben meſuai.) Qñ fit collyrium cum farina radicis yreos, aufert vnguła ocu li, & quando fit ſternutatorium, vel caput purgium cũ ſucco eius tribus diebus, aufert zuchem, id eſt, coriza, & ſoda, & hemigraneam, ſi Deo placuerit. Et de appropriatibus eius eſt, q̃ laxat aquam citrinã, & humiditates viſcoſas, & melancholiam, & aperit opilationes. Verũ ipſa infert triſtitiam, ſed quãdo miſcetur cum alijs Medicinis, quę aperiũt oppillationes, & q̃ fortificant epar, minuitur nocumentum eius, & rectificatio eius eſt, q̃ accipiatur cũ aqua & melle cocto, & doſis eius in decoctione eſt ab aur, ij. vſq; iij, vel iiij. & ſiccæ contritæ ab vna drachma vſq; ad duas, cũ melle cocto. Dioſcorides.) Ex lilio eſt ſpecies agreſtis, quæ dicitur kimaz, & nominatur yris, & eſt herba habens folia in virga ſimilia folijs & virgæ yreos, & floręcroceũ vel albũ, amari ſaporis, parũ & molle ſemen, et radicẽ vnam in groſſitudine digiti, longam, ſtypticam, boni odoris, naſcitur ſub arboribus, & in locis vmbroſis. Galenus.) Radix huius plantæ non eſt rotunda, ſed longa, habens digiti groſſitudinem, & odor eius eſt bonus, & ſapor eius eſt ſtipticus. Et virtus eius prima eſt calida, & deſiccat in ſecundo gradu. Secũda eſt cõpoſita ex virtute prohibitiua &

De Lilio. Lib. 3. cap. 97

De Ephemero Li. 4. ca. 75

ua & resolutiua. Et tertia est, q ipsa cõfert doloribus dentium, qñ cum decoctione eius fit gargarisma, vel oris collutio. Sed folia eius conferunt oibus exituris dum sunt in augmento, & oportet quod decoquatur cum rob, & fiat inde emplastrum super exituras antequ maturentur. Radix huius plantæ qñ coquitur, & fit cũ decoctione eius oris collutio, confert doloribus dentium, & qñ coquuntur folia eius cum vino, & fit inde emplastrum apostematibus phlegmaticis, & exituris immaturis, quorum humiditas nondum peruenit ad saniem, resoluit ea. Dioscorides.) Ex lilio est species alia, quæ dicitur casoras, & qdam nominant eam yrim agrestem, & est planta quæ habet folia similia foliis yreos, nisi quia sunt latiora eis, & habent summitates subtiles, & habent virgã, quæ egreditur ex medio foliorũ, cuius longitudo est vnius brachij, & grossa multum, & habet vaginas habentes tres angulos, & super vagina est flos coloris purpurei, et in medio est rubeus, & habet semen in vaginis fuis simile in figura fua femnis cucumerum nigrog, rotũdum, acuti saporis, & habet radicem, multos habentem nodos longos rubeos.

De xiri ii. 4 ca.10.

Galenus.) Radicis huius herbæ substãtia est subtilis. Et virtus eius prima est calida deficcatiua. Et secunda est virtus resolutiua. Semen vero eius est in hac eadem proprietate, verũ fortius est radice. Virtus vero semínis tertia est, quæ prouocat vrinam, & curat duriciem splenis. Dioscorides.) Radix eius cõfert vulneribus quæ fiunt in capite, & fracturis eius, & qñ miscetur ei tertia, pars ponderis eius de flore æris, & de centaurea quinta pars eius, & mellis parum, & fit inde emplastrũ, fedat dolorem, & extrahit ossa fracta, & oia infixa carni ex spinis, & sagittis, & similibus. Et qñ fit emplastrũ cum ea, curat apostemata phlegmatica, & apostemata calida, & qñ bibit, cõfert attritionibus lacertog, & dolori lateris, & strangurię, & sciaticæ, & bibitur cũ vino dulci, quod fit cum aqua marina, & simili modo accepta, valet fluxui ventris, & qñ bibitur cum vino, cõfert morsibus venenosis, & prouocat menstrua. Sed qñ bibitur ex semine eius pondus iij. onolosat, prouocat vrinam prouocatione forti, & qñ bibitur cum aceto, resoluit apostemata splenis. Dioscorides.) Et est alia species lilij, quæ dicitur xiphion, cuius folia sunt similia foliis lilij quod dicitur yreos, nisi quia sunt breuiora, & strictiora, habentia summitates acutas, habet stipitem vnius brachij longum, asperum, plenum, in cuius summitate est flos duplicatus, diuisus ab inuicem, cuius color est purpureus, & habet semen rotundum, & habet duas radices, quarum vna est posita super aliã, & sunt paruæ rotundæ, sicut quæ cepæ minores, vna earum est desuper, & alia desubtus, & inferior est extenuata, superior vero pinguis, nascitur in locis cultis.

De xiri vt supra.

De gladio lo.ii.4.c.18

Galenus.) Radicis huius herbæ virtus prima est quę deficcat. Et secunda quę attrahit & resoluit, & proprie superior earum. Dioscorides.) Quãdo fit emplastrũ cum radice superiori, et vino, & olibano, extrahit acus & stipites, & similia infixa in carne, & quando miscet cum farina lolij, & vino quod hydromel dicitur, & fit inde emplastrum apostematibus quæ dicunt sacheras tella, resoluit ea, & ideo ingreditur in confectionibus vnguentog, quæ resoluunt ista apostemata, & valet pustulis, & qñ fit nasale cum ea, prouocat menstrua. Et dicunt, quando bibitur cum vino, stimulat libidinem, & quãdo radix inferior bibitur, absc indit a spermate virtutem generandi. Et dicunt, quod radix superior quãdo datur in potu infantibus habentibus rupturã intestinalem, cum aqua, confert eis, & emplastrum factum ex ea, resoluit apostemata inguinum. Dioscorides.)

De spunga mio lib.4. ca.15.

Et ex lilio agresti est species quæ dicit safarhe ramon, & est herba habens folia similia foliis illius speciei quę dicitur kasiliõn, id est xiphion supradicta, nisi qa sunt subtiliora eis, & magis inclinata, & longiora. & habet stipitem & ramos in quorum summitatibus sunt quædam quæ oriuntur in eis rotunda sicut pilulæ, in quibus est semen eius. Galenus,) Virtus similiter defic cat. Dioscorides.) Exhibetur radix huius herbæ & semen cum vino contra morsos venenosos.

DE SISELEOS. CXC.

De siseli li.3.c.51.

Siſalios, id est siseleos. Dioscorides.) Habet folia similia foliis fœniculi, nisi quia sunt longiora & grossiora, & habet hastam longã, in cuius summitate est corona, in qua est semen longum, & latum, habẽs angulos, & grossum, acuti saporis, & fortis odoris, & est id quod in eo est in vsu, & administratur in cibis, habet radicem longam boni odoris. Galenus.) Radix huius plantæ & semen habent de calditate tm, quod prouocant vrinam prouocatione forti, & est cũ hoc virtus eog fubtilis, adeo quod confert epilepsiæ, & asmati. Dioscorides,) Virtus eius est calefactiua, Li.3.c.51. scilicet, radicis eius & seminis, & quando sumitur ex eis in potu, prouocat vrinam, & confert coarctationi anhelitus, in qua oportet hominem erigi, & asmati, & suffocationi matricis, & prouocat menstrua, et expellit fœtum, & confert epilepsiæ, & oibus doloribus interiorum membrorum, & quando sumitur de aliquo amborum, aut ex ambobus simul in potu cum vino, confert tussi antiquæ, & debilitati digestionis, & torsionibus ventris, & debilitati hepatis, & qñ sumitur in potu vino & pipere, præterea hominẽ a frigore aeris, & propter hoc conuenit itinerãtibus in hyeme. Et qñ capræ & alia animalia comedunt ex hac planta in tem pore coitus eog, conferunt eis multum ad impregnandum, Aben mesuai,) Est calidum & siccum in fine secundi gradus, incidit & dissoluit humores phlegmaticos viscosos & congelatos, & propter hoc aperit vias omnes, & cannales oppilatos, & prouocat vrinam, & menstrua, & cõfert asmati, & omnibus ægritudinibus frigidis phlegmaticis.

DE RAPA. CXCI.

De rapo li.2.c.103.

Seliem, id est rapa. Dioscorides.) Est ex ea agrestis, & domestica, sed agrestis est planta habẽs mul tos ramulos, quoꝝ longitudo est vnius brachij, nascit in locis siccis, & habet summitates lenes, & folia mollia, quorũ latitudo est vnius pollicis, aut amplius parum, & habet semen in vaginis, & est semen nigrum paruum, quod cum frangitur, est album interius. Domestica vero rapa est nota. Galenus.) Radix & semẽ rapæ generanent ventositatem inflatiuam, & ideo mouent libidinẽ, & augent in spermate. Dioscorides.) Radix eius cocta & comesta nutrit, & generat ventositatem, & incitat libidinem, et auget in spermate. Et qñ decoctio eius in funditur super podagram, & fus scissuras quæ fiunt a frigore, confert eis, & fit emplastrum cum rapa ipsa cõtrita, facit hoc, & qñ foditur rapa vna interius, & ponitur in cauatura illa cera liquefacta cũ oleo rosaceo, & ponitur super calidos cineres, & cales fit multũ, confert scissuris vlceratis, quę fiunt a frigore. Meditullium foliorũ eius qñ comeditur coctum, prouocat vrinam. Semen rapæ ingreditur in confectionibus tyriacarum, quæ sunt contra venena, & confert morsibus venenosis, & sedat dolorem eorum, & valet potionibus venenosis quando potatur cum vino, vel hydromelle, & quando bibitur, incitat libidinem, & qñ lauatur cum aqua & sale, & aceto, fit minoris nutrimenti postquam decoquitur, & cõmouet libidinem. Sed semen agrestis administratur in medicinis, quæ mundificãt faciem & cutem corporis, admixtum cum farina fabarum, & lupinorum, & orobi, vel solum.

Et est species alia rapæ paruæ, quæ qñ comeditur, generat inflationes, & nutrimentum eius est minus nutrimento alterius speciei, & quando bibitur ex semine

eius,

eius, prohibet nocumentum medicinarum mortiferarum, & ingreditur in quibusdam confectionibus electuariog, & radix eius preparat sicut de rapa diximus.

DE CYPERO. CXCII.

De cyphro lib.1.ca.4.

SAherade, id est iucha, id est cyperus. Dioscorides.) Habet folia similia foliis porri, nisi quia sunt longiora eis, & subtiliora, & duriora, habent & stipitem longitudine vnius brachij, & plus, non rectum, sed estin eo tortuositas, & est quadratus, similis stipiti squinăti, in cuius summitate sunt folia parua, & habet semen. Radix eius est similis oliuæ, & quædam ex eis est longa, & quædam rotunda, & est nigra, nascitur in locis domesticis aquosis, & in pratis, & locis paludosis. Est aũt species cyperi in India, quę est similis zinziberi in sapore suo, & qñ mastficatur eius color, est sicut crocei color, quæ qñ linitur super cutem corporis, facit pilos cadere statim. Melior autem ex cypero est ille, qui est plenus, grauis, grossus, durus, difficile frangibilis, asper, habens odorem bonum cum pauco acumine. Et quod administrat ex cypero, est radix ipsa. Galenus.) Odor eius est bonus, & in sapore ipsius est caliditas cũ pauca sty pticitate. Et virtus eius prima est virtus quæ calefacit, & desiccat sine mordicatione. Secũda est quę incidit. Et tertia est, quæ confert vlceribus difficilis consolidationis, propter nimiam eorum humiditatem, & confert vlceribus oris, qñ administratur siccus contritus, & frangit lapidẽ, & prouocat vrinam & menstrua.

Li.1.ca.4. Dioscorides.) Virtus cyperi est calida, aperitiua oriciorum venarum, qñ bibitur, prouocat vrinam in hanbitibus lapidem, & in hydropicis & confert veneno scorpionis, et est bonus frigoribus matricis, & stricturę orificij eius, qñ fit emplastrum cum eo, & prouocat vrinam, & frangit lapidem renum, & prouocat menstrua, & confert vlceribus corrosiuis & putridis, qñ administratur siccus contritus, & ingreditur in vnguentis calefactis, Damasci.) Est bonus gingiuis. Aben mesuai.) Facit augmentum in sensu, & rumpit lapidem renum, & incorat stomachum, & meliorat colorem, & est bonus hæmorrhoidibus, & efficit odorem oris bonum, & quando bibitur cum oleo lentisci, calefacit renes, & de proprietate eius est conferre frigiditati veficæ, & dissiluationi vrinæ. Liber aggregatus.) Adurit sanguinem, quare timetur, ne vrens ipso fiat leprosus.

DE SCOLOPENDRIA. CXCIII.

De aspleno lib.3. ca.125.

SColopendrion, id est scolopẽdria. Dioscorides.) Nominatur hoc nomine propter similitudinem cuiusdam vermis dicti scolopendria, & eius compositio est xiiij. pedum, habet folia multa egredientia ex vna radice, & nascitur in petris, & in muris ædificiorum, & habet stipitem nullum, nec florem, nec semen, & folia eius sunt ficut folia polipodij, & pars eius inferior est quasi rubea, & pars supior viridis. Galenus.) Substantia eius est subtilis. Et virtus eius prima est calida. Secunda est quæ incidit & resoluit. Et tertia est q frangit lapidem, & resoluit duricię splenis, Dioscorides.) Quãdo herba ista coquit, & bibitur xl. diebus, resoluit & extenuat splenẽ. Similiter autem faciunt folia ipsa, si terantur, & fiat cũ eis emplastrum super splenẽ: & qñ teruntur, & miscentur cum vino, cõferunt dis stillationi vrinæ, & fingultui, & ictericię, & frangunt lapidem veficæ qñ bibuntur. Et putauerunt quidam, q ipsa prohibet impregnationem, qñ suspenditur sup mulierem sola, aut cum splene mulæ. Et dixit ille qui narrauit hoc, q oportet ipsam suspendi in die aliquo, in cuius nocte non apparuit luna.

DE HERMODACTYLIS. CXCIIII.

De colchi co li.4.ca. 72.

SVrgen, id est Hermodactylus. Dioscorides.) Est herba quæ floresc it in fine autumni, & est eius flos albus, similis in figura sua flori croci, deinde emittit folia similia foliis bulbi, in quibus est humidi tas adhærens manui, & habet stipitem in longitudine vnius palmi porrectum, cuius color est albus, declinãs ad nigredinẽ, & habet radicem cuius cortex est niger, ad rubedinem declinans. Sed quando aufertur cortex, apparet radix interius alba, mollis, dulcis saporis, & plena humiditate. Est autem radix ipsa rotunda, similis cępe bulbi, & habet radix ista in medio sui fcissurã, ex qua egreditur stipes, super quem est flos. Nascitur multum hæc herba in loco qui dicitur Karin, & in tetris quæ dicuntur Gnagna, hęc herba si comedatur, occidit strangulando, sicut occidunt fungi. Nos aũt memoraiimus esse illius in libro nostro, ne errans aliquis comedat eum loco bulbi, nam ipsa est boni saporis, dulcis & delectabilis, quare fortassis comederet eam aliquis ignorans, Conferunt autem illi, qui ipsum comederit, omnia quæ conferunt illi qui comedit fungos malos, est autem summum remedium ei hac bouinum, non egent nanq; alio adiutorio qui eam sumpserunt. Et dixit iterum Dioscorides in capitulo de achimeron, & est lilium sylueſtre, quod hermodactylus q dicitur achimeron, est interficiens, & ita transtulit Albatarich in translatione sua, in medicinis simplicibus.

Galenus.) Habet virtutem laxatiuam, & similiter aqua, in qua bullierit, & administrat in doloribus iuncturarum. Paulus.) Radix hermodactyli habet virtutem laxatiuam, & similiter aqua in qua bullierit, datur autem proprie in doloribus iuncturarum, in tempore fluxus humorum ad eas, verum ipse est malus stomacho. Bedigoras.) Proprietas eius est conferre doloribus iuncturarum. Damaschi.) Confert dolori podagræ, & est laudabilis finis operationis eius, verum nimius vsus eius facit putrificari musculos. Confert tamen iuncturis multum. Et ideo exhibendus est maxime habentibus iuncturas molles, & nimis humidas.

Ignotus.) Surugen albus augmentum efficit in spermate. Mesarugiæ.) Albus est bonus podagræ. Sed rubeus occidit, & non est frigidus nimis, ita quod narcotizet, quia si hoc esset, non esset laxatiuus. Abusgerig.) Hermodactylus est calidus in primo gradu.

Aben mesuai.) Rubeus occidit, & albus confert podagræ, & desiccat vlcera antiqua, & absergit ea, & est frigidus & siccus in secundo. Rasis.) Si hermodactylus esset calidus, mordicaret vlcera. Alkalhenię.) Hermodactylus est calidus, mulræ caliditatis. Habix.) Est calidus & siccus in principio secundi gradus, & habet proprietatem sedandi dolorem iuncturarum, & podagræ, & conferre variolis, & melior ex eo est ille qui est interius & exterius albus, & quando frangitur, est cõfractio eius facilis, & non dura. Niger vero & rubeus sunt ambo interficientes. Errauerunt autem qui putauerunt quod ipse sit lagis agrestis, quæ defertur ab Aphrica, nam illa lagis impinguat mulieres, quando bibunt eam, & humectat corpora ficca, & augmentum efficit in carne, & facit rubere faciem coloratbono, quando datur in potu cum fauich, est calida, caliditate ista, & commouet sanguinem, & acuit eum multum, & fortassis inducet potanti se dolores calidos, adustiuos, sicut cholericos & sanguineos, & infert nocumentum magnum, & ægritudines tis cut erispilam in capite & facie, & in membris aliis corporis.

DE MELLE. CXCV.

De melle li...c.74.

HAel, id est mel. Galenus.) Virtus eius prima calefacit & desiccat in secundo gradu. Et virtus eius secunda absergit, & quando coquitur & maturatur, fit paucæ acuitatis, & paucæ absertionis, & ideo administratur ad incarnandum fistulas, & vlcera profunda. Mel vero amarum est cõpositum ex virtutibus diuersis, sicut fi componetes mel cum absinthio, Dioscorides.) Mel bonũ, est illud quod est dulce, & in quo

& in quo ẽ acuitas aliquãrula in gustu:et habet odorẽ bonum, & color eius est vergens ad rubedinem, neq; est nimis liquidum, & quando immiseris in eum digitum, adhereret digito, & venit cum eo. Et virtus qdem mellis est absterſiua, aperitiua orificiorum venarum, reſoluit humiditates, & ideo qñ ponitur in vlceribus ſordidis & profundis, conuenit eius multum, & qñ eo quitur & ponitur ſuper ſciſſuras cutis, conſolidat eas, & qñ coquitur cum aneto humido, & cum eo linitur impetigo, curat eam, & qñ miſcetur cum ſale trito, & diſtillatur tepidum in aurem, ſedat tinnitum, & curat dolorem eius, & qñ ſit linimentum cum eo, occidit pediculos & lendines, & qñ indumẽtum alicuius eſt breue nimis, & fuerit ex lana, & vult quod elongeť, dum egreditur balneum, ſi rorauerit ẽ aqua deinde liniret melle, elongabitur, & mel abſtergit tenebroſitatem viſus, qñ ſit collyrium cum eo quatuordecim diebus cõtinuis, & ſit cum eo gargariſma, & confert apoſtematis bus gutturis infantium, & ſquinantiæ, et prouocat vrinam, & confert tuſſi, & qñ bibitur calidum cum oleo roſaceo, confert morbibus venenoſog, & illi qui potauerit opium, & qñ ſit loch cum eo, aut bibitur, confert illi qui comedit fungos mortiferos, & confert morſui canis rabidi. Et mel, cuius ſpuma non eſt ablata, facit tuſſim, & laxat ventrem, quare neceſſe eſt quod nõ adminiſtretur, anteq̃ auferant ſpuma eius. Et melius qd mel eſt mel veſi. Deinde mel æſtatis, mel vero hyemale eſt malum, quia eſt ſpiſſum, groſſum, & quando mel eſt groſſum, non habet ſupradictas virtutes, ſed mel quod eſt in Sama, eſt amari ſaporis, & hoc ideo, quia apes illius regionis comedunt abſinthium, & hoc tale eſt bonum, quando linitur cum eo ad abſtergendam impetiginem, & liuores qui apparent in facie, & alias ſordes cutis, quæ ab humoribus ſuperfluis generantur. Eſt autem quoddam mel quod naſcitur in terra Dadiæ Bentichi, quod aliquando reperit tale, quod qui comedit illud, incurrit inſaniam mentis cũ ſudore plurimo, ſed ſi comedat poſt ipſum rutã, & pisces ſalitos, & bibit poſt oximel, confert & euadit, ſed oporter q̃ comedat & bibat huiuſmodi vice poſt vicẽ, deinde vomat, iterum comedat & bibat & euomat. Et hoc qdem eſt mel actum, adeo quod qñ odoratur, cõmouet ſternutationẽ. Miſcetur autẽ hoc mel cũ coſto, & liniturinde impetigo, & curat eam, et admiſceť cum ſale, & curat liuores qui fiunt ↄ percuſſione.

DE AMBRA. CXCVI.

HAmbra, id eſt Ambra. Dicitur quod naſcitur in mari, & generatur in eo ſicut generatur ſpecies fungorũ in terra, & qñ mare turbatur, eijcit a fundo eius lapides magnos, & cum eis eijcit fruſta ambræ. Et plurimũ quod ex ea egreditur, ex mari eſt, in terris Zin, in Occidente, & illa defertur almahadię, deferunt nanq; ipſum illuc homines, qui nominantur Miheræ, id eſt veloces, qñ nouerint q̃ mare eoꝝ eijcit ambram. Melior autem ex ambra eſt illa, quæ reperitur in inſulis illarum regionũ, & in littoribus illis, cuius figura eſt rotunda coloris cœleſtini. Illa vero quæ eſt alba ſicut ouum ſtrutionis, eſt mala. Et ex ea eſt quã deuorat quidam piſcis magnus, qui dicitur Azel, qui quando tranſglutiuerit eam, occiditur ab ea, & natat ſuper aquas maris mortuus, quem videntes homines de Zing, proijciunt ſuper eum vncos ferreos & funes, & extrahunt ipſum a mari, & extrahẽtes ipſum, extrahunt ambram ex ventre eius, & eſt ambra non bona, maxime quæ in ventre reperitur, & nominant eã apotheccarij Perſidę mandi, verum illa quæ reperitur iuxta ſpinam dorſi eius, eſt pura & munda multum, & bona valde, & hoc ſecundum quantitatem moræ quã facit in ventre piſcis. Aben meſuai.) Eſt calida & ſicca, et fortificat cerebrum, & corroborat ipſum, & ſenſus omnes, & cor, & confert ſenſibus, & frigidis complexione valde.

DE LIGNO ALOES. CXCVII.

HOad, id eſt lignum aloes. Dioſcorides.) Agaloian eſt lignum quod defertur ab India, & a terris Arabum, habens odorem bonum, & cor De agallocho lib. 1. ca 21.
ticem velut corium, cuius odor eſt bonus, in cuius ſapore eſt amaritudo, & ſtypticitas, & maſticatur, vt bonum inferat odorẽ ori. Eſt aũt conferens multum habẽtibus ægritudinem in hepate, & ad dyſenteriam, & ſedat dolorem lateris, & eſt ex fumigijs, & datur ex eo aureus vnus, & remouet putredinẽ a ſtomacho, & fortificat ipſum, & qñ bibitur cũ aqua, confert doloribus lateris & hepatis, & vlceribus intestinoꝝ, & torſionibus ventris. Galenus in tranſlatione Albatarich.) Algaloyan eſt lignum aloes indum, habens odorẽ bonum, quod qñ maſticat, aromatizat os, & adminiſtratur in dentifricijs ad faciendũ odorem oris bonum, & eſt de fumigijs, & qñ bibit ex ligno eius drachma vna & dimidia, expellit humiditatẽ corruptã a ſtomacho, & eſt bonum habentibus ægritudines hepatis, & habenti dyſenteriũ, & ſedat dolorẽ lateriꝰ. Abohanifa.) Dicitur quod in Arabia, ſiue in terris Arabum nõ naſcitur ex planta eius aliquid, verum lignum. Nemig qđ ibi naſcitur, appropinquat aliquibus ſpeciebus eius. Melius vero eſt Indi, & quãuis plures eius ſpecies ſint in India, vna tñ ex ſpeciebus eius habet cõmunitatem cum eis in hoc noſce, adeo quod non dignoſcitur, niſi per hoc, vnde ſicut ſi nomines myrobalanos nigros Indos, & reperiť ex ligno aloes Indo in inſula quæ dicit Fimua, in India, & melius ex eo eſt nigrum, trahens ad varium colorem, habens multã aqueitatem, graue, dutũ, groſſum, in quo nulla eſt albedo, & quod remanet multum ſuper ignem, & poſt ipſum eſt Monduni, & eſt denominatum a terra Indiæ, quæ dicitur Mondel, & poſt ipſum eſt Seiſi, & eſt de bonis ſpeciebus ligni aloes, & ſubmergitur in aquam propter ſuam bonitatem & grauitatẽ, & ex iſto eodem melius eſt groſſum, in quo eſt aquoſitas multa, & poſt iſtud eſt Alkumeri, eſt nãq; minoris bonitatis q̃ Seiſi, et ab Alkumeri vſq; ad Seiſi ſunt tres dietæ itineris ſpacio. Melius vero ex ipſo Alkumeri eſt nigrũ, mundũ, ad albedinem pondroſum, diu permanens ſuper ignem, ſed cum hoc eſt minus bonum q̃ Seiſi. Cheaſtetebeni.) Melius ex ligno aloes eſt illud qđ defertur ab India, & poſt ipſum eſt Seiſi, & ſignum in hoc eſt, quod in ipſo eſt aliquantulum luti, & hoc ideo, quia ſepeliunt ipſum in terris Siti, & poſt ipſum eſt Alkumeri, & ſunt duæ ſpecies, quarum vna dicitur kachile, & eſt melior altera, & alia dicitur ſuſori, & eſt minoris bonitatis, & poſt ipſum eſt Seni, & eſt in eo ſuperfluitas humida, & ipſum eſt minus bonum quam Seiſi, & poſt eſt albel quod defertur ex terris Sufeliæ, & eſt ſimile ſpeciebus ligni aloes aliis, præter illas de Seni, & poſt ipſum eſt alhabeli, & eſt ſi maioribus fruſtis q̃ aliquod aliud ex ligno aloes. Nam ex ipſo ſiunt pectines, & tabulæ, & dicunt quod lignum aloes inciditur ex arbore ſua, & ſepelitur per annum vnum. Corroditur igitur a terra quod non eſt lignum aloes, & remanet lignum aloes purũ, ita quod terra non minuit de ipſo aliquid, & dicunt quod reperiuntur fruſtula ligni aloes inter alias ſpecies medicinarum, & dicunt quidam quod ramuli ex arboribus ligni aloes franguntur in terris illis, & cadunt in fluminibus, & currunt cum eis, et deferuntur per regiones, et dicũt quod aberuma eſt fructus eius arboris, et figura eius eſt ſicut piper minutum, niſi quia eſt coloris rubei, et nominatur piperella. Atabari.) Eſt calidum et ſiccum, ſtypticũ, ſtringit ventrem, corroborat viſcera propter virtutem ſtypticam quæ eſt in eo cum aromaticitate, et eijcit ſuperfluitates humiditatum corruptarũ a corpore.

a corpore. Rasis.) Est calidum & siccum, & est bonū stomachо humido. Isaac eben amram.) Est calidum & siccum in secundo, & est bonum cerebro, & fortifi cat viscera, & expellit superfluitates humidas, & facit descēdere phlegma a cerebro, qñ sit suffumigatio cum eo, & maxime illud phlegma quod generatur in vaporibus ascendentibus a stomacho, & expellit ventositates, aperit oppilationes, stringit ventrem, prohibet fluxum vrinæ q̄ fit a frigore & debilitate vesicæ. Paulus.) Lignum aloes habet bonum odorem, aromatizat os, & est sumigiūt̄ q̄ bibitur ex eo drachma vna & dimidia, expellit humiditatem corruptam quæ est in stomacho, & corroborat stomachum, & confert habenti ægritudinem in hepate suo, & dy senteriā, & sedat dolorem membrorum.

DE PRASIO. CXCVIII.

De marrubio lib. 3. ca. 100.

FArasio, id est Prasium. Dioscorides.) Est herba habens ramulos multos egredientes ab vna radice, & super ipsos est borra pauca, cuius color est albus, & virgæ eius sunt quadratæ, & folia eius sunt in longitudine pollicis, obrotūda, rugosa, seu aspera, sup quæ est borra, & semen eius & flores sunt diuisa per ramos, & flos eius est rotundus, ad asperitatem tendens. Nascitur in cāpis & ædificijs domorum. Galenus.) Sapor eius est amarus. Et virtus eius prima est calida in secundo gradu, ficca in tertio, in medio eius versus finem. Et secunda virtus est, quæ abstergit & resoluit. Et tertia est virtus quæ aperit oppilationes hepatis, & splenis, & mundificat pulmonem & pectus per secretum, & prouocat menstrua qñ bibitur, & quando apponitur exterius, abstergit & resoluit, & ipsum gdem, qñ est siccum, decoquitur in aqua cum semine luo, sed qñ est humidum, teritur & exprimitur succus eius. & succus gdem qui accipitur ex folijs eius, postq̄ est desiccatus in sole, resoluitur in melle, & administratur ad visum acuendum, & fit cum eo sternutatorium ictericis & mūdificandā infectionē coloris eorū, et ad misceā cūmedicinis ad dolorē auris antiquū, & administrat, qñ necessariæ sunt medicinæ, quę aperiunt & mundificant instrumentum auditus, & partes quę veniunt cū neruis a duobus panniculis cerebri, ad perficiendū auditum. Dioscorides.) Folia eius quādo desiccantur & coquūtur in aqua cum semine suo, & potatur aqua illa cum melle, confert habētibus vlcera in pulmone, & asma, & ruffim, & admiscetur ei radix ireos ficca, & eradicat superfluitates a pectore, & vtuntur ea mulieres ad prouocanda menstrua, & ad educendam secundinā & partum, & datur in potu illi qui sumpsit medicinā mortiferā, verū ipsum nocet renibus, & vesicæ, & qñ fit emplastrum cum folijs & melle, mundificat vlcera fordida, & euellit panaricium, & carnem putridam, & sedat dolorem lateris, & succus qui accipitur ex foliis eius recētibus, desiccatur in sole, & facit hoc, & qñ fit collyrium cum eo, & melle, acuit visum, & extrahit humorem qui facit croceum colorem in ictericorum oculis, facto cum eo caputpurgio, & quando distillat in aurem solus, aut cum oleo rosaceo, confert dolori auris, & quando admiscetur cum melle, confert ægritudinibus neruoꝝ. Paulus.) Quando fit emplastrum ex eo, & marubio cum sale, cōfert morsui canis rabidi.

Li. 3. c. 100

DE FELENG. CXCIX.

FEleng. Aben mesuai.) Similatur grano sinapis, & ingreditur in ynguēta odoriferis, est calidum & siccum, & habet odorem bonum. Atabari.) Feleng est calidum & siccū, resoluit, & est in eo aliqua virtus styptica. Rasis.) Est calidum & siccum. Isaac eben amram.) Ingreditur in medicinis odoriferis, & est calidum & siccum. Aperit oppilationes capitis, fortificat cerebrum, & est in figura fua ficut granum sinapis & maius, & habet ligna patua ficut nodi, & melius ex eo est maius, & fortioris odoris, & grauis; deterius vero est leue, nigrum, & ipsum resoluit, & est in ipso de styptricitate. Mesecha.) Est calidū in secūdo gradu, & virtus eiꝰ est diuersa in resolutiōe & styptricitate.

DE FAGRE. CC.

FAgre. Aben mesuai.) Fagre assimilatur ciceribus, & est calidum & siccum in secundo gradu, & ingreditur in medicinis quæ prēparāt stomachū. Isaac eben amram.) Fagra assimilatur ciceri, & habet interius granum paruum, nigrum, rotundum, deforis vero rubeum, & ex succo eius fit collutio ad fętorem oris, & confert, & nos vtimur eo in nodach, id est in puluerizationibus & vnguentis.

DE ALOE. CCI.

De Aloe li. 3. c. 22.

SAber, id est aloes. Dioscorides.) Planta ipsius habet folia simila foliꝭ squillæ, in quibus est humiditas viscosa multa, tenax, adhærens manui. & & tunc latiora foliꝭ squillæ parum, & quasi rotunda, & inclinatur ad posteriora, & sunt in eis spinæ, quæ egrediunt ab eis, breues & raræ, & habet stipitē similē stipiti aphodilli, & habet florem album. & semen simi liter simile semini aphodilli, & tota herba habet odorem grauem, saporem amarum multū. & radix eius est vna similis caniculę lignęæ, & nascitur in terris Indię. & inde defertur succus eius. Nascitur etiā de ea in terris Arabum. & in terris dictis Atima. & in maritimis, & riparijs, & in insulis quæ dicunt Antaros, & non fo lum succus seu gūmi eius est iuuamenti magni, sed etiā folia eius, nam qñ ipsa terūtur, & ponunt super vulnera, facit ea adhærere. Succi autem eius, id est aloes, sunt duę speeies, quarum vna est arenosa, & exilex, & alia est epaticum. Illud aūt aloes quod est melius, est illud quod est glutinosum, nō habēs in se lapides, splendidum, ad rubedinē declinans, cito frangibile, & fortiter amarum, & qñ super ipsum anhelatur, cito humectatur, habens odorem bonum, & calidū, velut aroma ticum, sed illud quod est nigrū, durum ad frangendū, est adulteratum cum gūmi, sed ipsum decernitur per fa porem amaritudinis, & per odorem fortem, & quod non confringitur digitis, qñ fricatur in partes minutas, & gdam sunt qui admiscent ei acaciam. Radix aūt huius plantæ vulneratur, & egreditur inde lachryma quæ colligitur, & folia eius cōteruntur cum tota planta, & exprimitur succus qui deficcatur & reponitur.

Galenus.) Sapor eius est amarus, amaritudine forti, cum styptricitate pauca. Et virtus eius prima, est virtus quæ calefacit in principio secundi gradus, & desiccat in tertio, & secunda est quæ incarnat, & abstergit, absterſione pauca, & accidit ex paucitate mordicationis eius, quod nō mordicet vulnera munda. & tertia est, q̄ cōglutinat fistulas, & incarnat vlcera difficilis pfolidationis, maxime ea quæ sunt in ano & virga, & confert apostematibus quæ sunt in his locis, qñ dissoluitur in aqua, & fit linitio cum eo, similiter incarnat vulnera. Et vniuersaliter quidem ipsum prohibet humores qui fluunt ad locum, & resoluit illos qui fluxerūt, & cōfert apostematibus q̄ fiunt in ore, & naribus, & oculis, & facit descēdere stercus ex ventre, & cōfert stomacho plus omni alio laxatiuo, & dixit in conseruatione sanitatis, quod de virtute aloes est quod expellit choleram, & dixit in secundo Almaiemit, quod aloes non ablutum, est plus laxatiuum q̄ ablutū. Nam in ablutione amittit de virtute laxatiua satis, & elongat eā ablutio adeo a virtute medicinæ, quousq̄ non calefaciat, & dixit q̄ in aloe est virtus laxatiua, non tñ fortis, sed quātitas in eo tanta est, quod laxat & educit id quod est in ventre, & si dat de eo plus, procedit virtus eius vsq̄ ad hepar, sed quod aloes sit ex medicinis quæ purgāt corpus tñ, hoc non est verum, & dixit quod aloes est de melioribus medicinis illi qui habet in stomacho choleram, et

dolorem, adeo quod multos curet vna die ex hoc, & dixit oportet quod scias quod habētes ęgritudines in stomacho & ventre ab humoribus, iuuant medicinis quę sumūtur cū aloe, & dixit iterum q̄ aloes non potest extrahere humiditates grossas, propter debilitatē virtutis laxatiuæ quæ est in eo, sed q̄n admiscetur cū medicinis subtilibus, fortificant ipsum in operatione sua, & dixit li bro, in quo ipse monstrauit, quod dispositio animæ sequitur cōplexionem corporis, quod virtus aloes est laxatiua, & corroborat stomachū, & consolidat vulnera humida, & claudit vicera quę sunt in cute, & consolidat ea, & deficcat oculū humidum. Et dixit alibi iterum, q̄ deficcat oculos humidos, & dixit in tertio medicinarum simpliciū, q̄ aloes q̄n lauatur lauatione forti, aut nō laxat, aut laxat debiliter, q̄n id quod est in eo de virtute laxatiua, abluitur & separatur ab eo.

Li.3.c.23. Dioscorides.) Virtus eius est styptica, deficcatiua, facit dormire, condensat corpus, & q̄n de ipso bibitur paclanarion cum aqua frigida, aut tepida, tepiditate lactis, statim multū laxat ventrem, & mundificat stomachum, & q̄n bibitur de eo, iij. onolofat, aut drachma vna cum aqua, abscindit sputū sanguinis, & mūdificat ictericiam, & q̄n fiunt cum eo pilulæ cum resina pini, aut cum aqua, aut cum melle, laxat ventrē, & q̄n sumūtur de eo drachmæ, iij. mundificat complete, & q̄n misceatur cum alijs laxatiuis, phibet nocumentū earum a stomacho, & q̄n pulueriz atur super vulnera, gl urinat ea, & incarnat vlcera, & phibet ea dilatari, & cōsolidat, & curat vlcera proprie, & conglutinat aphahacuæ, & kabarsamithæ, & q̄n dissoluitur cum vino dulci, curat hęmorrhoidas & fissuras ani, & abscindit sanguinem hæmorrhoidarum superpositū, & incarnat panariciū vlceratum, & abscindit fluxū sanguinis, & q̄n misceatur cū melle, aufert liuores qui fiunt sub oculis ab ictibus, quorum color est color melongenę & violæ, & aufert pruritum oculoꝝ & lachrymas, & q̄n dissoluit in aceto, & oleo rosaceo, & linitur frons, sedat dolorē capitis, & q̄n dissoluitur in vino, retinet capillos fluētes, & q̄n misceatur cum melle & vino, confert apostematibus faucium, & radicis linguę, & gingiuarū, & aliarum partium oris, & vlceribus eoꝝ oibus mire iuuat, & ingreditur in collyriis oculorum. Assatur aūt super tegulam mundā, super carbones positā, & reuoluit sæpe, donec vnius coloris appareat, & sit ab omni parte assatū, & fic administratur in collyriis oculoꝝ, & abluitur donec separantur ab eo partes arenosæ, quæ sunt in ipso, q̄a nō est iuuamētū in eis, & donec reperitur clarū & mundū.

Alferifei,) Auget acuitatem in corporibus, & est bonum doloribus iunctūrarum & podagræ, q̄n apponit exterius, & laxat, q̄n fumitur interius, humores eorū.

Paulus.) Aperit orificia venarum, quæ sunt in ano.

Alchanzi.) Arabicum, linitur super apata, & est me lius in hoc q̄n citotrinum, & citotrinum nō apponitur *in vnguentis omnino, nec* Arabicum in potionibus.

Mehererit.) Nocet epati & fistulis. Abē mesuai.) Confert oculis, & deficcat corpus, & liniunt cum aqua eius scissuræ manuū, & confert, & de proprietate eius est q̄ mundificat stomachum & caput ab humoribus grossis, & ītestina a stercore, & mollit ventrē, & aufert ictericiā, sed ipsum nocet ano, & generat hæmorrhoidas, & q̄ aliquis vult illum sumere, misceat ipsum cū mastice, aut abluat ipsum cū aqua speciērū, sicut spicæ masticis, assari, xilobalsami, carpobalsami, cinamomi, casſiæ, & similium istis. Modus assumptionis eius est, quod terat bene, ita quod possit villis stomachi adhærere, & purgat plus, & attrahit humores a cerebro propter morā eius quā faciet in stomacho, & dosis eius est a drachma vna vsq; ad duas, secundū virtutem recipiētis, aut debilitatem. Habix.) Qui vult esse solicitus in præparatione eius, accipiat ex eo libram vnā trito & cribrato, deinde accipiat ex absinthio bono quantitatem libræ, & de speciebus ieræ pigræ de qualibet ana, drachmas tres, teratur crocus per se, & species coquant in libras duas aquę, donec consumat medietas, deinde coletur & ponat aqua illa colata in vase vitreo, deinde ponatur aloes super tabulam marmoream, vel vitreā, & teratur in fine tritura forti, et ponatur in parophie mū da vitreata, cum tanto aquæ speciērum, in qua imbibatur & cooperatur cū panno spisso mundo, & dimittat in sole donec deficcetur aqua, deinde tere, secundo, & imbibe cum eadem aqua, & dimitte siccari, & tā diu fac ias hoc donec totam aquam illam biberit, vltimo igitur tere bene ipsum, & tūc adde crocum, & cōmisce bene, & repone in vase vitreo, & obtura, & liga os vasis. Et dosis eius est a drachma vna vsq; ad duas, & q̄n aloes veteraſcit, fit nigrum, & minuitur acuitas eius, & in abluto etiam contingit hoc citius. Hunaim.) Est laxatiuum, & mel q̄ admiscetur ei, minuit de virtute laxatiua, & attractiua a longinquis membris.

DE CARTAMO. CCII.

De Cnico li.4.c.162

KArtam, id est cartamus. Est ex eo syluestris & domesticus. Dioscorides.) Domesticus habet folia longa, alta, aspera, spinosa, & diuisa, & habet stipitem longitudinis duorum brachiorum spinosum, & super eum sunt capitella in magnitudine oliuæ maioris, in quibus est flos croceus, similis croco, & habet semē album & subrubeum, oblongū, angulosum, & quod de ipso administratur ad ventrē soluendū, est semen solum. Galenus.) Eius virtus prima calefacit in secundo gradu, q̄n administratur exterius. Dioscorides) Ponitur semē eius in cibo, & exprimitur succus eius, & misceatur cum hydromelle, aut cum iure pullorum, & laxat ventrem, sed est malum stomacho, & conficitur postq̄m est excoriatum cum amygdalis & anisо, & nitro, & melle cocto, & fit inde ficut electariū quod purgat ventrem, & oportet quod accipiatur de eo duo vel tria frusta in quantitate nucis ante cibū, & in hunc modum non nocet stomacho, sed confortat digestionem. Et modus confectionis eius est sic. Accipiatur de cartamo albo kist. i. de amygdalis mundatis, & assatis, iij. onolosat, & de anisо drachmas. ij. & de nitro drach mas. ij. & carnes interioris ficuum pinguium, xxx. de melle autem tantum, quantum necesse est ad cōfectionē. Succus cartami coagulat lac, & facit ipsum amplius laxatiuū, quidā vero cū succo eius admiscēt ex melle & amygdalis, & anisо, aut miscēt cū aq̄ hordei, aut pulli, & dat in dysenteria, & dicunt multū pęrte, & quāritas quæ de eo datur, cum his admixta est drachmæ sex.

Li.4.c.162

Sed cartamus agrestis, est spina similis spinę cartami domestici, nisi quia folium eius est longius folio cartami fatis, & folia eius nascūtur in summitate virgarum eius, & quod remanet ex virga, est sine foliis, & mulieres vtuntur eius virga profuso, & super summitatem virgæ est capillositas spinosa, & flos croceus, & radix eius est subtilis, in qua nullum est iuuamentum. Galenus.) Virtus huius spinæ deficcat, & calefacit temperate. Dioscorides.) Quando teruntur capilli eius aut flos, & bibuntur cum pipere & vino, conferunt punctūræ scorpionis. Et quidam dicunt, quod si pers cussus a scorpione tenuerit radicem eius in manu, non sentiet dolorem, & quando proiciet eam, sentiet.

Mesarugie.) Flos chartami est crocus hortulanus, & est styptricus, calidus cum temperamento, qui sit teratur cum aceto, & liniatur super impetiginem, auferet eam omnino, & quando cum melle ex eo linitur super culla quæ fiunt in ore infantium, curat ea.

Arabari.) In croco hortulano est quantitas stypticitatis pauca, & agrestis est calidior & ficcior. Rasis.) Est calidus, & est bonus impetigini & chaalaf. Aben mesuai.) Agrestis quando teritur cum aceto & linitur cum eo

cum eo impertigo, expellit eam, & quãdo teritur & misceatur cum aceto & linitur super linguam puerorũ expellit culla. Meſeha.) Cartamus cogulatum lac diſſoluit, & diſſolutum coagulat. Aben meſuai.) Cartamus laxat humores aduſtos, & groſſos, & eſt malus ſtomacho, & proprietas eius aquæ eſt, quod laxat phlegma, & ſimiliter facit medulla ei⁹. Et doſis eius eſt drachmarũ viginti, cum media libra aquę calidæ, qñ proijciuntur ſuper eam, & colatur, & ponantur in ea drachmæ decem penidiorum, Sed agreſtis eſt calidior, & ficior ℈ domeſticus, plus abſtergens phlegma viſcoſum, & mundificat ſtomachum & pectus.

DE KVLKASIA. CCIII.

KVlcas, id eſt kulkaſia. Galenus.) In ſapore radicis huius plantæ eſt amaritudo, & ſtypticitas pauca. Et virtus eius prima eſt calida in ſecundo gradu, & quando coquuntur, confert ſtomacho, & prouocat vrinam. Dioſcorides.) Radix huius plantæ coquitur, & habet ſaporem bonũ, & eſt bona ſtomacho, & incitat appetitum, & prouocat vrinam. Aben meſuai.) Radix huius plãtæ eſt calida & humida, & auget in ſpermate.

De ſiſere li. 2. c. 106

DE CVCVMERE
ſilueſtri. CCIIII.

De cucumere ſilueſtri lib. 4. ca. 136,

KEphe alliemar, vel kate alheniei. Dioſcorides.) Iſta planta eſt diuerſa a planta cucumeris domeſtici in fructibus eius ſolum, qñ ipſe eſt minor ſatis cucumere domeſtico, & eſt figura ſua ſimilis glandi longæ, & folia & rami eius aſſimilantur ſolijs & ramis domeſticis, ſed radix eius eſt magna & alba, naſcitur in rupibus & campis arenoſis, & plurimũ quod de eo adminiſtratur, eſt ſuccus fructus eius & radicis & foliorũ.

Galenus.) Succi fructus eius ſubſtantia eſt ſubtilis, & ſapor eius eſt amarus. Et virtus eius prima calefacit in ſecundo gradu, Secunda abſtergit, & mollificat, & reſoluit. Et tertia prouocat menſtrua, & interficit fœtum, qñ fit cum eo naſale, & quando ſit ex ſucco ipſo vnguentum cum melle, aut cum oleo veteri, apoſtema vnguentum cum melle, aut cum oleo veteri, apoſtema tibus gutturis intrinſecis, confert, & qñ ſit caput purgium cum eo & lacte, confert ictericiæ, & ſimiliter qñ adminiſtratur in hunc eundem modum habenti ſoda, quæ dicitur ouum, curat eam. Et ſuccus radicis & foliorum eſt ſimilis ſucco fructus, verum eſt debilior eo, & virtus radicis eſt ſimilis huius, ſed cortex radicis eſt magis deſiccatiuus ℈ radix. Dioſcorides.) Succus huius herbæ qñ diſtillatur in aurẽ, confert dolori eius, & qñ fit cum radice eius emplaſtrum cum ſauich hordei, reſoluit omne apoſtema phlegmaticum antiquũ, & qñ ponitur ſuper apoſtemata ſanioſa, cum glutino albotin, aperit ea, & quãdo coquitur cum aceto, & fit emplaſtrum cum ea, confert podagræ, & quãdo cum decoctione eius fit cliſtere, cõfert ſciaticæ, & ſi fiat colLi.4.c.136 lutio oris, confert dolori dentium, & quando adminiſtratur deſiccata, & ſicca, & trita, mundificat impetigines, & ſcabiem vlceroſam, & morpheam, & veſtigia nigra quæ remanent poſt cõſolidationem vlcerum, & ſordities quæ fiunt in facie, qñ accipitur de ſucco radicis eius onoloſat. i. & ſemi ad minus, & de cortice eius iiij. aeſne, laxat cholerã & phlegma, & proprie in corporibus hydropicorum, abſq; eo qꝰ inferat nocumentum ſtomacho, & accipiat de radice eius libra media, & teratur cum duobus kiſt vini, maxime Babylonici, & miſceatur bene & teratur cum eo, & detur hydropi eo onoloſat iij. in ieiunio qualibet die, donec minuatur ventris tumor diminutione forti, & educatur aqua quæ eſt in ventre eius. Sed quod dicitur elacterium, fit ex fructu eius cucumeris amari in hunc modũ. Accipe de cucumeribus iſtis anteq̃ veniant ad plenam maturitatem, & coacerua eos, & dimitte ſic nocte vna, poſtea in meridie pone coram te vas, & pone ſuper cribrum non ſpiſſum, & reſupina ſuper ipſum cultellum, ita q̃ acuties ſit deſuper, & accipe cucumeres ſingularis ter vnumquenq; per ſe, & pone ſuper cultellũ, & ſcinde per mediũ, & exprime ipſum donec egrediatur totũ quod cõtinetur in eo de humiditate, & cadat in ſubiectum vas, & quod remanet de carne cucumeris ſuper cribrum, exprime fricando donec pertranſeat per foramina cribri, & deſecẽdat in vas, quod autem remanſerit in manu tua, aut ſuper cribrũ de ſubſtantia cucumeris, pone in vaſe alio, ita q̃ quãdo expleueris opus, pone id iterum ſuper cribrum, & proijcias ſuper ipſum aquam dulcẽ, & exprimas bene, & poſt proijcias, deinde moue quod eſt in vaſe ex ſucco, & cooperi cum panno, & qñ ſeparatũ fuerit ſubtile a ſpiſſo, proijce aqueum ſubtile quod ſupernatat cum facilitate, & facias hoc ſæpe, donec ibi nihil reperiatur aquæ, quod autem remanſerit, pone in mortario mundo, & tere tãdiu, donec inſpiſſetur, & fac trocifcos, & ſerua. Sunt aũt quidam, qui acciũt cinerem cribratum, & ponunt eum ſuper terrã, & faciunt in eo foueam, & accipiunt pannũ, & plicant eum tribus plicaturis, & ponunt eum ſic triplicatũ ſup cinerem extenſum, deinde proijciunt ſuccũ in foueam illam ſuper pannum, nam aquoſitas ſic cito ſeparatur a groſſicie & exiccatura cinere ſubtracto, illud autem quod remanet ſuper pannum, ponunt in ſalaia, & terunt, & faciunt trocifcos, vt dictum eſt. Et quidã proijciunt ſuper cucumeres aquam marinam pro aqua dulci, & ſic abluunt, & quidam abluunt eos poſtea cũ meLiberato. Melius aũt elacterium eſt illud, quod vergit ad colorem album, lene, amarum, humidũ, & quando appropinquat lumini, accenditur. Sed illud quod habet colorem porri, aſperum, liuidum, graui dum, aut plenũ orobo, aut cinere, & propterea quia eſt adulteratũ, eſt malum, quidam etiam adulterant ipſum, admiſcentes ei ſuccum cucumeris domeſtici, & quidam admiſcent ſum ſucco cucumeroruꝫ domeſticoꝝ amilum, vt aliis miletur bono in albedine & leuitate, & elacterũ iſtud ſuper quod tranſuerint anni duo, vſq; ad decẽ, eſt conueniens purgationi ventris, & doſis eius completa eſt onoloſat. i. & ad minus medietas eius, ſed pueris non detur niſi pondus ij. keſſuf, quia plus nocet eis, ſimiliter etiam ſenibus, ſtudi igitur elacterium facit hominẽ euomere phlegma, & cholerã, & ſimiliter per ſeceſſum educit ea, & confert aſmaticis, & ſi tu vis laxare ventrẽ cum eo, admiſce ei de ſale armoniaco tantum, q̃ mutet colorem parũ, & fac inde pillulas in quantitate granorum orobi, & tribue, deinde bibat poſt ex aqua calida quantitatem. i. conos, ſed ſi vis vomitũ prouocare, diſſolue ipſum cũ aqua, & poſtea accipe de ipſo cum pluma, & pone in radice linguę ſuperius, ſed ſi homo fuerit durus ad vomendum, diſſolue cũ oleo cõmuni, aut cum oleo de lilio, & eſt prohibendus qui ſillum acceperit, a ſomno omnino. Si aũt vomitus ſuperfluit, detur in potu vinum cũ oleo quia ſedabit vomitum, ſp ſi cũ hoc non ſedatus fuerit, detur ſauich hordei cum aqua frigida, aut acetum aqua mixtum, ſeu da ei in potu ex rob. vel ſucco aliquorum fructuũ, ſicut malorum, vel aliorum qui poſſunt reſtringere. Et elacterium qdem prouocat meſtrua, & occidit fœtum, quãdo ſit naſale, cum eo, & quando ſit ſternutatorium cum eo & lacte, confert ictericię, & ſedat dolorẽ capitis antiquũ, & qñ ſit cum eo emplaſtrũ & oleo veteri, aut melle, aut ſelle tauri, confert ſquinantiæ iuuamentum maximum.

Aben meſuai.) Proprietas cucumeris aſinini eſt, ꝙ purgat aquam citrinam abſq; nocumento ſtomachi, & purgat phlegma, & melior ex eo eſt oblongus, amarus fortiter, & rectificatio eius eſt, ꝙ accipiatur cum aqua mellis coctꝰ, aut cum rob. Doſis eius eſt a iij. kirat vſq; ad v, & proprietas ſucci eius eſt ſicut proprietas ſubſtantiæ eius, & electus ex eo eſt albus, leuis, amarus, qui qñ

appropinquauerit igni, inflatur cito, & dosis eius est a kirat ij. vsq; ad tres, cū anisō & aqua mellis. Habix.) Est calidus in secundo gradu, acutus multū, plus q̄ colloquintida, & amarus plus ea, & qui vult colligere cucumeres ipsos ex planta, colligat eos in fine æstatis, intrante hyeme, & accipiat citrinos, & illos qui euelluntur cito, & melior plāta est, in qua sunt cucumeres plures, & quę habet multum succum, & ipse & succus eius est electerium, vtercq; laxat humores grossos, & melancholiam, q̄s miscetur cū aliis medicinis, & laxat aquā citrinam. Et medicinæ quæ cōueniunt ad miscendum ei, sunt aloes, succotrinum, & centaurea minor & maior, & hermodactyli, & buzeiden, & kamepitheos, & costus & myrrha, & crocus, & spica, & cinnamomum, & aristologia rotunda, & asparum, & semen apij montani, & domestici, & serapinum, & turbith, & bdellij, & sal Indum, & carpobalsamum, & granum nil. & q̄s admiscetur cum his medicinis, aut cū aliquibus earū, confert doloribus iuncturarū, podagræ, & colicæ, & doloribus melancholicis, torture oris, & infrigidationi pedum & manuum, & est medicina magna, fiue fiat inde emplastrū, siue pilulæ, & q̄s facis pilulas ex eo, nō confulo q̄ apponas cum eo scamoneā, aut coloquintidam, quia pilulæ nō defecdunt cito, & remanet diu de virtute electerij in stomacho, quare si cum eo remanet de virtute alioq; laxatiuoq; fortioq, esset periculosum, electerium vero descendit in tpe breui, & nō facit mora in stomacho longam, & ideo bonum est ne admisceatur de alijs medicinis acutis cū electerio in pilulis, quia grauarent naturam fortiter. Et modus operis electerij est, q̄ eligantur cucumeres qui sunt citrini in sua arbore, & exprimantur expressione sine cōtritione in mortario, nec teranf cum eis grana sua, & aqua quæ egreditur cum tota subſtantia grossa, ponaf in vase, & dimittatur refidere grossum, deinde abijciatur subtile, reliquum vero ponaf in panno grosso, & ſuspendatur cum panno illo, donec diſtillet ex eo refiduum aquæ ſubtilis, & remaneat ſubſtātia groſſa pura, deinde extēde ipſum cū panno toto ſuper cineres in gbus nō ſunt lapides, donec exiccet aliquali exiccatione, deinde aufer a panno, & extēde ſuper tabulam in vmbra, donec deficcet deficcatione cōplera, deinde collige, & miſce cum medicinis ſecūdū quod diximus. Et quātitas quæ de ipſo datur forti, eſt cū alijs medicinis a medio dauic vſq; ad. i. & ſi frāgere vis acuitatē eius, q̄ ponis ipſum in pilulis, tere cum eo quātitatem ponderis eius ex gſmi Arabico, & medietatem ponderis eius ex bolo Armeno, ſed q̄ ponis ipſum in electerijs, oportet q̄ frangas acuitatem eius etiā. Sed q̄ electerij antiquat, minuitur acuitas eius, & facit ſuam operationē, & ex illis quæ minuunt acuitatem eius, eſt gūmi amygdalarum amararum & dulcij, & qui decoquit electerium cum oleo ſiſamino, & vngit cum eo hęmorrhoidas quæ apparent in ano, curat eas, & loco olei ſiſamini poteſt poni oleū de lilio, & qui diſſoluerit ipſum cū lacte, & liniert nares, attrahit humiditates plurimas a capite.

DE CALAMO AROMATICO. CCV.

HAſabel derrite, id eſt calamus aromaticus. Dioſcorides.) Naſcitur in India, & melior ex eo eſt, cuius color eſt ſicut hyacinthus, & habet nodos ſpiſſos, & q̄ſ contunditur, habet in ſe nerues ſtrates, & canna eius eſt plena cuiuſdā rei, ſimilis texturæ aranęæ, cuius color eſt albus, & eſt viſcoſa. Galenus.) In ſapore eius eſt acuitas, & punctio pauca, & ſtypticitas pauca etiam. Et ſubſtantia eius eſt cōpoſita ex terrea & aerea, & ſunt ambæ temperatæ æqualiter, & eſt in eo cum hoc res ſubtilis. Et virtus eius prima eſt quæ calefacit, & deſiccat in ſecundo gradu, & deſiccatio eius eſt amplior ſua calefactione. Et ſecunda eſt virtus quæ ſubtiliat & fortificat. Et tertia prouocat vrinā

De calamo odorato toll. 1. ca. 17.

prouocationę bona, & confert q̄ ponitur in emplaſtris hepati & ſtomacho, & in medicinis cum quibus emplaſtratur matrix, q̄ſ volumus prouocare męſtrua, q̄ſ nanq; admiſcetur cum medicinis ad hoc, confert iuuamentum magnum. Dioſcorides.) Stipticus, & eſt in eo acuitas, & habet odorem bonum, & q̄ſ bibit, prouocat vrinā, & ideo coquitur cum gramine, aut ſemine apij, confert hydropiſi, & ęgritudinibus renum, & diſſtillationi vrinæ, & habenti deficcationē nerueq;, & q̄ſ bibitur, aut ſit naſale cum eo, prouocat męſtrua, & curat tuſſim q̄ſ fit fumigium cū eo ſolo, aut cum terebinthina, & attrahitur fumus eius p̄ cannulā immiſſam ori. Et q̄ſ decoquitur, & fedent in eo mulieres, cōfert doloribus matricis, & ipſe ingreditur in aliquibus vnguentis cauſa aromatizandi ea. Habix.) Confert liuoribus qui ſiunt a percuſſione, & reſoluit apoſtemata, quando ſit en plaſtrum cum eo.

DE RE V. CCVI.

RAued, id eſt reu. Dioſcorides.) Eſt radix nigra, lata, ſimilis centaureę maiori, niſi quia eſt breuior ea, leuis, ſine odore, cuius color eſt ruſſus, prope colorem ſanguinis, vel croci q̄ſi maſticatur, & eſt velociter frangibilis, & melior ex ea eſt illa, quę nō eſt perforata, quę q̄ſi maſticatur, apparet color eius citrinus verſus colorem croci, & eſt amara. Galenus.) Subſtantia eius eſt cōpoſita ex duabus ſubſtantijs, ſcilicet, aerea ſubtili, & frigida terrea, & in ſapore eius eſt ſtypticitas, & acuitas, & punctio. Et virtus eius prima eſt calida. Secunda ſubriliat. Et tertia curat conquaſſationes quæ accidunt neruis, & humores, & impetigines, q̄ſ linitur locus cū eo & aceto, & confert almati, & ſputo ſanguinis, & fluxui ventris, & inteſtinorum vlceribus. Dioſcorides.) Quando bibitur, confert ventoſitati & debilitati ſtomachi, et magnis doloribus & apoſtematibus ſplenis, & doloribus hepatis & renū, & punctionibus ventris, & dolori veſicę, & pectoris, & matricis, ſciaticæ ſputo ſanguinis, aſmati, ſingultui, vlceribus inteſtinoꝝ, fluxui antiquo, febribus periodicis, morſibus venenoſis. Et modus & quantitas eius exhibitionis eſt ſicut agarici, & datur in oībus, in gbus datur agaricus, & q̄ſ linitur cum aceto admixto ei ſup cicatrices percuſſionum, & ſuper impetiginem, euellit eas, & quando ſit emplaſtrum cum eo apoſtematibus antiquis cum aqua, reſoluit ea. Et virtus reu eſt ſtypticą, cum caliditate pauca, & ſicca.

De raſis lib. 5. ca. 191.

DE CANABE. CCVII.

SCehedenegi, id eſt canabis. Dioſcorides.) Eſt planta iuuatiua, & facit ſemen, & habet folia ſimilia folijs melinæ, grauis odoris, & habet haſtam, & ramos longos interius vacuos. Galenus.) Seminis eius virtus prima deficcat fortiter. Secūda reſoluit inflationes. Et tertia expellit ventoſitates, & reſoluit inflationes. Et q̄ſ comedit nimis ex eo, deficcat ſperma. Et q̄dam exprimunt ipſum, & expreſſionē eius inſtillant in doloribus aurīū, & puto quod curant cū eo dolores accidētes ab oppilatione. Dioſcorides.) Semē eius comedit, & vſus eius exiccat ſperma, & q̄ſ ſemen eſt recens, & exprimit, & extrahit ſuccus eius, & diſtillatur in aurem, confert doloribus eius. Sed canabs agreſtis habet haſtam ſimilem haſtæ alfe, niſi quia ſunt minora, & nigriora, & longitudo eius eſt circa brachiū vnum, & folia eius ſunt ſimilia foliis canabis domeſtici, & niſi ga ſunt aſperiora & nigriora eis, & flos eius eſt rubeus, ſimilis flori herbæ hehaberas, & ſemen eius & radix ſunt ſimiles ſemini & radici herbæ quæ dicit alfe, cuius radix q̄ſ coquitur, & fit cum ea emplaſtrum ſuper apoſtemata calida, & mēbra vbi putrificati ſunt humores, ſedat aſpata, & reſoluit humores putrificatos, & cortex huius eſt idoneus ad funes faciendos. Aben meſuai.) Eſt calidus & ſiccus in tertio gradu, & de pro-

Li. 1. c. 17

Li. 3. c. 141

prietate eius est quod deficcat humiditates quæ fiunt in auribus, quando distillatur in eis ex oleo eius, & qñ aliquis vtitur eo nimis, facit soda, & folium eius aufert calliditatem capitis.

DE FICVBVS. CCVIII.

SIn.id est ficus. Galenus.) Sunt ex eis domestiqe, & syluestres, & montanæ, & ex domesticis quædam sunt recentes, & quædam siccæ. Virtus rectium est debilis, quia admiscet eis de humiditate. Siccę sunt meliores, maxime carnosæ, & illæ quibus est acutas, & punctio, abstergit magis, & refoluunt, & habet in se subtilitatem. Et virtus ficuum prima est calida in fine primi gradus, aut in principio secundi. Secūda maturat & resoluit. Et tertia maturat apostemata, quando admiscetur cum farina frumenti, & resoluit ea, qñ admiscetur cū farina hordei, aut cū medulla panis fermētati, & aqua in qua coquūtur ficus decoctiõe multa, est similis melli in virtute sua, & sua substantia. Et recentes & siccæ laxant ventrē. Sed syluestrium virtus est attractiua, refolutiua, & ita est in domesticis anteqū maturentur, quia est in eis aliquid lactis ex arbore ipsarū. Et arboris ficus domesticarū virtus est calida, & subtilis, & lac eius & succus foliorum eius calefaciunt calefactione forti, & mordicant. Et virtus earum secunda abstergit absterfione forti. Et tertia vlcerat corpus, & aperit orificia venarum quæ sunt in ano, & euellit verrucas, & laxat vētrem. Sed in arbore ficuum syluestriū est de calliditate, siccitate, & subtilitate tantum, quod si coquatur de ea cum carne bouina dura, facit eam decoquī, & est fortior q̄s domestica, in oībus supradictis.

Sed montanarum ficuum arboris sapor est acutus pungens, quæ est eius virtus prima. Et virtus eius secūda abstergit. Et tertia est, qñ fit emplastrum cum ramis eius super verrucas, quæ dicunt capita clauorū, aperit eas, & ita est de lacte eius etiam, qñ fit vnguentum cum eo, & qñ fit medicamentū de eo & melle, abstergit maculam oculi grossam, & est multum vtilis obscuritati visus, & defectui aquæ ad oculum, quæ fit ab humoribus grossis. Et cineres ficus glandium, & lacticiniosę, sunt meliores cineres ad abstergēdum, & cinis ficus est propinquior. Medicinis putrefacientibus, quæ ex ficubus sunt recentes, & maturæ sunt malæ stomacho, & laxant vētrem, & qñ inducunt fluxum ventris, sunt leuis absterſionis, & prouocant fudorem, abscindunt sitim, & sedant calorem, sed siccæ inducentes sitim, & ventrem molliunt, & non sunt cōuenientes cursui humorum ad intestina, & anum, sed gutturi, & cannę pulmonis, & veſicæ, & renibus, & asmaticis, & discoloratis, propter aliquas ægritudines antiquas, & epilēticis, & ipsæ coquuntur cum hyssopo & bibitur earum decoctio, & purgat pectus a superfluitatibus, & confert tussi antiquæ, & dolori antiquo pulmonis. Et quando teruntur cum nitro, & cartamo, laxant ventrem, & qñ conficiuntur cum nitro, & farina, cum aceto, & sale, & fit inde emplastrum, replēt vlcera humida quæ sunt in capite, & conferunt syræ, & liniuntur cum eo etiam scissuræ palpebrarum, & confert, & qñ decoquuntur in aqua mellis, & fit cum decoctione illa gargarisma, confert aposteſmatibus gutturis, amygdalarū, & squinantiæ, est enim valde vtile medicamen ad id, & sunt conuenientes in emplastris, & qñ coquuntur cum fœnugræco in aqua hordei, & fiunt cum eis sessiones, cōferunt durieciebus matricis. Et qñ teruntur cum ruta, & fit inde clistere, torſionibus cōferunt, nam & emplastrum quod fit ex eis, est resolutiuum, & mollificatiuū, & quādo fit emplastrum cum eis, & yreos, & nitro, aut calce, postq̄ fuerint decoctę, & tritæ cum eis, maturāt apostemata dura, & quæ fiūt in radice auris, & clauos, & quando teruntur crudæ, & miscentur cum calce & nitro, & fit emplastrum cum eis, resoluit dura apostemata, & humores qui fluxerunt ad membra, & quādo teruntur & miscentur cum calamento, conferunt scisſuris crurium, & qñ coquuntur cum vino, & teruntur, & miscētur cum absinthio, & farina hordei, & fit cum eis emplastrum super vētrem hydropici, facit eum detumescere, & quando teruntur, & miscentur cum cero to, conferunt cōbustionibus ignis, & excoriationibus calcaneorum, & quando coquuntur cum sinapi, & ponitur decoctio earum in aurē, confert tinnitui, & prurititui earum, & quando coquuntur cum fœnugræco & teruntur, & conficiuntur cum eadem decoctione, & liniūtur super impetigines & maculas quæ fiunt in cute, conferunt. Et ficus sunt difficilis digestionis, & molliunt ventrem, & ipsæ & decoctio earum habet virtutē mollificandi oēs duricies. Sed folia arboris eius, cuius fructus est niger, quando fit emplastrum cum eis, pfert morpheæ. Sed ficus immaturę qñ melle confertū morsibus canis rabiosi, & vlceribus a qbus emanat humidi tas similis melli, & qñ miscentur cum eis folia papaueris, extrahunt ossa fracta, & qñ miscetur cum eis vinū, resoluit clauos, & qñ fit cum eis emplastrū cum orobo & vino, confert morsui mugali. Sed agrestis ficus folia qñ fit emplastrum ex eis, & sale, & aceto, curant furfures capitis, & aposteſmata quæ fiunt in cute capitis, q̄ dicuntur acoras, & qñ fricantur palpebræ cum foliis ipsis, auferūt asperitates, & pruritum, & scabiem earū.

Sed lac quod emanat ex arbore eius, qñ linitur sup morsum serpentum, & vermium venenosorū, confert multum, & confert formicæ, & non sinit eam dilatari in corpore, quando linitur cum eo circum q̄ maxime, si admiscetur ei pinguedo porci, & quando ponitur in emplastris conuenientibus, confert impetigini, & scabiei vlcerosæ, & maculis quæ fiunt ab humoribus, & podagræ, & extrahitur succus a summitatibus eius, qñ accipiuntur in principio Veris, dum apparent molles, & plenæ humiditate, antequā incipiant emittere gemina, & teruntur, & exprimitur succus ab eis, & siccatur in vmbra, & reponitur, & facit ea quæ de lacte dixi mus. Et virtus eius est quod coagulat lac liquidum, & dissoluit coagulatum, & summitates eius qñ incipiunt emittere lac, laxant ventrem, similiter lac earum. Sed cinis ramorum ipsius qñ fit lixiuium cum eo, valet dysenteriæ, facto cum eo clistere, & quando vlcera lauāntur sæpe cum eo, dissoluit, & corrodit duricies, & absſtergit concauitates ipsorum. Et quando infunditur spōgia in ipso, & ponitur super vlcera cancrosa, curat, & quādo datur in potu illi qui sumperit potationem venenosam, confert. Et quando miscet cum oleo, & linitur cum eo corpus, prouocat sudorem, hoc idem faciunt alij cineres & maxime arboris glandium. Sed ficus immaturæ, scilicet, primæ, quæ cadunt ex arbore, quando fit emplastrum cum eis crudis, cum farina frumenti, conferunt formicæ, & quando fit emplastrū cum eis decoctis super enodationes neruorum, & sup scrophulas, dissoluit eas, & quando ponuntur super morsuram venenosam, attrahunt venenum ad superficiem cutis.

De ficis li 2. ca. 148.

DE SICOMORO. CCIX.

MVmeiz, id est ficomorus. Galenus.) Eius fructus nō nutrit, & est malus stomacho. Sed virtus lactis arboris eius est vt virtus mollificatiua, & conglutinat vulnera, & datur in potu, & ponitur in vnguentis ad morsos venenosorum, & confert duricie i splenis, & dolori stomachi, & speciebus rigoris.

De sycomoro li. 1. ca. 144.

Dioscorides.) Mumeiz est arbor magna, similis arbori ficuum, & habet lactis multitudinē, & folia eius sunt similia foliis mori. Celsi, et pfert fructū ter vel quater in anno, et fructus eius nō egredit ex summitatibus ramog, sicut ficus faciūt, sed ex ramis ipsis, et est dulcis, & similis fructui ficus agrestis, & est magis absterſiuus

q̄ ficus

cẽ ficus immaturæ, & grana siue semina eius sunt minora cẽ grana ficus, & non maturant, nisi radantur cũ instrumento ferreo, et nascitur multũ in terris Carien, & in Rhodo, & in locis vbi frumentũ abundat, & confert fructus eius scabiei. & vtuntur eo pro cibo multũ, eo quod omni tempore reperitur. Et iste fructus laxat ventrem, & est modici nutrimẽti, & malus stomacho, & colligitur lac ex isto arbore in tẽpore Veris, antecẽ proferat fructum, qñ percutitur cortex eius lapide fusperficialiter tantum, vt vulneretur. nã si percussio lapidis pertranfiret vsq; ad interiora, non egrederet aliqd ex lacte, & quando emanat lac, colligitur cum spongia vel lana, & exprimitur in vase, & siccatur, & fiunt inde trocisci, & reponuntur in valeterreo. Virtus huius lactis est mollificatiua, & conglutinatiua vulnerum, resolutiua apostematũ quæ sunt duræ resolutionis, & bibitur, fit cum eo vnguentũ morbibus venenosis, & durициei splenis, & dolori stomachi, & rigoribus. Posẽ desiccatur, seruari potest longo tempore. Nascitur aũt in insula Cypri species huius arboris, quæ dicitur cataballa, cuius folia sunt similia foliis mumeiz, & fructus eius est in quantitate pruni, & est dulcior eo, sed in tes liquis est similis fructui mumeiz, id est, sicomori.

DE KEIRI. CCX.

De viola abalib. 3. ca. 118.

KEiri, Dioscorides.) Est planta nota. habens dimensitatem in specie sua, quæ a diuersitate florum cognoscitur. Nam quędam habent albũ, quædã purpureum, & quædam citrinum; quæ habet citrinũ, melior est & aptior in medicina. Galenus.) Floris eius substantia est subtilis, aquosa, & ppriesucci ex eo, & sapor eius est amarus. Et virtus eius prima calefacit. Secunda abstergit & subtiliat. Et tertia subtiliat macularas grossas q̃ sunt in oculo. Et aqua decoctionis eius puocat mẽstrua, & expellit secundinã, & fœtũ mortuũ qñ sedet in ea, & qñ bibitur post cẽ frangit amaritudo eius cum aqua, aut cum alia re, corrumpit fœtum, & est medicina valde vtilis in apostematibus, & ideo curat apostemata quæ fiunt in matricibus, qñ supponit eis, & proprie antiqua & dura, & quando ista decoctio miscetur cum melle, confert ad culla. Virtus vero seminis eius est sicut virtus ipsius keiri, nisi quia ipsum est ex melioribus rebus ad prouocandum menstrua, quãdo bibuntur de eo drachmæ duæ, & qñ sit nasale cum eo & melle, corrũpunt fœtum viuum. Sed radicis eius virtus est similis huic virtuti, nisi quia ipsa est grossior & propinquior naturæ terræ, qñ sit emplastrum cum ea super splenem durum, curat duritiem eius, & qdamcurant cum ea apostemata iunctura rum, quando inducrantur & petrificantur. Dioscorides.) Quando desiccatur & coquitur maxime quod citrinum est ex eo, & sedet mulier in decoctiõe eius, pfert apostematibus calidis matricis, & prouocat menstrua, & quando miscetur cum ceroto, curat fissuras ani & digitorum, & qñ admiscetur cum melle, curat alculla, & bibunt ex semine eius drachmæ duæ, aut fiat nasale cum eo, & melle, & prouocat mẽstrua, & facit accelerate partum, & quando fit emplastrum cum radice ipsius ficæ, & acero resoluit apostemata splenis, & confert podagræ.

Li. 3. ca. 112

Aermasios.) Confert fistulis, quando desiccatur & puluerizatur in eis, confert apostematibus matricis antis quis, duris, & petrificatis. Ignotus.) Et confert omni apostemati duro, petrificato. Ifaac eben amram.) Facit soda, & confert oppilationi, & plenitudini capitis, ex humore phlegmatico, & oleum eius est conueniens suchen, & nocet calefactis, fed confert his, quoꝝ cõplexio est æqualis, & aperit oppilationes quæ sunt in capite. Et oleum quidẽ quod fit ex eo, est tẽperatum subtile, & proprie illud quod fit ex eo cum oleo amygdalatum dulcium, & cœleste est debilis caliditatis, & albũ est debilius propter aqueitatem quæ est in eo.

DE APHODILLO. CCXI.

De Iaffula regia li. 2. ca. 162.

CHeunceradix eius est axeras, & est birnach, & in Latino est abg.id est aphodillus. Dioscorides.) Folia eius sunt similia foliis porri domestici, virga eius est lenis, in cuius summitate est flos albus, & semen nigrum, & habet radices oblongas, & rotundas, similes glandibus in figura, & sunt id quod de ipsa administrat in medicina. Galenus.) Virtus eius prima calefacit & desiccat. Secunda abstergit & resolvit. & subtiliat, & cinis eius qñ comburitur, est magis calefactiuus, & desiccatiuus, & amplius subtiliatiuus, & plus dissolutiuus, propter hanc causam curat alopiciam, & dixit in libro de cibis, quod virtus eius est apertitiua, & subtiliatiua, sicut virtus serpentariæ minoris, & ideo datur stipes aphodilli in potu itericis, quia est eis medicina maxima. Radix huius herbæ est acuti saporis, calida, quæ qñ bibitur, prouocat menstrua, & vrinam, & quando bibuntur drachmæ duæ ex eo cum vino, confert doloribus laterum, & tussi, & conquassationi neruorũ, & qñ comeditur de radice huius herbæ quãtitas vnius ciceris cum aceto vomere, & datur de eo in potu pũdus drachmarum trium, morbibus venenosis, & oportet q̃ fiat emplastrum super locum morsus ex folio & radice, & flore, mixtis cum vino, & qñ coquitur radix eius cum fece vini, & fit emplastrum cũ eo, cõfert vlceribus fordidis, & vlceribus corrosiuis, & apostemabus mammillarum, & testiculorum, & carbunculis, & aliis exituris, & qñ miscetur cum sauich, cõfert apostematibus calidis in principio eorum, & quãdo teritur radix eius, & exprimitur succus, & miscetur cum vino dulci, & myrrha, & croco, & coquuntur simul, fit medicina optima, ad faciendum collyriũ iuuatium oculis, & quando succus eius mixtus cum oliuano, & melle, & vino, distillatur in aures tepidus, a quibus egredi tur pus, confert, quando distillatur in aurem contrarii dentis dolẽtis, confert eis, & sedat dolorem eius, & qñ comburitur radix eius, & fit emplastrum cum cinere ipsius, facit nasci pilos in alopicia, posẽ fricatur locus cum panno lanæ aspero, & quando cauatur radix, & ponitur in cauatura illa oleũ, & ponitur super prunas vt bulliat, & liniuntur cum eo scissuræ quæ fiunt a frigore, & locus combustus igne, confert vtrisq;, & qñ idem oleum distillatur in aurem, confert dolori eius, Et quando morphea alba linitur cũ radice eius, posẽ fricata fuerit cum panno in sole, deletur ab ea, & quãdo bibitur eius semen, & flos cum rob, confert punctuæ scorpionis, iuuamento magno, & veneno eius animalis quod dicitur scolopendria, & quãdo radix illius bibitur, laxat ventrem.

DE CATAPVCIA MAIORE vel pentadactylo. CCXII.

De ricino fusc. cit. li. 1. ca. 146.

KErua, id est pentadactylus, & catapucia maior. Dioscorides.) Est arbor in magnitudine ficus paruæ, habens folia similia foliis dulb, nisi quia sunt maiora, leuiora, & nigriora, & stipes, & rami eius sunt concaui ficut canna, & habet semen velut in racemis asperũ, & quando excoriatur semen eius, est simile kirad, & ex eo exprimit oleum de kerua. Galenus.) Virtus eius prima est calida. Et secunda resoluit, & abstergit, & virtus foliorũ debilior est virtute granorum. Sed oleum eius est calidius et fubtilius oleo oliuarum, et propter hoc resolvit plus eo. Dioscorides.) Ex semine eius fit oleum quod dicit oleũ kichas, et est oleũ catapuciæ, et istud oleum non administratur in cibis, sed in lucernis, et ponitur in vnguentis, et quando excoriatur ex granis eius, xxx. grana, et teruntur et bibũtur trita, purgant phlegma, et choleram, et humiditates aquosas, et cõmouent vomitum et fluxum ventris, et grana quidem eius sunt dura, relaxãt stomachum relaxatione forti, et prouocant nauseam et vomitum,

& qñ grana teruntur, & fit emplastrum cum eis, mundificãt cheleph, id est impetiginem, & oleum eius quãdo miscetur cum cicuta, sedat apostemata phlegmatica, & apostemata calida oculorum, & quando linitio fit cum eo solo, aut cum aceto, sedat apostemata mammillarum, & dixit in oleo catapuciæ, quod tempus in quo debet fieri, est quando grana cadunt a cortice suo. Et modus operis eius, scilicet qualiter fit, est scriptus in Dioscotidis libro, & ipsum confert scabiei, & vlceribus humidis quæ fiunt in capite, & apostematibus cãlidis ani, & coarctationi oris matricis, & cicatricibus fœdis, quæ remanent post consolidationem clauorũ, & doloribus auriũ, & quando admiscetur cum aliquo vnguento, fortificat operationem eius, & quando bibitur, laxat ventrẽ, & expellit lũbricos. Bedigoras.) Proprietas granorum catapuciæ est quod dissoluunt, subtiliant, & fortificant membra, & incidunt superfluitates. Damascenus.) Katapucia relaxat neruos, & soluit ventrem, mundificat venas, & confert lepræ, sũ militer etiam facit oleum eius.

DE MEDICINIS CALIDIS & humidis secundi gradus.

DE BEHEN. CCXIII.

VEnden, id est behen. Aben mesuai.) Species eius sunt duæ, scilicet rubei & albi, & sunt ambæ venæ in magnitudine radicis pastinacæ paruæ, quarũ quædam sunt tortuosæ, deferũtur ab Arme nia, odor eius est bonus, & est in eis vi scositas quædam, & ambæ species sunt calidæ & humidæ, & augmentum faciunt in spermate.

DE ERVCA. CCXIIII.

IErgit, id est eruca, Galenus in libro de cibis.) Est calida in secundo gradu, humida in primo, & ipsa quidem generat sperma, & excitat libidinem, & generat ventositatem, & ideo facit erectionem virgæ, & si comeditur sola, inducit dolorem capitis, quare oportet quod comedatur cum ea lactuca, endiuia, & portulaca, & ipsa prouocat vrinam, & laxat vẽtrem, confortat digestiuũ, & proprietas eius est facere virgæ erectionẽ, & agrestis est fortior qñ domestica. Dioscorides.)

De eruca fo.1.c.134. Quando comeditur multum ex ea, incitat libidinem, similiter & semen eius idem facit prouocat vrinam, facit digeri cibum, & mollit ventrem, & semen administratur in condimeutis ciborum, quod quidem aliqui conficiunt cum lacte, aut aceto, & faciunt trociscos ac seruãt. Ipsa quidem præseruat carnem a putredine. Et ex eruca quædam est syluestris, quæ administratur loco sinapis, & est magis prouocatiua vrinæ, ac magis acuta qñ domestica multum. Haamech eben Dauid.) Eruca agrestis est ab hacaz. Aben mesuai.) Succus erucæ recentis, quando admiscetur cum felle bouino, & linitur cum eis super cicatrices vlcerum, delet eas, & quando miscetur cum melle succus eius, aut semen, cõfert lentigimibus.

DE CVLCVL. CCXV.

HAbel calculi, id est granum culcul. Aben mesuai.) Est calidum & humidũ, & auget in spermate, & proprie quando admiscetur cum sisamo, & conficitur cum melle tabarzed, aut cum penidijs, & nunc non nocet, sed est conueniens mixtio, & quando torrefit prius est melius, & qui vritur eo nimis, incurrit cholericam passionem. Mesarugiæ.) Est calidum & humidum in secundo gradu, auget in spermate, & quando bibitur post ipsum vinum, facit soda, & proprie quando torrefit. Meseahi & Rasis similiter dicunt.

DE LINGVA AVIS. CCXVI.

LIsen hasafir, id est lingua auis, Est arbor similis arbori dirdar, nisi quia folium eius est oblongũ, simile folio amygdalæ, & fructus qui dicit lingua auis, sunt palmites q diuidunt in cherarnub, similes folijs oliuarũ, nisi quia sunt minores latis, & intra quãliber cherarnub est medulla similis linguæ auis, exterius rubea, & interius alba, declinans paululũ ad citrinitatem, et sapor eius est actutus, mordicans cũ pauca amaritudine, & q ponit virtutem eius primã calidã in fine gradus secundi, nõ elongatur a veritate, & conueniens est dicere q in caliditate eius sit humiditas, quia nõ apparet mordicatio eius, postq bene masticatur.

Aben mesuai.) Confert doloribus lateris, & prouocat vrinam inclusam, auget in spermate, & corroborat libidinem. Bedigoras.) Proprietas eius est augere sperma. Damaschus.) Confert cardiacæ, & augmentum efficit in spermate. Rasis.) Auget sperma, phibet cardiacam. Ifaac eben amram.) Calida est & delectabilis, & de proprietate eius est fortificare libidinem, & augere in spermate. Et pro ea ponit pondus eius de nuce muscata, & medietas ponderis eius ex behen rubeo.

DE MIHAD. CCXVII.

MIhad. Ifaac eben amram.) Sunt venæ arboris granati syluestris, quę nascũt in Sceni vltra mare, & in Chorasceni, & sunt venæ grossę, albę, colliguntˉ in Alkezinen, & eius malagranara sunt ficut domestica in principio eorũ ortus, & color est inter rubedinem & nigredinẽ, & intra malũ sunt grana rubea, rotunda, in magnitudine seminis lentifci, & dimittunt ea in cortice suo, et qñ egent eis extrahunt a cortice. Et mihad calidum est, & humidum in secundo, auget in spermate, & corroborat coitum, & est bonũ podagræ, quando teritur & conficitur cum aceto, & linitur super eã, & confert spasmo, & mollit duricies iunctũrarum.

DE NVCE INDICA. CCXVIII.

CHerbas, id eſt lactuca. Galenus.) Eſt de eadomeſtica & ſylueſtris. Sed domeſticæ virtus prima infrigidat & humectat, ſicut aqua ſtagnoꝝ, vel lacunarũ. Et ſecunda eſt virtus quę indurat. Et tertia eſt virtus quæ confert apoſtematibus calidis, & erisipilæ, qñ ambo ſunt debilia. Et ſecundum viam cibi abſcindit ſitim, & ſemen eius qñ bibitur, abſcindit diſtillationem humiditatis ſpermaticæ, & confert pollutioni quę fit in ſomnis. Ex rebus enim quæ ſunt cõtrariæ ſpermati, eſt ſemen lactucæ qñ bibitur cum aqua. Et dixit in libro de cibis, Lactuca eſt melioris nutrimẽti, & melioris chimi, ꝙbus alijs holeribus, quia ipſa ge nerat ſanguinem, quanꝫ multum non malum, immo bonum in fine bonitatis. Et ego qdem comedebam lactucas, qñ eram iuuenis, quia in ſtomacho meo generabatur cholera, & ſic infrigidabã ipſum, & nũc poſtiꝫ etiam ſenui, comedo eas elixas, ideo, quia non reperio aliquam herbam, cũ qua poſſim adeo curare vigilias, ſicut cum ipſa. Humor vero qui generatur ex ea eſt frigidus & humidus, & neqꝫ accidit ex ea nocumẽtũ, ſicut accidit ex alijs holeribus, & non ſtringit ventrem, neqꝫ laxat eum, quia nõ habet ſtyptꝛicitatem, nec ponticitatem, nec ſalſedinem, nec acuitatem, & vniuerſaliter nõ eſt in ea virtus abſtertiua, nec laxatiua vẽtris. Et dixit, qñ locutus eſt de malua, ſi facis ex lactuca emplaſtrum ſuper apoſtemata calida, manifeſtabitur ꝙ ipſa infrigidat in ſecundo gradu, & ſi tu facis cõparationem iſtarũ trium herbarum adinuicem, ſcilicet ſicle, & molochie, & lactucæ, tu reperies molochiã groſſiorẽ, & viſcoſioris humiditatis, & lactucam ſubtilioris, & tenuioris humiditatis, ſicla vero eſt media ĩter eas, & lactuca eſt media in humiditate & ſiccitate, inter caules, & holus iamenum, id eſt blitus. Dioſcorides.) Domeſtica eſt bona ſtomacho, & infrigidat ventrem, facit dormire, & prouocat lac, & qñ ipſa decoquitur, eſt magis nutritiua, & quando comeditur ſicut euellitur fine ablutione, confert illis qui conquerũtur de ſtomacho ſuo. Et aſſi duus vſus comeſtiõis eius obtenebrat viſum, & qñ fit emplaſtrum cum ea, confert apoſtematibus calidis, & eriſipilæ, dummodo non ſint vehementis inflammationis, ſimiliter autem comeſta facit hoc. Sed ſemẽ eius quando bibitur, confert fluxui vẽtris, & extinguit libidinem, & pollutionẽ ſeminis in ſomnis, ſed qñ lactuca emiſerit ſũpitẽ ſuũ, tunc efficit virtus eius, & virtus ſucci, & lactis ipſius, ſimilis virtuti lactucę agreſtis.

Sed lactuca agreſtis, Galenus.) Lac eius abſtergit vlcera quę fiunt in tunica cornea. Quoꝫ vlcerum ſunt tres ſpecies, quarum vna noĩatur gallicerua, & eſt expoſitio eius tegẽs. Et color eius eſt ſicut color fumi, & occupat ex magnitudine oculi locũ magnum. Et alia nominat muſtokeheden, & expoſitio eius eſt effuſio ſanguinis, & eſt in corona nigredinis oculi, & occupat ex albedine oculi, ſed de nigredine occupat locũ paucũ. Et tertia noĩatur aliechertirach, & eſt eius expoſitio frangens, & eſt vlcus quod apparet in tunica cornea ſimile denario. Dioſcorides.) Lactuca agreſtis eſt ſimilis domeſticę, niſi qa habet ſtipitẽ maiorem, & folia eius ſunt albiora foliis illius, & ſubtiliora, & aſperiora, & ſapor eſt amarus, & eſt in virtute ſimilis papaueri nigro, & propter hoc multi admiſcent lac eius cum lactepapaueris, & qñ bibitur ex lacte eius drachma vna cũ aqua lactucæ, ꝛeperata cum aceto, laxat chimum aquoſum, & ipſum mundificat vlcera tunicæ corneæ oculi, quę dicuntur aclijs, & illa quæ dicuntur argaman quæ ſunt in cornea etiã, & qñ fit collyrium cum eo, & cũ lacte inuenũcułæ, confert vlceri corneę, quod dicit angoria, & qñ linitur ſuper frontem, inducit ſomnũ, & placat dolores capitis, & prouocat menſtrua, & curat morſum rutellæ & ſcorpionis, & qñ ſemen eius bibit, abſcindit pollutiones quæ fiunt in ſomnis, & libidinem, ſicut facit domeſtica, & aqua eius etiã facit hoc, ſed debilius. & exprimit ſuccus eius, & exiccatur in ſole ſicut opium, & feruat, & lac eius ſimiliter deponitur in vaſe vitreato, poſtiꝫ exiccatũ fuerit in ſole, ſicut fit ex alijs huiuſmodi. Ruffus.) Lactuca curat ægritudines quæ fiunt ab ebrietate, qñ ſumitur in medio potationis vini, & confert vnctioni quæ accidit in ano, ſed ipſa nocet inteſtinis, & lenit ventrẽ, & abſcindit libidinem, & facit dormire. Aben meſuai.) Lactuca abluta cum aqua, auget in cõturbationẽ ventris, nam omne holus ablutum cũ aqua, auget in conturbationẽ ventris, & ſi aſſiduet comeſtio eius ablutę cũ aqua, debilitat viſum.

Conſtantinus in libro de agricultura.) Qñ lactuca coquitur cũ oleo ſiſamino, & comedit, expellit ictericiam, & eſt medicina bona oppilationibus narium, & corizæ, & mutationi diuerſarum aquarum, qñ comeditur in ieiunio, ſed ſi aſſiduetur cibus eius, obſcurat viſum, & mollit ventrem. Ignotus.) Confert mutationi aquarum ignotarum, qñ comeditur ieiuno ſtomacho, & ſedat dolores mammillarum, & dolores pectoris, & ſemen eius ſedat dolorem puncturæ ſcorpionis, qñ teritur & comeditur cum allijs.

PERSICA. CCXL.

SHauch, id eſt perſicũ. Galenus.) Virtus eius prima infrigidat & humectat, ſed in ſapore arboris ramoꝝ & foliorꝝ eius eſt amaritudo, & virtus eorũ ſecunda. eſt virtus quę abſtergit & reſoluit, & tertia virtus occidit lumbricos, qñ teruntur, & ponuntur ſuper vmbilicũ. Dioſcorides.) Matura ex perſicis ſunt bona ſtomacho, & molliunt ventrẽ. Immatura vero ſtringũt ventrẽ, & qñ deficcant, ſtringũt fortius, et decoctio ſiccoꝝ qñ bibitur, prohibet curſum ſuperfluitatum ad ſtomachũ & ventrẽ, & qñ ficca trita puluerizant ſuper locũ vnde fluit ſanguis, abſcindũt eũ. Aben meſuai.) Quãdo teruntꝰ folia, & flos eius, & exprimunt, & bibit expreſſura illa, eijcit a ſcarides cum fluxu, & qñ linit peſtem ex ea, abſcindit odorẽ pſilotri, & qñ ſuccus foliorꝝ iniſcit in aurem, occidit vermes quę ſunt in ea. & oleũ nucleoꝝ perſicoꝝ, confert dolori auriũ frigido, & confert ſahapa, & morbillo, qñ linitur cum eo.

De lactuca li. 1. ca. 129.

De lactuca ſyluestris li. 2. c. 130

De malo li. 1. c. 134

Completus eſt Tractatus tertius ſecundæ partis medicinarum ſimplicium ſecundi gradus.

INCIPIT QVARTVS, DE MEdicinis tertij gradus. Et primo de medicinis calidis & siccis in eo.

DE ASSA ET PLANTA EIVS, & est aniuden. CCXLI.

De tasferpitio, & lacre. ii.5.ca. 76.

Niuden, id est foliũ arboris assæ. Ifaac eben amram.) Huius arboris folium dicitur aniuden, & gummi eius dicitur altith, & radix eius dicitur maharoth.

Dioscorides.) Planta ista habet stipitem qui dicitur mascasles, & est similis feruleę, & folia eius sunt similia folijs apij, & semen eius est larum simile semini nigri mungitagris. Galenus.) Substantia huius arboris est aerea, & virtus gũmi eius, & est assa. Et virtus ramorũ, & radicis, & foliorũ eius, est virtus quæ calefacit fortiter, & id quod de ipso est maioris operationis est gũmi eius. Et dixit in octauo, assa est calidior & subtilior lactie aliarum plantarum omnium, & propter hoc est magis resolutiua, & ita lac arborum aliarum omnium est in fine caliditatis, & est in eo substantia ventosa, nisi quia ꝙ est plus in eo, est substantia ignea & aerea, & virtus eius tertia & secunda, & proprie gummi est virtus quę resoluit & attrahit, & est in ea res quæ minuit carnem & liquefacit eam. Et dixit in sexto ꝙ assa facit in apostemate vuulæ, id quod facit peonia in epilepsia. Et dixit in katagenis, ꝙ caliditas ieusis, id est opponoacis, non est sicut calidi-

Li.3.c.76. tas assæ aliquo modo. Dioscorides.) Radix huius arboris est deficcatiua, difficilis digestionis, & est nocua vesicæ, qñ miscetur cum ceroto, resoluit scrophulas & exituras, & qñ fit emplastrum cum ea, & oleo, aufert liuorem qui fit sub oculo, & qñ miscetur cum ceroto facto cum oleo de ireos, vel oleo alkannæ, & fit inde emplastrum, conuenit sciaticæ, & quando coquitur cũ aceto in cortice granati, & fit inde emplastrum, curat hæmorrhoidas ani, & quãdo bibitur cum tyriaca medicinarum mortiferarum & venenorum, & ipsa præparatur, & comeditur cum seminibus, & sale, & comeditur, & est bona stomacho, quia fine his est inflatiua, & facit eructuare, & homines scindunt stipitem & rascem eius, & egreditur inde lachryma quæ colligitur & siccatur, & est id quod dicitur assa. Et melior ex assa est illa quæ verrgit ad rubedinem, & est clara similis myrrhæ, habens fortem odorem, non similem odori porri, nec habet odorem horribilem subito, & quãdo infunditur, cito resoluitur, & quando tenet in ore, prouocat saliuam cito, & assa quæ dicitur kurbanchas, qñ teritur de ea aliqd, facit terentis se corpus sudare subito, & odor eius non est abominabilis, & ideo quando accipitur de ea in ore, nõ apparet odoris horribilis, nec fortis, sed assa quæ nascitur in fordachos, & est illa quæ nascitur in Syria, & est debilioris virtutis, qñ illa quæ est ex Corienatos, & peioris odoris. Et adulterantur species assæ omnes, anteq̃ deficcentur cum serapino, & farina fabarum, sed discernitur facile adulterata per saporem, & odorem, & colorem, et quidam nominant plantam eius, seu crus filphion, & radicem nominant magitadas, & folium nominant mascasten, fortius sit quod est in toto eius, est gummi, & post ipsum est folium, & post foliũ stipes. Sed gũmi eius, scilicet assa, est inflatiuum acutum, quod non miscetur cum vino, & aceto, & pipere, & ponitur super alopicią, curat eã, & quãdo miscetur cum melle, & fit collyrium cum eo, acuit visum, & aufert aquam quæ descendit ad oculũ in principio eius, & ponitur in corrosionibus dẽtium, & sedat dolorem eorũ, & si coquitur cum hyssopo & ficubus in aceto, aqua temperato, aut miscetur cũ thure. facit hoc idem quãdo tenetur in ore, & assa quãdo ponitur super vlcera, quæ fiunt a morsu canis rabidi, confert valde, & quando bibitur, aut linitur cum ea, confert nocumento venenoq̃ sumptorum, seu morsibus venenosoq̃. & vulneribus quæ fiunt a sagittis venenosis, & dissoluitur in oleo, & linitur super punctũram scorpionis, & quãdo scinduntur apostemata quæ dicuntur ancoria, & fiunt apostemata perniciosa, & interminitur assa, confert eis, & quãdo ponitur sup duricies quæ fiunt super vlcera, mollit eas, & quãdo ponit super loca vnde euulsæ sunt verrucæ, & glandulæ apparentes, postq̃ admiscetur ei cerotum aut ficus ficcæ, confert eis, & aufert residuum eorũ, & quãdo miscetur cum aceto, curat impetiginem, & quãdo admiscetur ei calcanti & ziniar, & ponitur in nasum, & fit hoc pluribus diebus, curat carnem eminentẽ in eo, & est polypus, & oportet ꝙ euellatur cãro illa, postq̃ comedit eã medicamen cum forpicibus nominatis facolanis, & confert asperitati gutturis antiquæ, & quãdo dissoluit cum aqua, & bibitur, postq̃ fuerit colata, curat rauedinem vocis quę fit subito, & quãdo dissoluit in aqua, & admiscetur melli, & linitur inde apostema vuulæ intrinseca, resoluit ipsum, & fit cum ea gargarisma, & cum mellicrato, & confert fœtori anhelitus, & quãdo vritur ea aliquis in cibis suis, meliorat colorem eius, & sumitur in ouo forbili, & cõfert tussi, & quãdo proijcitur in polentis & bibitur, confert pleuresi, & cum ficus bus ficcis, confert ictericiæ & hydropisi, & quãdo bibitur cum vino, & pipere, & ruta, valet ad alcuzez, id est spasmum, & valet ad rigores febrium, & accipitur de ea pondus vnius onolosat, & miscetur cũ cera, & trãseglutitur, confert paralysi, & spasmo, qui facit reclinari hominem ad posteriora, & splenẽ duro, & quando fit gargarismus cum ea, & aceto, aufert sanguisugas adhærentes in gutture, & quando bibitur cum serapino, cõfert lacti coagulato in ventre, & epilepsiæ maxime cũ vino aqua mixto, & quando bibitur cum myrrha & pipere, prouocat mẽstrua, & quãdo transglutitur in grasnis vuæ, curat fluxum antiquum, & quãdo bibitur cũ aqua cineris, confert attractioni neruorum & lacertorum, & quando miscetur cum ruta, & amygdalis amaris, aut cum pane calido, quando egemus administratione in potu, vel alio modo. Exprimitur autem ex folijs eius succus, qui facit operationes assę, sed est debilioris operationis fatis, & comeduntur folia eius cum secanziabin, & sunt conuenientia doloribus cãnæ pulmonis, & abscisioni vocis, & ipsa comeduntur cum pane, ficut comeditur eruca, Comeditur autem & radicis pars interior cuiusdam plantæ quæ dicitur moly, quæ assimilatur radici aniuden, nisi quia est minor ea, & est acuti saporis, & non habet lachrymam, & habet easdẽ operationes quas habet filphium. Abugerig.) Assa est calida ỉ quarto gradu, & est nociua stomacho, & hepati, & quando ponitur in dente corroso, frangit eum. Mesarugiæ.) Assa fœtens est subtilior, & calidior, & fortior qñ odorifera. Aben mesuai.) Est bona pusfulis intrinsecis, & confert ventositati hæmorrhoidarum, & stringit ventrem. Azaraui.) Repperi assam multum bonam in ægritudinibus neruorum phlegmaticis, & non cõparatur aliqd ei in calefaciendo, & in inducendo febrem, & datur ex ea ægroto in quantitate fabæ in mane, & tantundẽ in sero, & datur in potu cum vino bono, quia inflãmatur corpus eius statim. Abohanis Almahareth.) Et e radix aniuden, & vna dicitur almohoroscha, & nascitur in arenis.

Mesehah.) Almaharoch est minus qñ assa in virtute sua, & iuuamentis suis, & in nocumento quod ipsa infert stomacho, & est facilioris digestionis. Rasis.) Almaharoch est exlidum & siccum, & confortat stomachum & hepar, & confert digestioni. Habix.) Est calida in quarto gradu, appropinquat operatio eius

operationi

operationi venenoſi, & eſt mala hepati & ſtomacho, & quãdo imponitur denti corroſo, frangit eum, & ipſa habet odorem fortem multũ, & caliditas eius eſt prope caliditatem anacardi. Et dicunt quidam q̃ aliquæ gentes, cum non poſſunt præteriare fata ſua a rebus nocuis ſine ipſa, quia ipſi ſuſpẽdunt aſſam ligatam in petia, in campis ſuis ſuper bladum, & ſuper flumina, q̃m ipſa occidit, & fugat ſuo odore canes fluuiales, & omne q̃ generatur in ſeminibus, ex vermibus & alijs nociuis, et homines quidem Armeniæ, quando inueniunt q̃ in vulneribus ſuis que fuerunt a ſagittis, apparet venenũ, propterea q̃ ſagitta fuerit toxicata, apponunt in vulnere aſſam, & euadunt a venenoſio ſine nocumento.

DE ANISO. CCXLII.

De aniſo li. 3. ca. 54.

ANeiſum, id eſt aniſum. Dioſcorides.) Melius ex eo eſt recens, habens groſſa grana plena, & non excoriatur q̃ fricatur excoriationibus ſimilibus furfuri, habens odorem bonum, fortem, & ille lud quod eſt ex inſula Cretẽ, eſt melius, & poſt ipſum eſt Babylonicum. Hiſpanicum vero eſt deterius, & q̃ ex planta eius eſt, magis iuuatium eſt ſemẽ eius. Galenus.) Sapor eius eſt actus, amarus modicum. Et virtus eius prima calefacit, & deficcat in tertio gradu. Secunda reſoluit. Et tertia prouocat vrinam, & expellit inflationes ventris. Dioſcorides.) Virtus eius principaliter eſt deficcatiua & calefactiua, & expellit ventoſitates a corpore, & ſedat dolores, & reſoluit, prouocat vrinam & ſudorem, & confert hydropiſi, & abſcindit ſitim, quæ fit ab humiditatibus falſis, q̃i ſumitur in potu, & eſt conueniens venenis & inflationibus, ſtringit ventrẽ, abſcindit humiditates albas a matrice fluentes, prouocat lac, & excitat libidinẽ, & q̃ attrahit odoratu fumigatio vaporis eius, ſedat ſoda, & q̃ terit & miſcet cũ oleo roſaceo, & diſtillatur in aurẽ, curat, quod intra ipſam accidit ex caſu, aut ex percuſſione, & ſedat dolorem. Abugerig.) Aperit oppilationes hepatis, & ſplenis, renum, & matricis, & mundificat vias ab humiditatibus oppilantibus, & propter hoc confert febribus antiquis, & habet in ſe acuitatẽ propinquã adu ſtioni, quare reſoluit ventoſitates, maxime quando aſſatur.

DE MATRICARIA. CCXLIII.

De parthenio lib. 3. ca. 132.

AChuen, id eſt matricaria. Dioſcorides.) Habet folia ſimilia foliis coriandri, & florem albũ circũquaq; & in medio citrinum, & habet graue odorẽ, & i ſapore eius eſt amaritudo. Galenus.) Virtus eius prima calefacit in tertio gradu, & deſiccat in ſecundo. Dioſcorides) Eſt calidæ virtutis, & quãdo bibitur ſicca cum oximelle, purgat phlegma & melancholiã ſicut epithymum, & cõfert aſmaticis & melancholicis, & q̃ bibitur herba ipſa ſine flore ſuo, frãgit lapidem, & cõfert ſtranguriæ & aſmati, & quãdo ex elixatura eius fit encatiſma, in quo ſedent mulieres, cõfert duriciei matricis, & apatibus eius, & fit emplaſtrũ cum flore eius, & cõfert eriſipilæ, & apoſtematibus caſidis. Gunaim.) Virtus eius eſt calida cum ſtypticitate, digerit & aperit oppilationes q̃ bibitur ex ea cũ hydromelle, & prouocat vrinam, & diſſoluit ſanguinem congelatum, & prouocat ſudorem, & q̃ bibuntur in potu ſummitates eius, & flores cum vino, prouocant menſtrua, & cõfert potus eorũ aſmati, & reſoluit & abſtergit humores fluẽtes ad os ſtomachi, verum nimius vſus eius nocet ori ſtomachi ſicco, & laxat phlegma, & melancholiam proprie cum oximelle, & propter hoc confert duriciei ſplenis & colicæ, ac doloribus veſicæ. Et q̃n fit emplaſtrum cũ ea, confert apoſtematibus frigidis, & reſoluit ea, & confert vlceribus antiquis difficilis conſolidationis, & diſſoluit callo ſitates quæ ſunt in eis, & aperit hæmorrhoidas, & confert apoſtematibus ani, & q̃ in coquitur in aqua, & ſedent in ea mulieres, aperit orificium matricis, & reſoluit duricię eius, & propter hoc prouocat menſtrua, & q̃i infunditur in ea ſpongia, & ipſa eſt calida, confert attritioni lacertorũ, & contorſioni neruorum. Et q̃i inciditur locus crepaturæ ſeu herniæ aquoſæ, & extracta eſt aqua eius, eſt ſibi medicamen conueniens, & ſi oleum ex ea, habens virtutem reſolutiuã, & calefactiuam, & ſubtiliatiuã, & propter hoc q̃i fit cum eo naſale, facit in aperiendo os matricis, & reſoluendo duritiem eius, & in prouocãdo menſtrua, id quod facit herba ipſa, & quando diſtillatur ex eo in aurem, confert doloribus eius. Alcanzi.) Quando odoratur humida, facit dormire, & nimius vſus eius inducit ſubeth.

DE ASARO. CCXLIIII.

De aſar li. 1. ca. 9.

ASaron, id eſt aſarum. Dioſcorides.) Quidam nominant ipſum nardum agreſte, habet folia ſimilia foliis cuſſus, id eſt hederæ, niſi quia ſunt minora ſatis, & rotundiora, & non frangibilia, & habent florem inter folia iuxta radicem, cuius color eſt purpureus, ſimilis flori iuſquiami, & habet ſemen ſimile cartamo, & habet multas radices, i quibus ſunt nodi tortuoſi, ſimiles granis, niſi quia ſunt ſubtiliores ſatis, & habet odorem bonũ, & naſcitur in montibus, in quibus ſunt multæ arbores. Galenus.) Illud quod eſt iuuatium in eo, eſt radix. Et virtus eius eſt ſimilis virtuti acori, niſi quia eſt fortior ea. Dioſcorides.) Caſefacit & pũgit linguam multũ. Et virtus eius eſt quæ prouocat vrinam, & menſtrua, & confert hydropiſi, & ſciaticæ. Et q̃i miſcetur cum vino & oleo, & inungitur corpus, calefacit ipſum. Et quãdo bibitur ex eo 5. vij. aut aurei ſeptem, cum aqua mellis, purgat ſicut elleborus albus. Et ipſum quidem admiſcetur in confectioni bus aromaticis. Aben meſuai.) Eſt calidum & ſiccũ in tertio gradu, & ſiccitas eius eſt fortior ſua caliditate. Et quãdo accipiuntur ex eo tres aurei, & ponuntur in duodecim conſulat maſti noui, & dimittitur ſic in vaſe duobus mẽſibus, poſtq̃ obturatum fuerit os vaſis, deinde colatur, & datur in potu hydropico, cõfert iuuamentum magnum. Et ſimiliter curat ictericiam, & cõfert febribus antiquis multum, nam aperit oppilationes hepatis, & ſplenis, & confert duriciei eius, & prouocat vrinam, & menſtrua. Ignotus.) Prouocat vrinam, & fortificat renes, et veſicam, & ſedat dolores membrorũ intrinſecorum. Et q̃n ponitur in collyrijs, attenuat tunicam, quæ dicitur cornea, & clarificat viſum.

DE SAVINA. CCXLV.

De ſabina herba li. 1. ca. 88.

ABel, id eſt ſauina. Dioſcorides.) Sunt eius duæ ſpecies. vna eſt, cuius folia ſunt ſimilia foliis cupreſſi. & eſt magis ſpinoſa q̃ alia, habens nõ bonum odorẽ. Et arbor eius eſt fortis, & creſcit amplius in latum, q̃m in longum. Et quidam vtuntur foliis eius pro fumigio. Sed alterius ſpeciei folia ſunt ſimilia foliis tamariſci, Et ſapor ipſius eſt ſicut ſapor cupreſſi.

Galenus.) Substantia eius eſt ſubtilis, & in odore ipſius eſt aromaticitas, & in ſapore amaritudo & ſtypticitas, minus tñ q̃m in xerbim. Et in quãtum xerbim ſuperat eam in acuitate, & ponticitate, in tantum eſt minus ſtypticum. Et virtus eius prima calefacit & deſiccat in tertio gradu. Et ſecunda virtus ſubtiliat & diſſoluit q̃i bibitur. Et tertia abſtergit putredinem vlcerum putridorum malorum corrodentium antiquoꝝ, quoniam putrefactio eorum quãdo eſt ſecundum hũc modum, poteſt ſubtiliare fortitudinem huius medicinæ ſine nocumento, & ipſa ſimiliter mundificat vlcera melancholica ſordida, quãdo ponitur ſuper ea cum melle, & aufert eriſipilã. Et propter cauſam ſuæ ſubtilitatis prouocat menſtrua plus omni alia medicina, & facit mingi ſanguinem, & interficit ſorum viuentem, & expellit mortuum, & ingreditur in vnguentis* mortiferis, & ꝓprie in vnguento dicto alocas, & ponit pro cinnamomo duplũ põderis eius. Dioſcorides.) Folia ambarum

* Alias odoriferis.

Li 1. c. 82

ambarum specierum prohibet dilatationem vlceru corrodentium, & sedant apostemata calida. Et quãdo fit emplastrum cum eis, auferet liuores cutis, & fordricies eius, quæ accidunt propter superfluitates corporis, & aufert escaram ignis, & quando bibitur, facit exire sanguinem cum vrina, & expellit fœtum. Et quando fit fumigium cum ea, aut fit nasale ex ea, facit hoc. Et ingreditur in confectionibus vnguentorum calidorum, & proprie in eo, quod fit ex succo vuæ.

DE EPITHYMO. CCXLVI.

De epithimo lib. 4. ca. 159.

EPhitimo, id est epithymum. Dioscorides.) Est flos cuiusdam herbæ, quæ est similis tymbræ, & est habens capitella parua, leuia, & rotunda, habentia caudas similes capillis. Galenus.) Virtus eius prima calefacit & deficcat in tertio gradu, & est similis virtuti hasce thymi in oibus, verum est fortior virtute eius. Dioscorides.) Quando bibitur de eo drachmæ quatuor cũ melle & modico sale, & acero, purgat cholera, & melancholiam, & est conueniens proprie melancholiæ inflãmationibus, & vertigini, sed ipsum facit nauseam, maxime viride. Et quãdo miscetur cum radicibus eius & malue, & datur ficut electuarium, educit humores a pectore. Damascenus.) Confert spasmo.

Lib. 4. ca. 159

Aben mesuai.) Melior ex eo est graue, cuius color est, pp inquus rubedini, acuti odoris, & illud quod defertur ab insula Cretensi, & a domo sanctæ. Et proprietates eius est, quod purgat melancholiam, nisi fuit facit anxietatem, & sitim, & siccitatem oris, propter fui multam siccitatem. Et rectificatio eius est, quod admisceat cum oleo amygdalarum dulciũ. Et dosis eius est infusi a drachma vna vsque ad quatuor, & ficci trit ab vna drachma vsq; ad duas drachmas, Abix.) Virtus epithimi est fortis in educendo melancholiam a corporibus, & quando datur de eo melancholicis, ingrossat naturam ipsorum, & accidit eis ex potestate eius anxietas, & fortassis facit eos euomere. Et ipsum quidem cõfert senibus, & plures curati sunt cũ eo ex melancholia, cui admiscetur ei absinthiũ. Sed quando bibitur simplex, oportet quod vngatur cum oleo amygdalino, aut viola ceo. Et dosis eius est a drachma vna vsq; ad drachmas duas, sed cum aliis medicinis drachma vna sola. Et mesius ex eo habens colorem rubeum, & acutum odorẽ, & proprie illud quod defertur ex insula Creta. Et quãdo coquitur, in decoctionibus non debet multũ bullire.

DE VSNEN ET KJALI. CCXLVII.

VSnen est herba kali, Abohanifa.) Species vsnen sunt mulræ, & omnes sunt ex Hanidh, & & vsnen est hari, & est illud quo lauantur pãni, Albuzid alharabi.) Non vidi hariam albidius, nec purius illo quod nascitur in terra Armeniæ, Sed aliud est quod est supra ipsum in bonitate, quod nominatur ioha chansarin, & habet subriles summitates. Et arbor eius est magna adeo, quod forsitan possemus stare sub vmbra ei⁹, & habet lignũ. Aben mesuai.) Vsnen est quo dealbant pannos, & est alumen affor. Aliud est illud quo lauantur panni, & li quefit cum eo laeca, donec poslet cum ea pingi, & accipitur ex arbore chãnis, ex quo accipitur falalkali. Mesarugie.) Est calidum adurens, & caliditas eius est adurens in gradu tertio.

Alcanzi.) Expellit animalia venenosa, facta fumigatione cum eo. Liber venenorum.) Si bibatur a muliere ex vsnen pondus drachmarum quinq; ejicit fœtum viuum, siue mortuum: & si bibatur a drachma vna cum dimidia vsq; ad drachmam vnam, prouocat vrinam & menstruas: & si detur hydropico drachmæ tres, confert ei, sed pondus drachmarũ decem de ipso, interficit. Mesehah.) Alkali est calidum & siccum in quarto gradu, & iuuamentum eius est ficut iuuamentum salis, nisi quia est acutius eo, & administratur in medicinis conferentibus morphææ, & scabiei, & destruit carnem superfluam in vlceribus.

DE POLYPODIO. CCXLVIII.

De sticula li. 4. c. 166

BIsberg, id est polypodium. Dioscorides.) Est planta nascens in saxis, & rupibus, & muris antiquis humidis, & super stipites, & iuxta radices arborum antiquarum, maxime quercus, cuius longitudo est vnius palmi, & est similis herbæ dictæ bataros, & super ipsam sunt pili, & est alta, sed non est exaltatio eius subtilis ficut bataros, & habet radicem super quã sunt pilꝰ a qua egrediunt ramuli eius. Et est radix eius similis animali quod dicitur quadraginta quatuor pedum. Et grossitudo eius est ficut digitus, & color eius interior est viridis, ad albedinem declinis, & dulcis saporis, & est illa quæ cedit in vsum medicinæ. Galenus.) In sapore eius est dulcedo & stypticitas. Et virtus eius prima desiccat fortiter sine mordicatione. Dioscorides.) Virtus huius radicis est laxatiua, & datur ex ea cocta in iure alicuius pulli, aut pisciũ, aut molochia, aut sicla, & similibus. Et quando deficeatur, & teritur, & datur cum melicrato, purgat phlegma, & melancholiam. Et quando fit emplastrum cum ea, confert attritionibus neruorum, & fessuris digitorum, & hæmorrhoidibus. Aben mesuai.) Proprietas eius est, quod purgat melancholiam, & phlegma, sine punctione & malitia. Et melius ex eo est citrinum, cuius sapor vergit ad ponticitatem, & dulcedinem. Et grossitudo eius est ficut digitus, Et q vult ipsum sumere, decoquat ipsum in aqua hordei, & in aqua sicłæ decoctæ, postea bibat. Quando autẽ ipsum vis ponere in decoctionibus, non oportet quod rectificetur aliter, nisi quod teraẽ, & misceatur cum eis. Et dosis eius decocti aut infusi est a drachmis duabus vsq; ad drachmas quinq;, & sine decoctione & infusione a drachma vna vsq; ad drachmas duas. Mesehia.) Proprietas polypodii est, quod purgat melancholiam leuiter, quando bibitur simplex, aut cum zuccaro, aut quando admiscetur cum aliquibus decoctionibus, aut confectionibus, & ingeniati fuerũt aliqui medicorum ad illos, qui non poterant potare medicinas, & proijciebant ipsum tritum in aliquibus cibis eorum, & purgat melancholiam leuiter. Et dosis eius cum zuccaro est drachmarum duarum, & decocti cum aliis medicinis drachmarum quatuor.

DE CICLAMINE. CCXLIX.

De ciclamino li. 4. ca. 160.

BVchormarien, id est ciclamen. Dioscorides.) Ciclamen habet folia similia plantæ quæ dicit cussus, id est hedera, nisi quia sunt maculata maculis albedini trahentibus. Et habet virgam ad nigredinem tendentem, sine foliis, cuius longitudo est digitorum quatuor, & amplius, super quam est flos similis rosæ, rubeus, aut purpureus, & habet radicem nigram, grossam, rotundam, latam, vel prestam, similem rapæ. Nascitur in locis vmbrosis, maxime ad vmbram arborum. Et in cidit ur hæc radix, & siccatur sicut squilla.

Galenus.) Virtus huius plantæ est aperitiua, & hoc, quia virtus eius secunda abstergit, aperit, & resoluit, & in hoc est signum operationis eius particularis, quam facit in primis, quia succus eius aperit orificia venarũ, quæ sunt in ano, & extrahit stercus, quando infundit in eo lana, & imponitur ano; & ipse admiscetur cum medicinis quæ resoluunt apostemata, & scrophulas, & duricies alias. Et quando fit cum eo cohol mixto cum melle, confert aquæ descendenti ad oculum, & mundificat cerebrum, quãdo fit sternutatorium cum eo, & est ei cum hoc tanta virtus, quod quando fit emplastrũ cum eo super ventrem, laxat eum, & expellit fœtum, & absq; hoc quando fit cum eo nasale, est ex fortioribus medicinis ad expellendum fœtum. Et virtus quidem radicis eius est debilior virtuti succi eius, verum cum hoc est fortis mulrum, & propter hoc prouocat menstrua. Quando bibitur, aut fit nasale cum ea, confert ictericis,

ictericis, & hoc non propterea solum, quia mundificat hepar, & aperit oppilationes eius, sed quia cũ toto hoc diminuit choleram quę est in toto corpore, & expellit eam per sudorem. Verum tamen oportet, postq̃ biberit eam potator eius, quod ingemiscat ad faciendum ipsum sudare. Et dosis eius quidem nõ pertranseat autreos tres. cum vino dulci, aut cũ aqua mellis. Et semen eius similiter absergit, & ideo acuit, quod curat alopiciam, impetiginem, lentigines, & ægritudines alias similes his. Et ista quidem plãta curat duriciem splenis, qñ fit emplastrum cum ea ficca vel recẽti, & datur etiã ex radice eius postq̃ desiccatur, sfinaticis, & confert.

Li.2.c.256 Dioscorides,)Quando datur de radice eius cum hydromelle in potu, purgat multum phlegma, & chimos corporis. Et quando bibitur, & fit nasale cum ea, provocat mẽstrua. Et putaueze quidam, q̃ si mulier super ipsam transierit abortit, & quãdo suspendit eã mulier in collo vel humero suo, prohibet impregnationem, & si ligata fuerit super fœmur parturientis, facit eã cito parere, & fumitur de ea in potu cum vino, ad medicinas mortiferas, & ad venena, & proprie contra venenum leporis marini. Similiter aũt quãdo fit emplastrũ cum ea, est bezaar contra venena. Et quando admiscetur cum vino, & bibitur inducit ebrietatem, & quãdo bibuntur de ea aurei tres cum sapa, aut cum melicrato, & aqua calida, curat ictericiam. Oportet tñ quando datur in potu ictherico, q̃ constituatur in domo calida, & cooperiatur multis pannis, vt fudet, nam tunc apparebit fudor eius croceus, similis choleræ. Succus vero ei⁹ admiscetur cum melle, & fit clernutatorium cum eo ad purgãdum cerebrum, & attrahit multas humiditates. Et cum imbibitur in eo lana, & fit inde suppositoriũ, laxat ventrem; & quãdo emplastratur venter cum eo, laxat ventrem, & expellit fœtum. Et succus eius cõfert cum melle, & fit inde collyriũ, & confert aquæ defecnti ad oculum, & debilitati visus, & ipsum ingreditur in medicinis, quæ fiunt ad abortum faciendum; & miscetur succus cũ aceto, & ponitur super anum egressum, & reducit eum. Similiter & puluis ipsius radicis quãdo puluerizatur super eum, & excoriatur radix eius, & teritur, & exprimitur succus, & coquitur, donec fit sicut mel, & reponitur, cum quo si liuores, qui fiunt in corpore, liniuntur, auferuntur. Et similiter curat pustulas, & vlcera, maxime cum aceto mixtus. Similiter autem & radix eius mũdificat faciem, & aufert bothor, & qñ miscetur cum aceto & melle, curat exituras quascũq;. Et quando fit emplastrum cum ea, curat scrophulas, & duricies splenis, & mundificat impetiginem, & curat alopiciam, est cõueniens cõtorsioni neruorum, & podagræ. Et qñ decoctio eius proijcitur super tibias, confert vlceribus quæ fiunt in eis, & fissuris quæ fiunt in calcaneis & pedibus propter frigus. Et qñ teritur cum oleo veteri, & iungitur cum ea, facit hoc, & confert vlceribus virgæ, & ponit in medicinis quæ mundificant vlcera sordida, & vlceribus capitis similiter confert. Oportet autem quod cauetur in radice eius soluta, quę impleatur oleo, & ponatur super cinerẽ calidũ, donec bullire incipiat, & fortassis ponitur ibi aliquantulum minij, maxime regionis, quæ dicitur Trana. Armasius,) In succo eius est quod laxat ventrem, qñ fit suppositorium cum eo, & semẽ eius aufert impetiginem, & omne quod nascitur in cute, qñ fit emplastrum cum eo ficco, siue recenti. Paulus.) Quando biduntur ex radice eius drachmæ quinq; cum melle & aqua calida, laxat ventrem fortiter, & cum sapa mundificat cutem, & succus eius absergit oculum a panno, qui fit ab humiditate grossa. Aben mesuai.) Buchormarien resoluit exituras & apostemata, & qñ fit suppositorium cum eo, soluit ventrem, & qñ fit cohol cum eo & melle, confert aquæ congregatæ in oculo, & si hat ilem ratatorium cum eo, facit hoc etiam. Et si fiat vnguentum cum eo super ventrem, soluit eum, & mundificat impetiginem alopiciam, & sedat soda, confert splẽi, & bothor, & vlceribus. Dioscorides,) Ciclamis est alia species, habens folia simila foliis cussus, id est hederæ, nisi quia sunt minora eis, & ramos grossos habẽtes, & nodos, qui inuoluunt se vicinis arboribus, & flos eius est albus odoriferus, & semen eius est sicut grana vuæ, simile semini cussus, id est hederæ, in quo est acuitas non multa cum viscositate, & habet radicẽ in qua nullum est iuuamentũ, & nascitur in locis asperis & siccis. Galenus,) Radix huius non est alicuius iuuamenti, sed seminis eius virtus est fortis, Sapor eius est calidus acutus, & est cum hoc in eo viscositas. Si bibitur de semine eius pluribus diebus cum tribus vncijs vini, curat splenem durum, ideo quia prouocat vrinam, & mollit ventrẽ, & extrahit secundinam, & confert alma ticis. De cyclaminoaltera libro. 2. ca.137.

Dioscorides,)Quando bibũtur ex semine eius drachmæ duæ, cum duobus conob vini albi, resoluit apostemata splenis, & datur de eo in potu sfinaticis, q̃ non possunt iacere, & confert eis. Et quando datur de eo in potu puerperæ. mundificat eam. Li.2.c.257

DE BVZEIDEN. CCL.

BVzeiden est species satyrionis. Salomon eben hasem,) Buzeiden sunt radices durę, albæ, similes behen albo, confert podagræ, & doloribus iuncturarum. Et est medicina Indiæ, qua nos parũ vtimur. Quidam vero detulere eam ad nos, & vidimus eam sępe, Aben mesuai.) Melius quod est ex buzeiden, est album, habens lignum grossum, & multas rugas. Illud vero quod est subtilis ligni, habens superficiem lenem paruæ albedinis, est non bonum, nullius iuuamẽti. Habix dixit ficut ipse. Et dixit cum hoc, quod iuuamentum eius est sicut iuuamentum hermodactylorum, ad remouendos dolores iuncturarum, & ad conferendum podagræ. Mesarugiæ,) Buzeiden est calidũ, auget in spermate. Et de proprietate eius est, quod laxat aquam citrinã. Sed illud est malũ telliculis. Et rectificatio ei⁹ est cũ sinapi, & melius ex eo est nouũ. Et dosis eius est pondus drachmarum duarum.

DE BEL, ET SEL, ET PHEL. CCLI.

BEl, & sel, & phel. Isaac eben amram,) Bel est medicina Indiæ. Et sunt capitella nigra, similia dora, nisi quia sunt minora eis. Et in acuitate capitum ipsorum, & intra ipsa est semen pingue, & est iis lud quod administratur. Et est in eo subtilitas, & defertur ab India, & est calidum & siccum in tertio gradu. Confert fluxibilitati neruorũ, & podagræ, & augmentum facit in spermate. Mesẽhah.) Bel est medicina Indiæ, & est sicut sel, & confert ventositati hęmorrhoidarum. Mesarugiæ,) Bel, & sel, & phel, sunt medicinæ Indiæ, & virtus earum omnium est calida & sicca.

Sed sel. Isaac eben amram,) Est citonium Indum, & est fructus rotundus sicut auellana, nõ habẽs corticẽ super se, & est id quod de ipso administratur. Et virtus eius est sicut virtus zinziberis. Et calefacit in tertio gradu, & humectat in primo, & subtiliat chimos grossos, & confert duriciebus neruoꝝ. Mesehah,) Sel est medicina Indię, calida i tertio gradu, & humida in primo gradu. Et est similis zinziberi. Et subtiliat chimos grossos, & confert duricibus neruoꝝ. Alius.) Sel est similis zinziberi, & est calidũ, & pfert ficcitati neruoꝝ.

Albazari, & Rasis, sicut isti. Sed phel est fructus, super quem est cortex, similis cortici auellanæ, & est in quãritate fisticî, & intra ipsum est nucleus pinguis, qui est sicut granũ pini maioris. Et color eius est inter citrinitatem & inter albedinẽ. Et est id quod administrat. Et potest dici vniuersaliter, q̃ sunt ista tria medicinæ Indiæ, & sunt calidæ, & conferunt fluxibilitati neruorum, & phel confert ventositati hęmorrhoidarum.

De opponoanace.

De pana. c. 83. ca. 46.

DE OPPOPONACE. CCLII.

STeufir,id est opponax. Dioscorides.)Arbor opponacatis plantatur in hortis & pomeriis, eo quod habet parum gummi ad hoc quod plus de ipso colligitur. Et est planta habens folia aspera sicut ficus,non magna, sparsa super terram,viridia,rotunda, & diuisa in quinq; partes,similia foliis ficuum in sua similitudine. Et stipes eius est longus, similis stipiti gabani,albus, super quam sunt pini albi,similes pulueri albo,in cuius circuitu sunt folia parua,& in summitatibus eius sunt capitella similia capitellis aneti, in quibus sunt flores crocei coloris,habentes odorē bonum, & habet semen odoriferum & calidum, & habet radices multas egredientes ab vna radice alba, grauis odoris foliola,super quam est cortex grossus amari saporis. Quod autē ex semine huius plantæ est melius,est illud quod est super stipitē eius, nam illud quod reperit sup herbam, non est tantæ bonitatis. Et ex radicibus eius melior est alba ficca, quæ non est rugosa, nec corrosa, pungens linguam qñ gustat. Et est odorifera. Et colligitur gummi ab ista planta quod opponax dicitur, in hunc modum. Fodit ur terra circa radicem in æstiuo tpe,& sternuntur folia eius in fouea iuxta radicem, deinde vulneratur radix & stipes eius, donec appareat cor, siue medium eius,& tunc emanat lachryma currēs sup folia,quæ qñ deficcata est,accipit, & reponitur. Et color huius gummi est albus, sed qñ deficcatur, fit color eius extetior croceus. Et melius opponax est amarum,interius album,exterius croceum, adhærens manui,facile frangibile,quod cito dissoluitur,grauem habens odorem,lenem,& pingue. Illud vero quod est nigrum, est malum,similiter & molle,nam tale est adulteratum cū ammoniaco & mum. Sed cognoscit,quod qñ ponitur in aqua, & fricatur digitis,quod est bonū, dissoluitur cito,& fit sicut vnguentum,aliud vero non facit hoc. Galenus.)Fructus huius plantę est amarus, calidus,& propter hoc prouocat menstrua. Sed radix eius est medicina quæ deficcat,& calefacit,& in hoc est melior q̄ opponax ipsum. Et in cortice eius est virtus abstersiua. Et nos quidem vtimur eo in medicatione ossium denudatog,& in medicinis vulnerum fraudulentorum,quia medicinæ quæ faciunt hoc,possunt generare carnem in vulneribus forti generatiōe. Hæc nanq; medicina abstergit & deficcat, & non calefacit fortiter. Et his proprietatibus æget medicina,quæ debet generare carnem. Sed hæc huius plātæ,Et est opponax virtus eius prima calefacit in secundo gradu. Et secunda mollificat & resoluit. Et dixit in epistola ad Glauconem,qñ memorauit ei de apostemate duro,qđ erat in puero quod erat exitiale.) Et miscui in medicinis illius de opponacace illud quod erat plus pingue ex eo,& elegi illud quod erat magis nouum,nam non potest esse pingue & mollitium, nisi illud quod est nouum,quod etiā cōtingit de bdellio,& ammoniaco, & galbano. Dioscorides.) Virtus huius gummi & est opponax,est calefactiua,subtiliatiua,mollificatiua,& ideo qñ datur ex eo in potu cum melicrato, aut cum vino,confert rigoribus & frigoribus febriū perio dicarum,& contusionibus neruorum,& doloribus laterum, & torsionibus ventris, & tussi, & distillationi vrinæ,& scabiei,& veticæ. Et quando dissoluitur cum melle, & administratur, prouocat menstrua,& corrūpit fœtum, & resoluit inflationes matricis,& duricies eius, & cum ponitur super sciam, confert dolori eius, & ingreditur in confectionibus oleorum & vnguentorum, quæ fiunt ad lassitudinē, & in medicinis soda. Et quādo ponitur super apostemata quæ dicūtur carbunculi,aperit ea maxime cū passulis. Et qñ fit emplastrum cum eo & oleo,conuenit podagræ, & quādo portur in corrosionibus dentium, ledat dolores eorum,& quando fit collyrium cum eo, acuit visum,& quando miscetur cum tantundem picis,fit emplastrum conueniens,& iuuatium multum morfui canis rabidi. Radix vero plantæ huius quando abraditur,& subijcitur mulieri, expellit fœtum, & sanat vlcera antiqua. Et qñ teritur, & miscetur cum melle,& fit emplastrum cum ea,vestit carne ossa denudata. Sed semen eius quando datur in potu cum absinthio, prouocat menstrua, & quando datur in potu cum aristologia longa,confert morbibus venenosis. Et quando bibitur cum vino,cōfert suffocationibus matricis. Aben mesuai.) Prosprietas eius est,quod confert ad omnia quæ iuuat amoniacum. Et dosis eius est a drachmis quinq; vsq; ad aureum vnum,post quam infunditur in decoctione.

Azaraui.) Opponacax confert neruis. Habix.) Est calidum & siccum in tertio gradu, in vltima eius manfione,& siccitas eius est amplior caliditate eius,& habet odorem acutum multum, & confert vlceribus, quando admiscetur cum vnguentis,& laxat ventrem, quando admiscetur cum aliis medicinis,& confert colicæ quæ fit a frigore,& expellit ventositates a corpore grossas, & extrahit humores crudos, & resoluit dures iuncturarum.

DE GENTIANA. CCLIII.

GEntiana est basilica. Dioscorides.)Est planta habens folia quæ sunt iuxta radicem,similia foliis nucis,vel plantaginis,vel lactucæ,& color eorū trahit ad rubedinem sanguinis,& a medietate eorum superius vsq; ad summitatem sunt incisa incisione minuta sicut serra,& habet hastam concauam interius & lenem,in grossitudine digiti,& in longitudine vnius brachij,& habet nodos a se inuicem distantes in quibus nascuntur folia,& habet semen velut in pomis latis lenibus,sicut semen plantæ quæ dicitur sachilios,& habet radicem longam,similem radici aristologiæ longæ,grossam,amaram, ad nigredinem tendentem,& fragilem,nascitur in montibus excelsis,& locis vmbrosis,& humidis. Galenus.) Id quod de ipsa administratur,est radix eius,sapor eius est amarus in fine amaritudinis. Et virtus eis est magna in mundificatione & abstersione,& in aperiendo oppilationes. De gentiana.li.3.c.3

Dioscorides.) Virtus radicis eius est calefactiua & styptica, & quando datex ea in potu quantitas drachmæ vnius cum pipere,& ruta,cum vino,resistit morsui venenoso, Et quando bibitur ex succo eius drachma vna cum aqua,confert doloribus lateris,& casui,et attritioni neruorum,& contorsioni eorum, & doloribus hepatis,& stomacho. Et quando fit cum ea nasale, expellit fœtum. Et quando ponitur in vulneribus cū licio, confert eis,& curat vlcera corrosiua,sed succus eius est melior in hoc, & fit cum eo medicina apostemati calido oculorum, & miscetur in sief calidis loco succi papaueris nigri,& radix ipsa delet morpheam albam,& exprimitur succus quando contunditur,& infunditur in aqua quinq; diebus, & postea coquitur in eadem aqua, donec virtus tota in aquam transeat, & fricatur,& colatur, & iterum aqua ipsa coquitur,donec fit sicut mel,& reponitur in vase terreo. Abix.) In gentiana est proprietas, quæ confert morsui canis rabiosi, & quæ est contraria venenis mortiferis, bibita,aut imposita super locum morsuræ,& morsui tyri, & serpentum,& scorpionum, & aliorum venenosorū. Et ego non vidi medicinam meliorem ista in morsu canis rabidi,quando datur ex ea qualibet die drachma vna trita & cribrata cum drachma vna myrrhæ,& cum drachmis duabus pulueris cancrorum fluuialium adustorum,in principio ęgritudinis,antequam timeas turaqua. Et hæc quidem planta est contraria venenis mortiferis,& aufert nocumentum eorum, cum auxilio Dei.

De dauco

Li 3.c.46.

DE DAVCO. CCLIIII.

De dauco li.3.c.167.

DAucus. Dioscorides.) Sunt eius tres species, vna habet folia fimilia foliis marathri, nisi quia sunt minora, subtiliora, & mollia, & habet hastam in longitudine circa palmos duos, & habet capitella fimilia capitellis coriandri, & habet florem albũ, & est ibi semen asperum, & quasi pilosum, minutum, quod qñ masticatur, est acuti saporis, & boni odoris, et habet radicem, grossitudinem vnius pollicis habẽtem, & longitudinem circa palmum, & nascitur in locis siccis, & asperis, & Soli expositis. Et secunda species eius est similis apio agresti, habens odorẽ aromaticũ, & acutum saporem, pungens linguam, sed melius est Cretis cum, de quo supra diximus. Tertia vero species habet folia fimilia foliis coriandri, & florẽ album, & semen in capitello fimile capitello aneti, & semen & capitellũ assimilantur capitello bauciæ, in sua figura, & est plenũ semine oblongo, fimile cymino agresti, & est acutum.

Galenus.) Virtus seminis dauci est calida fortiter, & secunda est quæ resoluit, qñ ponitur exterius, & incidit, & subtiliat, qñ sumitur interius, & tertia prouocat vrinam, & in hoc fortius omni medicina, & prouocat menstrua, & foliorũ virtus est eadem, nisi quia est debilior seminis virtute, propterea qñ admiscetur foliis de humiditate aquosa, quæ est frigidæ complexionis.

Li.3.c.67. Dioscorides.) Semen omnium istarũ specierum qñ bibitur, calefacit, & prouocat vrinam, & menstrua, & expellit fœtum, & sedat tortiones, & tussim antiquam, & qñ bibitur cum vino, confert morsui rutellæ, & qñ fit emplastrum cum eo, resoluit apostemata phlegmatica, & curat pustulas. Et ofum specierum dauci adminis strantur semina in vsu medicinæ, præter semen illius speciei quæ dicitur karticon, & est species prima, qñ radix eius administratur, radix enim eius datur in potu cum vino ad morsus venenosos.

DE FVMO. CCLV.

DOchan, id est fumus. Galenus.) Substantia eius est terrea, subtilis, & est in eo cum hoc residuum paucum ex igne. Et omnis qdem fumus desiccat, sed diuersificantur species eius secundum diuersitatem corpoꝝ, a quibus resoluunt, nam ex medicina quæ est calidior & acutior, generatur fumus, q est secundum naturam ipsius. Et a medicina quæ declinat ad dulcedinẽ, & est parum mordicatiua, generat fumus qui est similis ei. Et fumus olibani administratꝰ cũ pluribus medicis, in medicinis oculorum, habentibus apostemata & vlcera, nam mundificat ea, & replet ea carne, & administratur etiam in cohol, quę fiunt ad restaurandum pilos palpebrarũ. Et fumus myrrhæ & terebinthinę sunt longinqui a nocumẽto. Sed fumus storacis est fortior istis. Et fumus picis adhuc fortior. Et fumus alkitran est fortior fumo picis. Et medici qdem administrant illo qui fiunt ex fortioribus speciebus in medicatione palpebrarum, qñ est in eis ægritudo, quæ dicitur sulach, & est ęgritudo cum qua cadunt pili cum duritie palpebrę, & rubore, & in medicatione corrosionis & pruritus, qui sunt in lachrymali oculi, & in medicatione oculorum humidorum, in quibus nõ est apostema. Et administrãt alias species quæ sunt magis mollificatiuæ in aliis ægritudinibus, in quibus administratur fumus olibani.

De fuligine li.1.c.73.

Li.1.c.73.

De fuligine picis ibi.c.ca.80.

DE CINNAMOMO. CCLVI.

De cinnamomo li.1.c.131. Arseni, id est cinnamomum. Dioscorides.) Dicitur lingua Persica arbor seni. Et darseni quidem sunt multæ species, & denominantur pluribus nominibus, & diuersis, secundum diuersitates locorum, sed melior ex speciebus eius est illa quæ dicitur mafolites, quia habet cum cassia lignea, quæ etiam dicitur mafolites aliquam similitudinem. Et melius cinnamomum ex ista specie est illud quod est nouum, nisi grum, cinericium cum rubore, & est subtile, lene, & rami eius sunt spissi adinũicem, lenes, & pleni nodis, habentes odorem bonum, & melius ex hoc etia est, quod cum odore optimo fuo trahit odorem rutæ, & cordis meni, & est in eo acuitas & mordicatio linguæ, & parũ salfedinis cum caliditate, & qñ franguntur rami eius, egreditur vel eleuat inde puluis odoriferus, cuius odor superat omnia quæ sunt circa se. Et de experientia bonitatis eius est, quod qñ ramos eius euellis a terra, radices eius euelluntur facile cum eis. Et melius quidem ex hoc est illud quod replet subito fauces fuo odore, in primis quãdo gustatur. Et est species alia, ex eo quod est mõtanum, asperum, breue in fua altitudine, & grossum, cuius color est subruffus. Tertia vero species est propinqua speciei quæ dicitur masolen, id est cassiæ masolites, cuius color est subniger, lene, non habens multos nodos. Et est species quarta cinnamomi, cuius color est albus, teneri tactus, rumens, cuius rami sunt facile frãgibiles, & tale cinnamomum est vtile ad plantandum, nã radices habet magnas. Et est species quinta, cuius odor est similis odori cassiæ, habens odorem bonum, subruffi coloris, cuius cortex est similis cortici cassiæ lignea rubeæ, & tale est durum tactu, & habet grossam radicem, & odor illius est similis odori kaud & odori myrrhæ, aut cassiæ, & est odor eius cum quadam pinguedine, & est minus in bonitate quam optimum, & melius ex hoc est album, habens ligna grossa. Illud vero quod est lene grossum, non est alicuius iuumenti. Et inuenitur alia species cinnamomi quæ dicitur vasor, & cinnamomum, & est grossæ plantæ, non habens fortem odorem, & est debilis virtutis, & est ex canna cinnamomi quod nominatur cinnamum, quod habet similitudinem cum cinnamomo in apparentia, sed differẽtia quæ est in eis est pinguedo ipsius odoris. Sed id quod dicitur kerfe, est simile cinnamomo, in radice sua, & multitudine odorum, & est cinnamomũ lignosum, habens ligna fortia & longa, & bonitas odoris eius est minor qꝫ cinnamomi, & quidam putant qđ kerfe est alia species a cinnamomo, & quod fit alterius naturæ ab eo. Galenus.) Substantia eius est subtilis, & virtus eius prima est calida in tertio gradu, & nõ est in aliqua medicina calefactiua deficatio, sicut est deficcatio ipsius propter subtilitatem suæ substantiæ, sed kerfe cinnamomi est quasi cinnamomum debile, & quidam sunt qui nominant cinnamomum zor, & dixit in libro de cibis, quod cinnamomum aromatizat stomachum, & confert frigiditati hepatis, & facit euenire somnum, & aperit oppilationes, & prouocat mẽstrua, & abstergit obscuritatem visus, & deficcat humiditates quæ sunt in capite & stomacho, & de proprietate eius est, qꝫ vsus comestionis eius confert obscuritati visus, quæ accidit ab humiditate. Diofcorides.) Virtus cinnamomi est calefactiua, prouocatiua vrinę, mollificatiua, maturatiua, prouocatiua menstruorum, si cum aqua bibitum fuerit, & expellit fœtum, quando fit nasale cum eo solo, aut cum myrrha, & est conueniẽs morbibus venenosis, & medicinis mortiferis sumptis per os, & abstergit obscuritatem visus, & aufert humiditatem lacteam quæ est in oculo, & maculam, & lentigines quæ sunt in vultu, quando fit linimentum cum eo, & melle, & confert tussi, & catarrho, & hydropisi, & dolori renum, & stranguriæ. Et ipsum quidem ingreditur in cõfectione medicinarum odoriferarum bonarum, & est maximi iuuamenti. Cinnamomum quidem teritur, & conficitur cum vino bono, & fiunt inde trocisci qui deficcãtur in vmbra, & reponuntur, & fic virtus eius diutius seruari potest. Reperitur autẽ species alia cinnamomi quæ nominatur bramonium, & quidam nominãt illud fictitium cinnamomum, habens apparẽtiam boni, habet ramos asperos multum,

& grossum lignum, plusq; cinnamomum multum, & non est ita subtile, nec boni odoris, nec saporis, nec virtutis, vt ipsum.

DE HYPERICONE. CCLVII.

De hyperi con libro 3. ca. 146.

Riostricon, id est hypericon. Dioscorides.) Sunt quidam qui nominant hanc herbam castimpetheos, propter similitudinem quam habet semẽ eius in odore cum resina pini, nam pitheos, id est pinus, & est arbustum, quod est idoneum ad accenden dum ignẽ sicut ligna, & habet folia fimilia foliis rutæ, & longitudo eius est circa palmum vnũ, & color ipsius est vergens ad ruborem sanguinis, & habet florẽ subtilem, album, similẽ flori keiri albo, & semen eius est in corticelongo, et rotundo, magnitudo seminis est in quantitate grani hordei, & color eius est nigẽr, & habet odorem similem odori resinæ pini, nascitur in locis asperis & domesticis, & vsus eius est quod administretur sicut est, ita quod non simus contenti semine solo interiori. Galenus.) Substantia eius est subtilis. Et virtus eius prima est quę calefacit & deficcat. Secunda est quæ subtiliat. Et tertia eius virtus prouocat vrinam & menstrua, & quando volumus ex ipso dare in potu, oportet quod exhibeatur fructus eius sicut est, & non simus contenti solo semine interiori, & cum hoc hac cipiuntur folia eius, & fit emplastrum cum eis super locum combustionis ignis, confert, & quando ponitur super vlcera, facit ea incarnari cito, & quando deficcatur & teritur, & pulueriz atur puluis ipsorum super vlcera putrida, curat ea, & ita curauit ipse puluis plurimos

Li. 3 c. 146 a dolore sciæ, datus in potu. Dioscorides.) Quando fit nasale, prouocat menstrua, & quando bibitur semẽ cum vino, curat quartanam, & quando bibitur eodem modo quadraginta diebus continuis, sciaticam curat, & quando fit emplastrum ex foliis & semine, curat cõ

De asclyro li. 3. c. 147 buſtionẽ ignis. Et ex hypericon est alia species quæ dicitur asbirach, vel asquiron, diuersa a specie prima in magnitudine sua, nam hæc est maior, & habet plures ramos maiores, & magis lignosos, & est plus aperta accensioni ignis, & color eius est rubeus, & flos citrinus, sed semen eius est simile semini hypericon suprae dicti, & quando fricatur inter digitos, inficit eos color re rubeo sicut sanguinis, & odor eius ab ipso est sicut

De andro semo li. 3. ca. 148. odor resinæ pini. Et alia eius species quæ dicit androsemon, & differt ab hypericon primo, & est arbustum quod administratur ad accendẽdum ignem, sicut supradictæ species, habens semen subtile, & ramos rubicundos, plurima rubicunditate valde, & folia ferẽ triplo maiora foliis rutæ in quantitate sua, & quando folium eius frangitur, egreditur inde humiditas simis lis humiditati rutæ, & habet ramulos plurimos, habẽtes summitates diuisas, super quas sunt flores subtiles, citrini, parui, & semen eius est in thecis, similibus teciis papaueris nigri, & quãdo hæc herba frangitur, flagrat odorem similem odori resinæ pini. Galenus.) Fructus ambarum istarum specierum laxant ventrem. Sed folij eius virtus est quæ desiccat, & abstergit parum, & confidunt de eis quidam q̃ curent combustionẽ ignis, & quando coquuntur in vino styptico, habet vinum

Li. 3. c. 147 illud virtutem incarnandi vulnera magna. Dioscorides.) In specie quæ dicitur asbirach, vel asquiron, q̃ bibitur ex foliis huius plantæ cum coryla vna hydromellis, confert sciaticæ, & laxat ventrẽ, et expellit choleram, & oportet quod vtatur eo, habens sciaticam donec sanetur, & quando fit emplastrum cum hac planta, confert combustioni ignis, & dicitur andresegian, q̃ semen huius plãtæ teritur, & bibuntur de eo drachmæ duæ, laxat ventrem, & purgat choleram, & curat proprie sciaticam, & oportet quod ille qui sumit hanc medicinam, bibat post eius purgationẽ suctimos siue fustos aquę, & quando fit emplastrum cum hac herba, curat combustiones ignis. Et ex hypericon est alia spe cies quæ dicitur coras, habens folia similia foliis herbę quæ dicitur arich, nisi quia sunt minora eis, & est in ea humiditas quædam pauca, quæ adhæret manui, & color eius est rubeus, vergens ad ruborem sanguinis, & habet ramulos multos, longos & graciles, & longitudo eius est quasi palmorum duorum, habet odorẽ bonum, & saporem acutum. Galenus.) Virtus huius est subtilis deficcatiua. Et ideo dicunt quod confert habenti tortiones in ventre. Et nomen quidem eius deri natura nomine rutellæ, quia ipsa confert morsui eius. Li. 3. c. 149

Dioscorides.) Semen huius quando sumit in potu, prouocat menstrua & vrinam, & quando bibitur cum vino, confert morsui rutellæ, & confert speciei paralysis, quæ facit hominem declinare caput ad posteriora, & quando bibitur cum pipere, confert ad alcuzez, & fit ex eo cum bacis lauri vnguentum, quod confert paralysi, quæ facit declinare caput ad posteriora.

DE AMONIACO. CCLVIII.

De amoniaco li. 3. ca. 150.

Raxach, id est amoniacum. Dioscorides.) Est gummi plantæ similis plantæ galbani in figura sua, nascitur in terra dicta a rege Minois, & est in partibus Codi, & dicitur herba eius Græce afios, Huius radix vulneratur, & egreditur inde lachryma, quæ colligitur & seruatur, sed aliquando deipso cadit super terrã, quare admiscetur cum eo terra, & lapilli, & aliæ sordes, sed melius ex eo est habens odorem bonũ, in quo non sunt lapides, nec ligna, & recens ad albedi nem approximãs, cuius fractiones sunt similes fructus olibani, & est purum fine sorde, & odor eius vergit ad odorem castorei, & sapor eius est amarus, & habet in se pinguedinem & splẽdorem cum solidit ate, & illud quod est huiusmodi, dicitur carnisima, & illud quod continet terram & lapides, nominat chironia, & desfertur a terra quæ dicitur Monacon, & est succus plantæ, similis plantæ galbani in similitudine sua, & nascit ibi. Galenus.) Virtus eius prima est quæ calefacit & deficcat, & secunda est quæ mollit & resoluit, & attrahit, & tertia est virtus quæ resoluit duricies quę sunt in

Li. 3. c. 80. iuncturis, & resoluit duricies splenis, & resoluit scirophulas. Dioscorides.) Virtus amoniaci est virtus mollificatiua, attractiua, calefactiua, resolutiua duriciei rũ, & exiturarũ, & q̃ bibitur, laxat ventrẽ, & extrahit fœtum, & q̃ bibuntur de ipso drachmæ duæ cũ aceto, resoluit duricies splenis, & curat dolores iunctu rarum & sciaticæ, & quando miscetur cum melle, & fit cum eo lohoc, aut miscetur cum aqua hordei, & bibit, & pert asmati & coarctationi anhelitus, quæ cogit hominem stare erectum, & epilepsiæ, & humiditatibus quæ sunt in pectore, & prouocat vrinã, & mũdificat vlcera quæ sunt in oculo, quæ dicuntur leucomatæ, & lenit asperitatem palpebrarum, & q̃ dissoluitur in aceto, & ponitur super splenem, & hepar, resoluit duricies eorum, & q̃n fit emplastrum cum eo, cum pice & melle, resoluit humores petrificatos in iuncturis, & q̃n miscetur cum aceto, & nitro, & oleo alcannę, & fit linimentum cum eo, confert laxitudini & sciaticæ. Abugerig.) Cõfert vlceribus ipsum, & myrrha in vnguentis positum, & comedit carnem corruptam, & facit nasci bonam, & maturat apostemata dura, & rectificat medicinas laxatiuas, & ipsum purgat phlegma viscosum, & confert aquæ citrinæ q̃ bibitur, aut fit emplastrum cum eo, & quãdo dissoluitur in aqua, & fit collyrium cum eo, confert lachrymis oculorũ. Atabari.) Interficit scarides, prouocat menstrua & vrinam, & expellit humiditatem a corpore. Aben mesuai.) Proprietas eius est conferre sciaticæ, & podagræ, & doloribus iunctuarũ, qui fiunt a phlegmate viscoso, q̃n datur ex eo aureus vnus, po q̃ resolutum fuerit in decoctione, & ipsum bibitur simplex & mixtum cum aliis medicinis.

De acoro,

DE ACORO. CCLIX.

De acoro lib.1.ca.1.

VAeg, id est acorus, & nominatur spatella. Dioscorides.) Folia eius sunt similia foliis iris, nisi quia sunt subtiliora, & latiora. & longiora ad albedinem trahentia, & in summitate ipsorū sunt frigida & acuta, ad similitudinem gladij, & habet florem croci coloris, & radices non multū dissimiles a radice iris, nisi quia sunt cohærētes adinuicem, & nō sunt rectæ, sed tortuosæ, habentes nodos, & geniculatos, & color earum exterior est trahens ad rubedinem, & habent acutū saporem, & odorē non malum, & habet semen plenum, densum, & tumidum, odoris placibilis, & melior ex acoro est radix eius, & est ille q est albus, non corrosus plenus, odorem bonū habens, & ille qui defertur ex regione Halchis, est huiusmodi. Galenus.) Quod de ipso administratur, est radix, & substantia eius est subtilis, & sapor eius est acutus, cū pauca amaritudine, & odor eius nō est malus, et virtus eius prima est calida & ficca in secundo gradu, & secūda est quæ abstergit & subtiliat, & tertia eius virtus est quæ prouocat vrinam, & confert duriciei splenis, abstergit & subtiliat quod generatur in tunica cornea oculi, & id quod ex eo est magis inuatiuum ad hoc est succus radicis eius. Et dixit in secūdo Timæi, quod acorus abstergit sine mordicatione, & natura eius est sicut natura aristologiæ, & radicis liquiritiæ. Dioscorides.) Virtus radicis eius est calida, & operatio eius, & meu sunt similes in oībus, nisi quia acorus est fortioris operationis, et fortioris caliditatis, elixatura eius prouocat vrinam qñ sumitur in potu, & confert dolori lateris, pulmonis, & pectoris, & hepatis, & torsionibus, & attritionibus neruorum, & resoluit duriciem splenis, & confert difficultati vrinæ, & morbibus venenosis, & fit encatisma in qua mulieres fedent ex decoctione eius, sicut fit ex decoctiõe ireos ad dolores matricis, fed succus radicis eius abstergit obscuritatem visus. Et radix quidem acori ingreditur in confectionibus tyriacarū, & aliorū antidotorum. Mesarugiæ.) Acorus resoluit ventositates q̄ sunt coarctate sub splene. Sindaxar.) Est bonus grauitati linguę, Aben mesuai.) Proprietas eius est subtiliare aliugine oculi, & abstergere eā.

Li.1.ca.1.

DE HYSOPO SICCA. CCLX.

De hysopo lib.3. ca.16.

CYsæ, id est hysopus sicca. Ifaac eben amram.) Est herba nascens in montibus domus sanctæ. quæ extendit ramos suos super faciem terræ, quantitate vnius brachij, & minus. Ramuli eius & folia sunt similia foliis maioranæ, & herba quidem est viridis primo, fed postea citrinescit, Et ramuli eiꝰ sunt pulueulenti, quorum grossitudo est sicut ramulorum maioranæ, & habet odorem bonū, & saporem amarū, & colligitur in Vere. Dioscorides.) Est herba nota, & est duarum specierū, scilicet, mōtana, & domestica. Galenus.) Substantia eius est subtilis, & virtus eius prima est quæ calefacit & deficcat in tertio gradu.

Li.3.ca.16. Dioscorides.) Virtus eius est calefactiua, quando ipsa coquitur cum aqua, & ficubus, melle, & ruta, & datur in potu, confert apostemati splenis, pulmonis, & asmati, & tussi antiquæ, & catarrho qui descendit a capite ad guttur. & pectus, & confert strictuę anhelitus, & difficultati eius, in qua cogitur homo stare erectus, & occidit lumbricos, & qñ sit lohoc cum ea & melle, facit hoc, & qñ bibitur decoctio eius cum oximelle, purgat chimum grossum, & comeditur cum ficubus recentibus, ad molliendum ventrem. Et quando admixentur cum eo cordumeni, & ireos, est fortioris laxationis, & melioratur colorem. Et fit cum eo emplastrum cum ficubus & nitro, ad splenem, & hydropisim. Et qñ bibitur cum vino, resoluit apostemata dura, & fit ex eo emplastrum cum vino ad apostemata calida, & quādo fit cum eo emplastrum bullito in aqua, resoluit fluorē sanguinis qui est sub oculo, & quando sumitur cum decoctione ficuum, est bonum squinantię quæ dicitur sangi, & quando coquitur cum aceto, & fit cum eo collutio oris, sedat dolorem dēsium, & fit fumigium cum decoctione eius auribus, & resoluit ventositatem quæ est in eis. Alkanzi.) Mollificat duricies corporis & valet ad duricies & frigiditates quæ sunt in matrice, & in renibus, & vefica, & hepate. Rursus laxat humores crudos.

Li.1.ca.78.

DE ZVRVMBETH. CCLXI.

ZVrumbeth. Galenus in translatione Arabica.) Tarich adhueba est zurumbeth, & est ex speciebus odoriferis, & propter hoc admiscet in confectionibus aromaticis, & est calidum & siccum prope tertium gradum, et est in virtute fua fimile cassię ligneæ, & cubebis. Et dixit Cassidonius.) Si non habes cinnamomum, pone pro eo zurumbeth. Paulus sicut Galenus, nec plus, nec minus vna litera, quare fignatur, quod ab eo transfuit. Ifaac eben amram.) Est arbor magna quæ nascit in montibus Lubnen, id est in Oriente, nullum faciens fructum, habens folia longa, quorum color est inter viriditatem & citrinitatem, similia foliis salicis, & ita est color ramorum etiam, & habet odorem sicut odor citri, & est calida & ficca, & sypirica, resoluit & stringit ventrem. Mesesah.) Est in ea sypticitas, & cum hac est in ea subtilitas, & calidi tas, & stringit ventrem. Mesarugiæ.) Virtus eius est sicut virtus nucis muscatæ, verum est subtilior ea. Qñ fit ſternutatorii cum eo, & oleo violaceo, confert dolori capitis frigido & humido, & confert stomacho & hepati propter suam aromaticitatem.

De pice li quida li.1. ca.78.

DE PICE. CCLXII.

EFerf, id est pix est ex ea humida & ficca. Dioscorides.) Humida colligitur ex humidiori parte ligni aridi, & est masculus pini, & non profert frustum, & est tacaut, & melior ex ea est alba, splendens, lenis, & munda. Galenus.) In substantia eius est de subtilitate, & in eius sapore est sapor ex ficcitate. Et virtus eius prima calefacit plusquā deficcat, & admiscetur ei ex humiditate acuta nō pauca quātitas. Secunda virtus est virtus sicut picis ficcę, nisi quia ipsa nō incarnat. Et tertia virtus est virtus quæ cōfert asmaticis, & spuētibus faniem, qñ de ipsa sumitur in potu pondus vnius conos, & est vncia vna & semis cū melle, & ipsa aufert maculas albas vnguium, & aufert impetiginem, & maturat apostemata dura plus satis q̄ facit ficca. Et fit ex pice ista oleū, quod colligitur qñ ipsa coquitur, & colligitur ex ea fumus etiam, & oleum picis humidæ: est simile ei in corporeitate sua, verum substantia eius est subtilior substantia picis humidæ. Dioscorides.) Pix humida cōfert medicinis mor iferis bibita, & qū accipitur ex ea ficut lohoc in pondere vnciæ vnius & dimidiæ cum melle, confert habenti vlcera in pulmone, & faniem in pectore, & pulmone, & tussi, & asmati, & quæ. do fit linimentum cum ea, & melle, & confert apostemati neruorum, quod dicitur karifmon, & est apostema quod fit inter tracheam arteriam, & meri, & apostemati vuulæ, & apostematibus faucium, & apostemati quod fit in lateribus gutturis, & quod tendit ad interiora, & dicitur squinantia, & confert, & quando administratur cū oleo rosaceo, confert auri, ex qua egreditur sanies, & quando fit emplastrum cum ea, & sale, confert morsibus venenosis, & quando miscetur cum mum in æquali proportione, aufert maculas quę fiunt in vnguibus, & impetiginem, & resoluit apostemata dura, & durities matricis & ani, & quādo coquitur cum farina hordei, & cum vrina infantium, tunc aperit scrophulas, & quando miscetur cum sufrure, aut cum cortice iacut, & est pinus masculą, & limitur cum ea formica, confert, nō finens eam dilatari in corpore,

& quando cum puluere thuris miſcetur & mum, incarnat vlcera profunda, & qñ coquitur ſola, & ponitur ſuper ſciſſuras quę fiunt in pedibus, & in vlceribus quę fiunt in ano, conuenit eis, & admiſcetur melli, & mundificat apoſtemata & vlcera, & facit naſci carnẽ in eis, & qñ admiſcetur cum paſta & melle, aufert eſcaras quę fiunt in vlceribus, quæ dicuntur pruna, & vlcera putrida, & confert ęgritudinibus hepatis ac ſtomachi, & datur ex ea vncia vna, & facit hoc, & qñ admiſcetur cum vnguentis putrefactiuis, confert. Et eſt ex pice quę dicitur kepſen, quæ ſit quando aufertur ab ea aqueitas eius, quando apparet in ea aqueitas ſimilis aquæ caſei, quæ colligitur quãdo decoquitur pix, qñ ſuſpenditur lana ſuper picem, & quando lana illa fuerit madida ex humiditate quæ eleuatur ex pice, exprimitur in vaſe alio, & pix decoquitur, vel kapſe, quouſq; auferatur tota humiditas, & confert ad omnia ad quæ cõfert pix humida, & quando ſit emplaſtrum cũ ea, & farina hordei, facit naſci pilos in alopicia, & pix humida curat vlcera animalium, et ſcabies eorum, quando liniuntur vlcera cum ea, & confert contuſioni neruoꝝ, & chordarum ac ſciaticæ, & colligitur ex pice humida fumus, quem ſic colligere debes, accipe lucernam ferream, & pone in ea *licinium*, & parum picis, & accende *licinium*, & cooperi lucernam cum coopertorio, habente culmũ in ſummitate perforatum, & dimittas ardere, & quando finietur pix quæ ſuit impoſita in lucerna, pone de pice iterum, & facias hoc donec habeas de fumo quantum volueris, & virtus huius fumi eſt ſtyptica, ſicut fumi olibani, & adminiſtratur in collyriis quæ præparãt oculum, ac in vnguentis quę faciunt naſci pilos palpebrarum qui ceciderẽ, & in debilitate oculorũ, lachrymis, & vlceribus. Sed pix ſicca fit ex pice humida qñ coquitur, & eſt quædam ex ea quæ eſt ſimilis viſco in viſcoſitate ſua, & nominatur viſcoſa, & eſt alia quæ eſt ex toto ſicca, & melior ex ea eſt illa quę eſt pura, tenax, odorifera, ſimilis reſinæ pini. Galenus.) Sapor eius eſt acutus, & fere amarus, & virtus eius Prima eſt calida in tertio gradu, & deſiccatio eius eſt plusq̃ calefactio ipſius, Secunda virtus eſt, in qua eſt parum abſtersionis, & parum maturationis, & parum reſolutionis, & incarnatiõis, & Tertia virtus eius eſt, quæ aufert ma culas albas quæ ſunt in vnguibus, qñ miſcetur cũ cera, & aufert impetiginem, ac maturat omnia apoſtemata dura, quando ponitur in emplaſtris, & incarnat loca percuſſionũ fortiter. Dioſcorides.) Virtus eius ſiccа eſt calefactiua, mollitiua, aperitiua, reſolutiua apoſtematum, & generat carnem in vlceribus, & ingreditur in vnguentis quæ ſiũt ad vulnera. Sed pix quæ abraditur a nauibus, quidam dixerunt quod eſt ſicut reſina pini mixta cum mum, & ipſa deſiccat ſuperfluitates, ac diſſoluit eas propter moram quã fecit in aqua maris. Galenus.) Diſſoluit ſuperfluitates, quia ipſa acquiſiuit virtutem iſtam a marina aqua.

De pice a-rida lib. 1. ca. 81.

Li. 1. c. 81.

De zopiſſa li. 1. ca. 81.

DE CARDO. CCLXIII.

De carduo li. 3. ca. 14.

RAxos eſt ſpecies cardi. Dioſcorides.) Sacolomas eſt ex ſpeciebus ſpinarum, & folia eius ſunt ſicut folia cameleontæ albæ, niſi quia ſunt nigriora, & habet virgam longam plenam foliis, & ſuper ipſum eſt capitellum ſpinoſum, & habet radicẽ nigrã & groſſam, & eſt id quod de ipſa planta adminiſtratur.

Galenus.) Virtus eius prima calefacit in ſecũdo gradu, in vltimo eius, & in principio tertij, ficca in tertio. Et virtus tertia radicis eius eſt, quæ prouocat vrinam multam fœtidam, qñ coquitur in vino, & bibitur illud vinum: & propter iſtam cauſam aufert fœtorem aſſellarum, ac fœtorem totius corporis. Et operatio eius in hoc ſita tota ſubſtantia ſui, quia expellit a corpore humores tales. Dioſcorides.) Quando decoquitur radix eius in vino, & bibitur vinum illud, anfert fœtorẽ aſſellarum, ac prouocat vrinã multam fœtidam. Et comeditur planta iſta recens, ſicut comeduntur ſparagi.

Li. 3. ca. 14.

DE CAMELEONTA alba. CCLXIIII.

De chame leone alb. li. 3. ca. 8.

KEmeleon leuce, id eſt cameleonta alba. Dioſcorides.) Sunt homines qui nominant eã accia, & eſt planta quæ reperitur iuxta radicẽ cuſſus, & nominatur ex nomine cuſſus. Hoc nomen accia & eſt dictũ viſcoſum, nam viſcoſitas quædam reperit prope radicẽ huius plantæ, qua mulieres vtuntur loco maſticis, et folia eius ſunt ſimilia foliis ſpinę, quam homines Orientis noſant harub, & foliis ſpeciei ſpinæ, quę dicit ſacolomas & folia eius ſunt aſperiora, & acuitates ſunt miratum magis ſi cameleontę nigrę, & non habet virgam, ſed naſcitur in medio eius ſpina ſimilis Ericio marino, aut ſpinæ quæ dicitur alkareozan, id eſt cardo, in qua eſt flos coloris purpurei, ſpiſſus, paruus, ſeu ſubtilis ſicut capilli, & ſemen eius eſt ſimile grano cartami, & radix eius cum ipſa orit in bona terra, & pingui, eſt groſſa, ſed qñ naſcitur in montibus, eſt ſubtilis, color eius interior eſt albus, & in odore ſuo eſt odor grauis, & odor aromaticus ſimul, eſt tenera, & dulcis ſaporis.

Galenus.) Sapor eius eſt amarus, et pluris amaritudinis qñ nigra. Et ipſa calefacit in ſecũdo gradu prope finem eius, & deſiccat in tertio. Et dat in potu de radice eius aſcotaphen vnũ cũ vino ſtyptico, & occidit aſcarides, & datur ſimiliter hydropicis. Dioſcorides.) Li. 3. ca. 8. Qñ de ipſa bibitur pondus vnius aſcotafen cum vino ſtyptico, in quo decoquitur polium montanũ, expellit aſcarides, & dat hydropicis ſi cũtitate vnius alchimian, & attenuat tumorẽ eoꝝ. Et bibit decoctio eius ad ſtãguriam, & qñ decoquit & bibitur, confert morſibus venenoſoꝝ, & dyſenterię. Et qñ miſcet cũ ſauich, & cõſicitur cũ aqua & oleo, occidit canes, porcos, & mures.

DE CAMELEONTA nigra. CCLXV.

De chame leõe nigro li. 3. ca. 9.

KAmeleon melanos, id eſt cameleonta nigra. Dioſcorides.) Noſant eã hoſes cameleonta, propter varietatem ſlos eius, quia de eis reperiunt virides multũ, & aliqui ad albedinẽ declinãtes, & aliq ad cœleſtem colorem, & quidam ad rubedinem ſanguinis, ſecundum diuerſitatem locorum in quibus naſcitur. Eſt planta, cuius folia ſunt ſimilia foliis ſpinæ quæ dicitur ſeoloinas, niſi quia ſunt minora eis, & ſubtiliora. Et eſt in eis rubedo trahẽs ad ruborem ſanguinis, & habet ſtipitẽ in groſſitudine digiti, & in longitudine palmi vnius, & color eius eſt ad rubedinem ſanguinis, & ſuper ipſum eſt capitellum ſpinoſum, in quo eſt flos ſubtilis, ſimilis in colore flori herbæ quæ dicitur boachis, & ſunt in eo maculæ. Et radix eius eſt groſſa, nigra, & veluti corroſa, cuius color interior eſt decliuis ad rubedinem, & quando matticatur, mordicat linguã, & naſcitur in locis petroſis, & in littoribus maris. Galenus.) In radice huius nigræ ſpeciei eſt res occidens, & propter hoc adminiſtratur exterius tantum. Et virtus eius prima calefacit in tertio gradu in fine eius, & deſiccat in tertio. Et virtus eius ſecunda eſt quæ abſtergit. Et tertia virtus eius eſt, quæ curat ſcabiem, impetiginem, & morpheã. Et vniuerſaliter aufert omnes ægritudines quæ egent abſtertione. Et quando ſit cum ea emplaſtrum, curat vlcera corroſiua.

Dioſcorides. Quando teritur radix huius plantæ, & miſcetur cum calcaneo, cum alchitram, & ſepo antiquo, curat ſcabiem. Et quando miſcetur cum ſulphure & aſphalto, & coquitur cum aceto, & linitur impetigo, curat eam, & quando ſit cum decoctione eius oris collutio, aufert dolorem dentium, & quando mis ſcetur cum æquali quantitate eius ex pipere, & cera, confirmat dentes commotos, & calefacit eos, & auſert dolorem eorum, & decoquitur cum aceto, & eſt emplaſtrũ

Li. 3. ca. 9.

est emplastrum conueniens dentibus & naso, & quando teritur, & ponitur in summitate stili, & ponitur super dentem malum, frangit ipsum, & quando miscetur cū sulphure, mundificat impetiginem, & morpheam, & cicatrices, & quando miscetur in vnguentis corrodentibus, facit hoc, vlcera sordida corrodentia & fraudulenta curat, & mundificat, quādo emplastrat cum ea, si Deo placet.

DE KARABE VEL kakabre. CCLXVI.

HAur romi, id est karabe vel kakabre, Galenus.) In rosa huius arboris est subtilitas plus quā grossities. Et virtus eius prima est calefactiua in tertio gradu, sed desiccatio vel humectatio non sunt in eamultum, verum declinat ad siccitatē paululum, sed gummi eius est karabe. Et virtus eius est similis virtuti floris eius, nisi quia est calidior parum, & semē eius seu fructus est subtilioris substantiæ quā gummi, & maioris deficcationis, & est hoc plus quā flos, nisi qa non est mul tæ caliditatis. Sed foliorum virtus est sicut virtus rosæ eius, nisi qa operatio eorū est debilior opatione ipsius.

De populo li.1.ca.93. Dioscorides.) Quando fit emplastrum cum folijs haur romi, cōfert pulsationi podagræ, gummi eius in greditur in confectionibus vnguentorū, & qñ bibitur semē eius cū aceto, curat epilepsiam. Et dicitur qñ gūmi haur romi, quod nascitur iuxta fluuium quod dicitur Rhodanum qñ distillatur in flumine illo, congelatur ibi, & est illud quod dicitur alapton, & sunt qui nominātur ipsum arsopodon, & est karabe. Et hoc gūmi quādo frangitur, procedit ex eo odor bonus, & color eius est sicut color auri, & qñ fumitur in potu, phibet cursum humiditatum ad stomachum & intestina, & stringit ventrem, & stomachum confortat, & abscindit fluxum sanguinis. Paulus.) Karabe est gummi arboris haur romi, emanat ab haur romi, & coagulatur, & est coloris auri, & qñ ipsum bibitur, retinet fluxum vētris & stomachi, & abscindit fluxum sanguinis: putant quidam, qp istud karabe sit sandaracha, & dicūt, qp karabe Sodomiæ est huiusmodi gummi, & est gummi funeris, eo quod Latini ponebant ipsum super corpora defunctorum. Bedigoras.) Karabe calefacit, & retinet sanguinem vndecunqꝫ fluat. Abugerig.) Caliditas eius est temperata cum pauca frigiditate, & habet proprietatem retinendi sanguinem, proprie in tenasmone, & confert cardiacæ, & stringit ventrem. Mesarugie.) Retinet sanguinem vndecunqꝫ fluat a corpore. Alcanzi.) Sufpenditur super apostemata calida, & cōfert, & est frigidum, & confert cardiacę, & sputo sanguinis, & fluxui eius a naribus. Meseach, & Aben mesuai, Rasis, & habix, Ysaac eben amram, sicut ipse, dixere.

STAPHYSAGRIA, VEL STAphylagria. CCLXVII.

De staphisagria li.4.ca.137. ALberas, id est staphysagria, id est granū capitis. Dioscorides.) Staphysagria est dicta passula montana, & est illa quæ dicitur muibazagi, & est planta habens folia similia folijs vitis agrestis, incisa, sicut folia malvæ agrestis, & habet ramos longos, rectos, nigros, & flores similes floribus plantæ, quæ dicit batatis, vel katartis, & habet semen in vaginis viridibus ficut cicer, habens tres angulos asperos, cuius color est ad rubedinem & nigredinem decliuis, sed interius est albū, & sapor eius est acutus. Galenus.) Est acuta fortiter multum, & virtus eius prima est calida adurens. Et secunda est quæ attrahit & abstergit fortiter, et tertia facit descendere a capite qñ masticatur, aut fit gargarisma cum ea, phlegma multū, & confert egritudini cum qua eleuatur cutis. Dioscorides.) Si acci Li.4.ca.137 piantur ex granis eius xv, & terantur, & purificantur, & bibantur cum melicrato, facit hoēm euomere humores grossos, viscosos, phlegmaticos, & oportet vt custodiatur ille qui potauerit eam, ita vt detur sibi in potu sepe ex melicrato, & perambulet, propter accidēti quæ proueniunt ei ex suffocatione & asperitate, & ardore gutturis eius. Et qñ semen ipsum teritur, & miscetur cum auripigmento & oleo, confert pediculis, & pruritui, & scabiei non vlceratæ, & quando masticat, attrahit multum phlegma, & quando coquitur cum aceto, & fit collutio oris cum illo aceto, confert dolori dentium, & aufert humiditatem gingiuarum, & quando admiscetur ei mel, curat culla, & ipsum ingreditur in confectionibus vnguentorum mollificatiuorum, & nascitur in vmbrosis locis.

DE GRANO BEN. CCLXVIII.

De glande vnguentaria li.libro.4. ca.141. HAbben, id est granū ben. Dioscorides.) Est granū, & est fructus abroris similis tamarisco, & fructus iste est similis auellanis, & interius eius, scilicet, medulla, exprimit, sicut exprimunt amygdalæ amaræ, & egreditur inde humiditas quę ponit in medicinis odoriferis loco olei, & nascitur hęc arbor in terris Haabex & Babyloniæ, & in locis Arabū, & terris Palestinæ, quæ nominant Nitran, & melior ex hoc fructu est nouus, plenus, albus, facilis excoriationis.

Galenus.) Hæc medicina defertur ad nos ex terris Arabum, & apothecarij vtunt succo medullæ eius, & lacte ipsius, & cōplexio eius est calida, sed id quod eijcitur ex residuo eius, postq extractus est succus eius, & substātia eius est terrea, & sapor amarus est in eo plus dominans, & admiscet cum amantudine eius stypticitas. Et virtus secūda est, quæ incidit, & abstergit, & aggregat. Et tertia cōfert impetigini, & lentiginibus quæ sunt in facie, & scabiei, & pruritui, et egritudini, cū qua eleuatur cutis, & attenuat duriciem hepatis & splenis, sed in succo eius est parū stypticitatis. Et virtus secūda abstergit, & incidit res grossas cū pauca aggregatione. Et tertia mouet vomitū multum, qñ bibitur ex eo ad reuus vnus cum melle & aqua, & laxat ventrē laxatione non mala, & qñ necesse est mundificare proprie hepar & splenē, bibitur cū aceto & aqua, et qñ administratur extra, augef eius abstersio adeo quod abstergit scabiē & egritudinē cum qua eleuat cutis, & abstergit adhuc plus, adeo quod abstergit morpheā, impetiginē, & lentigines, & bothor vlceratū, & oēs ægritudines q̄ generant ab humoribus grossis, & aufert cicatrices vlcerū. Et qñ oportet illud imponi in emplastris q̄ fūt ad splenem, debemus ei admiscere aliquā ex farinis, sicut est farina orobi, & radicis lilij. Sed cortex exterior grani ben, stypticitas eius est amplior multū, & ppter hoc administrat in locis, qbus necessaria est stypticitas multa. Li.4.c.14

Dioscorides.) Qñ bibit ex eo trito pondus drachmę vnius cū aceto mixto cū aqua, extenuat splenem, & fit emplastrū cum eo podagræ cū ireos. Et qñ administratur cū aceto, aufert scabiē vlceratam, & morpheā, & cicatrices nigras quæ fiunt a cōsolidatione vlcerū. Et qñ administratur cū vrina, aufert bothor phlegmaticum, prouocat vomitū, & laxat ventrē, & est nociuū stomacho multū. Oleū vero eius qñ bibit, laxat ventrē similiter. Et cortex eius est stypticior. Et residuū subtilitię eius postq expressum est oleū ex eo, admiscet medicaminibus cōuenientibus asperitati & pruritui. Salmuie.) Stringit gingiuā, & abscindit fluxū sanguinis narium.

DE AMOMO. CCLXIX.

De amomo lib.1. ca.14. HAmenis, id est pes columbinus, & est amomū. Dioscorides.) Est planta ficut racemus, tota simul connexa, habens florē parvum, similem flori plantæ dictæ locadan, & habet folia similia foliis brionię, & habet ramos duros cū ramulis suis, quorū color trahit ad rubedinem, & circumquaqꝫ sunt folia multa conglobata, & semen eius in racemis, & habet florem albū similem flori violę in figura sua, & melius amomum est Armenum, cuius color est velut aureus,

& color ligni eius est ad ruborẽ vergens, & habet odorem bonum valde. Sed quod est aquaticum, nascitur in locis petrosis & humidis, & est debilius altero, & est magnum, cuius color est ad viriditatẽ tendens, ac mollis tactus, lignum eius est velut squamosum, & in odore fuso est simile odori rutæ, & in sapore simile origani. Sed illud quod est ex terra quę dicitur Pontus, lignum eius est ad rubedinem decliue, nõ longum, nec difficile fragile, & hortus eius est ficut racemi, & est plenum semine, & odor eius est purus & stypticus. Et illud quod est peioris odoris, est nouum, album, ac est optimũ, & habet ramulos coloris sanguinei, & qñ non est maturũ, est expansum, plenũ semine, simile racemis paruis, graue, habens odorẽ bonũ multum, mordicat linguã, & color eius est vnicus, nõ diuersis. Et quidam adulterant amomum cum planta, quæ dicitur amomides, eo quod assimilatur amomo, nisi qa nõ habet odorẽ eius, nec semen tale, & nascitur in Armenia, & flos eius est similis flori origani. Et si vis non decipi ab hac, vel a similibus, caue a planta quæ est nimis iuuenis, & elige illam, cuius rami egrediuntur ab vna radice. Galenus.)

Virtus amomi est similis virtuti acori, nisi quia acorus est magis deficcatiuus, & amomũ est plus maturatiuũ. Et dixit in quinto aphorismoꝝ, quod oĩa ista sunt calida fortiter, videlicet, cassia lignea, costus, cinnamomũ, acorus, & amomum, & faciunt soda. Similiter autẽ & plures ex speciebus faciunt, quia sunt calidæ subtiles.

Lib.c. 14. Dioscorides.) Virtus eius est calefactiua, inducit somnum, sedat sodam, qñ emplastrum fit cum eo sup frontem, & maturat apostemata calida, & confert pun cturę scorpionis, qñ fit emplastrũ cum eo, & bedarog, id est ozimo, & ponitur super locum puncturæ, & confert apostematibus oculorum calidis, qñ fomentant ex decoctione eius, & confert intrinfecis, qñ ponitur exterius, facto ex eo emplastro cum passulis, & cõfert doloribus matricis, qñ fit nasale cum eo, & quando fit encatisma ex decoctione eius, & qñ bibitur decoctio eius, est conueniens illi, cuius hepar est infirmũ, & confert ægritudinibus renum & podagræ, & ipsum ingreditur in confectionibus multis, ex magnis confectionibus & odoriferis. Humaim filius Isaac in tyriaca.)

Amomum est ex rebus quæ inebriant, est enim in proprietate eius q̃ inebriat, & facit dormire.

DE IVNIPERO. CCLXX.

De iunipero libro.1. ca.87.

HAbhagar, id est ganum iuniperi. Dioscorides.) Iuniperus est vna ex speciebus cupressi ma sculi. Et omnes sunt quatuor specierum, & sunt iuniperus, & habel, id est fauina, & xerbin, & gar, videlicet iuniperus, quæ nominat arconas, vel archencas. Est ex ea alia, quæ est magna, & alia parua, & habet fructum, & quædã reperitur, cuius fructus est magnus, sicut nabach, & quædã cuius est parus, sicut faba, nisi quia ipse est rotundus. Virtus arboris primæ est calida & ficca i tertio gradu, sed & caliditas ipsius fructus est secũdũ hoc, & ficcitas eius est in primo, Sed fauina, & est illa quæ dicitur brachos, nõ habet fructũ, & nos iam diximus de ea superius. Sed xerbin est illa, quę nominatur padras, & habet fructũ similẽ fructui cupressi, nisi qa est minor eo fatis, & est ex xerbin arbor parua, spinosa, habẽs fructum similem fructui iuniperi, cuius magnitudo est sicut granum myrti, sed est rotundum, & fermo de ipso veniet postea in capitulo de alkitran. Et virtus xerbin est calida & ficca in tertio gradu. Et virtus fructus eius est tẽperata, equalis adeo, quod possibile est quod comedatur, nisi quia si quis comederet ex eo multum, induceret sodam, & calefaceret corpus, & induceret mordicationẽ in stomacho suo. Sed gar, & est species parua xerbin, memoratio ei⁹ veniet infra.

Lib.c 87. Dioscorides.) Arconas, & est iuniperus magna & parua, ambæ calefaciunt, & subtiliãt, & prouocant vrinam, & quando sit fumigatio cum eis, expellit venenosa reptilia, & habet fructum, cuius quidam reperitur in magnitudine auellanæ, & quidam in magnitudine fabæ, nisi quia est rotundus, & habet odorem bonum, & est dulcis, habens in se aliquantulum amaritudinis, & nominant eũ arconas, & calefacit parum, & est stypticus, ac bonus stomacho, & qñ sumitur ex eo in potu, confert dolori pectoris, & inflãmationibus, & tortionibus, & expellit venena, ac prouocat vrinam, & est cõueniens attritioni neruorum, & doloribus matricis.

DE THYMO. CCLXXI.

De thymo li.3. c. 36.

HAsce, id est thymus. Dioscorides.) Est planta nota omnibus, & est arbustum partuum, in quãtitate tanta, quod possumus accipere ex ramulis eius, & inuoluere circa eos cotum, & vti pro licinio ad ignem accendendum, & habet folia parua, minuta multum, stricta, & oblonga, & in summitatibus eius sunt capitella parua sicut formicæ, circunuoluta inuicem, & tota planta eius est breuis, & non eleuat a terra multum, & est dura, lignosa, similiter & ramuli sunt lignosi, & flos eius est purpurei coloris, & plurimum qñ ex ea nascit, est in locis petrosis & asperis. Galenus.)

Virtus eius prima est virtus quæ calefacit & deficcat in tertio gradu. Et virtus eius secunda incidit. Et tertia est, quæ prouocat vrinam & menstrua, & expellit fœtum, & aperit oppilationes viscerũ, & confert excreatui pectoris & pulmonis. Dioscorides.) Virtus eius Li.3.c.35. est calefactiua multum, & deficcatiua, & est conueniẽs stomacho ac pectori. Quando sumitur in potu cũ sale & aceto, laxat chimum grossum, & phlegmaticum, & qñ administratur decoctio eius cum melle, confert difficultati anhelitus, in qua oportet hoẽm erigi, & asmati, & expellit lumbricos longos, & prouocat mẽstrua, & expellit fœtum, & secundinam, & prouocat vrinam, & qñ conficitur cum melle, & fit inde lohoc, excludit superfluitates a pectore, & quando fit emplastrum ex eo cum aceto, resoluit apostemata phlegmatica dum sunt noua, & resoluit sanguinem coagulatum, & euellit hęmorrhoidas quæ sunt in ano, & verrucas. Et qñ miscetur cum fauich, & conficitur cum vino, & apponitur calidum super sciaticam, confert ei, & qñ puluerizatur super cibos, & comeditur, confert obscuritati visus, & quando teritur, & conficitur cum aceto, & administratur, delet verrucas, & abscindit superexcrescẽtia mala. Ruffus.) Non est ex speciebus origani, & ipse quidẽ curat obscuritatem visus, & resoluit phlegma a corpore.

DE COLOQVINTIDA. CCLXXII.

De colocynthide li bro. 4. ca. 158.

KAndel, id est coloquintida. Dioscorides.) Est planta quæ emittit ramos & folia extensa super terram, similia foliis & ramis cucumeris domestici, & habet fructum rotundum, similem pilę, mediocris magnitudinis, & folia eius sunt habentia incisuras, & amara, fructus vero colligendus est, qñ color eius mutatur ad citrinitatem. Galenus.) Sapor eius est amarus fortiter, & qñ sumitur, non facit operationem malam, nec periculosam, qñ veloriter egreditur, propter virtutem magnam quã habet in laxãdo. Et qñ coloquintida est recens, & fricatur cum ea scia in qua est dolor, confert iuuamentum magnum. Quod autẽ de coloquintida administratur, est pulpa eius. Li.4. c.158

Dioscorides.) Pulpa huius fructus quando accipiũtur ex ea quatuor onolosat, & cõficiuntur cum hydromelle, aut miscentur cum myrrha, & nitro, & melle eo cto, & fiunt inde piluląe, laxant ventrem. Fructus ipse sicut est, quando deficcatur & teritur, & ponitur in clisteribus, confert sciaticæ, & paralysi, & colicæ, laxat enim phlegma, & humores crudos, ac qñq; sanguinẽ, & quando sit nasale cum ea, occidit fœtum, & prouocat menstrua, & quãdo ipsa cauatur, & extrahunt interiora eius,

ra eius, deinde inuoluitur circa ipſam lutum, & ponitur in ipſa acetum, & caleſt ſuper ignem, & ſit cum illo aceto oris collutio, aufert dolorem dentium. Et qñ decoquitur in ea vinũ quod dicitur melcratũ, & aqua mellis, & vinum quod dicit alkokeos, & bibitur ex eo, laxat humores groſſos, & cõfert doloribus inteſtinorũ, verũtamen eſt malum ſtomacho, & ſit ſuppoſitorium cum pulpa eius, & laxat ventrem, & accipitur fructus ipſe dum color eius eſt viridis, ac ipſe eſt recens, & extrahitur ſuccus eius, & fricatur ſuper ſciaticam, & eſt iuuatiuus valde. Habix,) Coloquintida eſt melo agre ſtis, quę qñ ſumitur in potu, purgat phlegma groſſum, quod aduenit iunctũris, & illud phlegma quod emittit fumoſitates ad caput, & expellit humores qui aggregãtur in corpore ex melancholia, & aliis malis humoribus. Et oportet quod ille q colligit coloquintidas, colligat eas in fine ſui anni, qñ ſunt maturæ, & color earũ incipit fieri citrinus, & non colligatur illa, quæ eſt viridis, quando videlicet incipit condenſari ſua roſa, aut dum ipſa habet aliquid viriditatis, qñ modicũ ex ipſa occidit, & proprie illa quæ reperitur ſola i arbore ſua, occidit potantem ſe fine dubio, quoniam quando daſ ex pulpa ſua, facit tortiones fortes, & euomere fortiter, & eſt laxatio eius fine iuuamento, & inducit tenaſmonem, & anxietatem animi, & coarctãtionẽ anhelitus, & frequentiam eius, & ſyncopim, & ſudorem frigidũ, & fortaſſis interficit, ſicut dixi. Sed quando colligitur poſtquam citrinatur pomum eius, & eſt perfecte maturum, & hoc eſt, quando aduenit frigus ei, videlicet, qñ accendit lampas, ſcilicet in menſe Septembri, in principio autumni, confert potanti, & expellit humores quos volumus purgare, & nõ eſt neceſſe, quod miſceatur cum medicina alia. Sed eſt valde cauendum, ne detur in potu in tempore magni frigoris, vel magni caloris, nam iſta ſunt duo tempora, in quibus nos docuit Hippocrates, non debere dare medicinam laxatiuam, in libro ſuo Aphoriſmorum, dixit enim, Non oportet quod deſ medicina laxatiua, quando aſcendit ſcahari, & in magna hyeme: & intelligit in Iunio, & Iulio, & Auguſto, & per hyemem voluit intelligi, in Nouẽbri, Decembri, & Ianuario. In iſtis igitur duobus temporibus anni, nõ oportet quod detur medicina laxatiua, & proprie acuta, ſed ſolum duobus temporibus aliis, volo dicere, in Vere, & Autumno. Quando igitur bibitur coloquintida in hora magni caloris, nocet membris interioribus fortiter, & nocet etiam ſtomacho, & expellit ſanguinem per ora venarum, abradendo ea. Et quando datur in hora magni frigoris, fatigat patiẽtem fortiter, quia natura nõ aſſentit ei, quare facit tortiones. Si igitur volueris coloquintidam rectificare, & miſcere cum aliis medicinis, purga ipſam primo a grannis ſuis, & a cortice exteriori, adeo quod remaneat pulpa ſua pura, deinde tere ipſam cum gummi Arabico, & dragaganto, & amilo, cum omnibus iſtis, vel cũ vno ipſorum, & quando addis ei aliqua ex iſtis medicinis, pone de ea quantitatem æqualem ei, ſed ſi vis admiſcere ei omnes, pone de vnaquæ medicina æqualiter, ita q̃ ſumma quæ proueniet, ſit æqualis coloquintidæ in pondere, & hoc quando facis medicinam laxatiuam, ſicut ſunt pilulæ. Verum quando vis ipſam ponere in ieris, & medicinis magnis, non oportet quod temperes eam cum aliqua medicina alia, niſi cum illis quę ingrediuntur in medicina illa, nec cures multum reprimere acuitatem eius. Et quantitas quæ datur ex ea, quando præparatur ſecundũ iſſum modũ cum medicinis aliis, eſt a duobus dauich vſq; ad vnum kirat. Et ſcias quod coloquintida quando extrahitur a pomo ſuo, & permanet ſic diu, eſt minoris virtutis in laxando, & minuitur acuitas eius. Et quando teritur, & dimittitur ſic ẽ pore longo, fit adhuc in hoc minus, & magis remiſſa virtus eius, ſed quando dimittitur in pomo ſuo, nõ recipit immutationem, niſi in longo tẽpore. Et oportet quod nõ colligatur coloquintida ex arbore, in qua ea vna radice non eſt ortum, niſi pomum illud ſolum, quoniam nutrimẽtum totius radicis venit ad illud pomum ſolum, & auget in eo virtutem multam laxandi. Talis igitur coloquintida interficit propter acuitatem ſuam nimiam, & fortitudinẽ, nam qui ſumpſerit ex ea duobus dauich, nõ retinebitur fluxus eius quouſq; moriatur. Et ſcias quod ego vidi in oĩbus hominibus q̃ degunt in terris magnæ frigiditatis, quod in pluribus eorum vincit ſuper naturam eorũ cholera nigra, quas propter non poſſunt in eis operari, niſi medicinæ fortes & acutæ, ſicut eſt coloquintida, & folia eius, ꝓprie & eſula, & mezerion, & damdiſeni, & ſimilia horum. Scamonea vero nõ eſt eis neceſſaria. Et oportet cauere, ne apponaſ in aliqua medicina ex cortice coloquintidæ, neq; ex ſeminibus eius, qñ cortex eſt durus & ſiccus, & adhæret villis ſtomachi, & inteſtinis, & pungit punctione forti, & prohibet aſſellatiões: ſimiliter etiã facit cortex ſeminum, ſed ſeminis ipſius oleum eſt calis dum mollificatiuum. Et Arabes quidem infundũt ſeminа ipſa in aqua pluuiali, donec recedat amaritudo eorũ, & ſic comedunt ea decocta, & alio aliquo modo, & præbet eis nutrimẽtum, verum qñ comeditur ex eis nimis, inducunt faſtidium, ſed qñ fricantur plantæ pedum in domo prima balnei fricatione forti, facit eos hęc fricatio egerere, & euomere, & confert, & nõ augeſtur nocumentum. Et quãdo fuerit neceſſe apponi coloquintida in cliſtere aliquo, oportet quod apponatur in decoctione cliſteris integra ſine contritione & repreſſione aliqua, qa tunc confert colicæ, & facit deſcẽdere humores groſſos, crudos, & melancholiam. Sed folia coloquintidę qñ aliquis vult purgare cũ eis, oportet quod colligantur ex arbore ſua poſtq̃ maturuerint poma eius, & citrineſcant, qñ ſcilicet incipit aer infrigidari, in tempore videlicet, quo diximus debere colligi poma ipſa, & ficcentur in vmbra, donec non remaneat in eis aliquid humiditatis, & ſic reponantur, & quãdo fuerit neceſſe, quod exhibeatur de eis in potu, oportet quod temperetur cũ amilo, aut gũmi Arabico, aut dragaganto, cum vino iſtoꝝ, vel cum pluribus, ſicut diximus in coloquintida ipſa. Quando igitur ponunt cum eis, ex iſtis faciunt operationem mirabilem in expellẽdo melancholiam, & quando admiſcẽtur cum eis medicinæ conuenientes ad hoc, ſicut aloes, aniſum, & epithymum, & ſal indum, & ſi dantur in potu cum hiera picra, erit medicina iuuatiua multum. Et ego non vidi aliquam ex medicinis laxatiuis magis conferentem in doloribus melancholicis q̃ folia coloquintidę. Et antiqui quidem defecerunt in memoratione ipſorum, & omiſerunt vſum eorum. Et ego tentaui, & dedi de eis in melancholia, & alopicia, & tyria, & lepra, & inueni iuuamentum magnum, & fortaſſis facient euomere illum qui ſumpſerit ex eis, & nihilominus confert multum leproſis, & faciunt conſiſtere ægritudinem ſuam, & dolores ſuos, & non permittunt augeri. Et ſcis tu q̃ iſta eſt cura eorum, in quibus confirmata fuerit ægritudo, nam a quibus membra cecident, impoſſibile eſt q̃ re. aſcantur eis, propter hanc medicinam modo aliquo. Et ſcias q̃ coloquintida quæ oritur in rupibus & locis altis, quæ non eſt imbibita humiditate pluuiæ, eſt fortioris & melioris operationis q̃ illa quæ eſt propinqua aquis, & imbibitur ex eis, & quantitas quæ datur ex coloquintida illi q eſt fortis, eſt pondus drach. ſemis, vſq; ad duos dauich, & eſt operatio eius quẽ ies hoibus qui ſunt duræ naturę ad laxandũ, ſicut illi qui degunt in regionibus frigidis, & qui vtunt in cibis eorũ laſte. et caſeo, & ſimilibus, quia iſtoꝝ natura nõ mouetur, niſi per fortes medicinas, & quãdo ponis

Nota Sub cane & ante canem

tur in clisteris, laxat humores crudos, & melancholiã, & confert colicæ, quando ponitur de ea in medicinis, cum quibus clisterizantur a drachmis, iiij. vsq; ad v. & coquitur, & colat aqua. & fit clistere cum ea. Et scias q̃ folia coloquintidæ quãdo accipiũtur ex arbore sua, & seruantur, quousq; annus vnus pertranseat super ea, aut anni duo, aut tres, minuitur de virtute eorũ, & propter hoc necesse est q̃ medicus augeat in pondere eorũ, quando voluerit ex ipsis exhibere. Rafis.)Dixit mihi q̃dam q̃ radix coloquintidæ est melior medicina quæ esse possit puncturæ scorpionis, & Arabes habẽt ipsam pro cõmuni & manifesta medicina ad hoc. Et dixit mihi Arabs q̃ scorpio pupugerat filium suum in quatuor locis corporis, & dedit sibi in potu drachmam vnam de radice coloquintidæ, & sedata sunt statim oĩa quæ patiebatur. Christianus.)Quando teritur & linit super locum punctuæ, sedat dolorẽ eius, maxime radix coloquintidę masculi, nam fœmina est mollis, alba, & est debilior in hoc. Aben mesuai.)Proprietas coloquintidæ est q̃ mundificat cerebrum ab humiditatibus malis, & expellit humores crudos, sed ipsa inducit pũctiones & tortiones, & tenasmonem in intestinis, & vomitum, & rectificatio eius est q̃ admisceatur ei dragagantum, & quidam admiscent ei gummi Arabicum, sed dragagantum est melius eo, quia iuuat ad laxandum, gummi vero est stypticum, & oportet quidem q̃ coloquintida non teratur multum, ne adhæreat intestinis, & vlceret ea. Et melior coloquintida est illa q̃ est matura, citrina in cortice suo, & interius alba, & lenis. Et cauẽdum est ab illa quæ est sola in suo arbore, quia est mortifera. Et dosis coloquintidæ est a tribus kirat vsq; ad sex. Abugerig.) Coloquintida purgat cholerã admixtam humiditati viscosæ, non illam quæ est admixta sanguini, quemadmodum facit elleborus niger, & scamonea, sed ipsa trahit a membris neruosis, & ille cui conuenit potus coloquintidæ est ille q̃ habet ægritudinem in capite suo, aut in velamine cerebri, quod est simile rethi, aut ĩ alio velamine propinquo craneo, sicut est, habens scotomiam, & hemicraneam, & cephalem, id est ouum, & soda, & habens fluporem, & paralysim, & spasmum, & humiditatem oculorũ antiquã, & strictura m anhelitus ab humoribus grossis, & dolores iuncturarum, & sciaticæ ab humoribus grossis, & ægritudines renũ & veficæ. Rafis.) Rectificatio eius est cum bdellio.

DE GRANO INDICO. CCLXXIII.

HAbel, id est nil, & est granum Indicum. Isaac eben amram.) Planta eius est similis plantæ lebleb, adhærens arboribus duobus brachiis, vel tribus, & habet ramos & folia viridia, & in radice cuiusq; folij est flos colotis purpurei, similis pomulis in figura sua, & quando cadit flos, dimittit semen in vaginis, in quibus sunt tria grana minora granis staphisagriæ lenia, in tribus partibus diuisa, & ista grana sunt id quod de ea administratur in medicina. Aben mesuai.)Proprietas eius est laxare phlegma, & mundificare ipsum. Et præparatio eius est quod bene teratur, misceatur cum oleo amygdalarum dulciũ. Et melius ex eo est nouum, ponderosum, & non stypticum in sapore suo. Et dosis eius est a quatuor kirat vsq; ad octo.

Habix.)Granum nil, est cartamum Indum, calidum est & siccum in primo gradu, & habet hoc, quod quãdo miscetur cũ medicinis, facit morã in intestino duodeno, atq; in illo quod sequitur ipsum, & est propinquum meseraicis, & facit ibi punctiones, & q̃ sumitur in potu solum, non laxat eadem die, nisi completis viginti quatuor horis post eius iunctionem, & q̃ admiscetur ei scamonea, facit ipsum descendere, & tũc laxat phlegma viscosum, & operatio eius est etiam in educẽdo choleram, & fortasſis accidũt ex potu eius inuenibus stypticitas in ore stomachi, & tortiones magnæ, & si nimis sumpserint, faciet eos eumere, & fortasſis inducit tenasmonem. Et dosis eius cum aliis medicinis est drach. semis, sed simplex nunquã vidi dari in potu, nisi admisceatur ei scamonea, quia iuuat ipsum ad expellendum phlegma, & cholerã, q̃m ipsum expellit humores duos diuersorum colorum per fœcessum.

DE EBVLO ET SAMBUCO. CCLXXIIII.

KAmeactis & iaphacti sunt duæ species, quarum vna dicitur in Græco actis, & in Latino sabuca, voluit dicere sambucus. Et secunda nominatur in Græco kameactis, & est eius intentio terrena velinima actis, & in Latino dicitur abolas, voluit dicere ebulus, & est arbor ebuli. Dioscorides.) Ista planta est habens duas species, vna earum assimilatur arboribus, habens ramos similes cannis rotundos, quarũ color est ad albedinem tendens, & sunt longi, & sunt in eis folia quatuor aut quinq; fortita super ramos quosliber, & sunt similia foliis nucis, minora tamen eis, habentia graueom odorem, & in summitatibus f ramorum sunt coronæ, in quibus sunt flores albi, & grana similia grania lentisci, vel granis viridibus, quorum color declinat ad purpureitatem cũ nigredine, & sunt velut in racemis, & habent multam humiditatem, habẽtem odorem vini, & ista dicitur actis. Alia vero species quæ dicitur kameactis, est minor prima, habet ramos magis herbæ pertinentes quadratos, & in quibus sunt multi nodi, & folia inuicem diſtãtia in singulis nodis, similia foliis amygdalæ in summitatibus suis, nisi quia habent venas, & sunt longiora eis, habentia grauẽ odorem, & in summitatibus ramorum sunt capitella, seu coronæ similes coronis supradictę speciei, & semen, & flos similiter, & habet radicem longam, grossitudinem digiti habentem. Galenus.) Virtus eius prima desiccat, & secunda incarnat. & resoluit, resolutione temperata. Dioscorides.) Virtus kameactis simplex est stiptica, quæ quãdo sumitur, laxat humiditates aquosas, sed ipsa est mala stomacho, & folia eius quando coquũtur in aqua, & comedunt sicut alia holera, laxant phlegma, similiter & summitates ramulorũ ipsius elixatæ & comestæ faciunt, radix vero eius q̃n coquitur in vino, & datur in cibo hydropicis, miro modo confert, & q̃ sumitur in potu de ipsa, vel ponitur super locum morsus, confert morsui tyri, & q̃n decoquitur in aqua, & fit encatisma, in quo si sedeat mulier, mollificat duriciẽ matricis, & dilatat orificium eius, & coaptat omnes dessuatationes eius, & quãdo eius semen sumitur in potu, facit hoc, & quando fit liniment ũ cum eo, & oleo, desnigrat capilles, folia vero eius recentia quando miscentur cum fauich hordei, & fit inde emplastrũ, sedat apostemata calida, & est bonum combustionibus ignis, & morsui canis, & cõglutinat fistulas, & vlcera concava, & quando fit emplastrum cum eis, & sepo hircino, confert podagræ, & quando fit in decoctione eorũ sessio, expellit secundinam, & confert hydropisi, & quando teruntur folia, & exprimitur succus eorum, & distillat de eo in aures, aufert sibilum, & tinnitum, & occidit vermes qui sunt in eis, & quando linitur cum eo tepido, prohibet scabiem, & pruritum, & quando sumitur de eo in potu, cõfert morsibus venenosorum, & dissoluit sanguinem, & lac quãdo coagulatur in stomacho, & occidit sanguisugas quę adhærent in gutturæ, & cõfert tussi antiquæ, verum multiplicat nouam, & cõfert coarctationi anhelitus, quæ cogit hominem stare erectum, quando bibitur calefactus, & accipitur, & fit garisma cũ eo, & confert catarrho descendenti ad fauces, & squinantiæ, & augmento vuulæ, & quando fit collutio oris cum eo, sedat dolorem dentium, & quando accipiuntur summitates ebuli, dũ sunt tenere, cum

De sambuco libro. 4. ca. 155

Li. 4. c. 155

Li. 4. c. 155

foliis suis,& reruntur,& datur ex succo earum cũ vino in potu,cõfert lapidi renum,& qñ radix eius decoquit in aqua,donec remaneat tertia pars eius,& daf in potu decoctio eius,habenti duriciem splenis,affert iuuamẽtum magnum,ambæ isti species vnius sunt virtutis,& habent virtutem deficcatiuam,& conglutinatiuam,& resolutiuam temperate.

DE HARMEL. CCLXXV.

De Ruta syluestri li. 3.ca.44.

HArmel,id est pigamus. Dioscorides.) Nomis natur moly,& nominant eam multi rutam syluestrem,& est planta quæ egreditur ex vna radice cũ multis ramulis,& habet folia longiora foliis rutæ alterius,& molliora,habẽtia grauem odorem,& habet florem album,& capitella maiora satis q̃ capitella rutę domesticæ,diuisa tribus diuisionibus,in quibus est semen,cuius color est ad rubedinem decliuis,habẽtes angulos,amarum,et est id,quod de ipsa planta venit in vsum medicinæ,& ipsum maturat,& colligitur in autumno. Galenus.) Virtus eius prima est calida in tertio gradu,fecsida incidit,& tertia icidit humores grossos,& expellit eos per vrinam. Dioscorides.) Quando conficitur cum melle,& vino,et felle galli,& croco,& succo feœniculi,confert debilitati visus. Species istæ rutæ vocatur a quibusdam moly,& in syria nominat vasac,& ortus eius est plurimum in terra pingui,bona,& culta,& humectis locis. Albasari.) Harmel est calidum,subtile,incidit chimos grossos,viscosos,& expellit eos per vrinã. Sed nos in hospitali infirmos vtimur eo,ad expellendam melancholiam,& phlegma,p flaxum ventris,& ipsum existit supra omne medicamentũ in epilepsia. Abugerig.) Facit euomere,& inebriat potantem se,ficut inebriat vinum,ergo & per istã virtutem confert patientibus amorem qui dicit eroticus, nam facit eos dormire. Dixit enim mihi quidam experimentator,quod sumebat de eo in potu ab drach. 6es mis.v ſqꝫ ad drachmam vnam,et faciebat eum domire.

Li.3.c.44.

Habix.) Harmel facit euomere,& inebriat ficut vinum,vel prope id,& modus preparationis eius ad prouocandum vomitum,est quod accipiant ex granis eius quindecim,& abluantur in aqua dulci pluries,postea desiccentur & terantur in mortario,& cribrentur cum cribro spisso,deinde proijciantur super ipsum ex aqua fluenti vnciæ quatuor,& misceatur bene in mortario cum ligno aliquo,& coletur per pannũ spissum,deinde proijciantur super illam colaturam vnciæ quatuor mellis,& vnciæ duæ olei isamini,& administret,facit enim euomere fortiter. Ignotus.) Harmel est bonum melancholicis,& purificat sanguinem.

De peuce dano li.3. ca.74.

DE PEVCEDANO. CCLXXVI.

HArbatum,id est peucedanum. Dioscorides.) Est planta habẽs stipitem subtilem,similẽ plantæ marathri,& habet velut capillos adhærẽtes prope radicem,& habet florem citrinum,& radix eius est nigra,grauis odoris,grossa,plena humiditate,& nascitur in montibus,& in vmbrosis locis,& in locis obumbratis ab arboribus,& radix quidem eius scinditur cum cultello,dum est recens,& extrahitur humiditas quæ est in ea,& ponitur in vmbra,quia virtus eius debilitaretur a sole,& quando colligitur humiditas illa,accidit illis qui eam colligunt soda,& obscuritas visus,nisi ponant in naribus suis oleum rosaceum,& fundant etiã ex eo super caput suum,quãdo ergo extracta fuerit humiditas a radice ipsa,non remanet in ea aliqd iuuamentum,extrahitur etiã humiditas ex stipite eius, sicut extrahitur succus radicis mandragoræ,sed virtus eius est debilior virtute humiditatis quæ extrahitur ex radice,nam virtus eius velociter resoluitur. Reperitur autem aliquãdo gummositas adhærens radici,similis olibano,supradictis melior,& melior ex isto succo huius plantæ est ille,qui defertur ex terra quæ dicit Sardinia,& ex terra quæ dicitur Samrirachi,& est grauis odoris,& in colore suo est rubedo,et mordicat linguã, qñ gustatur,& melior radix est noua,nõ corrosa,dura, puri odoris. Galenus.) Plurimum quod administrat de hac planta est radix eius,proprie etiam administrat similiter lac & succus eius,& omnium virtus est vna, nisi galacest fortioris virtutis,& hoc quod virtus eius prima calefacit fortiter,& secunda virtus est quæ resoluit,& subtiliat,& incidit,& tertia virtus est quæ cõfert ægritudinibus neruorum,& ægritudinibus quæ accidunt pectori,& pulmoni,ab humoribus grossis,viscosis,qñ sumuntur in potu cum vino,& fit fumigium cũ eo,& odorat vel attrahit æger fumum eius,& facit idẽ, & quando ponitur ex eo in corrosionibus dẽtium,sedat dolorem eorum statim,& curat duricierm splenis. Radicis vero calefactio est minor,sed deficcatio eius est fortis,ipsa nanq; calefacit in principio tertij gradus, & virtus eius secunda est,quæ abstergit,& incarnat,& tertia est talis q̃ potest administrari in omnibus supradictis,& quãdo ponitur ex ea super os,cuius corticem volumus expellere,expellit eũ cito,& incarnat ipsum, & confert multum vlceribus fraudulentis malis,quando deficeatur,& teritur,& puluerizatur super ea,eo q̃ mundificat ea,& replet carnem,& consolidat. Dios scorides.) Lachryma huius quãdo misceatur cum oleo rosaceo,confert lythargiæ,& karabito,& oppilationi cerebri,& scotomiæ,& epilepsiæ,& soda antiquæ,& paralysi,& spasmo,q̃ facit declinare caput ad posteriora,& diminutioni sensus,& motus mẽbrorum,& sciaticæ. Et vniuersaliter qñ fit linitio cum eo,& oleo,& aceto,confert omnibus ægritudinibus neruorum,& ipsa odoratur in suffocatione matricis,& in subeth,& quando fit fumigatio cum ea,expellit venenosa ex dosibus,& quando misceatur cum oleo rosaceo,& distillatur in aurẽ,confert dolori eius,& qñ ponitur in corrosionibus dentium,cõfert doloribus eorum,& datur in ouo sorbili,& confert tussi,& est cõueniens asmati, & tortionibus vẽtris,& inflationi eius,& lenit ventrẽ, lenitione pauca,& confert iuuamentum magnũ difficultati partus,& extenuat splenẽ,& confert dolori stomachi,& quando fumitur in potu,confert doloribus veficæ,& renum,& dilatat orificium matricis. Radix vero ipsius confert ad omnia,ad quæ confert humiditas ipsa,seu lachryma,videlicet decoctio eius,nisi quia existit debilioris operationis q̃ lachryma,nam decoctio eius quando fit sessio in ea,confert ægritudinibus matricis,& quando radix ipsa siccatur,& teritur fortiter,& puluerizatur in vlceribus,mundificat ea a sordibus,& extrahit cortices ossiũ,& squamas,seu fragmenta ipsorum,& incarnat,& consolidat antiqua vlcera,et ipsa ingreditur in vnguentis,& cerotis calefactiuis,& lachryma quidem eius dissoluitur cũ amygdalis amaris,& ruta,& aneto,& pane calido frumenti,& sic administrari potest,seu confectionibus imponi.

DE CYMINO. CCLXXVII.

De cumino fatiuo li.3.ca.57.

CAmum,id est cyminum. Rasis.) Cyminum carmenũ est agreste. Dioscorides.) Est quoddam ex eo boni saporis,& est proprie carmenũ, & eius expositio est regale,& post ipsum est Babylonicum,& post hoc alię species cymini. Galenus.) Est ex eo domesticum,& agreste,& domesticum vero est illud,quod magis administratur,& maxime semen,sicut administratur semen anisi,& leuistici,& carui,& apij montani. Et virtus eius prima est calida in tertio gradu,& secunda est virtus quæ incidit,& tertia prouocat vrinam,& expellit ventositates,& aufert inflationes.

Li.3.c.57.

Dioscorides.) Virtus eius est deficcatiua,calefactiua,& styptica,& prouocat vrinam quando coquitur cum oleo,& fit clistere cum eo,aut emplastrum cũ farina hordei,& confert tortionibus,& inflationibus,& datur

datur de eo in potu cum aceto temperamento cũ aqua asmaticis, & cõfert, & datur in potu cum vino ad morsus venenosos, & confert aparibus resticulosq; qñ admiscetur cũ oleo & farina fabarũ, & passulis, & ceroto, & supponit, & qñ miscet cũ aceto, abscindit menstrua, & cursum humiditatũ matricis, & abscindit fluxũ sanguinis narium, tritum cum aceto, & quando linitur cũ eo corpus, aut sumitur de eo nimis in potu, facit croceũ colorem cutis, & ipsum confert dolori veficæ, propter suam caliditatem, & confert lapidi renum & veficę.

De cumino syluestri lib. 3. ca. 58.

Sed cyminum agreste nascitur multum in terra quæ dicitur Calcedonia, & est in regione Hispaniæ, & est planta, cuius altitudo est circa palmũ vnũ vel amplius, & sup virgã ipsius sunt quatuor aut quinq; folia subtilissima, incisa ficut folia fumi terræ, & in summitate eius sunt capitella parua, quinq; aut sex rotunda, & mollia, in quibus est semen, & circa ipsum semen sunt granula, ficut grana ficuum, vel ficut furfur, & ipsum semen est actutioris saporis cũ cyminum domesticum. Ortus vero ipsius est in locis humidis maxime, semen autem huius qñ bibitur cum aqua, confert tortionibus, & inflationibus, & qñ bibitur cum aceto, confert singultui, & quando bibit cum vino, conuenit venenis sumptis, & venenis animalium, & humiditatibus stomachi, & qñ masticatur, & miscetur cũ eo mel, & passulæ, aufert liuorem qui fit ex sanguine mortuo, sub oculo, aut alibi, & quando fit emplastrum cum eo, & his quæ diximus, est conueniens apostematibus calidis veficæ. Est & alia species cymini agrestis, similis domestico, & egreditur a lateribus eius vagina similis cornu alti, in qua est semen simile nigellæ, cuius semen quãdo sumitur in potu, confert morsibus venenosis, & affert iuuamentum magnum patientibus distillationem vrinę, & lapidem, & dolorẽ veficæ, & educit sanguinem coagulatum cum vrina, maxime si sumatur cum decoctione feminis apij. Aben mesuai,) Cyminum domesticum, seminis apij. Aben mesuai,) Cyminum domesticum, quando sit nasale cum eo, & oleo veteri, aufert superfluum fluxum sanguinis.

De rosco li. 4. ca. 129.

DE CVBEBIS. CCLXXVIII.

Cvbebe. Dioscorides,) Est myrta agria, & est myrtus syluestris, est planta habens folia similia foliis myrti domestię, nisi qa sunt latiora eis, et summitates eorũ sunt acutæ sicut summitas lanceæ, & habet fructum rotundum aliquantulũ depressum, & latum inter folia eius repertum, qui qñ maturuerit, vertit ad rubedinem, & intra ipsum est granum triangulatum, & habet ramulos similes ramis plãtæ dictæ laros, egredientes ab vna radice, difficile frangibiles, longos circa brachium vnum, plenos foliis, radix eius est similis radici plãtæ quæ dicitur agrestis, id est gramen, quæ quando teritur, est pontica, sapor eius declinans ad amaritudinem, & cortex eius declinat ad ruborẽ, folia huius plantæ, & fructus eius quãdo sumuntur in potu cũ vino, prouocant vrinam, & menstrua, & frangunt lapidem veficæ, & curant ictericiam, & distillationem vrinæ, & dolorem capitis, nascitur in locis asperis, & altis montibus, & quando coquitur radix huius plantæ, & bibitur decoctio eius cum vino, facit operationem foliorum, & fructus eius, & ramuli eius comeditur ficut sparagi, dum sunt recentes, & est in sapore ipsorũ amaritudo, quæ prouocat vrinam. Galenus,) Est medicina similis tu, in sapore suo, & virtute, nisi quia est subtilior multum. Et propter hanc causam fit aperitiua operatione num quæ sunt in corpore toto, & prouocat vrinam, & mundificat renes a lapide, qui generat in eis.

Paulus.) Est bona gutturi, & stringit ventrem. Ego posteã aggregaui iter sermonẽ Dioscoridis & Galeni, supra omnem herbam inueni quod Galenus non memoratur myrtum agrestem, & Dioscorides nõ memorauit cubebas. Et vidi qꝫ descriptio Galeni super cubebas, est descriptio Dioscoridis super myrtum agrestẽ.

DE GARVI. CCLXXIX.

Caruia, id est carui. Galenus,) In sapore eius est acuitas temperata. Et virtus eius prima est virtus quæ calefacit, & deficcat in tertio gradu, & secunda virtus est quæ incidit & subtiliat, & tertia expellit ventositates, non solum semen eius, verũ etiam omnes eius partes. Dioscorides.) Huius semen prouocat vrinam, & habet bonum odorem, & calefacit, & est bonum stomacho, & facit digeri cibum, & ingredit in confectionibus medicinarum, quæ componuntur ad faciendum defcendere cibum a stomacho. Et virtus eius est similis virtuti anisi, & radix eius comeditur cocta, sicut pastinaca. Aben mesuai,) Est grossius cꝫ cyminum, & expellit ascarides ex ventre, & corroborat stomachum, & stringit ventrem, minus tamen cꝫ cyminum. Rasis,) Confert cardiacæ.

De caro li. 3. ca. 66.

DE APIO. CCLXXX.

Karphs, vel carphi, id est apium. Dioscorides.) Sunt ei sex species, & est ex eis domesticum, & est notum omnibus. Galenus.) Domesticum est illud quod comeditur. Et virtus eius prima calefacit, & secunda subtiliat, & incidit, & tertia prouocat vrinam, & menstrua, & resoluit ventositates, & menstrua, & proprie semen eius. Dioscorides.) Hæc plãta conuenit ad omnia ad quæ conuenit coriandrum, qñ fit emplastrum cũ eo, admixto pane, aut cum zucchero, sedat apostemata oculi, & inflationem stomachi, & sedat apostemata calida mãmillarum, et qñ comeditur crudum, aut coctum, prouocat vrinam, & qñ bibitur decoctio eius, & radicis fuæ similiter, confert medicinis mortiferis, & prouocat vomitum, & stringit ventrem, & semen est magis prouocatiuũ vrinæ qñ ipsum, & confert morsui venenosorum, & ei qui bibit lithargyrium, & resoluit inflationes, & ipsum ingreditur in confectionibus medicinarum sedãtium dolores, & in medicinis quæ componuntur contra nocumenta venenosorum, & in medicinis tussis. Sed est alia species quæ dicitur afalis, & est apium quod nascitur in aquis, & in locis humidis, & est maius apio domestico, sed virtus eius est ficut virtus illius. Et est alia species apij, quæ dicitur salis, & apium Orientale. Dioscorides.) Est maius apio domestico, & color eius vergit magis ad albedinem, & habet virgam concauã, & longam, in qua sunt velut literę, & folia latiora foliis domestici, cum virìditate declinante ad rubedinẽ, & habet comas similes comis herbæ quę dicitur limanotis, & habet multa capitella, a quibus egreditur flos & semen, cuius color est niger, longum, & acuti saporis, & odoriferum, & habet radicem albam, & odoriferam, quando gustatur, non grossam, nascit in locis vmbrosis, & humidis, ista planta administratur in cibis, ficut administratur apium domestici, cruda & cocta, radix eius comeditur, & coquuntur folia eius, & summitates ramorum, & comeduntur, & fortassis coquuntur cum piscibus, & comeduntur, & condiuntur cruda cũ sale, & administrantur ficut olera alia. Galenus.) Species quæ dicitur acrafelinũ, & alia species quæ dicitur hyposelinum, sunt similes apio cõmuni in virtute, nisi quia illud quod dicitur acrafelinũ, est debilius eo. Cõparatum ad illud quod dicitur hyposelinum, quod est fortius eo. Dioscorides.) In hyposelino semẽ qñ bibitur cum oximelle, aut cum vino, prouocat vrinã, & menstrua, & quãdo sumitur per os, vel fit inunctio cum eo, calefacit infrigidatos, & confert distillationi vrinæ, radix eius similiter facit hoc, & quando semen eius datur in potu cum vino, cõfert punctũræ scorpionis, & morsui canis, & quando coquitur in aceto, temperato cum aqua, & datur in potu, confert retentioni vrinæ, & tortionibus ventris, & doloribus intestinorum

De Apio li. 3. ca. 62.

De Apio li. 3. ca. 61.

De eleoselino lib. 3. ca. 61.

De pyroselino 1. 3. ca. 62.

Li. 3. c. 62.

tum, & qñ radix eius decoquitur in vino, et sumitur in potu, frangit lapidem, & expellit eum cũ vrina, & confert doloribus lateris, & lumborum, & qñ teritur, & extrahitur succus, & sumitur in potu, aut linitur ex eo corpus, calefacit corpus, & expellit frigus. Et montanũ apium facit hoc.

Dioscor. lib. 3. ca. 62.

Et sunt ei tres species, vna earũ nominatur oreoselinum, & est planta, habẽs virgam longitudinis vnius palmi, aut circa, quę egreditur a radice vna subtili, a qua plures virgæ paruæ egrediuntur, & a virga egrediuntur ramuli plures, super quos sunt capitella similia comæ, nisi quia sunt minora særis, & rotunda, & est in eis semen longum aliquantulũ, & subtile, acuti saporis, & boni odoris, similis odori cymini, & nascitur in locis montuosis, & lapidosis. Galenus.)

Li. 3. c. 62.

Virtus eius est similis virtuti apij domestici, nisi quia est fortior virtute domestici. Dioscorides.) Virtus seminis & radicis eius est calida, quę qñ bibuntur cum vino, prouocant vrinam & menstrua, & ingrediuntur in confectionibus medicinarum cale faciẽtium, & aliarum compositarum, & non oportet ꝙ putetur, quãuis nominetur oreoselinũ, quod nõ nascitur nisi in montibus, similiter & illud quod dicitur petroselinum, cũ nominetur hoc nomine, nõ oportet quod putet quod non nascatur nisi in petris. Sed istud quod dicit petroselinum. Dioscorides.)

De petroselino li. 3. ca. 62.

Petroselinum nascitur in locis petrosis altis, & rupibus, & habet semen minutũ simile ameos, nisi quia habet melioꝛẽ odorem, & acutiorem saporem, & est aromaticum aliquantulum. Galenus.) Melius quod est in eo, est semen eius, propriè saper eius est acutus, amarus. Et virtus eius prima, est calida & deficcatiua in tertio gradu. Secunda incidit. Et tertia est virtus, quæ prouocat menstrua & vrinam, & resoluit inflationes, & expellit eas. Et tota planta eius cum suis folijs & ramulis est similis in virtute semini, nisi quia virtus eorũ est minor virtute seminis.

Li. 3. c. 62.

Dioscorides.) Prouocat vrinam, & menstrua, & est conueniens inflationibus stomachi, & intestini, quod dicitur colon, & tortionibus, qñ sumitur in potu, propter calefactionem & deficcationem suam multam, & est conueniens dolori lateris, & renum, & veficæ, & indigestioni in medicinis quæ fiunt ad vrinam prouocandam, & alijs cõfectionibus.

De smyrnio lib. 3. ca 63.

Tertia vero species eius dicitur seniruion, & habet virgam similem virgæ apij cum ramulis multis, & folia latiora folijs apij, & quod ex folijs declinat versus terram, cõuertitur ad exteriora, & sunt declinantia ad rubedinem, & est in eis humiditas pauca, quæ adhæret manui, & sunt dura, habẽtia bonum odorem cum acuitate. Et sapor eoꝝ est sicut sapor alterius speciei, & super summitates ramuloꝝ eius est corona similis coronæ aneti, & habet semen rotundum simile semini cauliũ, nigri coloris, acuti saporis, & odor eius est sicut odor myrrhę, & radix eius est mollis, leuis, habens multam humiditatẽ, pungens linguã, acuti saporis, & boni odoris, cuius cortex est niger, interius vero est viridis, ad albedinem vergens, & nascit in locis petrosis. Galenus.) Hæc planta est media inter plantam apij domestici, & plãtam apij montani, nã virtus eius est fortior virtute apij domestici, et debilior virtute apij montani. Et virtus eius prima est calida & deficcatiua in tertio gradu. Et secunda dissolunt & incidit. Et tertia prouocat menstrua, et vrinam, & incarnat

Li. 3. c. 63.

vulnera, & resoluit duricies. Dioscorides.) Virtus radicis eius, & summitatum, & seminis, & florum, est calefactiua. Et cõficiunt folia eius cum sale, & comedũtur, & stringunt ventrem, & qñ bibitur radix eius, est conueniens morbibus veneno sorũ, & sedat tussim, & curat asmaticos, & strangluriam, & frangit lapidem, & hydropisim, & qñ fit emplastrum cum eo, resoluit apostemata phlegmatica recentia, & apostemata calida & dura, & conuenit curæ exiturarum. Et qñ fit nasale cum eo, expellit fœtum, & semen eius est conueniens dolori renum, & splenis, & veficæ, & expellit secundinam, & prouocat menstrua, & qñ sumitur in potu, est bonum sciaticæ, & sedat tumores stomachi, & prouocat sudorem, & aufert eructuatiões, & bibitur proprie in hydropisi, & febribus periodicis. Galenus in libro de diæta.) Apium domesticum est magis cõferens stomacho alijs speciebus, & magis sibi delectabile, & in famarinion est aromaticinitas, & est melius domestico, & leuius satis, & magis prouocatiuum vrinæ & menstruoꝝ. Constantinus in libro de agricultura.) Apium excitat libidinem in viris & mulieribus, & propter hanc causam prohibetur nutricibus lactantibus pueros, quia incitat eis libidinem, & abscindit lac earum, & ipsum facit odorem oris bonũ, & propter hoc sumunt ex eo in cibo habentes fœtorem oris, qñ volũt loqui coram principibus. Achim eben vnaim.) Ingenioſi medicorum ponunt apium in secundo gradu caliditatis & siccitatis. Hunaim in libro de tyriaca.) Proprietas seminis apij montani est, quod laxat ventrem in colica. Abugerig.) Aperit & confert oppilationibus hepatis, & aperit vias quæ citrinæ. Sed si bibitur substantia eius siue decoctio, facit morã in stomacho, & nimius vsus eius prouocat vomitum.

Abẽ mesuai.) Confert inflationibus stomachi, & aqua eius facit nauseã, & radix eius est fortior semine, & semen fortius folijs, & ipsum est malũ epilenticis.

Meſehah.) Radices omnium conferunt stomacho.

DE CAPPARO VEL capparis. CCLXXXI.

De cappare libro. 1. ca. 160.

CApar, id est capparus. Dioscorides.) Est planta spinosa, quæ extenditur circulariter super faciem terræ, cuius spinæ sunt reuolutæ versus se, sicut spinæ rubi, & habet folia similia folijs citonij in figura sua, & fructum similem oliuæ, qui si aperitur in arbore sua, emittit florem albũ, sed si ceciderit ex arbore sua sicut est, inuenitur clausus, ad longitudinem dẽcliius, & tunc si aperitur, inueniuntur in eo semina minuta, similia granulis balaustiæ, coloris rubei versus purpureum, & radices eius sunt magnæ, plures, & lignoſę, nascitur in locis siccis, & prope muros. Galenus.) In cortice radicis eius vincit sapor amarus, deinde ſtypticus. Et virtus eius prima calefacit & deficcat. Et secunda est quæ abstergit, & mundificat, incidit, & aperit sua amaritudine, & resoluit sua acuitate, & aggregat et restringit sua ſtypticitate. Et tertia est virtus, quæ confert spleni, pulmoni, alia medicina qñ apponi tur exterius in emplaſtris, et qñ sumitur interius cum aceto et melle, posſq̃ deficcatur et teritur, et hoc quia incidit humores viſcoſos, groſſos, quando bibitur in hunc modum, incisione manifeſta, et expellit eos per vrinam, et per feceſſum, et expellit p feceſſum egeſtiones sanguineas, et sic curat ægritudines splenis, et alleuiat ipsum, et similiter hoc facit in dolore ſciæ, et cum toto hoc prouocat menstrua, et facit descendere phlegma plurimum, qñ fit cum eo gargarisma, aut quando maſticatur, et confert attritioni neruorum, et lacertorum, et qñ ponitur super vlcera fraudulẽta, affert iuuamentum magnum, qñ abstergit ea, et deficcat, abstersione, et deſiccatione forti, et sic cõfert dolori dentiũ, quando administratur, aliquando coctus cum vino, aliquando cum aceto, aliquãdo solus maſticatur, et abſtergit morpheam, et qñ linitur super eam cum aceto, et resoluit ſcrophulas, et apoſtemata dura, qñ admiſcetur cum confectionibus. Sed fructus huius plantæ virtus, est sicut virtus corticis radicis, niſi quia est debilior cortice, Et ego qui dem resolui duriciem ſcrophularum aliquando in paucis diebus, cum folijs capparis ſolis, et aliquando admiſcetur cum folijs aliqua ex medicinis, quæ poſſunt frangere virtutem eoꝝ. Et posſq̃

folia

folia faciunt hoc, non est mirum, si succus eorum occidit vermes, qui sunt in auribus, propter amaritudinem eius. Sed cappari qui sunt in terris, multę sunt caliditatis, sicut illi qui sunt in terris Thiemæ, sunt calidiores capparis, qui sunt in partibus nostris, caliditate multa, & propter hoc exsistit in eis de virtute adustiua quątitas non pauca. Et dixit in libro de cibis, quod fructus eius est salsus, qñ comeduntur, absq; quod abluatur, laxat ventrem, & postq; abluit, nutrit parum, & excitat appetitū cibi, & abstergit quod est in stomacho ex phlegmate, & expellit ipsum per secessum, & aperit oppilationes hepatis & splenis, qñ coquit cū aceto, & melle, & oleo & comeditur ante cibū. Et fummitates ipsius & pendiculi quibus suspenditur fructus, faciunt hoc, nisi quia
Lib.2.c.166 sunt grossioris substantiæ. Dioscorides.) Summitates eius & fructus præparantur cum sale, & administrātur in cibis, & qñ comeduntur, laxant ventrem, & nocent stomacho, & faciunt sitim. & qñ comedunt cocti, sunt melioris saporis q̄ crudi, & fructus eius mollit ventrem. Et quando sumitur in potu de radice eius, aut de semine, pondus drachmarū duarum omni die, vsq; ad triginta dies, cum vino, resoluit duriciē splenis, & extenuat ipsum, & prouocat vrinam, & educit egestiones sanguinolentas. Et qñ bibitur, confert sciaticæ, & paralysi, & attritionibus neruorū, et prouocat menstrua, & qñ masticatur, attrahit phlegma. Et fructus eius qñ coquitur cum aceto, & fit ex decoctione collutio oris, sedat dolorem dentium. Et cortex radicis eius est deficatiuus, & est pueniens ad ægritudines quas diximus, qui qñ teritur, & pulueriz atur in vlceribus, mundificat vlcera antiqua, fordida, dura, & teruntur folia eius recentia cruda, & miscētur cum farina hordei, & fit inde emplastrum apati splenis, & confert multum. Et si ille qui habet dolorē in dente dolente suo, momorderit radicem eius cum dente, sedatur dolor eius, & si teritur decem eius cum aceto, & linitur super morpheā albam, abstergit eam. Et qñ teruntur folia & radices eius, & fit inde emplastrum super scrophulas, & apostemata dura, resoluit ea. Et qñ teruntur, & exprimit succus, & distillatur in aurē, occidit vermes qui sunt in ea. Et qñ radix eius coquitur cum aceto, aut cum oximele, & bibitur decoctio eius, aut teritur ficta, & fumit in potu puluis eius, laxat humores phlegmaticos crudos, & viscosos, nō solum per secessum, verū etiam per vrinam, & educit multoties egestionem sanguinolentam, vt diximus, & sic sedat dolorem sciaticum, & extenuat splenem. Cappari autem qui nascuntur in paludibus, & in terris Lochiæ, in locis vbi habitant gentes, quę dicuntur Barbari, inflant inflatione forti. Et illi qui nascuntur in terra, quæ dicitur Aquileia, cōmouent vomitum. Et illi qui nascuntur in maritimis Cuzum, & qui sunt ex terra Linia, sunt acuti multum, & vlcerant os, & corrodunt gingiuas, & sic faciunt moueri dētes, & ideo hi non conueniunt cibo. Aben mesuai.) Illi qui conditur tum sale, faciunt istas operationes supradictas, nisi quia sunt mali stomacho, malicia tamen pauca. Sed illi qui conditur cum aceto, fortificant stomachū, & prouocant appetitum, qñ acetum prohibet nocumentum eoꝝ a stomacho. Rasis.) Attulit mihi quidam amicus meus confectionē quandam capparorum recentium, & cum comedissem ex eis, induxerunt mihi tenasmonem, & consuetui facere clistere ad sciaticam, cum succo capparorum, & iuuat multum.

DE MYRRHA. CCLXXXIII.

De myrrha lib. 1. ca. 67.

Lerveh mura, id est myrrha. Dioscorides.) Est gummi arboris, quæ nascitur in terris Arabum, similis arbori, quæ dicitur in Græco spina Babylonicz. Fiunt nanq; scissuræ in ligno arboris, & inde egreditur gummi quod emanat cadens super festoria quæ sternuntur sub arbore, & quædā pars eius coagulatur super stipitē, & est de ipsa res quæ dicitur bathnasas, & est grossa, a qua egreditur miha, id est storax liquida, quādo exprimitur, & dicitur mirnastaten, & est de ea quæ dicitur aizen, & est pinguis multum, & arbor eius est in terra, quæ dicitur Parthemia, & est pinguis, & quando exprimitur succus, egreditur velut storax multū. Et melior myrrha est illa quæ dicitur tarhalud, & tanchi, & nominatur hoc nomine, eo quod defertur ex terris quæ sic dicuntur. Et color eius est ad viriditatem tendens, pungens linguam, clari coloris. Et ex ea est quæ dicitur liti, & est litragluticli, & est mollis ractu sicut bdellium, & in odore suo est pinguedo, & arbor eius est in locis foli expositis. Et ex ea est quæ dicitur poaclis, & est aspera multum, nigra, & apparet in ea vestigium ignis. Et deterior est illa quæ dicitur argasmi, & est leuis, non pinguis, acuti saporis, similis gummi Arabico in forma & virtute, & ex myrrha est quæ dicitur amini, & est mala. Et sunt quidem trocifici ex substantijs myrrhæ, & si myrrha fuerit pinguis, trocisci quiex substantia eius fuerint, habent bonum odorem, & pinguem, & si non est pinguis, quod fit ex substantia eius, non habet bonum odorem, nec pinguem, & habet virtutem debilem, propterea quod admiscetur ei oleum, quando sunt ex eo trocisci, & adulteratur myrrha, qñ admiscetur ei gūmi, quod infusum fuerit in aqua myrrhæ. Et melior ex myrrha est noua, leuis, & munda, quæ qñ tangitur, est aliquantulum aspera, & arida, & cito frangitur, & quando frangitur, remanet in fractura eius res alba, et figura eius est sicut figura vnguium, & quæ est in frusta non parua, & color eius est vniformis, non diuersus in exterioribus, sed interius est trahens ad rubedinem parum, cū lineis subalbidis, vt diximus, & odor eius est delectabilis, amara, calida, sedativa, sed illa quæ est grauis, cuius color est sicut color picis, non est alicuius vtilitatis. Sed myrrha quæ est ex terra, quæ dicit Iabroteno, abscindit ex radice arboris quæ est in terris illis, eligunt enim ex ea illud, quod est simile myrrhæ in odore, & virtus eius est calefactiua, mollitiua, & resolutiua, & ingreditur in confectionibus vnguentoꝝ. Galenus.) In sapore eius est de sapore amoniaci quātitas nō parua, & virtus eius prima calefacit & deficcat in tertio gradu. Et secunda abstergit cum temperamento. Et tertia conglutinat fragmenta ossium capitis, & occidit lumbricos & fœtum, & expellit eos, & ingreditur in confectionibus collyriorum, quæ sunt ad vlcera oculi, & maculas quæ sunt in eo, & in medicinis quæ bibuntur ad tussim antiquam, & ad asma, nam ipsa nō exasperat cannam pulmonis, & hoc proprie, quia non calefacit, nec deficcat, calefactione, & deficcatione forti, & cum superfluitate fuæ amaritudinis & abstersionis. Virtus eius calefacit, mollificat, & resoluit. Et dixit in almayemir, quod myrrha est composita ex
Lib.1.c.67. contrarijs qualitatibus. Dioscorides.) Virtus myrrhæ est calefactiua, & facit subeth, & conglutinat, quod quid eget conglutinatione, & deficcat, & est styptica, & mollificat orificium matricis coarctatum, & dilatat ipsum. Et quando fit nasale cum ea, & absinthio, aut cum aqua lupinorū, aut cū succo rutæ, prouocat menstrua, & expellit fœtum cito. Et datur ex ea quantitas fabæ in potu ad tussim antiquam & ad asma, quæ cogit hominem erectum stare, & ad dolorem lateris, & pulmonis, & ad fluxum ventris, & ad vlcera intestinorum. Et quando datur ex ea quantitas fabæ cum piperе & aqua, antequam superueniat rigor febris duabus horis, removet eam. Et quando tenetur sub lingua, & traijcitur quod ex ea resoluitur, mollit asperitatē cannæ pulmonis, & clarificat vocē, & ipsa occidit lumbricos. Et quando tenetur in ore, meliorat odorē oris, & ipsa admiscetur cum aceto recenti, & linitur cum ea, valet ad fœtorem

ad fœtorem aſſellarum. Et fit cum ea, & aceto, & oleo, collutio oris, reſtringit dentes, & gingiuam, & quãdo ponitur in ulceribus capitis, conſolidat, et incarnat ea. Et quando coquitur cum carne animalis, quod eſt in conchula marina, curat dolorẽ auricum, & veſtit carne oſſa denudata. Et quando miſcetur cum opio & caſtoreo, & memithe, curat ſaniem aurium, & incarnat oſſa denudata, & apoſtemata calida quæ fiunt in eis, & adminiſtratur cum caſſia lignea, & melle, liniendo verrucas, & confert, & fit linitio cum ea diſſoluta in aceto, & abſtergit imperiginem, & quãdo admiſcetur cum laudano, & vino, & oleo myrtino, retinet capillos cadentes, & liniuntur nares cum ea liniendo cum pluma, & aufert catarrhum antiquũ, & ipſa repler vlcera oculi, & abſtergit albuginem ipſius, & confert obſcuritati viſus & aſperitati palpebrarum, & colligitur ſumus eius ſicut fumus olibani, & eſt iuuatiuus ad omnia, ad quæ iuuat myrrha. Galenus quando rememorauit aquã piſcium ſalſorum, dixit, Quod ipſa confert exituris putridis, ſicut confert myrrha. Et dixit in libro de medicinis contra venena, & medicinas mortiferas, quod ex myrrha eſt quædam, quæ eſt admixta cum lacte cuiuſdam arboris, quæ dicitur fucaſſis, & eſt arbor mortifera, quare fit hæc myrrha, ſi ſumatur per os, interficiens, verum ipſa eſt mirabilis in collyrijs, nam ipſa reſoluit humorem, qui eſt in oculo, ſine mordicatione, & fortaſſis aufert in ſui principio, dum eſt ſubtilis.

Abugerig.) Myrrha confert ad aquam citrinã, qñ ſumitur ex ea in potu, aut fit emplaſtrum cum ea ſuper ventrem. Et quãdo fit caputpurgium cum vno dauich ex ea, mundificat cerebrum, & aufert ab eo ventoſitates groſſas, *Damaſcenus.*) Incoriat gingiuam, & cõfirmat dentes. Meſarguiæ.) Eſt bona colicæ, quãdo fit linitio cum ea.

DE MVMIA. CCLXXXIII.

De piſſa-ſphalti li. 1. ca. 84.

MVmie, id eſt mumia ſepulchrorum cum aloes & myrrha, & quod admiſcetur eis ex humiditate corporis humani. Dioſcorides.) Eſt in terris, quæ dicunt Acolonizæ, deſcendit nanq; ex montibus, qui ducunt flumina cum a qua, & ejcit eã aqua fluminis in ripis, & eſt coagulata, & fit ſicut cera, & habet odorem picis mixtæ cum aſphalto, cum aliquo fœtore, & virtus eiꝰ eſt ſicut virtus picis, & aſphalti mixtorum. Raſis ex nomine quorundam medicorũ.) Eſt bona ſodæ phlegmaticæ, & frigidę ſine materia, & hemigranææ, & paralyſi, & torturæ oris, & epilepſiæ, & ſcotomiæ, nam facimus caputpurgiũ cum vno grano ex ea cum aqua maioranæ, & confert doloribus auris, qñ diſſoluitur ex ea granũ vnum in oleo ſambucino, et diſtillatur in aurem, & confert dolori gutturis, quãdo diſſoluitur ex ea vnum kirat cum aqua, in qua decocta eſt ſaturegia, & confert tuſſi cum aqua iuiubarum, aut aqua hordei, & febeſten, & datur ex ea in potu tribus diebus in ieiunio, & cardiacæ confert vnus kirat cum aqua mentæ, & ventoſitati inteſtinorũ confert, quãdo accipitur vnum kirat cum aqua cymini, & carui, aut cũ aqua ameos, et caſui, & percuſſioni ſuper ſtomacho, aut hepate, confert, quãdo ſumitur vnum kirat cũ duobus dauich ex bolo Armeno, & vno dauich croci, cũ aqua ſolatri, aut caſſiæ ſiſtulæ, & datur ad ſingultũ gra num vnum ex ea cum decoctione feminis apij, * & cymini carmeni, & ad dolorem capitis antiquum, quando accipitur ex eo granum vnũ, & ex muſco, & cãphora, & caſtoreo, ante granum vnũ, & miſcentur cũ oleo de ben, & fit caputpurgium cum eis, & ad ſquinãtiam pondus vnius kirath cũ ſquingibi, id eſt cum oximelle ſimplici, vel aceroſo ſimplici, & ad dolorẽ ſplenis pondus vnius kirat cũ aqua carui, & ad venena grana duo cum decoctione tribulorum marinorum, & foliorum aniuden, & ad punctũram ſcorpionis pondus vnius kirat cum vino puro, & ponitur in locum punctũræ cum butyro vaccino. Angegrig.) Confert fracturis & conquaſſationibus, quæ fiunt in interioribus corporis, & exterioribus, & cõfert pectori, & pulmoni, & eſt prope temperamentum, niſi quia ipſa habet proprietatem in ſedãdo dolores, qui fiunt in iuncturis & fracturis, & quando ſumitur in potu, & linitur cum ea, & fit cum ea cliſtere, & confert vlceribus veſicæ & virgæ.

* Alias ſe minis carui.

Arabari.) Eſt calida & ſubtilis, & eſt bona calſus, & percuſſionibus, & ventoſitatibus. Raſis.) Dictũ fuit mihi, quod quidam emittebat ſanguinem, & non poterat reſtringi, per aliquam medicinam, quouſq; datũ eſt ei de mumia pondus granorum trium cum vino, & reſtrictus eſt ſtatim. Meſarguiæ.) Eſt ſubtilis, & eſt bona ventoſitatibus, & quando ſit caputpurgium cum modico ex ea cum zambach, confert dolori capitis.

Aben meſuai.) Galenus memorauit eã in almayestur, quando locutus eſt de ſoda in libro quarto. Et dixit, quod ex medicinis oculorum funt quædam calidę acutę, ſicut mumia, & aſa, & ſerapinum, & euphorbiũ. Et vniuerſaliter, omnis medicina quæ calefacit fortiter, abſq; eo quod faciat in oculo aſperitatem. Alcanzi.) Mumia eſt ſubtilior omni medicina ad ſputum ſanguinis, & quãdo diſſoluitur in oculo de zambach, & fit inde ſuppoſitorium, confert illis qui non poſſunt retinere vrinam.

DE BDELLIO IVdaico. CCLXXXIIII.

De bdellio lib. 1. c. 69.

MOlochii, vel molocal, id eſt bdellium Iudaicũ. Dioſcorides.) Eſt gummi arboris quæ naſcitur in terris Arabum, & melius ex eo eſt illud, quod eſt amarum, clari coloris, quod eſt velut gluten, quod fit ex coriis boum, tenax interius, citæ diſſolutionis, lene, ad albedinem declinans, non habens ex ſe ligna, nec ſordes aliquas, quando ſit fumigium cum eo, proferens odorem bonum, ſimilem odori blactæ Bizantiæ. Reperitur autem ex eo quoddam ſordidũ, cuius odor eſt ſicut odor darſiſaham, aut odor corticis cappatis, quod defertur ab India, & quoddã ex defertur a regione quæ dicitur Batonamis, ſimile reſinæ pini, cuius color eſt propinquius colori melongenę, & eſt ſecundum a bono in virtute. Adulteratur aũt bdellium cum gummi Arabico, quod admiſcetur ei, & tale non habet amaritudinem, qualem habet non adulteratum. Et quando fit fumigium cũ eo, non habet odorem bonum. Galenus.) Bdellij ſunt duæ ſpecies, Sículum, & eſt nigrius & mollius alio, Et virtus eius eſt mollificatiua, & operatio eius eſt in hac virtute operatio fortiſſima. Et aliud eſt Arabicum, et eſt ſiccius alio, & illud eſt plus deſiccatiuum & mollitiuum, ſed virtus illius quod eſt recens humidum, quod quando malaxatur manu, diſſoluitur totũ, eſt virtus fortiſſima in mollificando, & quanto plus veteraſcit, fit ſapor eius amarior, & calidior, & acutior. Et virtus bdellij prima eſt calida deſiccatiua. Et ſecunda eſt mollificatiua diſſolutiua. Et tertia diſſoluit apoſtemata quæ fiunt in canna pulmonis, & tumorem qui fit in crepatura inteſtinali, quando diſſoluitur cum ſaliua hominis ieiuni, donec fiat ſicut vnguentum, & frangit lapidem renum, quando ſumitur in potu, & prouocat vrinã, & expellit ventoſitates groſſas, & diſſoluit apoſtemata dura cruda, & curat dolores coſtarum, & attritiones neruorum.

Dioſcorides.) Virtus bdellij eſt calefactiua mollifi- Li. 1. c. 69
catiua, quando diſſoluitur cum ſaliua hominis ieiuni, curat crepaturam, & diſſoluit apoſtemata difficilis maturationis, & apoſtemata quę dicuntur naiarchili, quę fiunt in gutturæ, & diſſoluit ramicẽ aquoſam, & quando ſit naſale cum eo, & fumigatio, aperit orificium matricis, & educit fœtum, & omnes humiditates quę funt in matrice. Et quando ſumitur ex eo in potu, frangit lapidem,

lapidem,& prouocat vrinam,& menſtrua,& quando datur in potu illi qui habet tuſſim,aut illi quẽ momordit aliquod venenoſum,confert,& confert attritionibus neruorum,& alcuzez,& dolori lateris, & ventoſitati, & admiſcetur in vnguentis quæ fiunt ad duricies neruorum,& ad nodatiões ipſorum, & mollificat eas. Similiter autem facit quãdo teritur,& proijcitur ſuper ipſum vinum, aut aqua calida,& fit inde vnguentum.

Aben meſuai.) Reſoluit apoſtemata intrinſeca,qñ bibitur cum decoctione,& extrinſeca, qñ apponitur diſſolutũ in decoctione. Et de proprietate eius eſt prohibere,ne medicinæ acutæ excorient inteſtina,& conſerre hæmorrhoidibus. Iſaac eben amram.) Confert apoſtematibus intrinſecis qñ ſumitur in potu, aut fit emplaſtrum ſuper ea cum decoctione,& qñ admiſcet cum medicinis acutis laxantibus phlegma, prohibet acuitatem earum nocere inteſtinis,& aljs membris,& confert tenaſmoni. Et doſis eius ſolius eſt a drachma,i. vſq; ad duas,& aliqui dicũt a drachma dimidia vſq; ad vnam,& auget in potentia coitus,& meliorat,& iuuat omnibus. Meſaruaie.) Reſoluit apoſtemata teſticulorum,& alia apoſtemata. Hunaim in tyriaca.) Reſoluit ſanguinem coagulatum.

DE MARVA IANTVSA. CCLXXXV.

De ſtache li.3.c.101. MArua iantuſa eſt ſpecies marrubij. Dioſcorides.) Eſt planta ſimilis praſſio, niſi quia eſt longior eo,& habet folia parua, multa, dura,& aſpera, bonum odorem habentia, alba, ſuper quę ſunt pili parui,& habet virgas multas egredientes ab vna radice,& albiores virgis praſſij,naſcitur in locis montuoſis & aſperis. Galenus.) Sapor eius eſt acutus, pungitiuus, amarus,& virtus eius prima calefactiẽ tertio gradu. Et ſecunda abſtergit &incidit. Et tertio prouocat menſtrua,& occidit fœtum cum hoc,& expellit ſecundinam. Dioſcorides.) Habet virtutem calefactiuam acutam,& ideo quãdo bibitur decoctio foliorum eius cum vino,prouocat menſtrua,& facit aborſum, & expellit ſecundinam. Li.3.c.101

DE MAIORANA. CCLXXXVI.

De ſambucho lib. 3. ca.138. MErzenius, id eſt maiorana. Dioſcorides.) Eſt herba multas virgas habens extenſas ſuper faciem terræ in ſuo ortu, & habet folia parua rotunda, ſuę quæ eſt borra,fere ſimilia foliis calamenti habentis folia ſubtilia,& habet odorem bonum.

Galenus.) Virtus eius prima calefacit,& deficcat in tertio gradu. Secunda reſoluit & ſubtiliat. Dioſcorides.) Habet virtutem calefactiuam valde,qñ ſumitur decoctio eius in potu, conuenit hydropiſi in principio eius,& ſtrangurię,& tortionibus. Et qñ ſuccus foliorũ eius miſcetur cum melle,& fit linitio cum eo, aufert liuorem ſanguinis mortui qui eſt ſub oculo,& quando fit cum eo naſale, prouocat menſtrua, & qñ admiſcetur cum aceto & ſale,& fit inde emplaſtrum ſuper punctũram ſcorpionis, confert,& miſcetur cum ceroto,& ponitur ſuper contorſiones neruorum, & attritiones laſertorum,& ſuper apoſtemata phlegmatica, & cõfert, & qñ fit cum ea emplaſtrum, admixta magra, apoſtematibus oculorum, confert, & ipſa ingreditur in confectionibus vnguentoꝝ, quæ fiunt ad laxitudinem,& admiſcetur in vnguentis mollitiuis & fedatiuis doloꝝ. Aben meſuai.) Qñ linitur cũ ſucco huius plantæ ſup liuores ſanguinis mortui, aufert eos,& propter hanc cauſam ponentes ventoſas, adminiſtrant eum in ventoſatione, vngentes locum poſt ventoſationẽ cum eo,ne appareant cicatrices ferri. Et qñ fit capuţpurgiũ cum ea, confert doloribus capitis, maxime melancholicis,& ventoſitati cerebri,& aperit oppilationes quæ ſunt in eo,& propter hanc cauſam confert epilepſię,& paralyſi, & torturæ oris,& hemicraneæ, trahit enim humiditates malas a cerebro,& confert multum,& fit oleum cum ea,quod confert ad omnia ſupradicta, qñ inungitur cum eo. Sindaxar.) Quando teritur maiorana ſicca,& conficitur cum melle,& linitur ſuper liuorem qui fit ſub oculo, aufert ipſum, & exprimit ſuccus ex ea dum eſt recens, & fit caputpurgium cum eo, & mundificat cerebrum,& confert ægritudinibus frigidis eius & melancholicis. Et qñ imbibitur in eo cotum aut lana,& imponitur in aurem, aperit oppilationes eius,& ſimiliter facit oleum eius, ſi inuoluatur in cotum,& ponatur in aurem, & qñ imbibitur lana in oleo eius,& fit cum ea naſale, aperit orificium matricis,& confert ſuffocationi eius,& calefacit matricem.

Raſis.) Propter caliditatem ſuam,& aromaticitatẽ, & ſubtilitatem,confert omnibus ægritudinibus frigidis,& confortat cerebrum,& omnia viſcera.

DE AMEOS, CCLXXXVII.

De anni li.3.ca.159. NAnochach,vel anazue,id eſt ameos. Dioſcorides.) Quidam nominant ipſum pomum anchininon, id eſt cyminum Aethiopicum, verũ natura cymini Aethiopię eſt alia a natura ameos, & eſt notũ, qñ ſemen fere ſimile cymino Aethiopiæ, niſi quia eſt minus eo multum, & albius,& denſius,& in ſuo ſapore eſt de ſimilitudine ſaporis origani Aethiopici,& illud quod eſt eligendum ex eo,eſt illud quod eſt recens,& mundum. Galenus.) Magis iuuatiuum quod eſt in eo,eſt ſemẽ eius,& eſt in ſapore eius amaritudo pauca, & acuitas, & virtus eius prima calefacit,& deficcat in tertio gradu, & ſecunda abſtergit, ſubtiliat, & reſoluit, & tertia prouocat vrinam.

Dioſcorides.) Virtus eius eſt calefactiua,inflãmatiua corporis,& confert qñ bibitur cum vino,tortionibus,& ſtrangurię, & morbibus venenoſis,& prouocat vrinam,& menſtrua,& admiſcetur cum medicinis quę prouocant vrinam, in quorum confectionibus ingreditur fœniculus, & qñ miſcetur eũ melle,& fit emplaſtrum cum eo,aufert ſanguinem mortuum qui eſt ſub oculo,& quando ſumitur in potu,& linitur cũ eo corpus,inducit colorem citrinum in corpore,& qñ fit fumigatio cum eo,& pice,& reſina pini,mundificat matricem. Aben meſuai.) Quãdo memorauit proprietates,dixit quod prouocat vrinã. Idem.) Semen eius eſt bonum febribus antiquis,& quando decoctio eius ponitur ſuper punctũram ſcorpionis,aufert dolorem, & qñ in medicinis eſt cõuenies frigiditati ſtomachi, & hepatis,& aperit oppilationes,& ſedat naſeam,& deficcat humiditates ſtomachi, & eſt bonũ ad ſaniem quæ eſt in pectore, & mundificat vias renum, & veſicam,& extrahit lapidem ex eis, poſtquã fuerit fractus, & quando fit linimentum cum eo, abſtergit morpheã, & baras, maxime cum medicinis quæ ſunt ad hoc.

DE MENTA. CCLXXXVIII.

De mẽtha li.3.c.33. NAhanaha,id eſt menta. Et eſt ex ea domeſtica, & ſylueſtris,& ramuli domeſtici quando maturantur,habent colorem cœleſtem,& ſunt in terius concaui, & in ſummitatibus ramulorum ſunt quaſi licinia,& viret,& augetur in æſtate & hyeme,& habet odorem bonum. Dioſcorides.) Quidam nominant eam mẽtam,& eſt nahanaha,& eſt nota,& habet virtutem calefactiuam,ſtypticam,deficatiuam,& ideo quando datur ſuccus eius in potu cum aceto, abſcindit ſputum ſanguinis, & occidit lubricos magnos, & excitat coitum. Et quando ſumitur in potu ex eo cũ aqua granatorum acetoſorum,confert ſingultui,& vomitui,& colicæ paſſioni, Et quando fit emplaſtrũ cum ea,& fauich, reſoluit apoſtemata quæ dicuntur caſtrinata,& ponitur ſuper frontem, & ſedat dolorem capitis, & quando ponitur ſuper mãmillas, in quibus eſt apoſtema, propter cauſam confert lactis in eis, ſedat apoſtema, & quãdo fit emplaſtrum cum ea,& ſale,confert morſui canis & quando ſuccus eius miſcetur cum melicrato

melicrato, conuenit doloribus aurium, & quando fit cum eo nasale, ante horam coitus, prohibet impregnationem, & qñ linitur cum eo lingua aspera, lenit asperi tatem eius, & qñ ponitur ex eo in lacte parum, nõ finit ipsum coagulari, & quando linitur cum eo caseus, præseruat ipsum a putrefactione, & menta comedit cum ci bis admixta, & est bona stomacho, & prouocat appetitum prostratum propter fuã odorificationem, & aufert fastidium. Est autem alia species mẽtæ syluestris, cuius folia sunt aspera, pilosa paruis pilis, maiora foliys fisimbrij parum, & in odore suo est pinguedo, & est minus iuuatiua in medicina qñ species alia. Galenus.) In substantia eius est plus de subtilitate qñ in omni alio olere, & in sapore suo est parum caliditatis, & ponticitatis, & acuitatis. Et virtus eius prima est calida i tertio gradu, & propterea quia seminatur in viridarijs, & in hortis, & irrigatur aqua, est in ea humiditas cruda. Et secunda eius virtus est, quæ subtiliat, & abstergit, & fortificat. Et tertia est virtus, quę qñ teritur, & ponitur cum farina hordei super exituras, & fistulas, confert eis, & ipsa occidit vermes vtẽris, & abscindit sputũ sanguinis, qñ non est antiquum, qñ bibitur cum aceto, aqua mixto, & incitat libidinẽ excitatiõe modica. Aben mesuai.) Est calida in fine secundi gradus, calefacit stomachum, & fortificat ipsum, & sedat nauseam phlegmaticam, & facit eructuare, & facit digerere. Et de proprietate eius est, sedare vomitum phlegmaticum, quãdo bibitur sola, aut cum aqua fisimbrij.

DE SERPILLO. CCLXXXIX.

De serpillo li. 3. c. 367

NEmen, id est serpillum. Dioscorides,) Est de eo domesticum & syluestre. Sed domesticum est planta inclinata super faciem terræ iacens, & quod de ea tangit terram, infigit in terram radices, & habet folia, & ramulos similes foliys, & ramulis origani, nisi quia sunt albiores, & in odore suo est aliquãtulum ex odore maioranæ, & vtuntur ea multi in cibis suis, & nominant eam multi arclas, et arclanẽ azantor, & illa quę ex ipsa nascitur in paludosis locis, est maior.

Galenus.) Nominant ipsum multi sisnabar, sapor eius est fortiter acutus. Et virtus eius prima est calida, & secunda est virtus subtiliatiua, resolutiua, & tertia prouocat vrinam, & menstrua. Dioscorides.) Est syluestre, ex eo nominatur ragis, quod non inclinatur sicut aliud super terram in ortu suo, immo stat erectũ, & habet ramulos subtiles, lignosos, adeo quod possumus ex eis licinia facere ad lumen accendẽdum, & sunt ramuli longi circa palmum, pleni foliys, similibus rutę, nisi quia sunt strictiora, & longiora, & duriora foliys rutæ, & habet florem acuti saporis, & odoris boni per singulos ramulos distinctum, cuius color est in summitate eius purpureus, & habet radices, in quibus non est iuuamentum, nascitur in rupibus, & locis lapidosis, & est fortius calidum domestico, & administratur in medicina, nam ipsum prouocat menstrua, quando sumit in potu, & vrinam, & confert tortionibus ventris, & attritionibus musculorum, & summitatum eorum, & apostematibus hepatis calidis, & est bonum contra noxumenta venenorum qñ bibitur, & fit emplastrũ cum eo super locum morsus, & qñ coquitur cum aceto, & admiscetur ei oleum rosaceũ, & proijcitur sup caput, sedat loda, & est conueniens propter lethargię, & catarrhito, & quando sumuntur ex eo in potu drach. iiij. cũ aceto, sedat vomitũ sanguinis, Sed alia species agrestis est sisinabario, & nascitur in locis habitabilibus, & domesticis, & est simile mentæ, nisi quia sunt eius folia latiora qñ mentę, & meliorem odorem habentia, & administrat in cibis. Galenus.) Substantia eius est subtilis, & virtus eius prima calefacit, & desiccat in tertio gradu, & semen similiter est calefactiuum subtile, & ideo quidam dant illud in potu, habentibus singultũ, & tortiones cum vino. Dioscorides,) Habet virtutẽ calefactiuam, quando semen eius bibitur cum vino, cõfert distillationi vrinæ, & lapidi, & sedat ventris tortiones, & singultum, & fit emplastrum cum eius foliys sup pulsus temporum ad sodã, & fit emplastrum cũ eo, ad punctũram apum, & acambor, qñ sumitur in potu, sedat vomitum. Aben mesuai,) Serpillum aperit oppilationes narium, & habet proprietatẽ conferendi multum punctũræ acambor, quando sumitur aureus vnus ex eo in potu cum squingibin. Li. 3. c. 37.

DE RVTA. CCXC.

De ruta li bro. 3. c. 43

SAdeb, id est ruta. Dioscorides,) Ruta quædam est domestica, & quædam agrestis, sed ruta syluestris est calidior domestica, & acutior, & non conuenit in cibis, sed ruta domestica, & maxime illa quæ oritur iuxta arborẽ ficus, in cibis est bona. Galenus.) Substantia rutę est subtilis, & in sapore eius est acuitas, & amaritudo, & virtus eius prima est calida, desiccatiua in tertio gradu, & secunda resoluit, & incidit humores grossos, viscosos, & purgat & expellit qñ est in corpore per vrinam, & est de rebus magis iuuatiuis, & cõferentibus inflationibus, & ventositatibus, & ipsa extinguit libidinem coitus. Dioscorides.) Ruta domestica & syluestris, ambæ sunt calefactiuæ, adustiuæ, prouocatiuæ vrinæ, & menstruorum. & qñ bibitur aut comeditur, stringit ventrem, & qñ sumitur in potu ex semine cuiuscũ quantitas vnius kisuph cum vino, est medicina conferens multum medicinis mortiferis, & qñ comeduntur folia eius fola, aut cum ficubus siccis, & nucibus, auferunt nocumentum medicinarum pernicio sarum, & est vltima medicina contra malitiam venenorum administrata, sicut diximus, et qñ comeditur aut bibitur ruta sæpe, absc indit sperma, & qñ coquitur cum aneto ficco, & sumitur, sedat tortiones, & qñ administratur secundum hunc modum, confert dolori lateris, & dolori pectoris, & asmati, & tussi, & apostemati pulmonis, & sciaticæ, & doloribus iuncturarũ, & rigoribus febrium, & qñ coquitur in oleo, & ponit in clisteri, confert inflationi colon intestini, & inflationibus matricis, & inflationibus recti intestini, & quando teritur & conficitur cum melle, & linitur super collum matricis, confert dolori eius, & suffocationi matricis, & quando coquitur in oleo, & bibitur, coccidit, & expellit lũbricos, & conficitur cum melle, & fit inde emplastrum doloribus iuncturarum, & fit inde emplastrum cum ea, & ficubus ad hydropisim carnosam, & quando coquitur cum vino vsq; ad consumptionem medietatis vini, & bibitur, confert huic speciei hydropisis, & qñ comeditur sola sicut est, aut salsita, acuit visum, & quando fit emplastrum ex ea cum fauich super oculum, sedat dolorem eius, & quando teritur, & miscetur cum aceto, & oleo rosaceo, & fit inde linitio, cõfert dolori capitis, & qñ intromittitur trita in naribus, aut succus eius, absc indit fluxum sanguinis ab eis, & quando fit emplastrum cum ea, & foliys lauri, confert apostematibus calidis testiculorum, & qñ administrat cum ceroto, facto cũ oleo myrtino, confert ad bothor, & quando miscetur cum aceto, & fricatur in morphea alba, aufert eam, & qñ fit emplastrum cum ea, aufert bothor dura, & verrucas quæ dicũtur marmachias, & linitur cum ea mixta cum melle, et al bugine oui impetigo, et confert ei, et quando calefit succus rutæ in cornice mali granati, et distillatur in aurem, confert doloribus eius, et miscetur cum succo fœniculi, et melle, et fit cohol cum eo, confert debilitati visus, et qñ miscetur cum aceto, et oleo rosaceo, et confi citur cum cerusa, et fit liminentum cum ea, confert erisipilæ, et formicæ, et vlceribus humidis capitis, et quando mascitatur ruta post comestionem cęparum, et alliorum, aufert eorum fœtorem valde. Sed ruta syluestris, si sumatur nimis de ea, De Ruta montana li. 3. c. 43.

de ea, occidit, & ipſa colligitur maxime cum flos eius incipit apparere, ſi carnem tetigerit, vlcerat, & facit inflare cum pruritu, quare oportet eum, qui illi vult colligere, ꝙ inungat manus ſuas, & faciem cum oleo roſaceo. Et quidam eſtimauere ꝙ ſi ſuccus eius ſpargat ſup pullos gallinarum, nõ comedit eos miluus, & quidam putant ꝙ ruta quæ naſcitur in Macedonia, ppe fluuiũ, qui dicitur Achimon, qñ comeditur, interficit, & loca in quibus naſcitur, ſunt montes pleni ſerpentum, & ſemen rutæ qñ bibitur, confert doloribus intrinſecis, & ipſum intrat in confectionibus medicinarum, & eſt iuuatiuum. Galenus.) Ruta agreſtis non conuenit cibo, & eſt calidior, & amarior ꝙ̃ ruta domeſtica, & calefactio, & deſiccatio eius eſt in quarto gradu. Rufus.) Ruta eſt medicina maxime iuuatiua inteſtinis inferioribus, & confert viſui. Abugerig.) Gummi rutæ eſt calidum in fine tertij gradus, ſiccum in ſecundo. Curat vlcera oculi quando puluerizatur ſuper ea, & ſcrophulas, quæ ſunt in gutture, & ſub aſſellis, quãdo ſit caput purgium cum eo,

DE CASSIA LIGNEA. CCXCI.

De caſſia lib. 1. ca. 12.

SElycha, vel ſelchæ, id eſt caſſia lignea. Dioſcorides.) Species caſſiæ ligneæ ſunt multæ, & naſcũtur in terris Arabum, vbi naſcuntur ſpecies aliæ aromaticæ. Et prima habet ſtipitem groſſum, & corticem groſſum, & grauem, & folia huius ſunt ſimilia foliſ ſtireos. nigra, purpurea, & habet odorem ſimilẽ odori roſæ, & hæc ſpecies eſt prima in bonitate, & ſecunda poſt hãc in bonitate eſt illa, cuius color eſt ſicut coralli, & eſt ſubtilis, dura, leuis, longa, groſſi calami, & pleni, mordicans linguam cum ſtypticitate pauca, & acuitate, habens odorem bonum, participans aliquid odoris vini. Hæ enim duę ſpecies ſunt vtiles in medicina, alię vero omnes non ſunt adminiſtrandæ. Et ego quidem eas volo rememorare, vt non adminiſtrentur, ſed abijciantur. Et de eis eſt quædã quæ eſt nigra, habẽs odorem malum, & corticẽ ſubtilem. Et reperitur res quædam ſimilis caſſiæ lignææ, & non eſt caſſia lignea, quæ cognoſcitur per ſaporem, qñ non eſt acuti ſaporis, nec odorifera, & cortex eius adhæret ligno. Et reperitur quædam ſimiliter habens calamum latum, mollem, leuem, aſperum tactu, & iſta eſt minus mala ꝙ̃ illa quę eſt modo dicta. Sed deterior omnibus eſt illa, cuius color eſt albus, & odor eius eſt ſimilis odori porri, vel iuxta, nõ habens calamũ groſſum, ſed ſubtilem. Galenus.) Subſtantia caſſiæ lignææ eſt ſubtilis multum, & ſapor eius eſt acutus, cũ pauca ſtypticitate. Et virtus eius ptis ma calefacit, & deſiccat in tertio gradu, & ſecunda reſoluit, & incidit, & fortificat membra, & tertia incidit, & reſoluit omne quod eſt in corpore ex ſuperfluitatibus, & eſt in ea cum hoc fortificatio membrorum, & prouocat menſtrua, quæ retinentur cauſa humorum groſſorum, viſcoſorum. Et dixit in Almaiemur, ꝙ caſſia lignea habet virtutem propinquam cinnamomi in proprietate ſua. Dioſcorides.) Virtus caſſiæ lignææ eſt calefactiua, deſiccatiua, prouocatiua vrinæ, ſtypticæ, leui ſtypticitate, & eſt conueniens adminiſtrationi medicinarum acuẽtium viſum, & adminiſtrationi aliquorum vnguentorum, & quando admiſcetur cum melle, & linitur cum ea humiditas lactea quæ apparet in facie, aufert eam, & prouocat menſtrua, & confert veneno tyri, quando ſumitur in potu, & omnibus apoſtematibus calidis intrinſecis quando bibitur, & doloribus renum facto fomento cum ea, & confert dilatationi matricis, quando ſit encatiſma in eius decoctione, aut fumigatio, & confert ſimiliter lubricitati matricis & ani, & caſſia lignea ponitur loco cinnamomi in confectionibus, duplicato pondere ex ea, & eſt vtilis, & iuuatiua. Meſeſhah.) Caſſia lignea fortificat ſtomachum, & hepar, & eſt ſubtilis. Meheres.) Expellit fœtum cum fortitudine.

Li. 1. ca. 13.

DE SERAPINO. CCXCII.

De ſagape lib. 3. ca. 77.

SAchabenigi, id eſt ſerapinum. Dioſcorides.) Eſt gummi cuiuſdam plantæ, ſimilis galbano in figura ſua. Melius aũt ex eo eſt clarum, exterius rubeum, & interius album, & odor eius eſt inter odorẽ aſſæ, & inter odorem galbani. Galenus.) Sapor eius eſt acutus. Et virtus eius prima calefacit, & ſecũda ſubtiliat, & abſtergit, & tertia mundificat maculas oculi, & ſubtiliat eas, & eſt de melioribus medicinis aquæ quæ deſcendit ad oculum, & ad obſcuritatem viſus, quæ fit ab humiditatibus groſſis. Dioſcorides.) Cõfert doloribus lateris, & pectoris, & attritioni neruoꝝ, & tuſſi antiquæ, & au fert ſuperfluitates groſſas pulmonis, & curat epilenticos, & ſpaſmum, qui facit reclinare caput ad poſteriora, & valet dolori ſplenis, & paralyſi, & ei qui perdidit ſenſum, & motum alicuius membri, cauſa frigiditatis quæ accidit in membris, & cuſtodit corpora a frigore, & maxime a frigore febrium periodicarum, & ſit cum eo inunctio in doloribus magnis, & confert, & quando bibitur cum hydromelle, prouocat menſtrua, & occidit fœtum, & quando bibit cum vino, confert morſibus venenatis, & qñ odoraſ, confert ſuffocationi matricis, & qñ linitur cum aceto ſuper cicatrices, attenuat & abſtergit veſtigia vlcerum oculorum, & confert obſcuritati viſus, & aquę deſcendenti ad oculum, & prohibet eam, & diſſoluitur ſicut aſſa cum amygdalis amaris, aut cum ruta, aut cum pane calido, & ſic adminiſtratur ad ea quæ dixi. Armaſios.) Serapinum eſt cõtrarium venenis mortiferis, & operatio eius in hoc eſt potior operatione galbani.

Li. 3. c. 77.

Achim ex verbo Galeni.) Serapinum eſt contrariũ venenis mortiferis, & qñ eritur cum aceto, & linitur ſuper hordeolum, aufert ipſum. Abugerig.) Confert colicæ, qñ ſumitur in potu, aut fit cliſtere cum eo, & purgat phlegma groſſum a iuncturis, & mollit ventrẽ competenter, & confert hæmorrhoidibus, qñ bibitur ſimplex aut cõpoſitum, & eſt conueniens medicinis laxatiuis acutis, & expellit vẽroſitates groſſas. Alpheuſi.) Serapinum diſſoluit lapidem, & confert rigoribus febrium, & addit in ſpermate, & eſt bonum hepati.

De ſcamonea lib. 4. ca. 152.

Atabari & Meſarugię.) Purgat aquam citrinam, & diſſoluit lapidem, & confert puncturæ ſcorpionis.

Aben meſuai.) De proprietate ſerapini eſt conferre puncturæ ſcorpionis, & colicæ, & ventoſitatibus inteſtinorum, & coſtarum, & purgat phlegma viſcoſum. Et doſis eius ſimplicis eſt a drachma vna vſq; ad aureũ vnum, ſed infuſi in aliqua a decoctione, aut in aqua rutæ, aut in aqua mellis, aut fœnugręci, & ſi admiſcetur cum alijs medicinis, ſtrigidatur ſicut dixi. Et doſis eius ſit a drach. ſemis vſq; ad drach. i. Melius ſerapinum eſt illud, cuius color declinat ad ruborem, & eſt clarum, habens odorem bonum, & ſaporem acutũ. Habix.) Serapinum confert colicę, quãdo ſumitur in potu, aut quando fit cliſtere cum eo, & laxat phlegma groſſum a iuncturis, & mollificat naturam mollificatione conueniẽti, & confert dolori hæmorrhoidarum, quãdo bibitur ſimplex aut cõpoſitum, & eſt conueniens admiſceri ipſum cum medicinis laxatiuis, & prohibet diffi cultatem, & grauedinẽ earũ ſuper naturam, & reſoluit ventoſitates groſſas in corpore generatas.

DE SCAMONEA. CCXCIII.

SCamonea. Dioſcorides.) Scamonea eſt planta habens ramulos egredientes ab vna radice, quoꝝ longitudo eſt trium aut quatuor brachiorum, ſupquos eſt viſcoſitas adhærens manui, & parum borræ, & habet folia piloſa, ſimiliter ſimilia foliſ lebleb agre ſtis, aut foliis cuſſus, id eſt hederæ, niſi quia ſunt mol liora foliſ cuſſus & habent tres angulos, & flores albos, rotũdos, concauos, ſimiles in figura ſua chartulæ, grauem

grauem habens odorem, & habet radicem grossam sicut pollex, albam, grauis odoris, plenam lacte, quod colligitur secundum hunc modum, nam vulneratur virga & radix eius, & fiit foueæ iuxta vulnus, ita quod humiditas emanans a vulnere, colligitur in illis foueis, quæ postea colligitur in cocleis, quidam vero fodiunt circa radicem, & sternunt ibi folia nucum, & vulnerata radice, quod de humiditate emanante aggregatur super folia suppositra, colligunt, postea sic dimittunt, donec hęc humiditas fuerit deficcata, quam reponunt. Melior ex ista humiditate quæ est scamonea, est illa quæ est clara, leuis, similis in colore suo, glutino facto ex corijs boum, habens gibbositates, & est spongiosa, & illa quæ defertur ex locis Musiæ, & ex terris Asiæ, est huiusmodi, & ille qui vult eligere scamoneam, oportet q̃ non si contentus vtrum albescat quando tangitur cum lingua, quia idem contingit, quando ipsa est adulterata cum lacte titimalli, verum discernitur quando non est ei admixtum, eo q̃ non adurit, nec mordicat linguam adustione, vel mordicatione forti, nam hoc accidit quando est sibi admixtum lac titimalli. Et deterior speciemm scamoneæ est illa quæ defertur ex Seni, & ex Palestina, quia istæ duæ species sunt ambæ male adulteratæ cum lacte titimalli, & cum farina orobi. Virtus vero scamoneæ est ista, q̃ si accipiatur ex ea pondus drach. ij. aut. iij. onolosat cum melicrato, aut cum aqua, purgat cholerã, & sufficit quãtitas duorum obolorum ad laxandum, maxime vero admixta cum sisamo, aut cũ aliquo alio semine, q̃ si eges fortiori purgatione, & maxime si vis melancholiam educere, possunt dari, iij. onolosat cum duobus onolosat ellebori nigri, & drach. ij. salis, & fit sal laxatiuus, quia admiscet cũ vj. onolosat, ex eo, xx. alkì, & sic drach. i. ex scamonea, & dosis eius fit secundũ fortitudinẽ eius qui sumit eam, & secunda dosis fit pondus phahalìel trium, & media dosis duoꝝ phahali, & parua dosis vnũ phahali. Accipiatur autem ex radice arboris citoniorum pondus drach. i. & misceatur cum supradictis, & laxat similiter. Sunt autẽ qui accipiunt ex radice plantæ scamoneæ, & coquunt illam, & dant elixaturam in potu, & coquitur radix ipsa cum aceto, & teritur fortiter, & cõficitur cum farina hordei, & fit inde emplastrum iuuatiuum sciaticæ, & quando lana inuoluitur in succo radicis, & subijcitur mulieri prægnanti, aborsit, & quando miscetur cum melle & oleo, & liniuntur cum ea exituræ, resoluit eas, & quando coquitur cum aceto, & linitur scabies vlcerata, excoriat eam, & quando miscetur cum aceto & oleo rosaceo, & linitur caput cum ea, confert sodæ antiquæ. Galenus.) Est calidior pipere. Paulus.) Scamonea abstergit cutem, & meliorat colorem, & mundificat baras, & aufert dolorem capitis antiquum, quãdo administratur cum oleo rosaceo, & aceto, & in fundit ur super caput. Habix.) Scamonea est calida & ficca, & caliditas eius est amplior siccitate ipsius. Et melior scamonea est alba, vergens ad colorem cœlestem, & quæ cito frangitur quando frangitur, & est in fractura sicut coclea fracta, & illa quæ colligitur in montibus Kem, est huiusmodi. Illa vero quæ non est talis, est mala sicut illa quæ defertur ex terris lacamica, cuius color declinat ad nigredinem, & figura eius est rotunda, & est dura, alterius coloris ab illa, nam ista quando bibitur, facit tortiones, & laxitudinem, & tenasmonem, & anxietatem, & dimittere eam penitus est melius q̃ administrare. Et modus quidem rectificationis primæ, scilicet eius quæ est bona, est vt accipiatur citonium, & remoueatur de capite eius rotula, & fodiatur medium eius, & intromittatur ibi scamonea, deinde reducatur rotula quæ fuit abscisa de citonio, & firmatur cum brochis infixis in citonio, deinde inuoluatur super citonium pasta, & ponatur in furno non multum calido, & dimittatur tam diu in furno, donec pasta sit cocta, deinde extrahatur scamonea, & dimittatur donec siccetur. Et dosis scamoneæ sic præparatæ, sit ab vno dauich vsq; ad duos. Et scias quod scamoneæ acuitas non mutatur, nec minuitur, circa spacium triginta annorum, aut quadraginta, nisi scamonea quæ est præparata fuit dixi, sed illa quæ est assata cum citonio, & in pasta, in furno, quando superuenit longum tempus super eam, amittit virtutem suam, & propter hoc oportet quod præpares eam solum tunc, quando vis illam administrare, & quando accipitur ex scamonea vltra quantitatem quam dixi, & est drachma semis, stringit ventrem primo, deinde accidit ei qui recipit eam anxietas, & languor, & sudor frigidus, & syncopis, & fortassis prouocat fluxum ventris in tanta quantitate quod occidit. Et conueniens dosis scamoneæ est a sex granis hordei vsq; ad viginti. Et de proprietate scamoneæ est quod purgat cholerã, & viscositates, & extrahit superfluitates malas a corpore. Et multi ex his qui sunt calidæ complexionis, postquam sumpserunt eam, incurrunt febres acutas, & cauere ab ea hominibus, huiusmodi est melius, nisi necessitate imminente, qui tunc accipiant secundum quod dictum est. Liber de quæstionibus naturalibus.) Scamonea quando non est antiqua nimis, non prouocat vrinam, sed laxat ventrem, antiqua, vero prouocat vrinam, & non laxat ventrem. Liber quæstionum. Abenmesuai.) Scamonea habet caliditatem paucam, elleborus vero habet caliditatem multam, & propter hoc ipsa laxat, & non inducit vomitum, sed rapha & elacteriũ sunt caliditas ellebori. Abenmesehah.) Scamonea laxat choleram cum sua perfluitatibus sanguinis, verum ipsa est nociua stomacho, & eius rectificatio est admixtio succi citoniorum.

Aliter distinct. 327.

Ayse.) Caliditas & siccitas scamoneæ sunt intensio gradu. Abenmesuai.) Proprietas scamoneæ est quod ipsa expellit choleram, & nocet stomacho, & hepati, & diminuit appetitum cibi, & inducit anxietatem, & nauseam. Et rectificatio eius est, vt admisceatur ei anisum, & daucus, & semen apij, & radix piperis, & admisce ipsam cum oleo amygdalarum dulcium, & est bonum, aut assare ipsam in pomo, aut citonio, & scamonea, non debet multum teri, ne adhæreat stomacho, & noceat ei multum, & oportet vt caueatur ne ipsa bibatur simplex, & quod ipsa sumatur cum magna cautela & custodia. Et dosis eius est ab vno kirat vsq; ad tres.

DE SCYLLA. CCXCIIII.

HAspel, id est squilla. Galenus.) Virtus eius prima calefacit fortiter, & propter hoc est calida & ficca in tertio gradu, secũda est virtus quæ incidit fortiter, & melius est quod accipiatur cæpe squillæ, & asseturi, vel coquatur, & postea administretur, quia si fiat hoc, minuetur fortitudo & acuitas fuæ virtutis. Dioscorides.) Squilla habet virtutem acutam adustiuam, & quando assatur, & sumitur, habet multa & maxima iuuamenta. Si ergo volueris eam assare, oportet q̃ inuoluatur in pasta, aut in luto, & postea in furno, aut fepelistur in prunis, donec coquatur pasta, vel lutum, deinde extrahatur, & confideres tur si est bene cocta, q̃ si non inuoluatur vice alia in pasta, aut in luto vt prius, nam si non assatur bene, nocet accipienti ipsam, & ledit membra interiora. Assatur autem alio modo, nam ponitur in olla, & coopertur pasta, vel luto, & ponitur in atanor, donec coquatur bene, & oportet quod quando squilla fuerit bene decocta, quod accipiatur eius interius, & abijciatur cortex eius exterior. Et fiunt quidam adijciens tes corticem eius, & medituIlium, accipiũt illud quod est inter vtrunque, & quidam incidunt eam in frusta,

De Scilla lib. c. 164.

& elixant illam in aqua, & mutant sæpe aquam eius, donec videlicet non remaneat amaritudo in ea, neq; punctio; & quidam incidunt eam, & inferunt frusta in filo ligni, & separant inter frustum & frustum, ne se contingant, & deficcant eam in sole, & id quod est incisum ex ea, ponitur in aceto, & vino, & oleo, sed illud quod est in medio eius, coquitur in oleo, & dissoluitur in eo resina pini, & ponitur in fissuris quæ fiunt a frigore in pedibus, & curat eas, & coquitur in aceto, & fit ex eo emplastrum ad morsum tyri, & accipitur ex squilla assata pars vna, & miscentur ex fale assato & trito partes octo, & datur in ieiunio donec vnius falgerim, ad laxandum ventrem, & squilla assata intrat in confectionibus pluribus, & in illis, in quibus intrant species aromaticæ, & datur ex ea in potu, quando voluntas adest prouocandi in febribus vtinam, & in hydropisi, & datur ei, qui conqueritur de stomacho, & cui cibus natat in eo, & non digeritur, & datur in ictericis, & torsionibus vētris, & tussi antiquę, & asmari, & excreationi sanies factæ a pectore, & mundificat pectus ab humoribus grossis, & sufficit ex ea pondus trium onolosat, admixto sibi melle cocto, & facto inde loch, & miscetur cum melle, & comeditur, & confert ad omnia quæ dicta sunt, & confert multum ad digerendum cibum proprie, & purgat ventrem a chimis grossis viscosis, & quando comeditur elixa, simpliciter facit hoc, oportet autem caueri ab ea qui habet vlcera seu vulnera in membris interioribus. Et quando squilla assatur, & liniuntur cum ea verrucæ, quæ dicuntur acdas hocdas, & claues, & fissuræ factæ a frigore, confert eis. Semen vero squillæ quando teritur, & ponitur in ficu ficca, aut admiscetur cum melle, & comeditur, mollit ventrem. Et quando squilla integra suspenditur super limen ostij domus, prohibet venenosa & nociua omnia a domo illa.

Sed aceti squillitici operatio, est in hunc modum, vt accipiatur squilla alba, & purgetur bene, & incidatur in frusta, & inferatur in filo lineo, & sit inter vtrūque frustum distantia, ne se tangant, & deficcentur in vmbra quadraginta diebus, postea sumatur de ea quantitas vnius mannes, & ponatur in vase, & proijciatur super eam duodecim kist aceti fortissimi, & ponatur in sole quadraginta diebus, & vas sit coopertum bene, & clausum, post hoc tempus extrahatur squilla ab aceto, & exprimatur, & abijciatur acerum, aut reponatur. Quidam vero accipiunt ex squilla vnum mannes, & proijciunt super eam quinq; kist aceti, quidam autem accipiunt squillam, & mundant eam, & non exicant illam, sed fic recentem præparant ipsam, proijcientes super vnum mannes ex ea acetum, & dimittunt sic sex mensibus, & illud acetum squillitricum factum secundum hunc modum, est magis incisiuum chimorum grossorum, & aliquod aliud acetum squillitricum.

Est autem acetum squillitricum ad multa vtilissimū, nam quando fit oris collutio cum eo, restringit gingiuam laxam, & confirmat dentes commotos, & aufert putredinem, & fœtorem oris, & quando sumitur in potu, indurat tracheam arteriam, & ingrossat eam, & auget eius carnem, & clarificat vocem, atq; fortificat eam, & administratur ad debilitatem stomachi, & ad maliciam digestionis, & ad oppilationes, & ad melancholiam, & apoplexiam, & epilepsiam, & frangit lapidem vesicæ, & confert suffocationi matricis, & apostemati bus spicnis & sciaticæ, & fortificat corpus debile, & restituit illi sanitatem, & meliorat colorem, & acuit visum, & si proijcitur in aurem, confert grauitati auditus, & vniuersaliter quenit egritudinibus omnis bus corporis, exceptis vlceribus interioribus factis, & oportet ipsum in potu dare stomacho ieiuno, & detur primo parum ex eo, deinde augeatur in dosi eius paulatim, donec perueniatur ad duos conos, & quidam dant duos conos, & plus.

Sed Syrupus squilliticus fit secundum hunc modū.

Accipitur squilla sicut dictum est superius, & exicatur in sole, & accipiatur ex ea quantitas vnius mannes, & teritur & cribratur cum tenui cribro, & ligatur in panno lini raro, & ponitur pannus in xx. kist vini dulcis, nouiscilicet musti, & dimittitur sic intras tribus mensibus, deinde colatur vinum, & ponitur in alio vase, & seruatur, postquam obturatum est bene os vasis.

Fit autem ex squilla humida secundum hunc modum. Accipiatur squilla cruda recens sicut est, & incidatur, sicut infunduntur rapæ, & accipitur ex ea duplum eius, quod accipere tur ex squilla ficca, & proijciatur super squillam mustum, & ponitur in sole xl. diebus, & colatur, & reponitur, & hoc tale quanto est antiquius, melius est. Fit etiam vinū squilliticum alio modo. Nam accipitur squilla, & mundatur, & incidi tur, & accipiuntur ex ea tria mannes, & proijcitur super eam ex musto bono Italiæ amphora vna, & dimittitur sex mensibus, postea colatur, & reponitur in vase, & vinum quidem squilliticum confert malitiæ dispositionis, & corruptioni cibi, & stomacho, & intestinis, & dolori splenis, & sciaticæ, & motioni cerebri, & malæ habitudini præparatæ ad hydropisim etiā, & ictericiæ, & strangurię, & torsionibus, & inflationibus, & rugitibus, & paralysi, & oppilationibus, & rigoribus febrium antiquarum, attritioni lacertorum, & dolori laterum, & prouocat menstrua, & nocumentum quod facit neruis, est modicum. Et ipsum est contrarium venenis. Et melius vinū squilliticum est antiquum. Et oportet caueri a potu eius febricntem, & habentem in interioribus vlcera.

DE HACVB ALCAR deg. CCXCV.

HAcub alcardeg. Dioscorides.) Sunt quidam purantes, quod fit quædam herba, quam nominant homines Orientis hoc nomine, & est spica lata habens folia, similia foliis albis *cameleontæ*. Elixatur hæc planta in principio sui ortus, & comeditur cum oleo & sale, & lachryma quæ egreditur ex radice eius, si bibatur ex eo drachma vna cum melicrato, prouocat vomitum. Paulus.) Quando bibitur ex succo huius plantæ cum melle, & aqua calida, in ponderedrachmæ vnius, prouocat vomitum. De Sil, bo ii. cap. 140.

DE CVRCVMA. CCXCVI.

KAuroch, id est curcuma. Cuius duæ sunt species, scilicet, maior, & minor. Dioscorides.) Chelidonmonthoma dicunt quidam, quod nominetur hoc nomine, eo quod incipit apparere, quando apparent hirundines, & deficcatur, quando recedunt. Putant aliqui etiam, quod ficnominetur, propterea quod quando excæcantur pulli hirundinum, defert eis mater hanc herbam, & dat eam illis in cibum, & reddit visum hirundinibus. Et est planta, habens hastam subtilem, cuius longitudo est vnius brachij, & plus, ex qua egrediuntur ramuli non duri, in quibus etiam sunt folia similia foliis borachion, nisi quia sunt formosiora, molliora, ac albiora, & color eorum vergit ad colorem cœlestem, & flores eorum sunt glauci, similes floribus herbæ, quæ dicitur abrion, & succus est croceicoloris, & sapor eius est acutus mordicans linguā fortiter cum amaritudine, & cū odore fœtido, & radix eius desuper est vnica singularis, & de sub tus sunt pluses, & habet semen simile semini papaueris dicti paratatis, existens in vaginis subtilibus longis, in quibus est semen simile semini papaueris, parum tū minus. Et quod administratex hac planta, est succus eius, & radix ipsius. Galenus.) Virtus eius prima est calefactiua, et deficcatiua in tertio gradu prope finem eius. De Chelidonio lib. 2. ca. 173.

Secunda abstergit fortiter. Et tertia est virtus, quod qñ curatur cum succo huius plantæ omne quod est aggregatum coram pupilla oculi exeo cuius necessaria est resolutio, & confert valde, & addit in acuitatem visus, & qñ datur ex radice eius ictericis, quoq; ictericia est causa oppilationis hepatis, cũ vino albo, & anisо, confert, & qñ masticatur. confert multum dolori dentium.

Li.2.c.173 Dioscorides.) Quando teritur hæc planta, & exprimitur succus eius, & misc etur cum melle, & coquitur in vase æneo super prunas, acuit visum. Et accipiuntur radix & folia eius cum ramulis suis, & cum semine, in principio æstatis, & terunturosa, & exprimitur succus eorũ, & dimittitur in vmbra donec coaguletur, & fiat spissum, & fiunt inde trocisci, & quando datur in potu de radice, cum anisо, & vino albo, curat ictericiam, & quando fit emplastrum cum radice, & vino, curat formicam, & quãdo masticatur, curat dolorem dentium.

De chelidonio minore li.2. ca.174. Sed minor chelidonion, & est meniten, est planta, habens ramos altos, & graciles, quos habet super virgam, & habet folia similia foliis cussus, id est hederæ, nisi quia sunt rotundiora, & minora, & propinquiora albedini, ac pinguiora, & mollia, habentia viscositatẽ, & habet radicem cum radiculis egredientibus ab ea plurimis, minutis, & disparibus longitudine, & annexis adinuicem, sicut spicæ frumenti, non extensis per terrã, & nascitur prope aquas & paludes. Galenus.) Virtus eius est propinqua virtuti, quæ calefacit & desiccat in tertio gradu. Et tertia euellit albaras vnguiũ, & quando ponitur super curem, adurit eam. Et quãdo fit caputpurgium cum succo eius, educit superfluitates cerebri a naribus. Dioscorides.) Virtus eius est calida, similis virtuti papaueris rufli. & quando applicatur cuti, vlcerat eam, eradicat scabiẽ, & vngues leprosos, & quando exprimitur succus radicum eius, & miscetur cum melle, & injicitur per nares intus, mundificat caput.

DE RAPHANO. CCXCVII.

FVgel, id est raphanus. Galenus.) Virtus raphani in prima est calefactiua in tertio gradu, & desiccatiua in secundo. Et secunda resoluit. Et tertia cõfert lentiginibus faciei, & omni liuori facto in cute. Et semen raphani est fortius omnibus partibus plantæ eius. Et raphanus quidem agrestis est fortior domestico. Et dixit in libro de diæta, quod virtus raphani est subtiliatiua, & calefactiua fortiter, et illud quod vincit super eum, est acuitas eius. Et dixit, quod oleũ raphani, est simile oleo de kerua, nisi quia est calidus.

De radice li.2.c.105. Dioscorides.) Raphanus quando comeditur, generat ventositates, habet bonum saporem, & non est bonus stomacho, & facit eructuare, pronocat vrinam, & calefacit. Et quando comeditur post cibum mollit vẽtrem, & iuuat cibum ad descendendum. Et quãdo sumitur ante cibũ, impellit eum ad superiora, nec dimittit eum descendere ad fundum stomachi. Et propter hanc causam quando sumitur ante cibum, prouocat vomitum. Et raphanus subtiliat sensus, & si coquatur, & sumatur, cõfert tussi antiquæ, & humoribus grossis aggregatis in pectore. Et cortex eius quando adminis trat ur cum squingibin, est magis prouocatiuus vomitus & cõueniens hydropisi, & quando fit emplastrum cum eo, confert spleni, & quando miscetur cum melle, & fit emplastrum cum eo, aufert liuorem factum sub oculo, & confert morsui tyri, & miscetur cum farina lolij, & facit nasci pilos i alopicia, & abstergit borbor, & confert strangulationi fungorum, & quando comeditur & bibitur, prouocat menstrua. Semen vero raphani quãdo bibitur cum aceto, facit euomere, & prouocat vrinam, & resoluit duriciem vel tumorem splenis. Et quando coquitur cum squingibin, & fit gargarisмus cum eius decoctione calida, resoluit squinantiam, & quando sumitur in potu, confert morsui animalis, quod dicitur cerastis. Et quando fit emplastrum cum eo & aceto, aufert vlcera, quæ dicuntur ancoria, ablatione forti, & cõuenit stomacho. Sed raphanus agrestis, quem Romani vocant armorachion, habet folia similia foliis raphani domestici, & habet radicem subtilem, longam, & mollem, & sapor eius est decliuis acuitati, cuius folia & radix coquõtur & comeduntur, & cõueniunt stomacho. Et virtus eius est calefactiua, & inflatiua, prouocat vrinã, & menstrua, & qñ sumitur cum aceto, conuenit stomacho, & quando sumitur cũ melle, incidit humores viscosos pectoris. Radix raphani comburitur, & pulueriz atur super vlcera humida, & mundificat & exiccat ea. Et putant aliqui, q quãdo exprimitur succus eius, & datur cum vino in potu, conuenit ad medicinas mortiferas, & semen quidem facit hoc. Et nos quidem multoties experti sumus in hac planta, q quando coquitur multum cum kisthordei, donec dissoluatur in decoctione, & datur in potu, habet maximam efficaciam in ægritudinibus pectoris antiquis, factis ab humoribus viscosis. Rasis.) Raphanus confert phlegmati, & prouocat vomitum, & est malus capiti, oculo, dentibus, & palato, corrumpit cibum, & conuenit omnibus ægritudinibus multerum, & generat ventositates in superioribus partibus ventris. Hunaim.) Propter sui malicia est velox putrefactio suæ substantiæ. Paulus.) Semẽ eius resoluit humorẽ, qui est sub cornea oculi, & mundificat maculas antiquas faciei, & virtus foliorum eius in omnibus est sicut virtus prasij. Alceos in libro de agricultura.) Confert doloribus renum, & vesicæ, ac tusi, & incitat coitum, & auget lac, & defendit corpus a morsibus venenosorum, quando linitur cum eo, & semen raphani confert venenis ficut tyriaca. Et qñ cõtundit ur raphanus, & proijcitur super scorpionem, moritur statim. Rasis.) Retulit mihi quidam amicus, quod ipse est expertus hoc, & inuenit verum. nam distillauit aquam raphani super scorpionem, & vidit illum statim immobilem, deinde continuo inflatus est, & crepatus per medium. Et raphanus confert febribus quartanis, ac rigoribus febrium periodicarum, & doloribus ventris, quando propinatur eius semen cum melle. Et si aliquis pungatur a scorpione, qui præcomederit raphanum, non sentiet dolorem punctur ę. Et raphanus delet cicatrices factas a percussione, & facit nasci capillos in alopicia, & si assuescit ille eo, cuius capilli cadunt, confert ei. Et quando bibitur semen eius, curat dolorem hepatis, sed auget pediculos in corpore. Et si bibatur succus raphani, expellit aquã hydropicorum. Atabari.) Raphanus resoluit duricies, & semen eius confert impetigini, & succus foliorum eius purgat ictericos, frangit lapidem, & euacuat aquam hydropicorum. Alcanzi.) Raphanus auget in desiderio coitus, & in spermate. Aben mesuai.) Raphanus si comeditur cum squingibin, facit naufeam, & si comeditur ex eo nimis pronocat vomitum, & corrumpit in stomacho cibum, signum in hoc est eructuatio eius. Et folia quidem raphani conferunt ictericiæ, & dolotibus hepatis, & oppilationi eius.

DE PANACE ASCLEPII. CCXCVIII.

PAnax aschilibet, id est panax asclepij. Dioscorides.) Est planta, a cuius medio egreditur virga subtilis, cuius longitudo est circa brachiũ vnũ, & habet nodos, & folia similia foliis marathri, nisi quia sunt maiora, & pilosa, & habet bonum odorem, & super virga est capitellum, super quod est flos aurei coloris, & semen eius est acutũ, habens bonum odorem, & habet radicem amarã, paruam, & subtilẽ. Galenus.) Post capitulum de oppopanace, est minus calidum,

De panace asclepii li.3.c.47.

q̃ quod diximus ante, & propterea administratur flos & semen eius cum melle, & curantur cum eis vulnera, & exituræ, & vlcera corrosiua. Dioscorides.) Flos & semen huius plantæ quando teruntur, & miscentur cum melle, & ponuntur super vlcera, & vulnera, conferet eis, & confert vlceribus corrosiuis. Et q̃ bibuntur cum vino, aut miscentur cum oleo violaceo, & fit inde linitio vel inunctio, confert morsibus venenosis.

Li.3.c.147.

De panace chironio 3 b.103.c.448

Dioscorides.) Phanax caromon, id est panax cyromon, habet folia similia foliis marathri, & florē aurei coloris, & radicem subtilem, non multum fixam in terram, & habet saporem acutum, quæ radix q̃ fumitur in potu, confert morsibus venenosis, similiter faciunt eius folia emplastrata. Galenus.) Virtus huius est sicut virtus illius, quam supra rememoratus fui.

DE AGNO CASTO. CCXCIX.

FAmanchest, id est agnus castus. Dicunt, quod est arbor Abrahæ, & semen eius est granum agni castꝰ, & noīat piperella, & est piper eunuchorꝫ.

De Vitice li.1.c.116.

Dioscorides.) Sunt ei species, & dicitur kisfos, eo quod religiosi sternunt hanc plantam sub lectis, ad refrenādam libidinem. Et nominatur logiz, propter duriciem virgarum eius. Et est planta in longitudine arborum, & nascitur prope aquas, & in locis agrestibus, & maxime aquosis, & habet virgas duras ad frangendum, & folia eius sunt similia foliis oliuę, nisi quia sunt maiora, longiora, ac molliora. Et quædam species huius plantæ habet florem purpureum, & quædam albū, & habet semen simile piperi. Galenus.) Id quod administratur ex hac arbore in medicina, sunt folia & semen. Et seminis q̃dem eius, & floris substantia est subtilissima, & in sapore eius est acuitas cum styptricitate. Et virtus eius prima est calida & sicca in tertio gradu. Et secunda resoluit & subtiliar multum. Et tertia abscindit libidinem coitus, & maxime q̃i comeditur eius semen, nam ipsum comeditur assatum, & nō assatum, sicut comeduntur species seminum, & aliorꝫ, quæ comeduntur post cibum, & ipsum cū hoc facit sodā, similiter & folia eius & flos faciunt, & prouocat menstrua, & resoluit apostemata dura, facta in membris corporis, & aufert lassitudinē, q̃i ponitur in vnguentis sedatiuis.

Li.3.c.116

Dioscorides.) Virtus seminis agni casti est calefactiua, styptica, & semen q̃i fumitur in potu, cōfert morsibus venenosis, & hydropisi, & quando bibuntur ex eo drachmæ duæ cum vino, prouocat vrinā, & menstrua, & debilitat virtutē spermatis, & inducit sodā, & q̃i cocquuntur folia eius cum suo semine, & fit encatisma in ipsa decoctione, confert doloribus matricis, & apostematibus calidis. Et q̃i semen eius bibitur cū pulegio, aut fit fumigatio cū eo, aut nasale, prouocat menstrua, & q̃i fit emplastrum cū eo, curat sodā, & q̃i miscetur cū aceto, & oleo dulci, & funditur super caput, confert lethargiæ, & carabito. Et q̃i rami & folia eius sternuntur sub lectis, aut fit cū eis fumigium, fugant animalia venenosa. Et q̃i fit emplastrum cum folijs eius super morsibus venenosorum, confert, & q̃i miscetur cum butyro vaccino, & foliis vineę, mollit duricies testiculorum, & q̃i fit emplastrum cum semine eius, & aqua, sedat dolorem rhagadiarum ani. Et semen & folia eius curant exituras, & contortiones neruorꝫ, & vlcera. Et putant aliqui, q̃ si viator faciat baculum ex ligno eius, & ferat baculum secum in suo itinere, custodit eum ab offensione, & ad lapides, & alia, & ab excoriatione tacta per confricationem membrorum in itinere.

DE ORIGANO, PVLEGIO & dictamo. CCC.

De origano li.3.c.22.

FAndenigi, id est origanum, vel pulegium. Dioscorides.) Est rium specierum. Vna dicitur origanum eradhiotica, habēs folia similia foliis hysopi, & capita non rotunda, sed velut diuisa, & in summitatibus virgarū est semen, non dutum. Galenus.) Virtus eius prima est calefactiua, & deiectatiua in tertio gradu. Et secūda est virtus subtiliatiua, & incisiua.

Li.3.c.28.

Dioscorides.) Virtus huius plantæ est calefactiua, quando fumitur in potu decoctio eius cum vino, confert morsibus venenosis, & quando bibitur cum rob, est succurrens ei, qui sumpsit opium, & est succus papaueris nigri. Et quando fumitur cum fecaniabin, succurrit ei qui sumpsit gypsum, & et qui bibit venenū, quod dicitur alkimarin, id est aconitum, & est strangulator, & quando fumitur in cibo, est conueniens attritioni caruis lacertorum, & restaurat capita eorum. Et si bibitur ex eo ficco quantitas duorum kisuf cum aqua & melle, laxat superfluitates melancholicas, & prouocat menstrua, & quando comeditur cum cucumere, cōfert hydropisi, & quando miscetur cum melle, & fit loch cum eo, curat tussim. Et quando fricatur corpus in balneo cum decoctione eius, confert scabiei & prurijui, & fumitur decoctio eius in potu in balneo, & curat ictericiam. Et succus recens curat apostemata faucium, & vuulæ, & cula. Et quando miscetur succus eius cum oleo deireos, & mittitur in nares, mundificat caput. Et quando miscetur cum lacte, & distillatur in aurem, sedat dolorem eius, & fit ex eo medicina vomica cum cepe & sumach, quando fumitur, nam accipitur ex eo, & exprimitur succus in vase cupri, & cum supradictis ponitur in Sole quadraginta diebus, scilicet in canicularibus, & quando sternitur hæc planta in domibus, fugat venenosa animalia. Origanum quod dicit onithis, habet folia albiora foliis supradicti, & est simile hyssopo, & semen eius est quasi in coronula pendens durum, & virtus eius est in via virtutis supradictæ, & non est minoris virtutis illo. Galenus.) Virtus eius est sicut virtus primæ speciei, nisi quia est debilior eo.

Li.3.c.28.

Et ex eo est origanum, quod dicitur azaba, cuius folia sunt similia foliis origani, & habet virgas subtiles, quarum longitudo est vnius palmi, & plus, & sup ipsas est corona similis coronę aneti, in qua sunt flores albi. Et habet radices subtiles, in quibus non est iuuamentum. Et folia huius & flores, q̃i sumuntur in potu cum vino, conferunt proprie morsibus venenosis. Galenus.) Virtus eius prima est calefactiua, & deiectatiua in tertio gradu. Et secunda est virtus subtiliatiua, & incisiua. Et tragorigano. Dioscorides.) Est planta breuis, in quantitate fua similis serpillo agresti, nisi ga habet folia latiora, & fortiora, & reperitur in aliqbus locis, habens ramos subtiles, & folia subtilia. Et q̃dam nominant eam prassium, & in aliquibus locis reperi aliud, habens folia maiora, & latiora, & semen maius.

De trigorigano lib. 3.c.29.

Li.3.c.29.

Galenus.) In sapore eius est styptricitas. Dioscorides.) Virtus amborum est calida, & prouocatiua vrinæ, & quando bibitur eorum decoctio, laxat vētrem, & facit descendere superfluitates colericas, & quādo fumitur in potu cum aceto, confert splenetici, & quādo bibitur cum vino, confert potui veneni, quod dicitur achilia, & prouocat menstrua. Et administratur cum melle in loch ad tussim, & ad apostemata calida pulmonis, & potio eius confert fastidio, & debilitati stomachi, & eructuationi acetosæ, & nauseæ, & datur de eo in potu eis qui eructuant, & fupercilia eorum funt calida, & quando fit emplastrum cum eo & fauich, resoluit apostemata phlegmatica, & confert hydropisi. Et ex eo est pulegium, quod dicitur alnam, vel alnegea, id est pulegium. Galenus.) In sapore eius est acuitas, & amaritudo pauca. Et virtus eius prima est calefactiua, & ideo quando ponitur exterius super corpus, genera trat erisipilam, & si perseuerat at tempore longo, vlcerat, & pulegium prouocat menstrua. Et virtus eius secunda resoluit. Et tertia expellit humores viscosos a pectore & pulmone per screatum.

Li.3.c.30. De Iniegio

Dioscorides.)

Li.3.c.30. Dioscorides.) Pulegium est calefactiuum,subtiliatiuum,& maturatiuum,quod qñ sumitur in potu,prouocat menstrua,& expellit secundinam,& extrahit fœtum. Et qñ bibitur cum vino,& sale,expellit superflui rates stomachi,& confert habenti alma. Et quando bibitur cum aceto,mixto cũ aqua,sedat nausea m,& mor dicationẽ stomachi,& superfluitates purgat phlegmaticas. Et quando bibitur cum vino, confert morsibus venenosorum:qñ applicatur naribus cum aceto, excitat syncopizatum,& quando siccatur,& cõburitur,& adminiſtratur,reſtringit gingiuas fluxas,& quando ſit emplaſtrum cum eo & ſauich,ſedat apoſtemata calida,& qñ ſit cum eo ſolo emplaſtrum,& affiduatur, donec rubeſcat cutis, confert podagræ, & qñ adminiſtratur cum ceroto, aufert verrucas,quæ dicuntur ancona,& quando ſit emplaſtrum cum aceto,confert ſpleneticis. Et quando fricatur corpus in balneo cum decoctione eius,ſedat pruritũ,& mulieres ſedent in eius decoctione,& confert ventoſitatibus matricis,& duriciei eius, & aſcenſioni eius ad ſuperiora. Et inuenitur vna ſpecies ex hac planta, cuius flos eſt albus, & hæc dicit maſculus, & ſpecies alia, cuius flos eſt purpureus,& dicit fœmina, & ambæ ſpecies nominantur ab aliquibus baluam, & nominantur hoc nomine propter ſtercus paſtoꝝ,quia qñ ipſi comedunt ipſum,auget eoꝝ raga.

De dictamno 1.b. 3. ca.31. Et ex eo eſt quoddam quod dicitur dictamnum, & diphthamũ,& eſt illud quod gdam nominant alnegen araba,& gdam nominant ipſum bari,& eſt meſcatremephir,naſcitur multum in Cretenſi inſula,& eſt multum acuti ſaporis,& eſt ſimile aluegen,niſi quia eius folia ſunt maiora, & funt ſimilia foliis plantæ,quæ dicit aiaclam,& aiaclam quidem eſt alba,mollis,& implent ex ea culcitræ ſicut ex lana,& ſuper aiaclam & cathinũ eſt res ſimilis lanæ.& non habet ſtorem,neq; ſemen.

Galenus.) Subſtãtia eius eſt ſubtilior ſubſtantia pulegij agreſtis, & virtus eius eſt ſimilis virtuti pulegij Li.3.c.31. agreſtis. Dioſcorides.) Operatio dictami, eſt ſicut operatio pulegij domeſtici,niſi quia eſt fortius virtute eius, quia iſtud non ſolum in potu datum,verũ etiam facto naſale cum eo ſeu fumigio,extrahit fœtum mortuum. Et quidam dicunt,quod Magarabacheitę quãdo proiciunt ſagittas ex caſu, & infigunt eas canibus ſuis, aut alicui ex animalibus eorum,dant illi in cibum de hacherba,& egreditur ſagitta ſtatim ab eis. Et eſt de eo quod dicitur caſu dictamum,quod naſcitur in cibus locis,& ſimile dictamo,niſi quia eſt minus eo,& non eſt ita acuti ſaporis,& facit ea,quæ facit dictamũ, niſi quia eſt remiſſioris virtutis eo. Defertur autem ex inſula Cretenſi ſpecies alia dictami,habens folia ſimilia foliis ſiſimbrij,& virgas maiores virgis ſiſimbrij, & in ſummitatibus eius ſunt folia ſimilia foliis origani agreſtis,nigri coloris,& pulchra,& odor foliorum eius eſt inter odorem ſiſimbrij,& odorem ſaluiæ.

De pſeudictamno li.3.ca.32.

De dictamno cretẽſi li.3.ca.31.

Galenus.) Sed caſu dictamum,& eſt meſcatramefir non verum,eſt enim debilius meſcatramefir in oibus,

Li.3.c.31. Dioſcorides.) Odor eius eſt bonus multum,& facit ea quæ facit dictamum, niſi quia eſt debilius eo,& intrat in confectionibus vnguentorum,quæ fiunt cõtra morſus venenoſos, & prouocat vrinã,& menſtrua, & qñ comburitur,fugantur venenoſa ſuo odore.

DE CALAMENTO ET nepita. CCCI.

De Calamintha li. 3.ca.34.

CAlamentum. Dioſcorides.) Eſt ex eo quod dicitur calamentum,& a quibuſdam dicit pulegium domeſticum, ſed ipſum debet magis appellari montanum. Et ſpecies eius ſunt tres,quarũ vna habet folia ſimilia foliis bedaroꝝ,id eſt ozimi, quorũ color vergit ad albedinem,& habet ramos cum multis nodis quadrangulatos,& flores purpureos, & ex eo eſt aliud ſimile pulegio in odore,& in foliis ſuis,niſi quia ſunt maiora foliꝫ pulegij. Et nominant illud aliqui pulegium agreſte,eo q eſt ſimile pulegio in odore,& Romani vocant illud proprie nepitam. Tertia ſpecies eſt ſimilis mentæ agreſti, niſi quia folia eius ſunt longioꝛa foliꝫ mentæ, & virgæ, & ramuli eius ſunt maiores virgis & ramulis aliarum ſpecierum, & virtus eius eſt debilior virtute aliarum ſpecierum. Radix vero ipſius nullius eſt iuuamenti, naſcitur in cãpis,& in locis aſperis,& aquoſis. Galenus.) Subſtantia eius eſt ſubtilis, & in ſapore eius eſt caliditas, & acuitas manifeſta, & res pauca pertinens amaritudini. Et virtus eius prima eſt calida in tertio gradu,& ſecunda abſtergit,incidit, & ſubtiliat,& tertia virtus eſt q̃ quando bibitur ſuccus eius cum aqua mellis,prouocat ſudorem,& reſoluit,& deficcat corpus totum, & teritur cum oleo, & inungit corpus totum, & confert rigoribus febrium periodicarum, & datur in potu etiam ad hoc, & qñ ſit emplaſtrũ ſuper ſciaticam,habentis ſciaticam paſſionem,eſt medicina magna quæ attrahit a profundo corporis, & caſu facit omnes iunctuꝛas,nam adurit cutem manifeſte, & quando ſumitur in potu,prouocat menſtrua,& qñ ſumitur in potu,eſt ex medicinis magnis conſeretibus leproſis, non ſolum reſoluendo humores fortiter,ſed incidit & ſubtiliat humores groſſos fortiter, & abſtergit liuores,& aufert liuorem ſub oculo factum. Et melior modus adminiſtrationis eius ad hęc eſt q̃ coquat cum vino,& emplaſtretur locus cum eo,& proprie dũ eſt recens, & quando eſt ſiccum, eſt forte valde,ad cõburendum cito,& quando apponitur loco in quo mordit aliquod venenoſorum, ſicut apponitur cauterium ignis,confert multum. Et debes ſcire q̃ oẽs medicinæ poſitę reruntur, & habent acuitatem,& punctuꝛam, & ſubtilitatem, attrahunt cito ex profundo corporis humiditates,quas inueniunt in illis locis,& quãdo ſumitur in potu ſuccus eius,aut fit clyſtere cum eo, occidit aſcarides,& lumbricos,& occidit ſimiliter vermes generatos in auribus,& in vulneribus putridis,& quando ſumitur in potu, & fit naſale cum eo, expellit & occidit fœtum,& confert coarctationi anhelitus,& ictericiæ,propter amaritudinem quam habet proprie, ſicut omnes medicinę amaræ,confert illis,nam ipſum abſtergit,& aperit oppilationes. Et pulegium quidem montanum eſt magis iuuatiuum in omnibus q̃ domeſticum, & nulla medicina eſt adeo bona ophthalmiæ ſicut pulegium, poſtquam deſiccatur, & teritur, & ſit Li.3.c.34. collyrium cum eo. Dioſcorides.) Folia omniũ iſtarum ſpecierum habent ſaporem acutum, pungentem fortiter linguam,& quando bibuntur,aut ſit cum eis emplaſtrum,confert morſibus venenoſis,& quãdo bibitur eorum decoctio,prouocat vrinã, & confert contraſſationi carnis muſculoꝝ,& ſummitatum eorũ,& aſmari, & dolori lateris tortionibus,& cholicæ paſſioni, & rigoribus febrium, & quando ſumitur in potu cum vino,eſt conueniens medicamen ad reſiſtendum venenis mortiferis,& mundificat ictericiam,& accipit tur crudum,ſeu coctum,& teritur,& bibitur cũ melle & ſale,& occidit vermes in ventre,qui dicuntur deſicatiui,& funt lumbrici longi,& aſcarides,& qñ comeditur,& bibitur poſt ipſum aqua caſei,cõfert elephantiæ,& debilitati ſtomachi,& prouocat menſtrua,& cũ tonduntur eius folia,& fit naſale cum eis,educunt fœtum,& occidunt ipſum,& prouocat menſtrua.& quãdo ſit fumigium cum foliis eius,fugat venenoſa anima lia,& ſternuntur folia,& rami eius in domo,& faciunt idem,& quando coquitur recens cum ruta,& ſit inde emplaſtrum, confert cicatricibus nigris, & aufert eas, & delet liuorem factum ſub oculo a ſanguine mortuo, & ſit cum eo emplaſtrum ſciaticæ, & adurit cutem,& præbet maximum iuuamentũ,& quando diſtillat ſuccus eius in aurem,occidit vermes generatos in ea.

DE RADICE PIPERIS. CCCII.

FAlfamine,id est radix piperis, Aben mesuai.) Est radix piperis quæ defertur ad nos ex India,& confert colicæ,& doloribus frigidis. Rasis.)Falfamine est calida,& est bona colicæ,& ventofitatibus, & sunt ligna arboris piperis. Mesehah.) Falfamine est calida,& sicca,& confert colicæ,& alijs doloribus frigidis.

DE SATVREIA. CCCIII.

De satureia li.3.c.36

SAhater,id est thymbra,& est satureia. Dioscorides.) Est planta oïbus nota. Et est sahater,id est satureia, & nascitur in locis saxosis, & asperis, & est similis thymo,nisi qa folia eius sunt maiora & molliora,& habet spicam plenam floribus, quorum color vergit ad citrinitatem,& viriditatem. Et virtus eius est sicut virtus thymi,& administratur sicut thymi. Vsus eius conuenit ad conseruationẽ fanitatis,& ponitur in cibis. Et quædã satureia seminat in hortis, & est debilioris operationis q̃ alia,sed ipsa conuenit magis in cibis,eo quod eius acuitas est remissior. Galenus.) Virtus thymbræ est calefactiua multũ,& deficcatiua,& resolutiua,prouocat vrinam,& menstrua,& expellit fœtum,& purgat mẽbra interiora,& facit excreare superfluitates a pectore. Aben mesuai.) Satureia est calida & sicca in tertio gradu, & maxime agrestis,proprietas eius est,quod ipsa expellit ventofitates,& inflationes, & tortiones,& adiuuat ad digerendũ cibum,& expellit superfluitates a stomacho, & prouocat vrinam, & menstrua,& acuit visum debilitatum ab humiditate. Et propter hanc causam comeditur cum bedarog, & raphano,& pfert dolori,sciatico,& quando sit emplastrum cum ea,contrita cum frumento trito. Et satureia agrestis est fortior domestica.

DE CENTAVREA MAIORE. CCCIIII.

De centaurio maiore lib.3. ca.6,

KAnturion kibir, id est centaurea maior. Dioscorides.)Habet folia similia foliis nucis regalis, longa,viridia,sicut folia caulium,in summitate gradatim incisa,& habet virgã similem virgæ acetosæ, cuius longitudo est duoꝝ brachioꝝ, aut trium, habẽs ramulos plures egredientes ab vna radice, super quos sunt capitella,similia capitellis papaueris,rotunda,tendentia ad longitudinẽ,& habet florem, cuius color est sim lis kalh, & semen simile cartamo, intra florẽ eius, & flos est similis lanæ,& habet radicem grossam,durã, grauem,cuius longitudo est duoꝝ brachioꝝ,& est plena humiditate,acuti saporis,cum sytypticitate pauca,& dulcedine pauca,cuius color tendit ad rubedinẽ,& color succi eius est sicut color sanguinis,& nascitur in terris expositis Soli,in mõtibus arborosis,& in terra pinguj,& quod administratur de ea est radix. Galenus.) Quod de ea administratur est radix, in sapore eius est sapor cõpositus, diuersus, nam in eo est acuitas,& punctio,& sytypticitas,cum pauca dulcedine. Et virtus eius prima calefacit,& fecũda incarnat,vel conglutinat,& abstergit,& fortificat membra,& tertia prouocat menstrua,& expellit fœtum mortuum,& corrũpit viuum, & expellit eũ,& conglutinat vulnera, & confert sputo sanguinis. Et quantitas dosis eius est duoꝝ aureorum. Et si ille qui bibit eã, habet febrem, bibat illã cũ aqua, & si caret febre, bibat eã cum vino, & confert attritionibus neruoꝝ, & coarctationi anhelitus, & tussi antiquæ. Et succus radicis eius facit idẽ quod radix ipsa, & qdã administrant eã loco licij. Dioscorides.) Qñ fumit in potu radix huius, confert attritioni lacertoꝝ, & dolori lateris, & asmati, & tussi antiquæ, & sputo sanguinis a pectore, & qñ datur febrienti ex his qui prædicta patiunt̃, datur cum aqua, & nõ febricitanti, detur cum vino, scilicet drachmæ duæ radicis eius, & qñ datur ex eis dum hanc formã, confert tortionibus ac doloribus matricis, & qñ contundit̃, & ponitur in modũ nasalis, prouocat menstrua, & educit fœtum, & propter suam acuitatem expellit fœtum mortuum, & corrũpit viuũ, & succus eius facit hoc, & qñ teritur dum est recens, humida, & administratur in vulneribus, aut si est sicca, in fundi tur prius, & postea teritur, & infundit in vulneribus, confert multũ, similiter propter suã sytypticitatẽ conglutinat ea, & succus eius similiter conglutinat, & consolidat vulnera, & qñ aliquis contriuerit eam, & coxerit illã cum carnibus incisis, conglutinat eas, habitantes aũt in terra Lichiæ, exprimunt succum ab ea, & densatum seruant eum vtentes ipso loco licij. Aben mesuai.) Proprietas radicis centaureæ est quod laxat phlegma viscosum, & choleram similem fecibus, & cõfert sciaticæ qñ sumitur in potu, aut fit clistere cum ea.

Li.3.ca.6.

Alcanzi.) Laxat phlegma laxatione forti, & aquam citrinam cum fortitudine.

DE CENTAVREA MINORE. CCCV.

De centaurio minori li.3.c.7.

KAnturion sege segir, id est centaurea minor. Dioscorides.) Nascitur in locis aquosis, & est similis herbæ hypericon, aut pulegij montano, habet virgam longam, quadratã vnius palmi, & florẽ rubeum, vergentẽ ad purpureitatem, similẽ flori plantæ quæ dicit hambes, & habet folia parua, oblonga sicut folia rutæ, & semen sicut granũ frumenti, & habet radicẽ parua, in qua nullũ est iuuamentũ. Galenus.) Radix huius plãtæ est nullius valoris, & in sapore eius vincit amaritudo plus q̃ aliud, & in ea est sytypticitas pauca. Et virtus eius prima deficcat sine mordicatiõe, & secunda virtus incarnat, mollificat, & abstergit, & tertia virtus incarnat vulnera magna, qñ ponitur recẽs super ea more emplastri. Et incarnat, & cõsolidat vlceratia antiqua quę sunt difficilis incarnationis administrata, recens sicut dixi, & qñ siccat, & admiscet cũ vngũẽtis incarnatiuis in qbus est potentia incarnãdi fistulas, & vlcera profunda, & qñ admiscetur cum medicinis, in qbus est potentia mollificãdi apostemata dura antiqua, & curandi exituras antiquas, malas, profundas, est valde maximi iuuamenti, et miscet etiam cõ emplastris quę curant ægritudines factas ab humoribus fluctibus ad membra, & qñ decoquitur, & fit clistere cũ eius decoctione, habenti sciaticam, expellit humores cholericos, & qñ laxat in tm, quod solutione educit humores sanguineum, et tunc confert magis. Et virtus succi eius, est sicut virtus huius, & operatur ad oĩa quæ diximus operatione bona, & fit eum eo collyriũ, admixto mælle oculis, & qñ fit nasale cum eo, expellit fœtum, & prouocat menstrua, & qñ datur de ea in potu habenti ægritudinẽ in neruis, confert, quia deficcat & euacuat humores existentes in eis deficeatione, & euacuatione sine nocumẽto. Et ipsa qdem est ex melioribus ac nobi lioribus medicinis, ad oppilationes hepatis, & confert magnifice duriciei splenis, qñ apponitur desuper, more emplastri, aut sumitur in potu. Dioscorides.) Sapor huius herbæ est amarus multum, & qñ ipsa cõtundit̃ dum est recens, & fit eum ea emplastrum, conglutinat vulnera, & mũdificat vlcera antiqua, & incarnat, & consolidat ea, & qñ sumitur in potu eius decoctio, laxat choleram, & chimum grossum, & fit clistere cum ea ad sciaticam, & laxat sanguinem, & aufert dolorem a scia, & quando succus eius miscetur cum melle, abstergit obscuritatẽ visus, & administratur in nasalibus, & prouocat menstrua, & educit fœtum, & quãdo sumitur in potu, aut in fundit ur exterius, confert doloribus neruorum proprie, exprimitur aũt succus ab hac plãta, dum habet semen, quoniã cum flore, & summitatibus, & semine infundit ur in aqua quinq; diebus, postea coquitur donec aqua illa videatur consumi tota fere, deinde colatur cum expressione, & proiecta substantia accipiatur colatura illa, & coquatur iterum, donec incrassetur sicut mel. Quidã vero accipiunt hanc herbam

dum

dum eſt recens, & habet ſemen. & terunt, & exprimũt ſuccum eius, & exponũt illum Soli, & miſcent eum cũ baculo ſæpe, vt quod ex eo in ſuperficie deficeatur, mi ſceatur cum parte inferiori liquida, & regunt ſuccum de nocte propter rorem, nã ros prohibet ſuccos coagulari. Omnis autem qui vult ſuccum exprimere a radice quacunq; ficca, aut planta ſicca, oportet quod coquat prius, & præparetur ſicut diximus in gentiana. Et qui vult exprimere ſuccũ ex radicibus humidis, aut ex corticibus, ſiue herbis humidis, oportet quod terat eas, & exprimat, & ponat in Sole, ſicut diximus. Et ſecũdum hanc formam exprimũt ſuccus tapſiæ, & mandragoræ, & vuæ acerbæ, & alioꝝ huiuſmodi ſimilium. Sed arboris adad, id eſt licis, & abſinthij, & alioꝝ ſimilium extrahunt, quando coquuntur, donec aqua inſpiſſat, ſicut ſupra diximus. Aben meſuai.) Proprietas huius plantæ eſt, quod laxat phlegma viſcoſum ſimile ſęci, & confert ſciaticæ, quãdo ſumitur in potu decoctio eius, aut fit cliſtere cũ ea. Et doſis eius eſt in potiõe drach. ij. & in cliſtere vnciæ. iij. cum oleo riſamino.

DE CARVI AGRESTI. CCCVI.

De carda momo lib. 1. ca. 5.

CArdamoni, id eſt carui agreſti. Dicitur Perſica lingua karda, & a Romanis ſimiliter. Dioſcorides.) Melius ex eo eſt illud quod defertur ab Armenis, & eſt de illo in terris Indiæ, & Arabiæ. Et melius ex eo eſt illud quod difficile frangitur, plenum, coniunctum, durum, & graue, & extenſæ ſuperficiei, cuius ſapor eſt acutus parum, quod aũt ex eo non eſt tale, eſt malum. Galenus.) Sapor ipſius eſt amarus parum. Et virtus eius prima calefacit fortiter, & ſecunda abſtergit, & tertia occidit vermes, & aufert ſabiem cũ fortitudine, quando ſit linimentum cũ eo, & aceto.

Dioſcorides.) Virtus eius eſt calefactiua, & qñ ſumitur in potu cum aqua, confert epilepſiæ, & tuſſi, & ſciaticæ, & paralyſi, & relaxationi, & attritioni neruorum, & tortionibus ventris, & expellit aſcarides, & qñ bibit cum vino, confert dolori renum, & ſtranguriæ, & puncturæ ſcorpionis. Et confert generaliter oĩbus morbibus venenoſoꝝ, & qñ fumuntur in potu ex eo drach. ij. cum cortice radicis lauri, frangit lapidẽ, & qñ fumigatur prægnans cum eo, educit fœtum, & prouocat menſtrua, & qñ linitur cum eo, curat ſcabiem, & intrat in confectionibus collyrioꝝ oculoꝝ, & propter ſuam caliditatem rubificat cutem ſicut ſinapis.

DE ABROTANO, CCCII.

De abrotano lib. 3. ca. 150.

CAtſum, id eſt abrotanum. Diſcorides.) Species abrotani ſunt duæ, quarum vna dicit maſculus, et alia fœmina. Sed fœmina eſt fere ſicut maſculus. Differt tñ in hoc, quod ipſa eſt planta ſimilis arbuſto, habens folia alba, & eſt plena foliis quæ ſunt ſuper ramulos ſciſſa, parua ſciſſura ſicut ſaricon, & in ſummitate eius eſt flos ad rotunditatem tendens, aurei coloris, aureus apparens in æſtate, & habet odorẽ bonum cum grauedine pauca, amari ſaporis. Et dicunt aliqui quod abrotanũ Siciliæ eſt tale, ſed maſculus habet ramulos ſubriles, lignoſos aliquantulũ, & eſt parua planta eius, ſicut abſinthiũ, & quod ex ea adminiſtrat, eſt flos, & ſummitates eius. Galenus.) Subſtantia eius eſt terra, quã calor ſubtiliauit, & ſapor eius eſt amarus, & in eo eſt parum ſtypticitatis. Et virtus eius prima eſt calida i tertio gradu, & ſecũda eſt virtus abſtertiua, reſolutiua, & inciſiua, & tertia eſt virtus, qꝫ qñ teritur parũ ex eo, & infunditur in oleo, & inungitur corpus febriẽtis, ante horam rigoris, aufert rigorẽ, & ipſum occidit vermes, & qñ miſcetur cum citoniis, aut cum pane, & ſit inde emplaſtrum, curat apoſtemata calida oculi, & qñ teritur & miſcetur cum farina hordei, reſoluit apoſtemata, & curat vomẽ combuſtum, mordicat oſa vlcera, & eſt calidius, & ſiccius qꝫ cucurbita aſſata, & qꝫ radices anethi cõbuſtæ, & cõuenit vlceribus humidis, in quibus eſt duricies, qñ non eſt apoſtema cum eis, & confert vlceribus recentibus ani, & confert alopiciæ, qñ linitur cum eo, mixta cũ aliquibus vnguentis ſubtilibus, ſicut eſt oleum de kerua, & oleum raphaninum, & oleum antiquum, & facit naſci pilos, qñ differtur ortus eoꝝ, & ſi admiſceatur cum aliquibus ex vnguentis ſupradictis, & ſimiliter qñ infunditur in oleo de ſquinanto, quod ſit ſolum ex ſquinanto & oleo, facit ſimiliter naſci pilos, & hoc videlicẽ, qa dilatat poros cutis ſubtilitate, & ſua calefactione, & mordicatione ſua.

Dioſcorides.) Quando ſemen abrotani coquitur in aqua, & bibitur decoctio eius, aut infunditur in aqua crudum, & bibitur ipſa, confert coarctationi anheli tus, quæ cogit hominem ſtare erectum, & confert attritioni lacertorum, & liuori eoꝝ, & confert ſciaticæ, & confert ſtranguriæ, & retentioni menſtruoꝝ, & qñ ſumitur in potu cum vino, eſt medicamen bonum positionibus mortiferis, & fit cũ eo trito, & cũ oleo mixto vnguentum, quo inungitur ad rigorem febrium periodicarum, & aufert eos, & qñ ſternitur planta eius ſub lecto, aut ſit fumigium cum ea, fugat oĩa venenoſa ex domibus, & qñ fit emplaſtrum cum eo, & citoniis decoctis, aut cum pane, confert apoſtematibus oculoꝝ, & qñ miſcetur contritum cum farina hordei, reſoluit apoſtemata exteriora, & propter ſuam amaritudinem occidit lumbricos, & expellit eos, ſicut faciunt ſpecies abſinthij, & qñ ſumitur in potu, aut inungitur caput cum eo, & oleo, confert ægritudinibus frigidis capitis, & vertigini, & ſcotomiæ, nam calefacit ipſum, & confert, & ipſum qdem intrat in confectione olei de ireos.

Ignotus.) Quando coquitur cũ oleo, & inungit ſtomachus cũ eo, calefacit ipſum, & aufert frigora eius.

De coſto li bro. 1. ca. 18

DE COSTO. CCCVIII.

KOſtos, id eſt coſtus. Dioſcorides.) Ex eo eſt ex terris Arabiæ, et eſt albꝰ, leuis, boni odoris. Et ex eo eſt Indus, & eſt groſſus, niger, leuis ſicut ferula, eſt etiam ex eo ſpecies tertia, quæ eſt ex terris Syriæ, cuius color eſt ſicut color ligni buxi, grauis, cuius odor eſt ſtypticus, melior aũt omnibus eſt Arabicus, & poſt ipſum Indus, & poſt illum Syrius, & melior ex Arabico eſt nouus, albus, plenus, durus, cũ ſoliditate ſiccus, & nõ perforatus, mordicans linguã cum ſtypticitate, & aliqua amaritudine, adulteratur aũt cum radice enulæ ficca, qñ admiſcetur ei, & maxime enulę quę eſt ex terris quę dicunt Cumaharta, & cognitio eius eſt facilis: Nam enula nõ mordicat linguã ſicut coſtus, neq; odor eius eſt fortis, & exuberãs ſicut odor coſti. Galenus.) Sapor eiꝰ eſt amarus multũ, fortis, acutus. Et virtus eiꝰ prima eſt calida, caliditate quouſq; vlcerat, verũ in eo eſt humiditas ſuperflua, inflatiua. Et ſecũda abſtergit, & attrahit. Et tertia cõfert rigoribus febrium, qñ linitur corpus cum eo, & ſecundum hunc modũ confert mẽbris relaxatis, & ſciaticæ, & vniuerſaliter adminiſtrat, vbi oporter calefacere aliquod membrum, aut attrahere aliquem humorem ab interioribus, & adminiſtrat ad menſtrua prouocanda, & ad vrinam, & ad contritionẽ lacertorum, & ad dolorem laterum, & coſtus quidem occidit aſcarides, & quando linitur cum aqua, & melle, ſuper impetiginem, mundificat eam, & propter hoc quod eſt in eo de humiditate inflatiua, accidit quod adiuuat ad libidinem coitus, qñ ſumitur in potu cum vino. Dioſcorides.) Virtus coſti eſt calefactiua, & prouocatiua vrinæ, & menſtruoꝝ, & adminiſtratur in naſali, & confert doloribus matricis, & quãdo ſumitur in potu, confert morſui tyri, & qñ bibitur cum vino, & abſinthio, confert doloribus pectoris, & attritionibus muſculorum, & inflationibus, & excitat coitum, quando ſumitur in potu cum vino, & melle, & quãdo bibitur cum aqua, expellit aſcarides, & ſit vnguentum cum eo, & oleo ad rigores, quando inungitur cum eo,

Li. 3. ca. 25.

Li. 1. ca. 18

& ante a duentum rigoris febrium interpolatarum, & paralysi factæ, cum relaxatione, & mundificat impetiginem, qñ linitur cum eo, mixto cum aqua, & melle, & intrat in confectionibus vnguentog, & medicinarum compositarum, & antidotorum. Alchalahamen.) Si fiat fumigatio cum costo, interficit lubricos, & prouocat menstrua.

DE GARYPHIOLLO. CCCIX.

CArumfel, id est Gariophylus. Galenus in trãslatione Albatharich.) Non est essentia eius secundum nomen suũ in Græco, & hoc ideo, quia nomen suum in Græco, & est folium nucis, & gariophylus quidem est res quæ defertur ex terris Indiæ, similis flori suæ arboris, & sunt ligna parua, nigra, quorum longitudo est ficut latitudo digiti vnius, odoriferа, quorum sapor est acutus, cum amaritudine quadã, & virtus gariophyli prima est calida, & ficca in tertio gradu, & administratur multum in medicinis, & in decoctionibus, & in antidotis. Paulus qdem dixit ficut Galenus, de litera ad literam, qua significatur quod ab eo transtulit. Hachi.) Gariophylus intrat in medicinis acuentibus visum, remouet nanq; obscuritatem visus, & confert febel. Abugerig.) Gluten gariophylorum est simile glutino albotin. Atabari, Mesehaha, Albasari, & Rasis.) Gariophylus confert stomacho, & hepati, & confortat cor, & stringit ventrem, digerit cibum. Isaac. Eben amram.) Quando bibuntur ex gariophylis drachmæ quatuor cum lacte, stomacho ieiuno, corroborat potentiam coitus. Et dixit iterum. Gariophylus scilicet fructus, & ligni eius administrat simul. Defertur nanq; ex terris Indorum, cum ligno suo, & sunt in eis capitella habentia dentes, & meliores ex eis sunt, quorum color vergit ad aliquantulum rubore m, & habent bonitatem multam, maxime gariophyli, qui colliguntur ex arbore sua cum digitis singulariter vnus post alium.

DE GALBANO. CCCX.

De galbano libro. 3. ca. 79.

CHenechalbebi, & est bezard, id est galbanum.) Dioscorides.) Est gummi cuiusdam plantæ, similis ferulæ in figura sua, & melius ex galbano est illud quod est simile olibano, aut amoniaco, mundum, sciffum, adhærens manui, non habens aliquid ligni, neq; seminis, cuius planta & lignum habent grauẽ odorem, & ficca nimis, adulteratur aũt cum resina pini, quæ admiscetur sibi cum fabis fractis, & amoniaco.

Galenus.) Virtus eius prima est calida in tertio gradu, in principio eius, & deficcat in principio secundi, secunda est virtus resolutiua, & mollificatiua.

Li 3. c. 77. Dioscorides.) Habet virtutem calefactiuam, inflatiuam, attractiuam, & quãdo fit cum eo nasale, aut fumigatio, prouocat menstrua, & expellit fœtum, & quãdo fit emplastrum cum eo, & cum aceto, & nitro, aufert bothor lactea, & accipitur ex eo ficut granum vnius fabæ ad tussim, & ad alma, & ad coarctationem anhelitus, & ad casum, & attritiones lacertorum, & qñ sumitur in potu cum vino, est tyriaca toxicis, & qñ sumitur in potu ficut diximus, expellit fœtum mortuum, & fit emplastrum cum eo, doloribus lateris, confert furunculis, & quando odoratur, excitat epilepticos, & similiter excitat mulieres, habentes suffocationem matricis, & habẽtes oppitationem in cerebro, & qñ fit fumigiũ cum eo, expellit animalia venenosa, & si vngatur aligs cum eo, præseruat eũ a morsibus venenosorum, & qñ miscetur cũ medicina, quę dicitur sachidalon, & oleo, appropinquat animalibus venenosis, occidit ea, & capsonitur denti doloroso, aut in dente corroso, & sedat dolorem. Et dicũr quidam, quod qñ sumitur in potu, curat strãguriam, & qñ vis dare galbanum in potu, dissolue ipsum cum amygdalis amaris, aut cum vino, aut cum melicrato, aut cum pane calido, vt dissoluat, & si vis ipsum administrare alio modo, mitte ipsum cũ opio, aut cum ære vsto, aut cum humiditate quæ est in felle, & si vis ipsum mundificare a sordibus suis, pone ipsum in aqua feruẽti, & dimitte liquefieri, nam quod fuerit in eo de sordibus, natabit super aquam, illud aũt quod resider, erit bonum, vel accipe galbanum, & liga ipsum in panno mundo lini, & suspende ipsum in vas mundum, ita quod nõ tangat vas, & fit vas æreum, aut ferreum, aut terreum, subtile, aut vitreum, & stringe os vasis, deinde pone vas ipsum in aqua bulliẽti, nam galbanum existens in panno, liquefiet, & colabitur cadẽs in vas, & quod erit in eo de lignis, aut sordibus, remanebit in panno.

DE GRANA CVM QVA TINguntur panni. CCCXI.

De cocco infectorio. li. 4. c. 3. 9.

CHarmen, id est grana. Dioscorides.) Est arbusium quod administratur ad accẽdendum ignẽ, & est medium inter arborem, & herbam, cuius rami sunt multum subtiles, super quos sunt grana rotunda, similia lenticulæ quæ colliguntur & reponunt, & conseruantur, & conficiuntur ad ringendum. & melior grana est illa, quæ defertur ex terris quæ dicuntur Galates, & Andabasi, & ex Armenia, & secunda est illa de Siana & Lithia, & deterior omnibus est ab Hispania. Reperitur aũt in arbore glãdium interius, calchiæ animal testosum, paruum, simile limacijs, & colliguntillud mulieres cum ore earum. Galenus.) In sapore eius est stypticitas, & amaritudo, & virtus eius prima deficcat sine mordicatione, & secunda abstergit, & incarnat, & tertia confert vlceribus magnis, & vlceribus neruorum, & quidam curant vulnera huiusmodi cum ea, trita cum aceto, & quidam terunt eam cum melle, & aceto. Dioscorides.) Virtus eius est vtilis, qñ teritur fortiter, & miscet cũ aceto, ad conglutinãda vulnera neruorum, & ad vulnera aliorum membrorum. Li. 4. c. 39.

DE BETONICA. CCCXII.

De betonica li. 4. c. 1.

KAstara, id est betonica. Dioscorides.) Est herba quæ nascitur omni anno, habens virgã subtilem, cuius longitudo est vnius brachij, aut plus, & est quadrata, & habet folia longa, mollia, similia in figura sua foliis glandium, & in scissuris suis habentia bonum odorem, & folia quæ sunt propinqua terræ, sunt maiora foliis aliis, & in summitate virgæ est semẽ collectum in se, prope collectionem spicæ frumenti, & assimilat saturejæ, quæ dicitur thymbra, folia eius colliguntur, & deficcantur, & sic seruantur ad horam necessariam, nam id quod ex betonica plurimum administratur, sunt folia, & habet radices subtiles, sicut radices elleberi. Galenus.) Sapor betonicæ est acutus, amarus. Et virtus eius prima calefacit in primo gradu, Et secunda incidit, & abstergit, Et tertia virtus eius incidit grossos humores, & frangit lapidẽ renum, & mundificat, & abstergit pulmonem & hepar, & prouocat menstrua, & confert epilepsiæ, & curat attritiones neruorum, & lacertorum, & qñ ponitur super morsum alicuius animalis venenosi fraudulenti, confert, & quãdo sumitur in potu, confert sciaticæ, & eructuationi acetosæ. Dioscorides.) Quando radices betonicæ sumuntur in potu cum hydromelle, faciunt potenter vomere phlegma, & quãdo ex folijs eius sumitur in potu drachma vna cum hydromelle, aut cum aqua, confert attritioni & conquassationi a casu, & dolori matricis, ac suffocationi eius, & dantur ex folijs eius drachmæ tres cum cotyla vna vini ad morsus venenosos, similiter autem qñ fit emplastrum ex folijs eius super morsuram, confert. Et qñ bibitur ex eis drachma vna cum vino, confert malicię medicinarum mortiferarum, si aliquis biberit ex eis primo, & postea sumpserit aliqd in quo sit venenum, nullatenus ei nocebit, & vrinam prouocat, ventrem laxat. Et qñ sumitur in potu cum aqua,

aqua, curat epilenticos, & apopleticos, & dolores hepatis. Et qñ bibitur de ea drachma vna cum aceto & melle, curat dolorem splenis, & qñ sumitur de ea post cibũ ad quantitatem vnius fabę cum melle dispumato, facit digeri cibum, & qñ datur de ea in potu habẽti eructationes aceto sas, confert, & quando datur de ea habenti stomachum malum, ita q̃ masticet eam, & deglutiat, & bibat posẽ vinum tepidum, confert valde. Et datur in potu ei, qui spuit sanguinem a pectore, in quantitate trium onolosar, cum vno conos vini mixti cum aqua tepida, aliquantulum confert, & datur in potu habẽti dolorem sciaticũ, & dolorem renũ, ac veficæ, drachmę duæ cum aqua, & datur in potu hydropico febrienti drachmæ duę ex ea cum hydromelle, & non febrienti, cum vino & melle, & qñ datur de ea drachma vna cum vino, prouocat menstrua, & qñ datur de ea drachmæ quatuor, cũ decoctione conos hydromellis, laxat ventrem, & qñ datur cum melle, confert vlceribus pulmonis antiquis, & faniei pectoris, & datur ictericis, sicut dixi in hydropisi, & datur de ea drachmę tres cũ aqua calida in colica, & in dolore intestinorũ, & sint aquæ conos quatuor, & qñ dantur ex ea in potu drachmæ duæ cum granis. xvij. piperis in conos tres vini calidi, confert dolori lateris. Et qui vult reponere folia eius, operetur ꝙ deficcet primo ea, deinde terat illa fortiter, & reponat in vase terreo, de quibus si pulueri zetur sup vulnera facta in cute capitis, conglutinat cito ea. Et si accipiatur betonica humida antęq̃ desiccetur, & terat, & fit emplastrum cum ea, facit hoc idem, sed emplastrũ debet renouari sæpe. Et si fiat ex betonica humida emplastrum, extrahit fragmẽta ossium, quæ sunt in vulneribus, sed radix betonicę cocta in aqua, donec duę partes fint consumptæ, & liniatur oculi cum ea, sedat apostemata calida eorum, & si liniatur frons, sedat dolorem capitis. Et qñ folia eius humida teruntur, fit emplastrũ cum eis super oculum, aut super frontem, facit hoc idẽ, & quando coquitur cum vino, aut cum aceto, & fit ex decoctione eius collutio oris, confert dolori dentium, & qñ sumitur in potu affidue de ea drachma vna cum aqua calida stomacho ieiuno, cõfert obscuritati & debilitati visus, & qñ dantur de ea in potu drachmę quatuor cum aqua calida, confert corizæ, & catarrho, & difficultati partus, sed si mulier non habuerit febrem, detur cum vino & aqua. Et qñ fit emplastrum cum ea, confert vulneribus neruorum, & ponitur super membrum, qñ volumus ipsum calefacere, & sumitur ex ea in potu cum aqua ante potationem vini, & prohibet ebrietatem, sicut purant aliqui, & teritur, & miscetur cum axungia & aqua, & confert bothor, & qñ sumitur in potu cum vino ab itinerantibus, prohibet excoriationes quæ fiunt in membris, ex confricatione mẽbrorum adinuicem, & datur de ea in potu cum oximelle conualescentibus, & aufert fastidium eorum. Et quando accipiuntur ex ea trita drachmæ quatuor, & mellis vncia vna, & coquunt ad spissitudinem, & sunt trochisci ex eis quatuor, quorum vnus sumatur in potu cum aqua calida, & laxat ventrem, ac prohibet vomitum cibi. Et quando teritur tota herba, & fit cum ea emplastrum, sedat dolorem & inflationem ventris, ac doloꝛẽ podagræ, & extrahit venenum ex mor su canis rabidi, si super locum morsus dimittatur ligata.

DE SENATIONE. CCCXIII.

Oreathalmi dicitur, quod est apium aquæ, & noſant ipsum in Hamea nella, & est senation. Dioscorides.) Est planta nascens in aquis, & habet stipitem rectum, & ramos, & tota planta est pinguis, & habet folia similia foliis apij nominati petroses linum, nisi quia sunt minora eis, & habent odorem bonum qñ masticatur. Galenus.) Secundum quod in hac planta est de bono odore & sapore, ita est in ea de virtute calefactiua. Et virtus eius secunda resoluit. Et tertia prouocat vrinam, & frangit lapidem renum, & prouocat menstrua. Dioscorides.) Quando hęc herba comeditur cruda & cocta, frangit lapidem renum, & educit eum cum vrina, & prouocat vrinam, ac menstrua, & expellit fœtum, & quando comeditur, confert vlceribus intestinorum. Kacebras.) Extimaui, & dixi, quod hæc est herba, quæ habet folia pauca rotũda, quorum color est niger, & sunt similia foliis mentæ, aut foliis rutæ in figura sua.

De lauere seu ſuon li bro. 2, ca. 110.

DE FOENICVLO. CCCXIIII.

Raienigi, id est fœniculus, Galenus.) Ex eo est domesticus, & agrestis, sed domestici virtus prima calefactiti tertio gradu, & desiccat in primo. Et secunda subtiliat. Et tertia generat lac, & confert de fœnsui aquæ ad oculum, prouocat vrinam & mẽstrua. Et agrestis dicitur maritimus, & montanus, & radix & semen fœniculi agrestis est fortioris desiccationis q̃ radix & semen fœniculi domestici, q̃mũ eo est parum ſtypticitatis, & ipse quidem frangit lapidem, & curat ictericiam, & prouocat vrinam, & menstrua, sed hæc species non habet virtutem in generando lac, sicut domesticus, & ex eo est marinus magnus, cuius semen est rotundum simile semini coriandri calidi, acuti saporis, & virtus eius est similis virtuti fœniculi supradicti, nisi quia est debilior. Et dicit in libro Democriti medi ci, quod animalia comedunt fœniculum recentem, vt clarificetur visus eorum. Dioscorides.) Quãdo fœniculus sumitur in cibo, augmentat lac, & semen eius facit idẽ, qñ sumitur in potu, & qñ coquit cũ hordeo, & qñ sumitur decoctio summitatũ fœniculi in potu, prouocat vrinam, & ideo confert doloribus renum & veficæ, & datur ex ea in potu cum vino ad morsus venenoforum, & decoctio eius prouocat mẽstrua, & qñ sumit in potu cum aqua frigida in febribus, sedat nauseam, & inflationem stomachi, qꝛ accidit. Et qñ terit radix fœniculi, & fit emplastrum cum ea mixta cũ melle, curat morsus canis, & qñ exprimitur succus a foliis & summitatibus fœniculi, & siccatur in sole, conuenit in collyriis oculoꝝ, & acuit visum, & est magni iuuamenti. Exprimitur etiam succus a semine fœniculi recenti, sicut dixi de foliis & summitatibus, & præparat eodem modo, & valet ad eadem, & acuit visum. Similiter aũt ex radice eius exprimit succus, valens ad eadẽ. Fœniculus vero qui nascit in Asia versus Occidẽtem, habet virtutem similem huius succi, & hoẽs illius regionis incidunt virgas huius fœniculi, & approximãt eas igni, donec fudent, emittunt enim humiditatem gũmi, quę quidem est fortior in collyriis, qꝫ fœniculis.

De fœniculo ſtyptico ſiue Hip pomarathro lib. 3. ca. 66.

De fœnículo erratico ſiue Hippomarathro lib. 3. ca. 67.

Fœniculus aũt agrestis est maior prędicto in quantitate suæ plantæ, & semen eius est maius semine illius, & est semen simile semini linobotin, & noſatur fabar, & habet radicem boni odoris, & qñ bibitur decoctio eius, curat distillationẽ vrinę, et qñ sit nasale cũ ea, prouocat menstrua, & qñ sumitur in potu, auget lac, & qñ bibitur de radice eius aut semine, stringit ventrem, & confert morsibus venenosis, & potus eorum frangit lapidem, & mundificat ictericiam, decoctio aũt foliorũ prouocat lac, & mundificat puerperas. Et alia species fœniculi, quæ dicitur otomarathrum, habẽs folia parua, subtilia, oblonga, & semen rotundum, simile semini coriandri, acuti saporis, & boni odoris, & virtus eius est similis virtuti alterius fœniculi, nisi quia est debilior eo. Et dicitur, quod radix eius retinet menstrua, & fluxum ventris.

DE RESINA, MASTICE COLOphonia, & Terebinthina. CCCXV.

De reſinis aliis lib. 1. ca. 77.

Ratin, id est resina. Dioscorides.) Species eius sunt diuersæ, secundum diuersitates arborum, in quibus colligitur, nam quædam colligitur ex pinu,

ex pinu, & quædam non, sed colligitur ex alijs arboribus, sed resina, quæ colligitur ex pinu, quædam est ex pinu masculi, quæ dicitur com, & est hęc colophonia. Et alia est, quę colligitur ex pinu quadam chitronolia, & est arbor, cuius fructus sunt grana magna. Et alia cuius pinus nominatur chittrandam, & arbor iachuth, & facit fructum paruorum granorum. Et est quædam de ea, quæ fit in pinu sicut illa, quæ fit in arbore masticis, & in arbore grani viridis, & cupressi, & aiz. Melior autem omnium specierū resinæ est illa, quæ est boni odoris, clari coloris, non multum existens arida, nec multū humida, similis mum, facilis fractionis. Galenus.) Omnes species glutinis calefaciunt & deficcant, verū, diuersificantur adinuicem, propterea quod in aliqua earum est de acuitate & punctione in sapore & virtute quantitas maior ℈ in alia. Et quia etiam quædam habet subtilitatem paucā, & quędā ampliorē, & quędā habet ſtypticitatem, quædam vero non. Et melius gdem omnium glutinū, est gluten Romanum, & est mastix, & hoc ideo, quia cum hoc quod in eo est de ſtypticitate pauca, cum qua confert hepati, & stomacho, ac intestinis, & in eo est virtus deficcatiua, ſine mordicatione & nocumēto, & hoc qm̄ non habet acuitatem aliquā, & est ſubtilis multum. Sed cæterarum ſpecierum glutinis melius est gluten albotim, & est terbentina, & hoc quidem gluten non habet ſtypticitatem manifeſtam, ſicut est ſtypticitas masticis, & in eo cum hoc est amaritudo. Et propter hāc causam deuenit ad hoc, quod diſſoluit plus ℈ mastix. Et propter hūc saporem ſimiliter est in hoc glutine res, quæ abſtergit adeo, quod curat ſcabiē, & ipſum qdē attrahit ab interioribus plus alijs ſpeciebus glutinis, quia est ſubtilius alijs. Sed gluten, quod est de ſpecie pini, quæ dicit cophi, & illud quod est ex pinu, quę dicitur chitranolia, & est pinus magna, sunt acutiora, ℈ gluten albotim, verūtamen non reſoluunt, nec attrahunt plus ipſo, & gluten pini magnę habet plus de hac proprietate, ℈ gluten pini, quæ dicitur cophi. Sed gluten pini paruæ, & gluten arboris, quæ dicitur alacti, sunt media inter duas tes, nam sunt acutiora ℈ gluten album, & minus acuta, ℈ gluten cophi, & in glutine pini magnæ, & in glutine albotim cū hoc est aliqua mollificatio, & poſtea in mollificatione est mastix. Sed gluten cupreſſi habet punctionē & acuitatem, & gluten, quæ dicitur lachos, est ſimile glutini albotim. Et dixit in almalemur. Gummi pini quod dicitur ſachilus, & est ſudor arboris pini facientis frustum magnum, est fortius oībus ſudoribus arborum aliarum, in calefactione & deſiccatione, quemadmodū ſudor arboris albotim est minus calidus, & minus deſiccatiuus, ℈ ſudor aliarum arborum, & ſudor pini facientis parua grana, est minor ſudore pini magnæ in deſiccatione & calefactione plurimū. Dioſcorides.)

De Terebinthu li. 1. ca. 76. Reſina arboris grani viridis terbentina defertur ex terris Arabum, & ex terris alijs etiam, ſed est illa, quæ defertur ex terris Alcheades, cuius color est albus, ſimilis colori * vitri, declinans colori cœleſti, habens odorem bonū, referens odorē arboris ſuę. Et aūt melior oībus reſinis, poſt eam vero maſtix, & poſt ipſam est iacuth, & est ex arbore ceam dicaris, & poſt ipſam est reſina arboris dictæ alacti, & poſt ipſas in bonitate est reſina cophi, & est arz, & reſina pini, & omnis reſina arzæ. Et omnes iſtæ reſinæ calefaciūæ, mollificatiuæ, & diſſolutiuæ, & mundificatiuæ pont confertes tuſſi, & vlceribus pulmonis, & ſputo ſanguinis, & terebynthina cum hoc mundificat pectus, ℈ fit cum ea ſola loch, aut cum melle, pronocat vrinam, mollit ventrem, & conuenit ad faciendum pilos adhærere palpebrarum, qui pungūt oculos, & qñ miſcetur cum ziniar, & calcanto, & nitro, confert ſcabiei vlceroſæ, & auribus, a quibus fluunt humiditates, qñ miſcetur cum melle, & oleo, confert pruritui vlcerum, & intrat in confectionibus vnguentorum, & oleorum reſoluēnium laſſitudinem, & confert dolori lateris, qñ inungitur cum ea, & qñ fit emplaſtrum cum ea, confert exituris, & vulneribus. Et meliores qdem iſtarum reſinarum omnium sunt illæ, quę sunt ſplendentes, & ex gummi vel reſina iacuth, & est reſina locaman, & est arz melior illa, quæ est humida, & defertur ex partibus Galliæ, & ex terra quæ dicit Trania, & olim deferebatur ex terra, quæ dicitur Colophonia, & propterea dicitur reſina Colophonia. De fertur etiam ex Galatha, quæ est proxima terræ Abax, & nominant eam homines illius terræ laichas, & ipſa quidem est magni iuuamenti in tuſſi antiqua, quando fit loch cum ea. Et sunt ex reſinis quædā hmmidæ, & reſinæ quidem humidæ sunt diuerſoꝝ colorū, & hoc quia quędam earum est alba, & quædam coloris oleaginei, & quędam coloris mellini, sicut est aichas, & est ſimiliter ex cupreſſo gummi humidum, quod est vtile ad omnia quę dixi. Accipiuntur autem ex ipſis reſinis quędā ſiccæ, quæ ex eis reperiunt ſuper pinum, & ſuparz, & ſuper iacuth, & ſuper arborem alacti. Et melior reſina est illa, quæ habet colorem meliorem, clarū quę nō est ſicca multum, nec multū humida, ſimilis mum, non facile frangibilis, & boni odoris. Et melior earū est reſina iacuth, & alacti, quia sunt boni odoris, ſimiles odori oībani. Deferuntur aūt quædam ex iſtis reſinis diuerſarum ſpecierū, ex terris Kantarofa, & sunt in regione Hiſpaniæ, verum reſina cophi, & est arz, & reſina pini, & reſina cupreſſi, sunt debiliores ℈ reſina iacuth, & ℈ reſina alacti, & non habent virtutes quas habent iſtæ reſinę, quāuis adminiſtrentur loco earū. Sed virtutis masticis est proxima virtuti terebynthinæ. Coquuntur autem oēs iſtæ reſinæ in hunc modum.

Reſina ponitur in vaſe capiente quadruplum eius quod sit ex ære, & ponanſ in eo reſinæ lib. xx. & aquæ pluuialis libræ xviij. & coquitur bene ſuper prunas, & moueatur ſemper continue, donec oculte ad odor eius, & deficcetur forti deſiccatione, donec fiat facile frangibilis, ita quod frangatur cum digitis, & deinde reponatur in vaſe ſictili. Et enim alba taliter cocta & præparata. Oportet aūt, quod reſina colatur in hunc modū. Illa videlicet, quæ est humida, ponatur ſuper prunas ſine aqua, & coletur, ac iterum ponatur ſuper prunas, & qñ cœperit coagulari, addantur prunę ſub ea multę, & coquat tribus diebus, & tribus noctibus, donec fiat talis, ſicut dictum est ſuperius, & repone, & ſerua. Illa vero ex reſinis, quæ fuerit ficca, ſufficit quod coquatur die vna tota, a mane vſq; ad noctem. Et iſtæ quidem reſinæ ſic cocte conuenīunt in confectionibus vnguentorum odoriferorum, & in vnguentis reſoluentibus laſſitudinem. Faciunt nanq; ea odorifera, & melius colorata. Colligitur autē fumus ab iſtis reſinis, ſicut colligitur fumus olibani, & conuenit in cohol, quæ fiunt ad pilos palpebrarum, & ad corroſionem lachrymalis oculi, & confert pruritui oculi, & lachrymis, & ſit etiā ex eo encauſtum aprum ad ſcribendū. Abugerig.) Et etiā ad imprimendū libros.

Reſina pini confert ad exituras duras, & qñ puluerizatur ſuper vlcera facta in cute capitis cū balauſtia, curat ea. Similer & alia vlcera quæ ſunt in corpore.

DE ANETHO. CCCXVI.

XEbeth, id est anethū. Galenus.) Virtus anethi prima calefacit in fine tertij gradus, & deficcat in principio ſecundi gradus. Secunda reſoluit ac maturat. Et tertia reſoluit, & ſedat dolorem, & facit ſomnum, & maturat apoſtemata mollia, cruda, quādo coquitur cum oleo, & adminiſtratur, & hoc quod cōplexio olei, in quo anethum est coctum, est propinqua complexioni medicinarum aperituarum, & maturatiuarum, niſi quia ipſum est calidius parum, & ſubtilius eis, & propter hoc est reſolutiuum. Et quando cōburitur anethū.

tur anethũ, ſit virtus eius prima in tertio gradu calefactionis, & deſiccationis. Et tertia eſt virtus, quæ cõfert vlceribus habentibus plurimam ſaniem, qñ tertio, & pulueriz atur in eis, & pprie qñ fuerint in genitalibus membris. Vlcera vero antiqua, quæ ſunt in ano, incarnat cito, & conſolidat. Anethi vero recentis virtus prima eſt plus humida, & minus calida, Et ſecũda eius virtus maturat, & reſoluit, & facit ſomnum. Dioſcorides.) Virtus anethi eſt calida, acuta, qñ decoctio ſum miratum & ſeminis eius fumuntur in potu, prouocat vrinam, & ſedat tortiones, & inflationes, & retinet veſtrem, & ſedat ſingultũ. Et ſi anethũ coquatur in oleo, reſoluit exituras, & maturat apoſtemata frigida, cruda, & qñ anethum ſiccum bullitur in aqua, & bibitur decoctio eius, prouocat lac, & ſedat tortiones, & ventoſitates, ac inflationes, & confert nauſeæ, & ſingultui, & prouocat vrinam, verũ, nimius vſus anethi debilitat viſum, & abſcindit ſperma, & qñ mulier ſedet in decoctione anethi, confert doloribus matricis, Semen vero anethi qñ comburitur, & ſit inde emplaſtrum ſuper hæmorrhoidas, auſert eas, & qñ pulueriz atur ſup vlcera virgæ, conglutinat, & conſolidat ea, & conſolidat vlcera antiqua difficilis cõſolidationis. Aethum vero recens humidum, eſt minus calidum, & minus reſolutiuum, & minus maturatiuum, qñ anethum ſiccum.

De anetho li. 3. ca. 56.

Aben meſuai.) Anethum eſt calidum in ſecũdo gradu, & proprietas eius eſt, ſedare ſingultum, & inducere ſomnum, & oleum anethi eſt bonum vẽtoſitatibus, & quando ponitur ſemen eius in polẽtis, *multiplicat lac*, & ſi acciptur ſolũ, *minuit ſperma*, & *debilitat viſum*, maxime nimius vſus eius.

DE RORE MARINO. CCCXVII.

De Rore marino li. 3. ca. 70.

XAleralmerien, id eſt arbor Mariæ, vel roſmarinus, & eſt apinalphach, & eſt cachola. Dioſcorides.) Species libanotis ſunt tres, vna earũ habet ſemen quod nominatur fachi, Et quidam nominant hanc ſpeciem ra, aut canuſana, aut caſanemo, & habet folia ſimilia foliis marathri, niſi quia ſunt latiora, parum groſſiora, & extenditur ſuper terram circulariter, habens bonum odorem, & longitudo ſtipitis eius eſt vnius brachij, & plus, & habet multos ramulos, ſuper quorum ſummitates ſunt capitella, in quibus eſt eſt ſemen album, ſimile ſemini plantę, quæ dicit ſpondylon, rotundum, angulo ſum, acuti ſaporis, in cuius odore eſt ſimile odori reſinæ pini, & qñ maſticat, mordicat linguam. Radix vero eius eſt alba multum, cuius odor eſt ſicut odor thuris. Eſt & ſpecies alia ſimilis ſupradictæ, niſi quia ſemen eius eſt latum, nigrum, ſimile ſemini plantæ dictæ ſpondylon, habens odorẽ bonum, ſed non mordicat linguam, & habet radicem exterius nigram, interius vero albam. Et eſt ſpecies alia ſimilis ſupradictis, niſi quia ipſa non habet ſtipitẽ, nec ſemen, nec florem, & naſcitur libanotis in locis petroſis, & agreſtibus. Galenus.) Ex ſpeciebus huius plantæ vna nõ habet ſemen, & duæ habent. Et virtus oĩum earum eſt ſimilis, & hoc, quia virtus earum, eſt virtus, quæ reſoluit, & mollificat, & abſtergit. & incidit. Et ſuccus radicis eius, & ſuccus herbæ ipſius, qñ vtercq; miſcetur cum melle, curat obſcuritatem viſus, quæ fit ab humiditate groſſa. Sed ſpecies alia quę habet capitella, & eſt illa, quam Romani vocant roſmarinum, quæ qñ datur icterico, confert. Dioſcorides.) Quando accipiuntur folia libanotis, cuiuſcunq; ſint ſpeciei, & teruntur, & fit emplaſtrum cum eis, confert fluxui ſanguinis hæmorrhoidarum, & ſedat apoſtemata calida ani, & extenuat hæmorrhoidas egredientes, & maturat ſcrophulas, & apoſtemata difficilis maturationis, quãdo radix eius adminiſtratur ſicca cum melle mixta, mũdificat, & qñ ſumitur in potu cum vino, confert tortionibus ventris, & confert morſibus venenoſis, & prouocat vrinam & meſtrua, & quando fit emplaſtrum cum ea calida, reſoluit apoſtemata phlegmatica, Et quando exprimitur ſuccus radicis, & aliarum partium eius, & miſcetur cum melle, & fit inde collyrium, acuit viſum. Et ſemen eius quando ſumitur in potu, facit oſa hæc, & quando ſumitur in potu cum pipere et vino, confert epilepſiæ, & doloribus pectoris antiquis, & ictericis. Et quando miſcetur cum oleo, & linitur inde corpus, prouocat ſudorem, & ſic confert hydropiſi, & teritur, & miſcetur cum farina lolii, & aceto, & fit emplaſtrum cum eo, conferens attritioni lacertorum, & podagræ, & quãdo miſcetur cum aceto forti, curat morpheam, ingreditur autem ſemen eius in ſyrupis, verum ſemen illius, quæ dicitur fachi, non eſt adminiſtrãdum in potionibus, quæ ſunt ad cancrum, qñ ipſum eſt acutum nimis, & exaſperans guttur. Credidit autem Teophraſtus, quod naſcatur in arbore, quæ dicitur arbachi, ſpecies libanotis, cui⁹ folia ſunt ſimilia foliis laſtucę agreſtis, & quando bibitur radix huius, prouocat vomitũ, & laxat ventrem. Sed libanotis, quam Romani vocant roſmarinum, & eſt planta, quam multi ponunt in fertis vel coronis, & habet virgulas multas non groſſas, flexibiles, humidas, ſup quas ſunt folia multa denſa, ſubtilia, longa, quorum color exterius eſt albus, & interius viridis, habentia odorem fortem cum graues dine quadam, & habet virtutem calefactiuam, & deſiccatiuam multum, & ideo admiſcetur cum rebus, ex quibus abluitur caput, & pulueriz atur de ea ſuper caput, & dimittitur ſic tribus diebus, poſtea abluitur, & confert oculis quibus currunt humiditates, & confert ictericiæ. Aben meſuai.) Eſt calida & ſicca in tertio gradu, confert corizę frigidæ cerebri, & quando ſit cohol cum eo & melle, confert aquæ deſcendenti ad oculũ.

De Rore marino eo rundo li. 3. ca. 72.

Raſis.) In azaraui elkialgebeck, id eſt corona montana, & eſt roſmarinus, calefacit, & ſubtiliat, & expellit ventoſitates, & prouocat vrinam, ac meſtrua, & aperit oppilationes ſplenis, hepatis, & inteſtinorum, & ruſtis ci ponunt eam in ventribus leporum, & cuniculorũ, ne fœteant propter bonum odorem, qui eſt in ea.

DE NIGELLA. CCCXVIII.

De Gith, ſeu nigella thio lib. 3. ca. 75.

XAmim, id eſt nigella. Dioſcorides.) Eſt planta parua, habens virgam paruam, longam circa duos palmos, aut plus, & habet folia parua minuta, & mollia, ſimilia foliis plantæ ranoahon, niſi quia ſunt minora fatis, & ſuperfluitates ſunt capitella ſubtilia, ſimilia capitibus papaueris, oblonga, & in medio eius ſunt parietes ſequeſtrantes ſemina, quod quidem ſemen eſt nigrum, acutum, boni odoris. Galenus.) Subſtantia nigellæ eſt ſubtilis, quam maturauit calidi tas completa maturatione, & ſapor eius eſt amarus. Et virtus eius prima calefacit, & deſiccat in tertio gradu. Et ſecunda abſtergit, incidit, ac reſoluit. Et tertia curat corizam, qñ aſſatur, & ponitur in panno lini, & odoratur, & reſoluit inflationes fortiter interius ſumpta, & quando comeditur, occidit lumbricos, & quando poſnitur ſuper ventrem exterius ſimiliter, auſert ægritudinem, cum qua eleuatur cutis, & auſert verrucas, & maculas, & confert aſmaticis, & prouocat menſtrua retẽta cauſa humorum viſcoſorum. Dioſcorides.) Quidam admiſcent hoc ſemen cum maſſa paſtæ, & facit inde panẽ. Et quando fit cum eo emplaſtrũ fronti, confert ſoda, & quando ſit caput purgium cum eo trito, & ireos, confert quæ deſcendenti ad oculum, & quãdo fit emplaſtrum cum eo & aceto, auſert bothor malas, & curat ſcabiem vlceratam, & reſoluit apata phlegmatica antiqua, & apoſtemata dura, & teritur, ac miſcetur cum vrina antiqua, & ponitur ſuper verrucas, & carbunculos, & auſert, & curat, & qñ coquitur cũ aceto, & ligno pini, & tenetur decoctio in ore, confert dolori dentium, & qñ fit emplaſtrum cum eo ſuper vmbilicũ, occidit,

Li. 3. ca. 70.

Li. 3. ca. 75.

occidit & expellit lumbricos, & quando teritur, & ligatur in panno lini, & odoretur sæpe, restringit fluxũ coriæ, & est calidę virtutis, propterea quando assidue pluribus diebus potatur, prouocat vrinã, & menstrua, & deficcat lac, & quando sumitur in potu cum nitro, sedat asma, & quando bibitur ex eo drachma vna cum aqua, confert morsui rutellæ. Et qñ fit fumigium cum eo, fugat animalia venenosa, & quãdo fit emplastrum cum eo super duricies factas in iuncturis pedum, quæ dicunt calli, aufert eas. Et qñ sumitur interius, incidit, & digerit chimos viscosos, & renaces, & aperit oppilationes interiores, verum, quidam putant, q̃ si sumatur nimis ex eo, occidit. Aben mesuai.) Proprietas eius est, q̃ aufert febrem phlegmaticam, & melancholicam, & occidit ascarides, & confert morsui rutellæ.

DE SCHEA, ID EST sandonico. CCCXIX.

De absinthio in libro. 3. Cap. 4.

SChea, id est sandonicũ, vt i capitulo de absinthio. Dioscorides.) Sandonicum est planta, & est absinthium marinum, habens semẽ minutum, similis plantæ quæ dicitur abrotanum, & est plena semine, & habet folia stricta, & non est tantæ amaritudinis, vt est absinthium, & habet grauem odorem. Galenus.) Figura eius in apparentia est sicut figura plantæ absinthij, & sapor eius est sicut sapor absinthij, nisi quia non est tantæ stypticitatis, & calefacit plus q̃ absinthium, & in ea est plus de amaritudine q̃ in absinthio, cũ pauca falsedine. Sed virtus eius est diuersa a virtute absinthij, nam est mala stomacho, & occidit vermes in ventre, plus q̃ absinthium quando apponitur extra, aut recipitur interius, & calefacit in secundo gradu, & desiccat in tertio. Dioscorides.) Sapor eius est amarus, & est mala stomacho, & habet grauem odorem, & est styptica cum caliditate pauca, & coquitur sola, aut cũ melle, & occidit vermes, & expellit eos cum laxatione leui, & quando coquitur cum lentibus, & bibitur, facit hoc. Et pecudes quidem impinguantur, quãdo comedunt eam.

Li 3. c. 24.

DE TVRBITH. CCCXX.

De tripolio libro. 4. ca. 119.

TVrbith. Dioscorides.) Caricamon est planta quæ nascit in littoribus maris, in locis scilicet, quos mare cooperit, quãdo crescit, q̃si vero est quietum, non tangit ea. Non enim nascitur intra aquã maris, nec est multum longa ab ea, & nisi quãdo mare turbatur, & crescit, non tangit ea, & habet folia similia folijs plãtæ, quæ dicitur arasatis, nisi quia sunt grossiora eis, & habet stipitẽ longum, duobus palmis diuisum in summitate. Et dicunt quidam quod flos eius mutat colorem suum ter in die, quia mane est albus, & in meridie declinat ad colorem purpureum, in vesperis vero fit rubeus. Radix vero eius est odorifera, alba, quæ qñ masticatur, calefacit linguam, & quando sumuntur in potu de ea drach. ij. cum vino, laxat vẽtrem, & euacuat humores aquosos, & prouocat vrinam, & sumitur ad prohibẽdum nocumentũ venenosũ, sicut alia bezaar.

Galenus in translatione albatarich.) Nascitur in litoribus, & in arenis, & natura eius est calida, laxat, & mundificat ventrem, & melius ex eo est illud, quod cũ euellitur eius radix a terra, aufertur cortex eius statim, & abijcit grossum quod est intus, & ex corticibus eius melior est ille qui est vt cannula, gummosus, & albus, & quando volumus ipsum frangere, frangitur cito, & tunc accipiatur illud turbith, quod est tortuosum, in modũ nucis corni. Et in translatione hunahim in octauo. Radix huius plantę habet calidũ saporẽ, & virtutẽ calidã in tertio gradu. Et æstimauit Hunahim, qđ ipse dimisit rememorationẽ eius in sexto, ne narret ipsum in duobus locis, eo quod pœnientius erat quod rememoraretur de eo in sexto, q̃ quod rememorareret ipsum in octauo. Aben mesuai.) Turbith est calidum & siccum in tertio gradu, & melius ex eo est illud, cuius color est albus multum, & lene exterius, subtilis ligni, nõ habens lanam. Et proprietas eius est laxare phlegmã viscosum, verum ipsum infert debilitatem in animo, propter horribilitatẽ, & abominationem sui saporis, & rectificatio turbith est, cõficere cum oleo de amygdalis dulcibus, & dosis eius est a drachma vna, vsq; ad duas, & oportet quod det potanti ipsum custodiamagna, & nõ detur solum. Et turbith quidem est bonum humoribus sciaticæ eo cens eos. Mesarugię.) Expellit superfluitates grossas. Alcanzi.) Laxat humores crudos. Abic.) Melius turbith est album, & quod in figura sui est sicut calamus argenteus, & pulpa calami est subtilis, & quod frangitur facile, non existens grossum, neq; graue, & est facile ad terendum, & tritum est album, illud vero quod non est tale, nõ est alicuius valoris. Et turbith quidem super quod transiuit longum tempus, fiunt vermes in eo sicut in alijs lignis, & virtus eius debilitatur, & signum in hoc est, quod foramina videntur in eo, ac si esset perforatum cum acubus, & est leuis ponderis. Et quando inuenis turbith tale, nõ vtaris eo, quia virtus eius euanuit, & turbith quidem laxat phlegma leuiter, & complexio eius est calida & ficca, sicut complexio scamoneę, & inest ei proprietas laxãdi phlegma. Si ergo misceantur ambo simul, operãtur in colica & phlegmate, & educunt ambos humores per fluxum ventris. Et rectificatio turbith est, quod si fricatur cortex eius exterior, donec perueniat ad albũ eius, & postea teratur, & cribretur, & si debes illud ponere in magnis antidotis, cribra ipsum per tenue cribrum, & si ponis ipsum in medicinis laxatiuis, fricat in pilulis, & in decoctionibus, cribra ipsum cum cribro raro, vt sit in eo aliqua grossities, ne adhæreat villis stomachi. Et cõmunior modus rectificationis eius est, quod conficiatur cum oleo de amygdalis amaris, post contritionem & cribrationem eius. Et si vis dare ipsum habentibus phlegma viscosum, tenax, tere illud subtiliter, & cribra, vt ipsum adhæreat phlegmati, & expellat ipsum. Et quantitas dosis eius est a drachma vna, vsq; ad duas. In decoctiõibus vero vsq; ad drach. quatuor.

DE ALLIO ET SCORDEO. CCCXXI.

De allio li. 2. c. 143.

CHaom, id est allium. Dioscorides.) Allium aliud est domesticũ, et aliud agreste, & est quodam ex eo quod inuenitur in Babylonia, quod non est diuisum in dentibus. Galenus.) Virtus allij est calida, & ficca in tertio gradu. Sed in allio agresti sapor est cõpositus, nam in eo est amaritudo, & acuitas, & stypticitas, & punctio. Et acuitas quidem eius est similis acuitati allij domestici, & virtus allij secunda est virtus quæ resoluit, abstergit, & incarnat, & tertia mũdificat membra interiora, & calefacit ea, & prouocat vrinam, & menstrua. Et quãdo sumitur in potu, curat attritiones lacertorum, & neruorum, & dolores lũborum, factos ab oppilatione causa frigiditatis, & cõglutinat recentia vulnera magna, quando ponitur super ea recens, & mundificat ea, si fuerint ibi sordes in eis, & incarnat vlcera fraudulenta, qñ deficcatur, & pulue tizatur super ea. Sed scordeon, & est allium agreste, & est fortius allio domestico. Et dicitur q̃ allij porrani virtus est, sicut virtus allij, & porri. Et dixit in libro de conseruatione sanitatis, allium resoluit ventositates plus alia medicina omni, quæ resoluat ventositates, & est bonum dolor i intestinorum, non existente febre.

Li. 2. c. 145

Hippocrates.) Allium cõmouet in eo qui ipsum comedit, omnem dolorẽ qui accidit sibi, & melius quod est in eo, est quod ipsum prouocat vrinam. Et dixit in vndecimo, quod allij expellit sanguisugas, vndecunq; adhæserint. Dioscorides.) Virtus allij est calida, lesdatiua inflationum ventris, deficcatiua stomachi, inducens sitim, vlcerat cutem, & quãdo comedit, expellit ascarides,

aſcaridés, & prouocat vrinam. Et quando comederit allium ille quem ſerpens momordit, qui nominatur amras, & biberit poſt ipſum vinum, in quo coctum eſt allium cum aſſiduatióe, aut attriuerit allium cum ruta, & potauerit, conſert. Et ſi fecerit ſibi emplaſtrum cum eo, facit hoc. Et quando allium comeditur erudum, & aſſatum, ſeu aliter coctum, clarificat vocem, & ſedat tuſſim antiquam, & occidit pediculos, & lendines, quádo ſit aſſidua comeſtio eius cum cibis, & qñ allium bibitur cum decoctione fautengei, id eſt origanj, facit idem, & qñ comburitur, & miſcetur cñ melle, aufert liuorem oculi, & qñ ſic præparato additur oleú de ben, & linitur inde alopicia, curat eam, & qñ miſcetur cum ſale, & oleo, curat bothor, & quando miſcetur cum melle, curat bothor lactea, & impetiginem, & vlcera humida capitis, & furfures capitis, & morpheam, & ſcabiem vlceratam. Et qñ coquitur cum ligno pini, & olibano, & tenetur decoctio eoꝝ in ore, aufert dolorem dentium. Et quando miſcetur cum lumbricis terreſtribus, curat vngues leproſos. Et qñ miſcetur cñ foliis ſicus agreſtis, & cymino, & fit cum eis emplaſtrú admorſum animalis, quod dicitur mugalium, confert ei. Et quando ſumitur allium poſt ipſum, & bibitur aqua corrupta, incognita, non nocet potanti illam, Sed folia allij qñ coquuntur cum tota virga eius, & fit encatiſma in illa decoctione, prouocat meſtrua, & expellit ſecundam. Similiter aũt facit, ſi fiat fumigium cum ea, quando allium miſcetur cñ oliuis nigris, quæ dicuntur maſtoten, & comeditur, prouocat vrinã, & aperit orificia venarum, & confert hydropiſi. Sed ſcordeon, & eſt allium agreſte, eſt minus cñ domeſticum, & habet folia ſimilia foliſs porri, niſi quia ſunt ſtrictiora eis, & habet ſtipitem longum per vnũ brachium, & plus, ſuper quẽ eſt flos albus. Et virtus eius eſt ſicut allij domeſtici, niſi quia eſt plus calefactiuũ, & confert ad oĩa, ſicut allium domeſticũ, & ꝑuenit ad vulnera maiora, & vlcera fraudulẽta, ad morſus venenoſos, & attritiones lacertoꝝ. Sed allium porrinũ eſt planta ſicut planta porri vltra marini, & in ſapore ſuo, & eſt ſimile porro, & allio, & propter hoc virtus eius eſt cõpoſita ex virtute ambogꝝ, & facit ea quæ faciunt porrum & allium, niſi quia operatio eius eſt debilior operatione illorum, et coquitur, & fit dulcius, deinde comeditur ſicut comeditur porri domeſtici. Rufus.) Allium calefacit, & incidit humores groſſos, viſcoſos, & nocet viſui, quia adurit tunicas oculorum, & humiditates eius, & conturbat viſum, & nocet auribus, & hepati, & pulmoni, & renibus. Et ſi eſt dolor in aliquo loco corporis, incitat, & commouet ipſum, et generat ventoſitatẽ, Et allium qdem nouum, & recens eſt melius ad prouocandum vrinã, & mollit ventrem, & expellit lumbricos. Dixit Hunahim.) Cauſa omnium hoꝝ eſt acuitas eius. Et in libro de prꝫparatione dietæ dixit, Allium eſt calefactiuum, & nocet oculis. Hunahim.) Confert oculis humidis.

Scordeo-praſſum id-em.c.ſeq. ſeq.

Aben meſuai.) Proprietas allij eſt, quod abſcindit ſitim factam a phlegmate ſalſo, generato in ſtomacho, propter reſolutionẽ eius, ac deſiccationẽ ipſius in eo, et ſugere ſola iacuth recentia, & colluere os poſtea cum vino odorifero, aufert odorem alliꝝ ab eo, qui comedit allium. Et allium quidem eſt ſicut tyriaca ad omne genus veneni, & ad dolores frigidos. Conſtantinus.) Quando comeditur alliũ crudum, expellit lumbricos, & confert ſtrangurię, & difficultati vrinæ.

DE GALANGA. CCCXXII.

RHulungen, id eſt galãga. Ifaac Eben amram.) Eſt vena in groſſitudine caſſiæ ligneæ, & cortex eius eſt rubeus & interius eius eſt pulverulentum. Defertur ex Siti. Eſt calidum & ſiccum in tertio gradu, & cõfert phlegmaticis, & humiditati ſtomachi, facit digeri cibum propter ſuam caliditatem, & reſolutionem quam infert ſtomacho, & propter diſſolũtionem ſuam in phlegmate, confert colicæ, & facit bonũ oris odorem, & calefacit renes, & cõmouet ſperma, & qñ tenetur ex eo in ore fruſtum, facit magnam virgæ erectionem. Aben meſuai.) Confert ſtomacho, & facit oris odorem bonum, & digerit cibum. Medicina antiqua.) Aduen in ſpermate multum, & confert frigiditati tenum. Aben meſehah.) Eſt calidum & ſiccum in tertio gradu, frangit ventoſitates, & cõuenit colicæ factæ a ventoſitate, & habenti eruſtationes acetoſas.

DE HELLEBORO. CCCXXIII.

CHerbachen, id eſt duo hellebori, ſcilicet albus, & niger. Sed albus eſt planta, cuius folia ſunt ſimilia foliſs plantaginis, ſeu foliſs plantæ quæ dicitur blete agrion, id eſt ſiclæ agreſtis, niſi quia ſunt breuiora eis, & plus declinantia ad nigredinem, & tendentia aliquantulum ad ruborem, & habet ſtipitem rugoſum, longum, menſura digitorum quatuor, qui qñ incipit deſiccari, excoriatur, & putrefit cito, & apparẽt cirea ſtipitem, velut capilli ſubnigri, & habet radiculas multas ſubtiles, egrediẽtes ab vna radice parua, & obłonga, ſimili cepæ longo, & naſcit in locis montuoſis, & oportet ꝙ fodiat radix huius plantæ, & reponat in rpe meſſium, & melior ad colligendũ eſt, cuius extẽdit ſuper terram moderate, & eſt albus, facile frangibilis, multæ carnoſitatis, non habẽs ſummitates acutas ſicut ſquinantum, & qñ frangitur, euolat ex eo res ſimilis pulueri, & eaꝛo eius eſt ſubtilis, & nõ mordicat linguã fortiter, ſed facit abundare ſalium ados, & caueatur a nimietate ſua, quia ſuffocat. Et melior elleborus albus, eſt ille ꝙ deſert ex terra quæ dicit Erechalon, & ex terra quę dicit Gallacia, & fecũdus in bonitate eſt ille ꝙ eſt ex terra quæ dicit Italia, ſed ille ꝙ eſt ex Scabdchia eſt malus, & eſt albus, ſimilis ſquanto, & eſt ſuffocatus.

De veratro albo li. 4. c. 153.

De veratro nigro li. 4. c. 154.

SEd Helleborus niger eſt planta habens folia viridia, ſimilia foliſs dulb, id eſt platani, niſi quia ſunt minora eis, ſicut ſunt folia aphodylli, & ſunt magis ſciſſa, & in pluribus locis ꝙ folia dulb, ac nigriora, & in eis eſt aſperitas, & habet virgam breuem, & floꝛẽ album, cum aliquantulo purpureitatis, & eſt ſup ipſam velut racemus, in quo eſt ſemen ſimile grano cartami, & homines de Natibos nominant ipſum ſacanonidas, eo quod vtuntur ipſo in purgatione ventris, & habet multas radiculas ſubtiles, nigras, egredientes ab vna radice, ſimiles radicibus cepæ, & quod de eo adminiſtratur, ſunt iſtæ radiculæ, & naſcitur in locis aſperis, ſiccis, nemoroſis, & melius ex eo eſt plenus, non conſumptus, neq; extenuatus, cuius ſtertus eſt ſubtile, acuti ſaporis, & pungens linguam. Galenus.) Sapor veꝛ ellebori albi ẽ amaꝛtor. Et virtus ambogꝝ prima calefacit, & deficcat in tertio gradu, & ſecunda eſt virtus quę abſtergit, & tertia confert ſcabiei, & impetigini morpheæ, & ægritudini, cum qua eleuatur cutis, & quãdo elleborus niger ponitur in fiſtula dura, remouet duriciem illam in duobus vel tribus diebus, & qñ ſit cum eo collutio oris cum aceto, confert dolori dentiũ. Hippocrates in libro de elleboro.) Helleborus niger euacuat melancholiam per ſeceſſum, & albus per vomitũ.

Lib. 4. c. 153

Dioſcorides.) Quando bibitur elleborus albus, mũdificat ſtomachum per vomitum, & expellit ab eo humores diuerſos, viſcoſos, & intrat in confectionibus ſief, abſtergentibus obſcuritatem viſus, & quando ſit naſale cum eo, prouocat menſtrua, & occidit fœtum, & prouocat ſternutationes, & qñ miſcet cum ſauich, & conficitur cum melle, occidit mures, & qñ coquitur cum carnibus, liquefacit eas, & datur ex eo in potu manę cũ ſiſamo, aut pulſibus frumenti, aut ſucco priſanæ, aut arigi, aut melicrato, aut cum ſucco lenticulæ, aut poſtẽ coquitur in pane, aliter vero nunq̃ debet dari. Et iam dixere antiqui multos modos prꝫparationis, & rectificationis

rectificationis eius. Et ego quidem iam dixi id quod Philon Siculus rememorauit in Elleboro, & nō oportet me redire ad id quod memini. Ego etiam iam fulcutus de eo in aliis medicinis. Et narraui etiā in libris medicinarum, sermones de modo operationis & præparationis eius, quare non oportet hic prorogare sermonem de hoc. Quidam enim sunt qui dant ipsum in potu cum succo qui dicitur chilos, & est puls vel polenta. Et quidam sunt qui ante dationem eius tribuunt ei, cui volunt dare modicum cibi, & postea dant illi elleborum, & qui vult ipsum dare in hunc modum, oportet quod det ipsum in locis in quibus datur elleborus, & hominibus in quibus non timetur euentus strangulationis, sicut sunt macilenti corpore, quia quando bibunt ipsi hanc medicinā, sunt securi a nocumēto eius, nam non inuenit stomachum vacuum a cibo, & iam faciunt ex eo licinium, ex quo cum fit suppositorium, prouocat vomitum, sed qñ accipiuntur ex elleboro nigro drachmæ duæ, & bibitur solus, aut mixtum cum diagridio & sale, laxat phlegma & choleram, & coquit cum lentibus, aut cum iuribus, & datur ad vētrem purgandum, & confert epilepsiæ, & melancholiæ, & doloribus iuncturarum, & paralyticis, & habentibus relaxationem membrorū, & quando fit nasale cum eo, prouocat menstrua, & educit fœtum, & qñ ponitur in fotaminibus fistularū, & dimittitur tribus diebus, quarta vero die aufertur, & mundificat eas, & imponit auribus habētibus surditatem, & dimittitur tribus diebus, sanat surditatem, & qñ misceatur cum olibano, & cera, & pice, aut cum oleo de alkitran, & linitur cum eo scabies, curat eam, & qñ fit emplastrum cum eo solo, aut cum aceto, curat morpheam, & impetiginem, & scabiē vetustam, & qñ misceatur cū aceto, & fit inde collutio oris, sedat dolorem dentium, & intrat in confectionibus vnguētorum corrofiuorum carnis, & misceatur cū farina hordei, & vino, & fit inde emplastrum ad aquā citrinam, & confert, & quando nascitur iuxta radicem vitis vini, acquirit ab eo virtutem laxatiuam, & si infecratur in filum, & suspēdatur in vinum, facit vinum esse laxatiuum. Et qdam proijciūt eum in aquam, & aspergunt cum illa aqua domum ad mundificationem pulicum. Et quādo elleborus foditur debet subito cauari, quia si tardaretur in hoc, facit dolorē capitis, & obscurat̄ē vīsus, & ideo oportet q̄ cauator ellebori primo comedat allia, & fumat in potu vinum purum, nam fit securus a nocumento eius, & extrahitur cor ab eo, sicut & elleboro albo. Aben mesuai.) Proprietas ellebori albi est, quod purgat phlegma per vomitū, & subtiat, nam id quod attrahit, attrahit versus partes gutturis, & inducit syncopim, & quando aliquis vult eum sumere, sumat primo cibum aliquē ante, deinde sumat eum cum polenta frumenti, aut hordei, postq̄ fuerit bene tritus. Et elleborus est eligendus longus, pinguis, eito frangibilis, & non grossus, & qñ frangitur, appareat intra ipsum simile telæ aranęę. Et dosis eius a drachma vna vsq; ad duas. Et elleborus occidit canes, & porcos, & purgat phlegma, & mundificat pectus, & confert impetigini morpheæ, & scabiei, & quando teritur cum cortice suo, & ponitur super dentem corrosum, cōfert. Et caueat sibi qui recipit elleborum, ne incurrat spasmū. Sed proprietas ellebori nigri est purgare phlegma ac melancholiā, & non euacuat istos humores per vomitum, sicut facit elleborus albus, & est debilioris operationis q̄ elleborus albus. Et melior ex eo est ille, cuius radiculæ sunt plenæ, pingues, subtiles, & qñ frangitur, inuenitur intra ipsum res similis telæ aranęę, habens odorem bonum, et cuius hortus est in locis ficcis, altis. Et dosis eius est a drachma vna & semis, vsq; ad duas. Mesrugiæ.) Elleborus albus est fortioris operationis q̄ niger, & timor est, ne ille qui sumit elleborum, incurrat spasmum, & ipse occidit columbos, qñ infunduntur fabæ, aut frumentum in aqua, in qua infunditur elleborus, & dant columbis, aut pullis ad comedendum.

DE LAVRO. CCCXXIIII.

GAur, id est laurus. Dioscorides.) Et lauro est habens stricta folia, & ex eo est habens latiora, & est masculus. Galenus.) Et lauro adminis strantur folia, semina, & cortices radicis eius. Et virtus eorum prima calefacit, & deficcat fortiter, & granum est fortius q̄ foliū. Cortex vero radicis est minus acutus, & minus pungitiuus, & plus amarus, & in eo est aliquantulum styptic itatis, Et propter hanc causam frangit lapidem, & confert ægritudinibus hepatis. Et dosis eius ad hoc est a dauich iiij, & semis, vsq; ad drach. duas. cū vino odorifero. Dioscorides.) Folia ambarum speciērum sunt calefactiua, & decoctio eorū calefacit, ita q̄ fi fiat encatisma ex ea, cōfert ægritudinibus veficæ, & matricis, & sedat dolores eorū. Folia vero recētia sunt styptica leui styptic itate, qñ fit emplastrū cū eis, cōfert punctur æ zambor, & apum, & vesparum, & fit emplastrum cū eis, cum pane & fauich, & sedat pulsationem apostematum calidorum, & quando sumuntur in potu, subuertunt stomachum, & prouocant vomitum. Grana lauri sunt calidiora foliis, & qñ administrantur in loch cum melle, cōferunt vlceribus pulmonis, & strictur æ anhelitus, & tussi, & asmati, quod cogit hominem stare erectum, & curfui humiditatum ad pectus, & quando sumitur in potu cum vino, confert punctur æ scorpionis, & aufert morpheam. Lignum lauri quando bullitur cum vino antiquo, & oleo rosaceo, & distillatur in aurem, confert tinnitui & fibilearum, & confert asmati, & intrat in confectionibus vnguentorum, quæ fiunt ad lassitudinem, & in confectionibus vnguentorum, quæ resoluunt & calefaciūt. Sed cortex radicis lauri quando teritur, & sumuntur ex eo in potu chirat nouē, frangit lapidem, & expellit fœtum, & confert habentibus ægritudinē in hepate.

De lauro Alexandrina. Sed gar Alexandrinæ est planta habens folia similia foliis myrti agrestis, nisi quod maiora, & molliora, & albiora eis, & habet fructū inter folia eius, in magnitudine ciceris, cuius color est in rubedine sanguinis, & habet ramos longos, duorū palmorum, aut plus, & radices eius sunt similes radicibus myrti agrestis, nisi qa sunt maiores, & molliores, & odoriferæ, tendentes ad ruborem, & nascitur in locis montosis, & quod administratur de ipsa est radix eius. Galenus.) Sapor huius est acutus, & in ea amaritudo. Et virtus eius secunda incidit & abstergit, & tertia eius virtus prouocat vrinam, & menstrua.

Dioscorides.) Quando accipiuntur ex radice huius drachmæ sex cum rob, confert difficultati partus, & diſtillationi vrinæ, & mingentibus sanguinem.

De lauro chamædaphne. Sed ex gar est quæ dicitur chamædaphne, & habet virgas rectas, subtiles, lenes, & longas, mēsura duorum brachiorum, & habet folia fis milia foliis lauri, sed sunt minora, & subtiliora, & leniora, quorum color est viridis, & habet grana rotunda, rubea, adhærentia foliis. Galenus.) Rami huius recentes comeduntur. Et virtus eius est similis virtuti lauri Alexandrinæ supradictæ. Dioscorides.) Quādo teruntur folia huius plantæ bene, & fit emplastrum cum eis, sedat dolorem capitis, & inflationem stomachi, & quando sumitur in potu cum vino, sedat tortiones ventris, succus vero eorum quando sumitur in potu cum vino, prouocat vrinam, & menstrua, & quando fit nasale cum eo, facit hoc.

De lauro daphnides. Et ex gar est species alia quæ dicitur daphnides, & est arbor parua, cuius altitudo est vnius brachij, & habet virgas multas, subtiles a medie-

De Lauro Li. 1. ca. 90.

Li. 1. c. 90.

De Lauro Alexādrina li. 4. ca. 130.

Li. 4. c. 130

De camedaphne li. 4. ca. 132.

Li. 4. c. 132

De daphnoide li. 4. ca. 131.

tate, supra quas superius sunt folia & virgæ eius, non facile frangibiles, & super ea est cortex fortiter adherẽs ligno, & folia eius sunt similia folijs lauri, nisi qa sunt molliora, & tenaciora, & ad frangendum difficiliora, mordacitia & pungentia linguã & gulã exasperatia, & habet flores albos, & grana qñ sunt matura, fiũt nigra, & habet radicẽ nullius valoris in medicina, & nascitur in locis montuosis. Galenus.) Ortus eius est sicut chamædaphnes. Dioscorides.) Quãdo folia ficca huius
Li.4.c 131 biburntur, aut viridia, laxant superfluitates phlegmaticas, & cõmouent vomitũ, & prouocãt menstrua, & qñ masticanf, attrahunt phlegmad os, & inducunt sitim,
De Lauri no oleo li. 1.ca.37. & prouocant sternutationem, & si fumantur ex granis eius grana quindecim, laxant ventrem. Oleum vero lauri fit ex baccis lauri anteq̃ maturentur, & est pingue qñ ipsa grana coquuntur in aqua, apparet super aquã vnctuositas quæ colligitur in cocleis. Quidã vero buliunt cyperum cum oleo, & squinantum, & calamum aromaticum, deinde proijciunt in ipsum folia lauri recentia, & coquũt. Et funt qui proijciunt cũ folijs lauri eius grana, & coquuntur omnia, donec fit odoriferũ. Quidam vero addunt storacem, & myrtum. Et melior ſpecierum lauri ad faciendum oleum est laurus montana, fiabens lata folia. Et melius oleũ lauri est recens, viride, amarum, & acutum multum. Galenus.) Oleum laurinum est calidius oleo nucis, & id quod est magis resolutiuum eo, est alkitran. Dioscorides.) Virtus olei laurini est calefactiua, mollitiua, & aperitiua orificiorũ venarũ, & resoluit lassitudinẽ, & conuenit oĩbus neruoꝝ doloribus, & frigoribus, & doloribus auriũ, & soda, & catarrho, & qñ bibitur, facit nauseam.

DE DORONICO. CCCXXV.

HAronigi, id est doronicum. Dicitur quod sunt venæ albæ interius, exterius vero sunt ad citrinitatem tendẽtes, & sunt frusta in grossitudine ramorum scetharagi, in magnitudine nodi pollicis ad plus, & sunt aliquantulum duræ, & graues, & deferunt ex Sim. Et doronicum ex Sim est illud quod administratur magis, & est calidũ & siccum in tertio gradu, & confert doloribus generatis ex ventositatibus grossis inflatiuis, & proprie ventositatibus matricis, & confert morsibus venenosorum, & pũcturis eorum bibitum, & facto emplastro cum eo, & ficubus, & intrat in confectionibus magnis. Aben mesuai.) Est calidi & siccum, & confert ventositatibus, maxime matricis, & cõfortat cor, & confert tremori cordis, & ad caphacam.

DE MEDICINIS CALIDIS & humidis tertij gradus.

ET PRIMO DE ZINZIbere. CCCXXVI.

De gingibere lib.1. ca.152. ENgibel, id est zinziber. Dioscorides.) Est arbustum quod inuenitur in terris Arabum, & homines illius terrę vtũtur folijs eius in multis rebus, sicut vtimur nos ruta, videlicet in cibis, & potibus, & decoctionibus, & alijs, & radices eius sunt paruæ ficut radices cyperi, quarum color declinat versus albedinem, & sunt ficut mutilatæ, & in sapore earũ est delectatio, & similitudo saporis piperis, & habent bonum odorem. Et oportet q̃ eligantur illę quæ non sunt perforatæ. Et funt quidam condientes zinziber cum melle, & quidam cum rob, & alij præparant ipsum cum aqua, & sale, & hoc ne putrescat, & ponunt in vasculis terreis, vt portetur ad partes Romanorum, & conuenit in cibis, & comeditur cũ piscibus salsis. Galenus.) Radix huius plantæ defertur ad nos ab India, & est id in quo est iuuamentũ. Et virtus eius prima est calefactiua, forti calefactione, humida vero, humiditate indigesta, & propter hanc causam humiditatis, corroditur, & corrumpitur cito, nam ista corruptio non accidit rebus nimis ficcis, neq; rebus habentis bus humiditatẽ digestam, similẽ substantię suæ. Et tertia est virtus, quæ addit in spermate. Et qñ volumus calefacere aliquod membrum, administramus ipsum, & qñ volumus calefacere corpus totum subito, administramus illa, quæ qñ ponuntur super corpus, calefaciũt subito, sicut piper, & longum piper, & si aliqui contradicunt in eo, quod dixi in pipere nigro, eorum contrarietas in eo est pauca. Natturcium vero, & sinapis, & tapsia, & tiercus columbarum fyluestrium, non operatur hoc operatione completa, nisi tempore longo.

Dioscorides.) Virtus zinziberis è calefactiua, iuuat Li.2.c.152 ad digerendum cibum, & mollit ventrem leuiter, & est bonum stomacho, & obscuritati visus, & intrat in confectionibus electuariorum, & vniuersaliter, habet virtutem pipere similem. Aben mesuai.) Zinziber cõfert oppilationi heparis factæ a frigiditate & humiditate, & iuuat super coitum, & digerit cibum, & resoluit humiditates grossas stomachi, & intestinorum, mollit ventrem, & confert obscuritati visus, factæ ab humiditate, facto cohol cum eo. Sed zinziber confectum cum melle, est calidum & siccum, quia mel remouet ab eo humiditatem, & cõmouet spermą, & calefacit stomachum, & corpus totum, & digerit cibum, & confert vesnenis, & destruit phlegma, & cõfert obscuritati visus.

Ignotus.) Confert memoriæ. Et propietas zinzibe ris est diminuendi humiditatem, quę est in stomacho, a comestione fructuum, sicut sunt melones, & similia.

DE GRANO ZELIM. CCCXXVII.

HAbzelim, id est granum zelim. Et est granum pingue, in magnitudine ciceris, & est citrinum exterius, album interius, & habet bonum saporem, & defertur ex terris Barbariæ, & nominatur piper nigrorum; verum piper nigrorum secundum veritatem est aliud, & in Barbaria nominatur croni, & est simile phaseolis in forma sua, nisi quia grana eius & cortex sunt minora phaseolis, & habet colorẽ nigrum, & saporem acutum sicut piper, & defertur ex terris Nigrorum, & confert doloribus dentium. Hahsle.) Est calidum in tertio gradu, & humidum in primo, addit in spermate bono augmento, odorem eris facit bonum, & nascitur in locis, qui dicuntur Chedensor.

DE ENVLA. CCCXXVIII.

IAsm, id est enula. Dioscorides.) Quidam nominant zinziber de Sem, & habet folia similia foliis De Hele nio lib.1. ca.26. plantæ, quæ dicitur fiominos vel flomos, nisi quia sunt asperiora & longiora, & habet stipitem magnum, & folia eius non eleuantur a terra, sed extenduntur super faciem terræ, & habet radicem magnam, boni odoris, cuius sapor habet acuitatẽ, & est subrubei coloris. Inuenitur autem plãta enulæ, quæ nascitur sicut ireos, & est sicut serpentaria, & nascitur in locis montuosis, & humidis, & hortis. Euellitur autem radix enulæ in tempore æstiuo, & deficeatur, & est illud, quod de ea administratur. Et in Babylonia est species alia enulæ, & est planta habens ramos in longitudine vnius brachij, extensos superterram, sicut serpillum, & habet folia similia folijs lenticulæ, nisi qa sunt longiora, & plurima super ramos, & habet radices paruas citrinas, qua rum grossitudo est sicut digitus medius, & sferior pars radicis est subtilior parte superiori eius, & super ipsam est cortex niger, & nascitur in locis maritimis, quæ qñ bibitur vna ex radicibus suis, confert morsibus venenosis. Galenus,) Virtus enulæ prima calefacit, & humectat, nam in ea est humiditas superflua indigesta. Et est secunda virtus quæ adiuuat ad excreandum humores viscosos, ac grossos, in pectore & pulmone, & cales facit

facit membra egra ab ægritudine frigida, ſicut ſciatica, & ab hemigranea, & cõfert fluxibilitati membrorum, factæ ab humiditate. Dioſcorides.) Quãdo bibitur decoctio eius, prouocat vrinam, & menſtrua. Et quãdo teritur radix eius, & miſcet cũ melle, & fit inde lohoc, & adminiſtrat, confert tuſſi, & coarctationi anhelitus, & attritioni neruorum, & tumoribus ac morbibus venoſis, propter caliditatem ſuam. Folia vero enulę qñ coquuntur cum vino, & fit emplaſtrũ cum eis, conferunt ſciaticæ, & qñ radix eius conficitur cum rob, eſt bona ſtomacho, & qui conficiunt eam, deſiccant prius illam, deinde infundunt illam in aqua, & terunt, & ponunt eã in rob, & reponunt. Hunaim ex verbo Hippocratis.) Enula aufert iram, & triſtitiam, fortificat os ſtomachi, & mundificat pectus, & prouocat ſuperfluitates, quæ ſunt in venis, per menſtrua & vrinam, & maxime vinum factum cum ea. L.1.c.16.

DE TAPSIA. CCCXXIX.

De thapſia li.4.c.138.

TApſia, & eſt ianthum, *id eſt tapſia*. Dioſcorides.) Eſt planta, quæ tota nominatur driz, & habet ſtipitem ſimilem ferulæ, & habet folia ſimilia foliis marathri, & habet ramos ſubtiles, in quorum ſummitatibus ſunt coronæ, ſimiles coronæ anethi, & habet florem album tendẽtem ad citrinitatẽ, & ſemen latum, ſimile ſemini plantę, quæ dicitur caricas, niſi quia eſt minus eo, & habet radicem albam, groſſam, multorum corticum, acuti ſaporis, ex qua extrahitur lachryma in hunc modum. Foditur circa ipſam, & ſcinditur cortex radicis eius, & cooperitur fouea illa, vt maneret pertiatur lachryma munda, inuenitur nanq; die ſequẽti illa humiditas coadunata iuxta radicem, & colligitur ac reponit. Exprimitur aũt ſuccus a radice eius, poſtq; teriſ, & exprimiſ cũ violẽtia, & deſiccat in ſole, donec fiat ſpiſſus. Et quidam exprimunt ſuccum ſimul ex foliis & ex radice eius, verum iſte talis eſt debilis virtutis, diſcernitur vero hic ab illo, qui fit ex ſola radice, qñ ille qui eſt ex ſola radice, eſt pinguior, et remanet ſemper lentus, ſed ille qui non eſt ex radice ſola, ſed eſt ei admixtus ſuccus foliorum, deſiccatur, & fit aridus, & in proceſſu temporis corroditur. Oportet aũt illum qui colligit hanc lachrymam, quod nõ colligat eam in die ventoſo, ſed in die quieto a vento, & ne calor Solis ſit fortis valde, ne facies colligentis tumeſcat, & omne qd ex corpore eius erit nudum, propter acuitatem vaporis eius, & propter hanc cauſam oportet quod liniatur, qd ex corpore ſuo detectum eſt, cum ceroto liquido.

Galenus.) Virtus eius prima eſt calida forti caliditate, cum pauca humiditate. Et ſecunda eſt virtus quę attrahit fortiter, verum non operaſ hæc, niſi poſt longũ tempus, propter ſuperfluam humiditatem exiſtentem in ea, & ob hanc cauſam miſcetur cum loch, quæ mundificat & attrahit ſputum a pectore & pulmone, & cale facit mẽbra infirma ex chronica ægritudine, ſicut ſunt ſciatica, & hemigranea, & laxationem membrorũ propter humiditatem, & rubificat ea. Dioſcorides.) Virtus corticis radicis eius, & lachrymę, & ſucci, eſt laxatiua, & vomitiua, qñ bibitur quodcunq; iſtorum cũ mellicrato, & datur ex decoctione radicis eius quantitas quatuor onoloſat cũ drachmis tribus, ex ſemine anethi, & ex ſucco eius dantur tres onoloſat, & ex lachryma drachma vna tantum, nam ſi plus exhiberetur, noceret. Et purgatio facta cum eo, conuenit aſmati, & dolori lateris antiquo, & adiuuat ad excreandas ſuperfluitates pectoris, & ponitur in cibis de eo, & datur nõ potentibus euomere, & facit vomitum facilem, lachryma vero eius & cortex radicis habent de virture eorum pendi complexionem humani corporis, & deſtruendi ipſam plus omni alia medicina, ex his quę ſunt cõſimilis operationis. Quando vero volumus attrahere alia quid ex profundo corporis, aut ꝑparare viam aliquã, qua educatur aliquid ex corpore, adminiſtramus hanc medicinam, ob hanc cauſam, quãdo linitur ſuper aloppiciã ex cortice, aut ex lachryma eius, facit ea naſci naſpillos. Et miſcetur cortex eius contritus, aut lachryma cum olibano & mum, & adminiſtratur ſuper liuores, & aufert eos, oportet autem, quod dimittatur ibi duas bus horis tantum, & auferatur, deinde in fundatur ſup locum aqua calida, & aufert impetiginẽ, & lentigines. Et quando ſuccus eius miſcetur cum melle, aufert ſcabiem vlceratã, & mundificat puſtulas, maxime ſi adiũgatur ei ſulphur, & liniũtur inde apoſtemata, & aperit ea, & adminiſtrafin vnctionibus ad dolores antiquos lateris, & pulmonis, & linitur ſuper dolores antiquos iũcturarum, & podagræ, & ꝓeſtat magnum iuuamentum, & qñ ponitur ſup oſſa denudata, veſtit ea carne.

DE MEDICINIS FRIGIDIS & ſiccis tertij gradus.

ET PRIMO DE IVSquiamo. CCCXXX.

De apollinari ſiue Hyoſcyamo lib. 4. ca. 59.

BEngi, iſt eſt iuſqamus. Dioſcorides.) Eſt arbuſtum paruum, habens ſtipitem groſſum, & folia lata, & longa mediocrer, ſciſſa in ſummitate, color quorum vergit ad nigredinem, & ſuper ea eſt bora, & ſup ramos eius in lateribus eſt fructus ſimilis balauſtię in figura ſua ſortitus ſuper ramos ipſos æque diſtantes per ordinem, ſuper quem fructũ eſt coopercꝰlum ſimile ſcuto, & iſte fructus eſt per ordinem, ſuper quem eſt fructus plenus ſemine, ſimile ſemini papaueris. Et ſpecies eius ſunt tres, vna earum habet flores purpureos, & folia ſimilia foliis plantæ, quæ dicitur ſamzinalcos, & ſemẽ nigrum, & fructus in quo eſt ſemen, habet corticem ſuum durum, ſpinoſum, & eſt ſimile balauſtiæ. Alia vero ſpecies habet florẽ melini coloris, & folia & flores ſunt molliora foliis præditæ ſpeciei, & habet ſemen, cuius color tendit ad rubedinem, ſimile ſemini plantæ, quæ dicitur aruſman, & ambæ iſtæ ſpecies inflant, & tumere faciunt, & inducunt ſubeth, & non cõpetunt in vſu medicinæ. Tertia vero ſpecies, in qua eſt iuuamentum in medicina, eſt remiſſioris virtutis, molliori tactu, & habet folia pinguia plena humiditate, & ſuper ea eſt bora alba, & habet ſemen album, & naſcitur prope arbores, & ſterquilinia, & prope mare, & in rupibus. Semen vero huius melius eſt, & magis album. Si vero iſta non poteſt haberi loco eius, pone illam, cuius flos eſt rubeus. Species vero illa, cuius ſemen eſt nigrum, eſt fugienda, nã ipſa eſt mala perniciosa. Teruntur autem folia, & fructus, & rami huius plantæ dum ſunt recentia, & exprimitur inde ſuccus, qui poſtmodũ deſiccatur in ſole, & ſeruat. Non debet autem adminiſtrari poſtq; tranſiuit annũ, quia cito corrumpitur. Et accipitur ſemen eius ſolum ſiccum & tritum, & roratur ſuper ipſum aqua calida in contritione, & ſic exprimitur ſuccus ab eo. Quidam vero admiſcent ſucco huius plantæ farinam frumenti, & faciunt inde trociſcos, & ſeruãt eos. Et ſuccus huius plantæ eſt melior ꝙ̃ gũmi eius, & magis ſedatiuus doIorum. Galenus.) Iuſquiamus, cuius ſemen eſt nigrũ, & ſignum ſuper hoc, quod habet ſemen nigrũ, et quod flos eius vergit ad rubedinem, facit maniam, & ſubeth. Iuſquiamus vero cuius ſemen eſt ſubrufum, cognoſcitur in hoc, quod flos eius eſt citrinus, & eſt ꝓpinquius primo in virtute, & ideo oportet, quod caueatur ab his ambabus ſpeciebus, & non vtatur eis aliquis, quia non eſt iuuamentum in eis, ſed occidunt. Iuſquiamus vero habens ſemen album & florem album, conuenit vſui medicinæ, & eſt in tertio gradu rerum infrigidantiũ. L.1.c.49.

Dioſcorides.) Succus iuſquiami expreſſus ex foliis, & fructu,

& fructu, & ramis, & succus qui exprimitur a semine solo, intrat in sief. sedantibus dolores oculorum, & cõuenit cursui humiditatum calidarũ, & doloribus auris, & matricis, & qñ miscetur cum farina, & sauich, & fit inde emplastrum, conuenit apostematibus oculorum, aut pedum, aut in quocunq; alio loco fit calidum apostema, & semen eius facit hoc, & cum hoc est bonum tussi, & catarrho, & cursui humiditatum ad oculum. Et quãdo bibuntur ex eo duo onolo sat cum semine papaueris & melicrato, conferunt fluxui menstruorum immoderato, & qñ teritur, & fit emplastrum cum eo podagræ, cum vino, aut apati testiculorum, aut mãmillæ enixæ, cõfert, & miscetur cũ emplastris aijs, quæ fiunt ad sedandum dolores, & confert. Et trocisci facti ex folijs iusquiami, conferunt etiam ad sedãdum dolores, & qñ miscentur cum sauich, & fit emplastrum cum eis aut fit emplastrũ solum cum eis, & emplastrũ factum etiã ex folijs recentibus eius, sedat dolores. Et dantur in potu tria folia eius, aut quatuor, cum vino, curant febrem, & epilepsiam, & est febris, in qua funt frigus & calor simul. Et qñ coquuntur folia iusquiami sicut alia holera, & comeditur ex eis quãtitas tripli, aufert sensum eo tempore. Et quidam putauere, quod si fiat clistere cum eis in colica, facit hoc etiam. Quãdo vero coquit radix iusquiami cũ aceto, & fit cum decoctione eius oris colsutio, remouet dolorem dentium.

DE SANGVINE DRACONIS. CCCXXXI.

De Achillea libro 4. ca. 28.

Dracontes.) Quidam nominant hanc plantam fildrichis, & egilos, & est planta, habens virgas longas vnius palmi, aut plus, similes fusis, quibus filaf, sup quas funt folia parua, similia foliis coriandri, quorum color vergit ad rubedinem, & habet viscositatem, & odorem fortem, non tñ malum, fed prope odorem medicinarũ, & in summitatibus ramoꝝ sunt coronæ rotundæ, & flores albi in principio natiuitatis eoꝝ, in fine vero fiunt aures, & nascitur in terra bona culta.

Galenus.) Sidrichis in planta ista est res quæ abstergit, & est in ea humiditas multa, & ipsa infrigidat parum, & cũ hoc in ea est stypticitas pauca, & ob causam prohibet generationem apostematum, & conglutinat vlcera facta a percussione. Et funt qdam, qui nominãt plantam, quæ dicitur egilos, nose illius plantæ, & est planta, similis huic in virtute, in oĩbus, nisi quia hæc planta est superior in stypticitate ab ipsa, & ppter hanc causam confert fluxui sanguinis, & vlceribus intestinorum, & fluxui immoderato menstruoꝝ superfluo.

Li. 4. c. 22. Dioscorides.) Quando hæc planta teritur bene, & ponitur super vlcera cum suo sanguine, cõglutinat ea, & prohibet apostemationẽ eorum, & abscindit fluxũ sanguinis menstruoꝝ, & fit encatisima ex decoctione eius, in qua fedent mulieres, & abscindit a matrice cursum humiditatum antiquarũ, & bibitur decoctio eius ad vlcera intestinorum. Constantinus.) Succus huius plantę dicit sanguis draconis, & est rubeus fortiter, & sapor eius est stypticus, & virtus eius prima infrigidat in tertio gradu. Et secũda confert incisionibus carnis. Et tertia incarnat vulnera, & conglutinat ea, & vlcera, & quãdo fit suppositorium cum eo, stringit ventrem, & confortat stomachum, interius receptus, & exterius appositus etiam.

DE SPODIO. CCCXXXII.

Sataiscir, vel rescius, id est spodium. Bedigo ras Proprietas spodij est, quod confert caliditati choleræ. Rasis ex verbo Galeni.) In spodio est resolutio, & prohibitio, & repercussio, & infrigidatio, fed infrigidatio eius est fortior, & in sapore eius est amaritudo, & stypticitas, & propter hoc deficcat. Et iam est declaratum, quod in spodio est virtus cõposita, sicut in rosa, et nõ est in spodio tñ stypticitatis, quãtũ in rosa.

Dioscorides.) Spodium confert apostematibus calidis oculorum. Mesehah.) Spodium est frigidum in tertio gradu, siccum in secundo, confert inflationi choleræ, & fortificat stomachũ, & confert vlceribus oris.

Mesarugie.) Est bonum choleræ, & syncopi, & bos thor factis in ore puerorũ. Rasis.) Spodium est frigidum & siccum in tertio gradu, stringit ventrem, & cõfert vlceribus oris, & inflationi choleræ, & fortificat stomachũ, & cõfert syncopi, & cardiacę calidæ, qñ dat in potu ex eo, & cõfert bothor frigidis in ore infantiũ.

DE MANDRAGORA & marbo. CCCXXXIII.

De mandragora li. 4 ca 65.

IAbora, id mandragora, & fructus eius dicit Iosah. Yfaac eben amrã.) Est fecherig, & est archileta.

Dioscorides. Species mãdragoræ sunt duæ, scilicet, masculus, & fœmina, & color fœminæ est niger, vocatur baridachis, aut lactuca, nam in foliis eius est similitudo cum foliis lactucæ, & sunt pinguia, grauis odoris, & extenduntur super faciem terræ, & in medio foliorum eius est simile mespili, & est lusuſa, & est citri ni coloris, habens odorem bonũ, & intra ipsum sunt grana similia granis pyrorũ, & habet radices magnas mediocriter duas, aut tres, adinuicem adhærentes, exterius nigras, & interius albas, super quas est cortex grossus. Et hæc species mandragoræ non habet stipitẽ. Sed masculus est albus, & vocatur antimenon, & habet folia magna, lata, alba, similia foliis sicle, & mollia, & poma eius sunt maiora in duplo pomis primæ speciei, quorum color est similis colori croci, habentia bonum odorem, cum quadã grauedine, & pastores qdem comeduntaliquando ea, & inducunt eius subeth. Radix vero eius est similis radici primæ speciei, nisi qa est alba, & ista species etiam non habet stipitem. Exprimitur autem succus a cortice huius radicis, postęa cõtunditur, & ponitur sub aliqua re ponderosa, donec egrea diatur totus succus, qui postea ponitur in sole, donec insp ssatur, & reponit in vase vitreo. Exprimitur etiã succus a pomis eius, sicut exprimitur a cortice radicis, nisi quia est subtilioris virtutis. Et accipitur cortex radicis, & inferitur in filis, & suspenditur, donec siccat, & reponitur. Galenus.) Virtus prima mandragoræ est frigida in tertio gradu, & est in ea cum hoc pauca siccitas, fed in pomis mandragoræ est humiditas, & propter hãc causam faciunt subeth. Sed cortex radicis eius est frigidus multum, & cum hoc deficcat, sed medulla radicis in tempore est debilis virtutis.

Li. 4. c. 65. Dioscorides.) Sunt quidam coquentes radicẽ mandragoræ cum vino, donec minuatur tertia pars eius, & colant, ac reponũt, & accipiunt ex eo quantitatẽ vnius conos, & administrant ad superfluas vigilias, & ad sedandum dolores, & qñ fuerit necessarium incidere, aut cauterizare aliquod mẽbrum, & volumus, quod dolor non sentiatur, detur in potu ex eo plus, & si bibantur duo conos, ex succo radicis eius cum melicrato, faciũt euomere phlegma, & choleram sicut elleborus, sed fi plus accipiatur, occidit. Et cortex radicis intrat in medicinis oculorum, & in medicinis quæ fiunt ad sedandos dolores, & in nasalibus. Et quando accipitur ex eo medius onolos, & fupponitur, prouocat menstrua, & extrahit fœtum, & quando ponitur in ano sicut suppositorium, prouocat somnum. Et dicitur, quod quãdo coquitur eius radix cum ebore sex horis, mollificat eũ, & facit ipsum aptum ad faciendum quãcunq; velis figuram. Et quando fit emplastrum cum foliis eius recẽtibus cum sauich, conuenit apostematibus calidis oculorum, & apostematibus calidis superuenientibus vulneribus & vlceribus, & resoluit apostemata dura, & scrophulas, & exituras, Et quando fricatur cum eo impetigo, & baras, & similia illis qnq; aut fex diebus, ausfert ea fine vlceratiõe loci, & pfert attritiõi factæ ab itiSerap. Z nere,

nere, & rectificat colorem malum superuenientem vlceribus: & deficcantur folia eius, & administrantur ad supradicta. Radix vero eius qñ teritur fortiter, & fit cum ea emplastrum & aceto, curat etisipilam, & qñ miscetur cum melle aut cum oleo, est bona morsui venenoforum, & qñ misceatur cum aqua, resoluit scrophulas & exituras, & qñ miscetur cum sauich, sedat dolores iuncturarum, & omnes alios dolores. Fit autem vinum cum cortice radicis mandragoræ absq; decoctione, secundum istum modum. Accipitur ex vino dulci amphora vna, & proijciuntur in ea tres magnæ radices eius, & datur in potu ex eo quãtitas quatuor onlos, ei quem necesse est cauterizare, aut incidere, & nõ sentiet cauterizationẽ, aut incisionem, propter subeth, quod accidit. Exicerantur aũt poma & folia mandragoræ sicut dixi, & oportet, quod in exiccatione eorum caueatur vapor ab eis, nam eo g̃ odor facit subeth. Simile etiã accidit ex succo eius, quare elongetur ab eis. Et qñ sumitur de eis minus, aut de succo eius, faciunt apoplexiam. Sed semen pomorum mandragoræ qñ sumitur in potu, mundificat matricem, & quando miscetur ei sulphur, & fit inde nasale, abscindit fluxum menstruorum. Colligitur autẽ lachryma ab hac planta, qñ radix eius perforatur, & colligitur id quod ex lachryma emanat in vase vitreo, verum succus eius est fortior lachryma, & non est in omni parte radicis tñ de humiditate, quod quando vulneratur, emittat lachrymam, quod quidem per experientiam potest videri.

De morbo Li. 4. c. 65.

Est autem alia species plantæ, quam quidam dicunt huius herbæ esse speciem, & vocant eam marbus, quæ nascitur in locis vmbrarũ, & habet folia similia foliis yebrohach albi, nisi qa sunt minora illis, & habet virgam longam circa duos palmos, cuius color est albus, & folia eius sunt longa circa palmum vnum, & alba, & sunt prope radicem eius. Radix vero eius est alba, mollis, longa, plus palmo vno, & est grossa sicut pollex. Et dicitur, quod quãdo ex ista radice datur alicui in potu, aut in cibo cum pane, aut cum quocunq; alio cibo, inducit sumentes eam in subeth, vt dicunt, & perseuerãt in eo tribus aut quatuor horis. Et ideo medici Chirurgiæ dant eam, qñ volunt incidere seu coquere aliquod membrum. Et dicitur, quod qñ bibitur ista radix, post solatrum, quod dicitur suffocans, est tyriaca. Rasis.) Dixerunt mihi qdam ex antiquis Babyloniæ, q̃ puella quæ dam comedit quinq; poma mandragoræ, & cecidit syncopizata, & facta est tota rubicunda, & qdam superueniens effudit super caput aquã niuis toties, donec surrexit. Et ego vidi homines, qui sumpserunt de radice eius causa impinguandi, & accidit illis, sicut solet accidere hominibus exeuntibus a balneo, & bibentibus post balneum vinum multum, nam factus fuit vultus eorum rubicundus nimis, & tumidus.

DE CAMPHORA. CCCXXXIIII.

KAphor, id est camphora. Dioscorides.) Alma zodi, terræ panzor, sunt insulæ quę sunt propinquę regioni Sarandin, & ideo dicitur camphora de Panzon. Et in annis in quibus fiunt multa fulgura, & tonitrua, & multi terræ motus, generatur ibi multa camphora. In annis autem in quibus non fiunt hæc, fit pauca. Et dicunt, q̃ in montibus Indiæ, & Sim sunt ex arboribus camphoræ. Ifaac eben amram.) Cãphora defertur ex regione Faffella, & ex regione calca, & dhabehach, & harigi, & plurimũ quod defertur ex ea, est harig, & est minor Sim. Et camphora est gummi arboris nascentis in partibus illis, & est gummi maculati coloris rubei, & lignum eius est album tenerum, quasi velit fieri nigrum. Et camphora reperit in corde ligni arboris in petijs ligni, quæ sunt ibi intus extensæ, sed melior camphora est rihach, & est illa quæ nascitur & egreditur ex ligno per se in sua arbore, & color eius est rubeus maculatus, quæ postea sublimatur ibi, & fit cãphora alba, & dicitur riachin, eo quod primus rex, qui regnauit ibi, nominatus est Rihach. Et nomen loci in quo reperitur, dicitur Panzor, & ideo dicitur cãphora illius loci, cãphora de Panzor, & est melior, subtilior, & albior, & maioris duribilitatis, & maius fruſtũ quod ex ea inuenitur, est sicut drachma vna, & post ipsam in bonitate est cãphora, quæ dicitur fauzen, & est grossa, habens obscurum colorem, nec est clara sicut rihach, nec precium eius est tñ, sicut precium illius, nec durat in tñ sicut rihach, & post ipsam in bonitate est cãphora, quæ dicitur carfab, & est fusca, & est minoris precij q̃ rihach, & post istam est illa, quæ balonich dicitur, in qua sunt admixta fragmenta ligni cãphoræ, & est vncluosa, gummosa, & ista reperitur in fruſtis ad quantitatem vnius amygdalę, aut ciceris, aut fabæ, aut lentis, & est bona ad aromatizandum, sicut aromatizatur cũ fumigatione ex costo, myrrha, & thure, in templis episcoporum, & omnes istæ species camphoræ clarificantur per sublimationem, & egreditur ex eis camphora alba in lamis albis, similibus in figura suæ parasidibus, & vocatur ista camphora sic sublimata, camphora operata, Et dicit, quod de Balonich & Carfab exit in sublimatione ex imoemud libra vna de sublimata, vsq; ad libram mediam, & est mediocris precij inter alias species camphoræ. Et camphora quidem est frigida & sicca in tertio gradu, confert calefactis, & patientibus fodam cholericam, qñ odoratur simplex, aut cum aqua rosacea, aut sandalis confectis, & odor camphoræ absscindit de fideriurn coitus. Sed potio ipsius est fortioris operationis, & quando misceturex ea quantitas pauca cum medicinis stringentibus fluxum ventris cholericum, fit eius operatio melior, & vsus cãphoræ acceleratur canos. Et qñ fit caputpurgium ex duobus granis ex ea in pondere cum aqua lactucæ, reprimit caliditatem cerebri, & facit dormire, & aufert soda, & abscindit fluxum sanguinis a naribus. Et qñ fit caputpurgium cum ea trita cum succo vuæ acerbæ, prohibet fluxũ sanguinis narium, & abscindit eum, & stringit etiam ipsum a quocunq; loco fluat. Et camphora intrat in confectionibus fumigationũ, & vnguentoꝝ, præter q̃ in galia, & diambra. Rasis.) Camphora est frigida, subtilis, & confert ad sedandũ ægritudines calidas factas in capite, & in toto corpore, & qui vtitur nimis camphora, incurrit vigilias, et si sumatur in potu, infrigidat renes, & veficam, & coagulat sperma, & generat ægritudines frigidas, & maxime in regionibus frigidis. Mesęah.) Camphora est frigida & hęca in tertio gradu, & abscindit fluxum sanguinis narium, quãdo sit cum ea caputpurgium, cum succo vuæ acerbæ. Mesarugie.) Quidam sumpsit ex cãphora aureos sex in tribus vicibus, & destruxit ideo stomachum, quod non poterat cibũ digerere, & abscidit ei sperma. Aben mesuai.) Camphora stringit ventrem, & potus eius accelerat canos, & confert apatibus calidis. Aben amram.) Camphora est frigida in tertio gradu, & confert calefactis cum aqua rosacea, & confortat membra eorum, & sensus ipsorum. Et quando miscetur ex ea parua quantitas in medicinis factis ad stringendum fluxum ventris factũ a cholera, confert. Medicina antiqua.) Camphora stringit ventrem, & vsus eius accelerat canos.

DE AVELLANA INDICA. CCCXXXV.

FAufel, id est auellana Indica. Haboanita.) Arbor faufel, est sicut arbor negil, & emittit cameras, in quibus est faufel sicut dactylus, & arbor ista non est in terris Arabum. Ifaac eben amram) Faufel est auellana Indica, & est fructus similis nucis muscatæ in qualitate, & in colore suo, & ea sunt rugę, & in sapore eius est parũ caliditatis, & cũ pauca amaritudine, & desert ex Sim, & ẽ frigida, & fortiter styptica, & fortificat membra.

membra. Et virtus eius eſt ſicut virtus ſandalorum rubeorum, & confert apoſtematibus calidis, quæ quãdo non reperitur, ponitur loco eius pondus ipſius ex ſandalo rubeo, & medietas ponderis eius ex coriandro recenti. Arabari.) Faufel eſt frigidum, & fortiter ſtypticum, & fortificat membra. Et virtus eius eſt ſicut virtus ſandali rubei. Mahazer.) Faufel eſt frigidum & ſiccum, & eſt bonum egritudinibus calidis, qñ linitur cum eo locus. Bedigoras.) Eſt bonũ apoſtematibus groſſis vel duris. Meſarugiæ.) Et conueniens dolori dẽtium, & ſcabiei palpebrarũ. Aben meſuai.) Faufel eſt frigidum & ſiccum in tertio gradu, & ſtypticum, & confert dolori dentium, & fortificat dentes cõmotos, & gingiuas, ſtypticitate ſua, reprimit caliditatem oculi, quando ſit cohol cum eo, aut emplaſtrum.

DE SANDALO. CCCXXXVI.

SAndal, id eſt ſandalum. Defertur ex Sim, & eſt album, rubeum, & citrinum. Meſehah.) Eſt frigidum in tertio gradu, & deſiccat in ſecũdo. Aben meſuai.) Eſt frigidum in tertio gradu, & confert debilitati ſtomachi, & dolori capitis factis a cholera. Et ſandalum rubeum eſt frigidius albo, & citrino, & magis iuuatium, nam ipſum prohibet fluxum humoꝝ ad membra, & eſt ſicut faufel in frigiditate & ſiccitate, & ſtypticitate, & fortificat gingiuas, & ſtomachũ. Aben meſehah.) Omnia genera ſandalorum conferunt cardiacæ, quæ eſt cum febre, qñ linitur cum eis ſup cor.

Iſaac eben amram. Sandalum eſt lignum quod defertur ex Sim, & ſpecies eius ſunt tres, ſcilicet, album, rubeum, & citrinũ. Et oĩa ſandala competunt vſui medicinæ, & ſunt frigida in tertio gradu, & ſicca in ſecundo, & conueniunt calefactis, & conferunt debilitati ſtomachi, & cardiacæ factæ a cholera. Quando teruntur & miſcentur cum aqua roſacea, & applicãtur exterius, & quãdo conficiũtur cum aqua roſacea, & cum pauca camphora, & liniuntur inde tẽpora, confert ſodę factæ a caliditate, & qñ miſcetur cum vna quantitate ſandali albi, media quantitas ſarcocollæ, & conficitur cum albugine ouꝝ, & ponitur ſuper tempora, confert ſodę caliditæ, & prohibet deſcenſum catarrhi ad oculũ, & linit cum eo in balneo, & prohibet odorẽ pſilothri. Et ſandalum rubeum eſt frigidius albo, & qñ miſcetur cum ſucco ſolathri, aut ſempertuiuæ, aut portulacę, aut lenticulæ aquę, confert podagræ calidæ, & apoſtematibus calidis, & prohibet humores ab illis membris. Et melius ex ſandalo eſt citrinum pingue, & poſt citrinũ ficum, & poſt ipſum rubeũ, & eſt magis ſiccum citrino, & poſt eſt albũ, & eſt medicina quæ poteſt teri, aut moli, aut fricari. Abugerig.) Sandalum album eſt frigidum in tertio gradu, teritur, & reſoluitur in aqua roſacea, in cauſis caliditatis, & ponitur in fronte, & in ſtomachis calidis, & infrigidat ambo, & febri calidæ, & birſem, & debilitatem ſtomachi patientibus ex cauſa calida. Sed ſandalum citrinum, & rubeũ, ſunt frigida in tertio gradu, & ſicca in ſecundo, & non habet ſtipitem, nec punctũ citratem roſæ. Et quando diſſoluuntur cum aqua roſacea, & ponuntur ſuper ſtomachum, cõferunt febribus acutis, & debilitati ſtomachi, & ſodæ calidæ. Atabari.) Sandalũ rubeũ eſt frigidius ſandalo albo, & liniuntur cum eis a ſpata calida, & conferunt.

DE CICVTA. CCCXXXVII.

SVcaram, id eſt, cicuta. Sic nominatur apud medicos. Sed Arabes nominant eam ſucharam, vel zucharam. Dioſcorides.) Eſt planta habens ſtipitem concaunum, in quo ſunt multi nodi, ſicut nodi fœniculi, & eſt maior fœniculo multum. Et habet folia ſimilia foliis ferulæ, niſi quia ſunt ſtrictiora vel anguſtiora, habentia odorem grauem, & ſuper ſtipitem eius eſt corona, in qua ſunt flores albi. Et eſt ſemen ſimile ſeminiani, niſi quia eſt albius. Et habet radicem non multum infixam terræ. Galenus.) Eſt frigida valde.

De cicuta li. 4. c. 67.

Dioſcorides.) Iſta radix occidit frigiditate ſua. Et ſi bibatur vinum purum, calidum, remediatur eius nocumento, & acciptur corona huius plantæ cum toto ſemine, antq̃ ſiccetur, & teritur, & exprimitur ſuccus, & ſiccatur in ſole, & adminiſtratur in collyriis ſedatiuis doloꝝ oculorũ, & eſt in hoc optimus. Et qñ fit emplaſtrum cum eo, ſedat caliditatem, & eriſipilam, & formicam. Et qñ teritur hæc planta cum ſuo ſemine, aut cũ foliis, & fit emplaſtrum cum ea ſuper teſticulos, abſcindit pollutionem, & gomorream. Et ſi fiat emplaſtrum ſuper virgam cum ea, prohibet erectionem. Et quãdo emplaſtratur mãmillæ mulierum cum ea, prohibet lac ab eis. Et quando ponitur ſuper mãmillas puellarum, prohibet eas magnificari. Et quando ponitur ſuper teſticulos puerorum, non dimittit creſcere eos. Melior autem ex hac planta eſt illa quæ naſcitur in Crete, & in Chios, & in Africa.

DE THAMARINDIS. CCCXXXVIII.

THamarindi. Abohanipha.) Naſcitur ex eis multum in Cæſarea, & in terris Hamem, & ſolia eius ſunt ſicut folia falicis. Aben meſuai.) Defertur ex tertis Indiæ, & eſt fructus rubei coloris, habens plurimam medullam quã Xilocaracta, durã, crocei coloris, tendentem ad nigredinem, & habet melleitatẽ, & eſt id quod ex iſto fructu adminiſtratur, poſtq̃ eiſciuntur grana eius. Et meliores thamarindi ſunt nouæ, recentes, non aridi ſaporis acertimi. Et virtus eorũ eſt frigida in tertio gradu. Et, pprietas eoꝝ eſt q̃ laxant choleram, & reprimunt acuitatẽ eius, & abſcindunt vomitum, & auferunt pruritum. Et doſis aquæ eoꝝ eſt, poſtq̃ coquuntur libræ quinq̃. Abugerig.) Thamarindi extinguunt choleram, & auferunt ſitim, & ſedãt vomitũ, & ſtypticant ſtomachi fluxũ cauſa vomitus.

Meſehah.) Thamarindus eſt frigidus in tertio gradu, & mollit ventrẽ. Meſarugic.) Thamarindus eſt ſicut ſunt pruna, niſi quia eſt ſubtilior, & minoris humiditatis.

DE MEDICINIS FRIGIDIS ET humidis tertij gradus. Et primo de portulaca. CCCXXXIX.

BAkle hancha, id eſt herba ſtulta, & eſt parpitella, id eſt portulaca. Galenus.) Subſtantia eius eſt aquoſa, & in ſapore eius eſt ſtypticitas pauca. Et virtus eius primaeſt virtus quæ infrigidat in tertio gradu & humectat in ſecundo. Et ſecũda eſt virtus quę repercutit. Et tertia eſt virtus quę prohibet humores, & immutat cõplexionem eoꝝ, & cum hoc eſt de rebus iuuatiuis magis ei q habet incenſionẽ, & inflãmationẽ in ſtomacho ſuo. Et curat ſtuporẽ dentium, eo quod lenit, & auferat ſperitatem quę eſt in eis ꝑpter humiditatẽ viſcoſim quę eſt in portulaca, & conferre vlceribus inteſtinoꝝ, qñ ſumitur in cibo, & fluxui menſtruoꝝ immoderato. Et ſuccus eius eſt fortior in hoc, poſtq̃ virtutis eius eſt, ſicut diximus. Et ꝑpter hoc infrigidat qñ bibitur, ſicut infrigidat, qñ fit emplaſtrũ cum ea, & quando ipſa etiam comeditur, facit hoc.

De portulaca ſib. 8. ca. 117.

Dioſcorides.) Virtus portulacę eſt frigida, & ſtypticа, qñ fit emplaſtrum cum ea, & ſauich, confert ſodę, & apoſtematibus oculoꝝ, & apoſtematibus aljs acutis, & inflãmationi ſtomachi, & inteſtinoꝝ, & curſui ſuperfluitatum ad ea, & cõfert mordicationi renũ, & veſicę, & febribus, & ſputo ſanguinis a pectore, & vlceribus inteſtinoꝝ, & hęmorrhoidibus, a quibus nimius fluit ſanguis, & morſui aſalis, quod dicitur ſocos, & ſtrat in cõfectionibus collyriorum oculoꝝ, & confert in ꝑparatione, & in adminiſtratione ſupfluitatũ currentiũ ad inteſtina, & ardori matricis, & miſcet cũ oleo roſaceo,

& infunditur ſuper caput, & confert ſodæ factæ a calis ditate ſolis, & miſcetur cum vino, & abluitur inde eas put propter bothor qui ſunt in eo, et ſit ex ea emplaſtrū cum ſauich exituris, quibus abſcindit ſephuphiamos, & maſticatur poſt comeſtionē fructuum acerborum, & aufert ſtuporem dentium qui accidit eis. Rufus.) Portulaca deſtruit viſum, aut debilitat viſum, & infrigidat corpus, & prohibet vomitum. Aben meſuai.) Proprietas portulacæ eſt quod aufert libidinem.

DE SEMPERVIVA VERMI culari, & aſcebran. CCCXL.

De ſempiuiuo ſiue ſedo lib. 4. ca. 77.

BIaſhalalem, id eſt ſemperuiua. Dioſcorides.) Nominatur hoc nomine, eo q̄ non amittit folia aliquo tempore, ſed viret ſemper. Et ſpecies eius ſunt duæ, ſcilicet maior & minor. Sed maior habet ſtipites longos, vnius brachij, aut plus, & groſſitudo eoꝝ eſt vnius pollicis, viridesꝫ, pingues, & diuiſi ſicut thyrſi mallus, qui dicitur caratios, & habet folia pinguia, & groſſa, quoꝝ ſummitates ſunt, ſicut eſt ſummitas linguæ, & quæ ex illis ſunt in parte inferiori ſtipitis, pliſcantur verſus terrā, & quæ ex eis ſunt in ſuperioribus virgæ, vel ſtipitis, ſtant erectę & ſtrictę adinuicem, & denſę, & ortus eorum eſt iuxta ſtipitem, in figura coloꝝ rata oculi, & naſcitur in locis montuoſis, & in locis diſcatis ex lateribus. Et quidam plantant eam, & nutriūt in ſtercore bouino ſupra tecta domorum ſuarum.

Sed ſemper uiua minor, ſcilicet vermicularis naſcit in muris, & locis petroſis, & vmbroſis, & habet paruos ramos egredientes ab vna radice multos, & plenos paruis folijs rotundis, & oblongis, pinguibus, & pleni is humiditate, cum ſummitatibus acutis, & habet virgam in medio longam, circa longitudinē palmi, ſuper quā eſt capitellum, in quo eſt flos citrinus, ſubtilis. Galenus.) Subſtantia eius eſt aquoſa, & ſapor eius eſt ſtypticus. Et virtus eius prima infrigidat in tertio gradu, & deſiccat parum. Et ſecunda eſt virtus quæ repercutit. Et tertia virtus eius confert eriſipilę, & apoſtematibus latis quæ dilatantur in corpore. Phulam.) Quando eius radices coquuntur cum radice arnoglоſſæ & ponitur ſuper podagram, ſedat dolorem eius.

Li. 4. c. 77. Dioſcorides.) In ſpecie quæ habet folia magna, eſt virtus infrigidatiua, & ſtyptica, & ideo qñ fit emplaſtrum cū ea, confert eriſipilæ, & formicæ, & vlceribus, corroſiuis, fraudulentis, & apoſtematibus calidis oculorum, & podagræ, & combuſtioni ignis, & miſcetur ſuccus eius cum oleo roſaceo, & linitur caput cum eo, & confert dolori capitis. Et quando ſumitur in potu, curat morſum rutellæ, & confert fluxui ventris, & vlceribus inteſtinorum. Et ſi detur in potu cum vino, expellit lumbricos, & quādo ſit naſale, ſeu peſſarium cū eo, confert curſui humiditatum matricis, & fluxui mēſtruorū, & ſit cohol cum ea, aut emplaſtrū in ophthalmia, & c confert. Galenus.) De minori vero dicitur q̄ ipſa habet omnes has virtutes, & in folijs, & in radice eſt eiuſdem virtutis cum magna. Et eſt ſpecies alia ex ſemperuiua, quam quidam nominant andrachabaras, ſeu andragne agria. Et quidam nominant eam talephon. Et Romani nominant eam alſcebram. Et iſta ſpecies habet folia extenſa, ſimilia folijs portulacę, niſi quia ſunt maiora, & latiora. Et naſcit in rupibus, & habet virtutem calefactiuam, adſtriuam, vlceratcutem facto emplaſtro cum ea, & axungia porcina antiqua, & reſoluit ſcrophulas.

De ſidrachne agrii vel Telephia lib. 4. ca. 77.

DE VIRGA PASTORIS. CCCXLI.

De polligono ſeu ſanguinaria li bro. 4. c. 4.

BAſtalrabagi, id eſt virga paſtoris. Et in lingua Perſarum dicitur berſendarij, vel birſaudamū, id eſt virga paſtoris. Dioſcorides.) Species eiꝰ ſunt duę, ſcilicet maſculus & fœmina, ſed maſculus eſt herba q̄ naſcit ſol anno, & habet ramos, ſeu virgas tenerras, molles, ſubtiles, & nodoſas, & dilatant ſuę faciē ter æ ſicut gramē, & habet folia ſimilia folijs rutæ, niſi quia ſunt lōgiora, & molliora, & habet iuxta vnūquodq; folium ſemen, & ideo dicitur maſculus, & habet florem album, & rubeum. Sed virga paſtoris fœmina, haber plantam paruam, & virgam vnicam, teneram, ſimilem cannæ, & habet nodos ſimiles nodis qui ſunt in radice cannę, & in illis nodis ſunt folia egredientia ab illa virga, ſimilia folijs pini, & habet radicem, in qua nullum eſt iuuamentum, & naſcitur ſixta aquas. Galenus.) Plurimum quod eſt in virga paſtoris, eſt frigiditas, & in ſapore eius eſt ſtypticitas. Et virtus eius prima infrigidat in principio tertij gradus. Et ſecunda eſt virtus quæ repercutit, & incarnat. Et tertia eius virtus eſt quę confert inflationi oris ſtomachi, qñ apponitur extra, ſicut eſt, poſtq̄ fuerit trita, & confert apoſtemati quod dicitur eriſipilla, & apoſtematibus antiquis, & repercutit, & prohibet humores fluere ad mēbra, & eſt ex melioribus medicinis eriſipilæ, qñ dilatatur & extendit, ambulans de mēbro a d mēbrum, & confert vlceribus alijs, & confert iuuamento manifeſto vlceribus apoſtematum, quibus fluunt humores, & conglutinat vlcera recentia cum ſanguine ſuo, & confert vlceribus auris, & ſi eſt ſanies in aure, deſiccat ſaniem, & abſcindit fluxum menſtruoꝝ immoderatum, & curat vlcera inteſtinorum, & ſputū ſanguinis, & reſiſtit fluxui ſanguinis, a quocunq; loco fluat, & in his oībus maſculus eſt fortior q̄ fœmina. Dioſcorides.) Maſculus habet virtutem ſtypticā, frigidam, & qñ ſumitur in potu ex ſucco eius, confert ſputo ſanguinis antiquo, & fluxui ventris, & ægritudini quæ dicitur colica paſſio, & diſtillationi vrinæ, quia prouocat vrinam fortiter. Et quādo ſumitur in potu cum vino, cōfert morbibus venenoſis, & quādo bibitur in febribus periodicis, ante acceſſionem per horam, confert multum, & quando ſit naſale cum ea, mulieri habenti vlcera matricis, confert, & abſcindit curſum humiditatum antiquarum ab ea, & diſtillatur ex eo in aurem, & conuenit doloribus eius, & faniei fluenti ab ea, & quando coquitur cū vino, & miſcetur ei mel, confert iuuamentum magnum vlceribus matricis, & ſit emplaſtrum cum folijs eius inflammationi ſtomachi, & ſputo ſanguinis, & formicę, & eriſipilę, & apoſtematibus calidis, & frigidis in principio eorū, & confert. Et dixit in fœmina quod habet virtutem ſtypticam, infrigidatiuam, & facit ea quæ facit maſculus, niſi quia eſt debilior eo. Li. 4. c. 4.

DE FVNGIS. CCCXLII.

De fungis li. 4. ca. 74.

HAtar, id eſt fungi. Dioſcorides.) Species eoꝝ ſunt duæ, vna eſt aspta cibo, & alia nō, quia occidit. Et cauſæ propter quas occidunt fungi, ſunt multæ. Aut quia naſcuntur in locis putridis, aut iuxta cauernas animalium veneno ſoꝝ, aut iuxta plantas, ſeu arbores malas, mortiferas, aut ſunt mali mortiferi in ſpecie ſua, & cognoſcuntur, qñ ſuper eos inuenit humiditas viſcoſa, & qñ frangunturin loco aliquo, & diſmittuntur, cito corrūpuntur. Alia vero ſpecies ponit in iuribus, & in cibis alijs, & eſt delectabilis cibo multum. Galenus.) Virtus fungorum prima eſt frigida, & humida multum, & propter hoc funt prope medicinas mortiferas. Et proprie illi, quoꝝ ſubſtantiæ admiſcetur aliqua putrefactio. Et dixit in libro de diæta. Fungi boni non ſunt nociui, & ſunt frigidi, & ſi aliqs vtitur nimis eis, generāt malos humores, & ex eis ſunt ſpecies malę mortiferę. Et ego qdem vidi virum q paſſus eſt ab eis anxietatem anhelitus, & coarctationē, & ſyncopim, & ſudorem frigidum, & tñ liberatus eſt, poſtq̄ potauit ſquingibin, in quo coctū fuit pulegiū, & origanum, & proiectum ſuper ipſum baurach, & ſic euomuit fungos illos, ex quibus generati fuerūt in ſtomacho humores groſſi. Et dixit in libro de chimis. Fungi generant chimos groſſos, viſcoſos, frigidos.

Dioſcorides.)

L.14.c.17. Dioscorides.) In fungis sanis qui comeduntur, vsus fungorum est malus. Accidit enim ex eis suffocatio, & colica, & vix curandi nocumentū eorū, est dare in potu nitrum aut aquam cineris cum aceto, & sale, & decoctionem satureiæ, & origani, & stercus gallinæ mixtū cū aceto, & melle facto in de loch. Et fungi quē nutriūt supluo nutrimēto, nisi qa sunt difficilis digestionis, & egerediunt integri cum stercore, sine immutatione.

Alcanzi.) Nimietas fungorum generat stranguriā.

Aben mesuai.) Melius est qd fungi primo coquantur cum pyris ficcis, aut recentibus, & post eos bibatur vinum purum. Et proprietas fungorum est generare suffocationem.

Medicinarum frigidarum & humidarum tertij gradus tractatus explicit.

INCIPIT TRACTATVS QVINtus medicinarum singularium quarti gradus calidæ & siccæ in eo.

DE EVPHORBIO. CCCXLIII.

De euphorbio li.3.ca.78.

EVphorbion, id est euphorbiū. Dioscorides.) Est arbustum simile ferulæ in forma fus, & nascitur in Mauritania Cęsariensi, & Tabex. Et est plenum multo gummi acuto. Et cauēt sibi ab eo homines qui colligunt ipsum propter nimiā acuitatem eius. Et ideo accipiunt ventres animalium, & lauant eos, & alligāt stipiti arboris eius, deinde pungunt stipitem arboris stantes longe cum lancea. Effunditur enim in ventribus illis gummi exiens a stipite multum, copiosum, subito, ac si effunderetur a vase aliquo, ita q aliquando effunditur in terra etiam ex eo, propter fortem & violentem impetū sui exitus. Et egrediuntur duæ species de euphorbio ex arbore, vna earū est similis farcocollę, & sunt fructa in quantitate orobi. Et alia species est similis fici, adulteratur autem cū farcocolla, & gummi Arabico sibi admixtis, & melius ex eo est clarum, acutum, experientia tñ eius per gustum est difficilis, qñ ipsum subito mordicat linguam cum violētia multa, & durat eiº mordicatio diu, ideo omne quod gustatur postea ex eo videtur bonum. Primus autem, ad cuius cognitionem peruenit hæc medicina, fuit Linoas rex Linoi. Galenus.) Virtus eius est subtilis, acuta, ficut virtus aliorum gummi similiū. Et dixit in tertio almeimur. Euphorbium nouum est calidius satis quā assa fœtida, cuius assa fœtida fit calidior omni lacte arboris. Dioscorides.) Quando sit cohol cum

L.1.c.78. euphorbio, habet virtutem abstergendi aquam quę est in oculo, nisi qa mordicatio eius durat tota die, & propter hoc miscetur cum melle in fief, propter acuitatem suam nimiam, & vsus eius in hoc debet esse cū cautela. Et quando miscetur cum aliquibus potionibus, quæ fiunt cum speciebus, & bibitur, confert sciaticæ, & euphorbium excoriat ossa in die vna, & separat ab eis fragmenta eorum, oportet tamen quod præmuniatur caro circunstans ossi cum ceroto aliquo, vel cū pannis lineis. Et euphorbium habet virtutem laxandi, & calefaciendi humores aquosos sicut finapis, ideo eius laxatio confert hydropisi, & colicæ, & alijs ægritudinibus frigidis, similibus istis, sed ipsum acuit choleram, & inducit nimiam sitim, quia desiccat, oportet aūt quod ei admisceatur semen petroselini, aut anisi, aut cymini, & quando coquitur cum carnibus duris, facit eas decoqui cito. Et dicūt quidam, quod qñ aliquod animal venenosum momorderit aliquem, si scindatur cutis capitis illius, & ponatur in fessura illa ex hoc gūmi trito, non nocet ei venenum. Bedigoras.) Proprietas eius est conferre aquæ citrinæ. Liber venenog.) Euphorbium quando miscetur cum aliquo oleo, & fit linitio cum eo, confert paralysi multum, & pondus drachmarum trium ex eo occidit, quia vulnerat stomachum & intestina. Alcanzi.) Euphorbium stringit orificium matricis multum, adeo quod prohibet fœtum exire.

Aben mesuai.) Proprietas euphorbij est qp laxat phlegma visciosum alūbis, & intestinis, nisi quia infert anxietatem, desiccationem, & adustionem, & tenasmon em. Et rectificatio eius est quod nō teratur multum, & misceatur cum bdellio, aut cum succo liquiritię, aut & cassia lignea, & liniatur cum oleo rosaceo, vel cum oleo amygdalino. Et melius ex eo est clarum, nouum, super quod transierunt ab vno anno vsq; ad tres. Et color eius est citrinus, odor calidus, sapor amarus, & acutus. Et dosis eius est a duobus kirath vsq; ad tria.

DE CAEPIS. CCCXLIIII.

BAsil, id est cæpe. Galenus.) Substantia cæpe est grossa. Et virtus eius prima est calida in quarto gradu. Et est in eo humiditas. Et secunda eius virtus est aperitiua. Et eius tertia virtus est, quæ aperit orificia venarum quæ sunt in ano, quando applicatur in loco, & prouocat menstrua. Et quando dissoluitur cum aceto, & linitur inde morphea, aufert illā. Et quāndo linitur cum eo alopicia, facit nasci pilos in ea citius qñ spuma marina. Et quando exprimit succus ex cæpe substantia, ex qua est expressus quę remanet, est terrea, calida forti caliditete. Sed substantia succi est aquosa, aerea, calida. Et ob istam causam confert aquæ descendenti ad oculum, & obscuritati visus, factæ ab humoribus grossis, administratus in cohol. Et propter humiditatem quę est in cæpe, qñ comeditur, generat ventositatem, & inflationem. Et propter istam causam cępe, cuius complexio declinat ad siccitatem, est minus ventosa alijs. Dioscorides.) Cæpe longæ, sunt actiores rēs qñ rotundæ, & plus sy ptice, & rubeę sunt actiores qñ albæ, & siccæ qñ recentes, & crudæ qñ assatæ, & qñ preparatę cum sale & aceto. Et cæpe mordicat, generat ventositates, subtiliat humores, facit sitim, & mollit ventrem, & aperit hæmorrhoidas ani. Quando vero volumus administrare cæpe ad aperiendum, remouemus cortices exteriores, & eius interius terimus, & fit inde suppositorium. Et qñ ex fucco eius fit cohol cum melle, confert debilitati visus, & vlceribus oculoꝝ quę nominantur araginati, & principio defectus aquę ad oculum, & prouocat menstrua, & administratur in carpurpurgijs, & mundificat caput, & ponit in medicinis squinantię, & administratur aqua eius in emplastro cū sale & ruta, ad morsum canis rabidi. Et qñ miscetur cū aceto, & linitur inde morphea in sole, curat eā. Et qñ miscetur cū tutia, sedat pruritū oculi, facit a phlegmate salso, & quando miscetur cum sale, & administratur super verrucas, aufert eas, & quando miscetur cū adipe gallinæ, & apponitur super callos pedum factos a calciamentis, aufert illos. Et quando distillatur ex fucco eius in aurem, confert debilitati auditus, & tinnitui aurium, & aquæ intrantī in auribus, & quando linitur cum eo alopicia, facit in ea nasci capillos cito, & si admisceatur cum spuma maris, & fricatur cum eis cutis capitis, multiplicat, & augeт capillos, & vsus eius in cibo inducit soda. Et nimius vsus cæpe generat ægritudinē quæ dicitur cabargas, id est letargia, & quando coquit prouocat veinam magis, & facit dormire.

De cępa li. 2. ca. 141.

DE BVLBIS. CCCXLV.

BAsar alzir, id est bulbus, & dicitur cæpe fine tunicis. Galenus.) In sapore eius est amaritudo cum stypticitate. Et virtus eius prima desiccat, & secunda abstergit, & incarnat, & quando comeditur, generat humores viscosos, grossos, & malos, quia est difficilis digestionis, & inflatiuus existens, stimulat comedentem ipsum ad coitum.

De bulbo esculento li.2.c.162.

Dioscorides.) Rubeus ex eo est bonus stomacho, & amarus, & est melior dulci, quia facit digeri cibum. Et omnes species bulbi sunt calidæ, & acuræ, excitantes libidinem, calefacientes linguã, & nutriunt multum, & in carne faciunt augmentum, verum generant inflationem. Et qñ fit emplastrum cum eis, & melle, aut cũ eis solum, confert contortioni neruoꝝ, & attritioni lacertorum, & contusioni ossis capitis, qñ non est fractum, & confert dolori iunctuarũ, & podagræ, & extrahunt sagittas, & alia quę sunt infixa corpori, posita sicut emplastrum super locum. Et qñ fit emplastrum cum eis, & melle, confert hydropisi, & morsibus canis rabidi. Et qñ fit emplastrum cum eis, & pipere trito, confert dolori stomachi. Et qñ misceatur cum vitellis ouorum, & administretur, cõfert luori oculi, facto a percussione, & uertucis quæ dicuntur morsa, & lentiginibus faciei. Et qñ misceatur cum squinqibin, confert bothor, & fit emplastrum ex eis cum sauich, & confert conquassationi auris, & attritioni vnguium. Et qñ coquuntur sub cinere calido, & misceantur cum capitibus paruorum piscium, qui dicuntur tinci, post aſſationem eorum, & fit emplastrum cum eis super apostema gutturis, resoluit ipsum. Et quando misceatur cum euphorbio, & limitur inde morphea, & impetigo, & cicatrices nigræ factæ post vlcerum consolidationem, curat ea. Et qñ elixantur, & comeduntur cum aceto, confert attritioni lacertorum. Oportet tñ quod cauеatur nimius vſus eorum, quia sunt nociui neruis. Zir vero quod prouocat vomitũ, habet folia subtiliora, & longiora multum, cꝫ bulbus qui comeditur, & duriora, & habet radicem similem bulbo, nisi quia super ipsam est cortex niger, quæ radix quando comeditur cruda, siue cocta, aut bibitur decoctio eius, prouocat vomitum.

De bulbo vomitorio li.2.c.163.

Galenus.) Est calidior eo, de quo dictũ est superius.

DE ANACARDO. CCCXLVI.

BAladar, id est anacardus, est fructus arboris similis cordi auis, cuius color est rubeus, parum ad rubedinem declinãs, sicut est color cordis, & instus ipsum est res similis sanguini, & id quod administratur ex eo, & defertur ex Sim, nascitur in Sicilia, in montibus ignis. Aben mesuai.) Est calidus & siccus in quarto gradu, & est bonus corruptioni sensus, & memoriæ, & omnibus ægritudinibus cerebri, factis a frigiditate & humiditate. Alchalahamen.) Proprietas eius est conferre relaxationi neruoꝝ. Bedigoras.) Proprietas eius est, qꝫ remouet obliuionẽ, & acuit sensum. Ex libro qui refertur Galeni.) Drachmæ dimidium ex eo recepto, confert memoriæ, & melius quod est intra ipsum, delet verrucas, & vlcerat cutem.

Abugerig.) Est calidus multũ, cõmouet alguesfues, & baras, & lepram, & apostemata, & fortassis occidit, & hoc igit in iuuenibus, & in cholericis, Et propter hanc causam non debet illis exhiberi, est autem bonus paralyticis, & eis, quibus timetur aduentus eius.

DE ERISIMONE. CCCXLVII.

De irione li.2.c.150.

HVderegi, id est erisimon. Dioscorides.) Nascitur in locis habitatis, & iuxta muros, & semi natur in hortis, & habet folia similia foliis eruc æ agrestis, & habet virgas subtiles, similes virgis erucę agreſtis, & in summitate virgarum est flos citrinus, & sunt illic vaginæ, similes cornibus, similes vaginis fœnugræci, in quibus est semen paruum, simile semini nasturcii, mordicans linguam. Galenus.) Seminis huius plantæ sapor est similis sapori nasturcij. Et virtus eius prima est similis virtuti nasturcij, nisi quia est calida inflatiua. Et secunda est virtus, quæ confert, qñ ponitur in lohoc, ad extrahendos humores grossos, viscosos, ascendentes ad pulmonem, & confert apostematis bus duris, quæ sunt in radice auris, & duricieibus antis quis mammillarum, & testiculoꝝ. Et quando oportet eam administrari in lohoc, oportet quod ponatur in aqua, & bulliat, aut inuoluatur in panno, & postea inuoluatur in pasta, & assetur. Dioscorides.) Quando misceatur cum melle, & fit inde lohoc, confert pectori, cui currunt humores, & saniei aggregatę in eo, & iuuat ad exceandum eos, & confert tussi humidæ, & confert ictericiæ, & sciaticæ, & valet contra medicinas mortiferas, Et quando misceatur cum aqua, & fit emplastrũ cum eo, confert cancro profundo, & apostematibus factis in radice auris, & apostematibus duarum amygdalarum, & apostematibus testiculoꝝ, & mammillarum, Et vniuersaliter est planta calefactiua, & subtiliatiua, & quando infunditur in aqua, & coquitur, aut inuoluitur in panno, & includitur in pasta, & assatur, fit melior patiẽti. L.1.c.150

DE DEND. CCCXLVIII

DEnd hayse, Sunt ei duæ species, scilicet, Seni, & non Seni, Sed Seni est similę grano alkeruba, & sapor eius est sicut sapor amygdalæ amaræ, & coloreius est puluerulẽtus, & intra ipsum est lingua similis linguę auis, quæ est venenum. Laxat enim forti laxatiõe, & inducit tenasmonem. Oportet ergo, quod poratoreius in primo euomat, & postea detur ei butyrum, & lacin potu, & dentur sibi ex medicinis retinentibus ventrem, in quibus est viscositas, sicut est portulaca, & psilium, & gummi Arabicum, & dragagantũ, & detur ei ptisana rizi, & hordei mundati cum oleo rosaceo, siue cum zuccaro, & sumantur carnes incisæ *fruſtatim cum agresta*, & succo pomorum, & roretur desuper *parum vini*, & comedãt pisces, & alia his similia. Abugerig.) Dend sunt res species, scilicet, Seni, & Sahan, & Indi. Et Seni habet grana grossa, similia fitieis. Et Sahari est simile grano catapucię, nisi quia est punctatum in virgis punctis paruis. Indum vero est medium in quantitate, inter Seni, & Sahari. Et est pulueulentum tendens ad citrinitatem. Sed Seni est melius omnibus, & fortius ad laxandũ. Et Indum est magis iuuatiuum, qꝫ Sahari. Et scias, qđ caro eius interior semper procedit in consumando, donec in processu temporis nihil de ipsa remaneat, & proprie, quando non est in terra fua. Abix dixit sicut ille. Et dixit.) Dend est multum calidum acutum, & est mirandum de tanta acuitate sui cum tanta ventositate, quæ est in eo, & ipsum expellit grossos humores viscosos, & phlegma, quod vadit ad iuncturas. Et homines qdem Indiæ misceant ipsum in confectionibus magnis cordis, & in stomatico, & cum medicinis laxatiuis. Verum, consilium meum est, quod non detur in terris fortis caloris, sicut funt Hayrach, & Babylonia, & tamen propter diſſolutionem corporum eorum quæ accidit ibi plurimum, & ipsum inducit post solutionem debis litatem fortem, & in regione Babyloniæ, & Biges, quia sunt calidæ, & siccæ, putridæ. Sed in Hayrach propter diſſolutionem humiditatum ibidem habitantium propter caliditatem, & siccitatẽ. Sed in Yamen, quia eius hyems est æstas, & æstas eius est hyems, & sunt ibi pluuiæ magnæ, & rores. Quod ergo est magis iuuatiuum hominibus illarum regionum, est medicina habens ſtypticitatem cum lenificatione, sicut turbith, & myrobalani, & violæ, & lebleb, & tereniabin, & pruna, & alia his similia. Potus vero dend conuenit in terris frigidis, sicut est Seni, & in aliis similibus. Et ego consuei, qñ aliquis ipsum sumebat, & nimis ibat ad aſſellas, præcipere, cꝫ federet in frigida aqua, aut quod funderetur super corpus eius, quia *tunc* cessabat fluxus. Et dend qdem est medicina, quod si non iuuatur ad retinendum ventrem eius qꝫ sumit eam occidit. Qui vero deeos vult sumere, sumat Seni, illud quod habet grossum granũ, postq̃ rectificat, aut Indum, quod est similiter grossum, Sed Sahari habẽs granũ paruũ non videtur

videtur mihi exhibēdum alicui, quia tardat suam operationem, & facit tortiones, & anxietates, & accidētia mala. Rectificatio autem eius est, quod accipiatur ex Seni, vel ex Indo, & excorietur ab eo cortex exterior, & caueatur, ne appropinquet ori, quia cortex eius fuperior fi tangat labium, immutat colorē eius, & inducit in eo colorem album, ficut morphheæ albæ, & auferat ab eo lingua eius subtilis, quæ est intra ipsum, in quan tate medij grani. & cortex eius exterior, & abijciant ambo, & teratur granum cū pauco amylo, & rosis rubeis mundatis, & croco pauco. Et si tempus fuerit calidum, frange virtutem eius, nedissoluat ex humoribus nimis. Et si tu vis miscere ipsum cum aliqua medicina laxatiua, ipsum misce cum turbith, & succo absinthij, & succo eupatorij, & aliis istis similibus. Et qñ miscetur cū medicinis quas dixi supra, est medicina magna, multum iuuans in doloribus factis a phlegmate, & melancholia, & resoluit dolores iunctu arum, & confert uat capillos in fua nigredine, ficut funt, prohibens eos cito canescere. Dosis autem eius post rectificationem fui, ei qui est fortis naturæ, ad sustinendum medicinas fortes, est a duobus dauich vsq; ad drachmas quinq.

De naſtur tio li.1.ca. 47.

DE NASTVRCIO. CCCXLIX.

NOrph, alcheph, & in Latino dicit machita, & est nasturcium. Et ex eo est nasturciū cōmune eorum. Et ex eo est nasturcium tectorū. Et ex eo nasturcium Orientale. Dioscorides.) Nasturciū commune est melius, quod defertur ex Babylonia.

Li.2.c.147.

Galenus.) Semen nasturcij habet virtutem calefactiuam, & deficcatiuam, sicut semen sinapis. Et secunda est virtus, quæ incidit fortiter, & adurit. Et tertia est virtus, quæ sedat dolores sciaticos, & dolores capitis, & qualibet ægritudinem, in qua oportet calefacere, & micfect semen eius in medicinis aſmatis, qñ incidit humores grossos. Et dicitur, qñ nasturciū delectatur, sit eius virtus sicut seminis sui ipsius, Sed dum est recens, propter aquosam humiditatem quæ est in eo, habet virtutem debiliorē virtute seminis. Dioscorides.) Semen nasturcij est calefactiuum acutum, malum stomacho, lenit ventrē, & expellit lumbricos, resoluit apostemata splenis, facit aborsum, incitat libidinem coitus, & est simile semini sinapis, & erucæ. Semen nasturcij abstergit scabiem vlceratam, & imperiginem, & quando fit emplastrum cum eo & melle, resoluit duricem splenis, & mundificat vlcera, quæ dicuntur mellina, & bibitur cum polenta, & expellit superfluitates pectoris, & qñ sumitur in potu, confert morsibus venenosis, & quando fit fumigium cū eo in domo, expellit animalia venenosa, & ipsum retinet easum capillorū, facta liniticione cum succo eius, & curat combustionem ignis, & aperit apostemata. Et qñ miscetur cū fauich, & aceto, & fit inde emplastrū, confert sciaticæ, & dissolut apostemata calida. Et qñ fit emplastrum cum eo, & aqua, & sale, maturat furunculos, & eius folium facit hoc, quāuis debilius, & quando coquitur cum lacte capruno, & datur in potu, remouet dolorem oris stomachi. Et quando patitur dolorem antiquum aliquod membrum, ficut est dolor podagræ, & sciaticæ, & inungit cum melle, & pulueriz atur desuper puluis seminis nasturcij, confert, & remouet dolorem eorum.

De thlaſpi li.2.c.148.

De nasturcio tectorum. Dioscorides.) Est planta habens folia strictā, & longa duobus digitis, & in summitate acuta scissa & pinguia, quę extendunt super terram, & habet in medio virgam subtilē, longam palmis duobus, habentem paucos ramulos, super quos funt velut pilæ, habentes summitatem depressam, in qbus est semen latū, simile semini nasturcij, cuius figura est sicut figura rutellę fuſi, ita est depressum, & ideo Græce noſatur talaphion, eo quod significat in lingua Græca depressum, & habet florem, cuius color declinat albes

dini, & nascitur in vijs, & in parietibus domorum.

Galenus.) Virtus eius prima est calida. Et secunda est virtus subtilis. Et tertia virtus aperit furunculos factos intra corpus, & qñ sumitur in potu & prouocat menstrua, & corrumpit fœtum. Et qñ fit clistere cum eo, confert sciaticæ, & laxat humorem similem sanguini, & quando sumitur per os, expellit per superius & inferius humores cholericos, sumptis de eo dauich quatuor cū dimidio. Dioscorides.) Semen eius est acutum sapore, calefactiuum, & qñ de eo sumuntur in potu duo guanchi, expellit cholerā per vomitum, & p fluxum ventris. Et qñ fit clistere cum eo, confert sciaticæ, & illud clistere educit sanguinem, & confert multum, & qñ sumitur in potu, aperit pustulas intrinsecas, & collectiones factas in membris interioribus, & prouocat menstrua, & corrumpit fœtū. Et Catebras qdem extimauit, quod est alia species huius, quæ dicit sinapi Persicum, & est planta habens lata folia, & radices magnas, & ipsa administratur in clisteribus. Li.2.c.148.

De draba li.2.c.149.

De naſturcio Orientali. Dioscorides.) Est planta longa circa duo brachia, habēs ramos subtiles, & multos, in quibus sunt folia a duobus lateribus, similia foliis tataragi, nisi qa sunt albiora, & molliora, & in summitatibus ramorū sunt capitella similia capitellis plātæ actis, & habet flores albos. Coquit autem hæc planta cum kist hordei, & comeditur, & proprie in regione Phlarochia, & semen eius ponit in cibis loco piperis.

DE TITHYMALLO. CCCL.

De Tithymallo li.2.c.146.

XAuſer, id est lacticinium, vel tithymallus. Dioscorides.) Species eius sunt septem, quarum vna dicitur caritias, & est masculus, & habet virgas, quarum logitudo est plus vno brachio, in quarum colore est rubedo, plenas lacte albo acuto, & folia super virgas ipsas similia foliis oliuæ, nisi qa sunt strictiora, & longiora, & radix eius est grossa, aspera, & in summitatibus illarum comarū sunt capitella similia capitellis alrerius speciei, quæ dicitur noalis, & in istis capitellis est semen. Virtus huius herbę est laxatiua, & qñ bibuntur ex eo duo onoſosat cum aceto mixto cū qñ bibuntur ex eo duo onoſosat cum aceto mixto cū aqua, laxat phlegma, & cholerā, & qñ sumitur in potu aqua, laxat stomachum, & prouocat vomitum. Et expri mitur succus eius, & colligit lac in tpe vindemiarum, & adunantur rami eius simul & incidunt, deinde inā adunantur rami eius simul & incidunt, deinde inclinantur sup vas aliquod, ita qp lac fluēs cadat in vase. Quidam vero accipiunt farinam orobi, & conficiunt eam cū lacte eius, & faciūt inde pilulas similes orobo, & seruantur. Et qdam distillāt ipsum lac super scirs eas, scilicet, super vnāquāq; tres guttas, & sic reponunt ficus. Et quidam accipiūt lac solū, & terunt illud in alis quo vase, donec, coaguletur, & reponunt ipsum. Aliſ vero terunt ipsam herbā in mortario, & faciunt inde trociscos, & seruant. Oportet aūt cauere, ne lac eius extrahatur in tpe ventoso, & ne ille, qui hoc facit, tangat faciē sua manu, & q inungat primo manus suas, & faciem, & testiculos, & collū, ac omne quod ex corpore est detectū, cū axungia, aut cū oleo & vino. Et potus qdem eius exasperat guttur. Et ppter hoc oportet, q pilulę eius in itatur cū cera liquefacta, aut cū melle dispumato, & sic fumantur, aut accipiant ex ficubus, in qbus distillatū fuit hic, tres ficus, aut quatuor, qa sufficit ad laxandū. Et ac qdem eius qñ accipitur recens, & admi scetur oleī ei, & liniatur cū eo locus in sole, a quo volumus pilos euellere, depilat eos, & capillos, & facit, q pili, qui oriunt postea, nascunt subtiliores, & rubei, qñ si secundo vngant, & ca dunt omnino, & ponitur in foraminibus dentium corrosorum, & sedat dolores eorū, verum oportet, quod postmodum oppiletur foramen cum cera, ne lac fluens, tangat linguā, & vlceret eam. Et qñ liniatur super verrucas, aufert eas, aut super carnē superfluam eminentem in ano, quæ dicitur cōdiloma,

aut super impetiginem, aufert ea, & conuenit vngulæ oculi, & variolis, & pruritui, & vlceribus corrosiuis, & vlceribus fraudulētis, cancro, & fistulis. Colligitur etiā semen huius herbæ tempore autumni, & deficcatur in sole, & teritur leuiter, & deficcatur, ac reponitur. De quo si accipiatur, purgat ventrem leniter. Similiter aūt & folia ficcātur, ac reponuntur. Quando ergo accipiē ex semine & foliis eius pondus duoꝝ ac usti, & bibunt, faciunt idem quod ipsum lac. Et quidem accipiunt pondus ia eius cum seitaragi, & miscent cum lacte, & caseo recenti. Radix vero eius quando de ipsa accipit drachma vna, & proijcitur in hydromelle, & bibitur, laxat fortiter. Et quando coquitur cum aceto, & fit inde collutio oris, confert dolori dentium.

De myrtite seu cayte lib. 4. ca. 146.

Species autem alia, quæ dicitur carsites, & est fœmina, est similis naturæ plantæ, quæ dicitur diclomadas, & habet folia similia foliis myrti, nisi quia sunt maiora, strictiora, & duriora, fœtidi odoris, & habent summitates acutas, velut spinas, & habet virgas egredientes ab vna radice longas, circa palmum vnum. Et habet semen, quod profert omni anno ter, simile nuci, mordicans linguam fortiter, & nascitur in locis asperis. Virtus autem lactis huius speciei, & radicis, & foliorum, ac seminis, est similis virtuti primę speciei, nisi quia citius commouet vomitum, qꝫ ſ pecies prima.

De peraliō lib. 4. c. 146

Alia vero species thytimalli, quæ dicit peralios. Et expositio eius est prope mare, & est illud, quod noiant homines mingath, & canſomias, & nascit in partibus marinis, & habet quinq; aut sex ramos, quorum longitudo est circa palmum vnū, rectos, quorum color tendit ad rubedinem, exeuntes ab vna radice, in quibus sunt folia stricta, parua, & oblonga, similia foliis lini, & in summitate ramorum sunt capitella amygdalata, rotunda, in quibus est semen rotundum, simile orobo, varij coloris, & sunt ibi flores, quorum color est albus, & tota planta est plena lacte albo plurimo. Vſus vero & modus repositionis, est sicut prædictarum ſpecierū.

De helioscopo lib. 2. ca. 146.

Sed species alia thytimalli, quę dicitur helioscopos, habet folia similia foliis portulacæ, nisi quia sunt subtiliora, & rotundiora, & habet quatuor ramulos, aut quinq;, ab vna radice egredientes, quorum longitudo est circa palmum vnum, subtiles, & ruboeos, & plenos multo lacte, & habet in summitatibus ramorum coronam similem coronæ anethi, in qua est flos & semen, & semen eius vertitur cum reuolutione solis, & propterea dicitur helioscopos. Et eius expositio est intuēs solem. Et nascitur plurimum in ciuitatibus, & in fundis, & iuxta muros. Lacigit & semen eius colligit sicut lac & semen aliarū ſpecierū, quas supra dixi. Et virtus eius est sicut illarum virtus, nisi quia est fortior eis.

De cyparissia libro. 2. ca. 136.

Species vero alia thytimalli, quæ dicitur cyparissias, habet virgas fere longas vnius palmi, aut plus, quorū color est rubeus, in quibus oriuntur folia similia foliis pini, quæ dicitur canlicaris, nisi quia sunt molliora, & subtiliora, minora. Et vniuersaliter sunt similia eis in principio ortus eorum, & propter hoc nominatur cyparissias, a cypresſo. Et hęc planta etiam est plena lacte, & nascitur in locis lapidosis, siccis, & asperis. Et virtus eius est similis virtuti ſpecierum supradictarum.

De dēdroi de lib. 2. ca. 146.

Alia vero species thytimalli. Et est illa quæ nascitur inter lapides, & dicitur dendrodes, & habet multos ramulos, & multa folia, plena multo lacte, & color ramulorum est rubeus, & summitates eorum sunt folia similia foliis myrti, subtiliora, & longiora parum, & habet semen subile seminiillius ſpeciei, quæ dicitur carcicias. Et modus operationis huius, & virtus eius, & forma repositionis eius est sicut prędictarū ſpecierū.

De platyphyllo lib. 2. ca. 146.

Sed species thytimalli, quæ dicitur platofilos, habet folia similia foliis plantæ, quæ dicitur philommos, radix vero, & folia eius, & lac, laxant humorem aquosum, & quando teritur, & proijcitur in fluuio. vel stagno, occidit pisces existentes ibi. Et species etiā suprædictorum lacticiniorum faciunt hoc.

De pytyusa lib. 4. ca. 147.

Est autē alia species thytimalli, quæ dicitur pthias, similis speciei, quæ dicitur cyparissias. Et propter hoc posuerunt illam quidam inter species thytimalli, & habet virgas similes virgis lentis, longitudine vnius brachij, nisi quia sunt longiores, & plenæ nodis, & habet folia subtilia, & stricta, in summitate acuta, similia foliis pini, & ideo ſic nominatur, & habet flores magnos tendentes ad longitudinem, quorum color est purpureus, & habet semen depressum, simile lenti, & habet radicem albam, magnam, grossam, in qua est multum lac. Quod accipiuntur de ista radice drachmæ duæ in potu, laxat choleram. Et quando sumitur in potu de semine ipsius drachma vna, laxat phlegma, & choleram, & quando bibitur pondus vnius alki, facit idem. Sed foliorum eius fi dentur in potu tres alki, faciunt operationem eandem. Sapor speciei rium ista lacticiniorum est acutus, & est cum hoc in eis amaritudo. Et virtus eorum prima est calida & ficca in quarto gradu. Et secunda abstergit, & incidit. Et fortius quidem quod est in eis, est lac eorum, & post lac est semē, & post semen sunt folia, & in radicibus etiam eoꝝ sunt virtutes, quas dixi. Sed hæc non sunt in omnibus lactis cinijs equaliter. Et radix quidem lacticinij curat dolorem dentium & aufert eum, qſi coquitur cum aceto. Et virtus quidem lactis est fortior, & magis manifesta, nam qſi ponitur exeo modicum in dente corroſo, in quo est dolor, postq; custodiuntur os & lingua, ne tangatur ab eo, propterea quia vlcerarer quodcunq; eoꝝ tangeret, hoc fit, postq; posita est stilla vna lactis in foramine, oppilatur flatim, & munitur cum aliquanto ceræ, aufert dolorē flatim. Et qſi linitur locus vbi sunt pili, quos volumus euellere cum lacte lacticiniorum, aufert eos omnes, sed propter fortitudinem eius & vicientiam, oportet quod admisceatur ei oleum, & qſi fit hoc fæpe, prohibet radices pilorum, & facit quod amplius non renascuntur. Et hoc quidem lac aufert verrucas, quando liniuntur cum eo, & carnem quæ supercrescit in lateribus vnguium, & absergit impetiginem, & scabiem: & propter excellētem caliditatē suam stat loco cauterij, & curat vlcera corrosiua, & erisipilā, & vlcera putrida. Et qſi administratur suo tempore, & secundum modum & quantitatem sicut debet, aufert duriciem fistularum. Et folia quidem eius faciunt oēs istas operationes, similiter & semen, verūtamen semē ipsum est debilioris operationis. Et sunt quidam, qui accipiunt folia & semen, & proijciunt ambo in aquas, & accipiunt pisces in eis existentes, eo quod pisces fiūt sicut ebrij, natantes in superficie aquæ. Cinis vero lacticinij ſpecierum, & aqua cineris habēt operationes, quas habent ipsa lacticinia. Alkanzi.) Omnes ſpecies lacticiorum purgant melācholiam, & phlegma grossum, & aquam. Abugerig.) Lacticinia sunt meserion, & xebram, & hoscin largina, & artanitha, & althit, & ſpecies aliæ multæ, & id, cui medici approbiant nomen lacticinij, est lac largiæ. Abix.) Lac lacticinij accipitur ex arbore sua, & accipitur farina hordei, & conficitur cum eo. Et si vis ipsum rectificare, misce cum pauco amilo, & pone cum eo olei amygdalarū dulcium parum, aut olei violacei, & meliores medicinæ quæ admiscentur sibi, sunt roſæ tritæ, & succus liquiritiæ, & aloes, & turbith, & mirabolani, & absinthium, & eupatorium, & succi amborum, & sal Indū, & crocus, & amilum. Quando ergo temperatur cum aliqua istarum medicinarū, rectificatur cōplexio eius, & confert febri quartanæ, & purgat aquam citrinam purgatione faciente magnum iuuamentum. Sed quādo datur solum sine rectificatione, corrumpit comple-

xionem.

xionem, & facit tristiciam multum, & dolorē in hepate, recipienti ipsum, & destruit stomachum, & aufert appetitum cibi. Et ipsum quidem est calidum, & acutum, simile scamoneę. Et dosis eius postū rectificatur, sicut dixi, est a duobus dauich, vsq; ad tres, qñ veteras fcit, diminuitur operatio eius, & iuuamentum ipsius.

DE PORRIS. CCCLI.

CVrat, id est porrum. Et ex eo est domesticū, & est Hispanum. Et est ex eo nabati, & est montanum. & est porrum vineæ. Galenus.) Porrum agreste est medium inter porrum & allium. Et reperitur virtus huius plantæ secundum hunc modum. Et volo dicere inter virtutem porri, & alij, & propter hoc est magis acutum, & deficcatiuum, q̃ porrū, & ob hoc est malum stomacho, & est acutū, & incisio & operatio eius sunt plus q̃ domestici, & ob hoc puocat virnam, & menstrua spe qū retinentur propter humores frigidos grossos, & habet tū de calefactiõe, quod vicerat cutem qñ exterius applicatur corpori. Et ego qdem iam dixi, q̃ omnes medicinæ quæ calefaciunt tali calefactione, sunt in fine graduum.

De porro Capitato li.2.c.143.

Dioscorides.) Porrum vltramarinum & nabati sunt inflatiua, & generant chimum malum, & accidunt ex eis somnia mala. verūtamen pouocāt vrinam, & mollīunt ventrem, & subtiliant humores, & faciunt obscuritatem visus, & pouocāt menstrua, & nocent renibus & veficæ, qñ in eis sunt vlcera. Sed quando coquuntur cum aqua hordei, extrahunt superfluitates a pectore & pulmone. Et quando accipiuntur eius folia, & coquūtur cum aqua maris, & acro, & mulieres fedent in illa decoctione, confert coarctationi oris matricis, & duricieī eius. Et porri qdem dulcorantur, qñ elixantur bis, & proiectis illis duabus aquis, ponūtur postea in aqua frigida. Quando igitur ita dulces, minuitur inflatio eorum. Et porri quidem nabati sunt acutioris saporis, q̃ vltramarini, & in eis est aliquantulum stypticitatis, & ideo qñ succus eorum miscetur cum aceto, & minuto thure, aut olibano ipso, stringit sanguinem, & proprie ex naribus. Et porrum qdem incitat libidinem, & qñ miscetur cum melle, & fit inde loch, confert doloribus pectoris, & vlceribus pulmonis. Et qñ comeditur, mūdificat cannam pulmonis, & qñ affuescitur eibus eius, inducit obscuritatem visus, & est malum stomacho. Et qñ succus eius miscetur cum melicrato, confert morsibus venenosis. Et qñ fit emplastrum cum porris ipsis, & ponitur super locum morsum, facit hoc. Et quando miscetur cum aceto, & olibano, & lacte, & oleo rosarū, & distillatur in aurem, confert dolori auriū, & tinnitui eius, & qñ cum eis & sumach fit emplastrū, aufert verrucas, quæ dicuntur asua, & curat syriæ, & qñ fit empla strum cum eis & sale, mundificat vlcera sordida. Et qñ bibuntur ex femine eius drachmæ duæ, cū granis myrti, simul tritis, absc indit sputum sanguinis antiquum a pectore. Rufus.) Porrum pouocat mēstrua, & mundificat pectus, & aufert acetosas eructuationes, ac mollit ventrem. Iudæus.) Proprietas porri est, quod destruit dentes, & gingiuas. Aben mesuai.) Proprietas porri est, quod nocet renibus, & veficę, qñ in eis sunt vlcera, & folia porri de sceni conferunt matrici, ex proprietate quę est in eis, qñ i matrice est humiditas faciēs lubricare fœrum. Mesaruge.) Semen porri qñ suffumigatur anus cum eo, deiicitur fistulas quę sunt in eo.

De ampeloprasio li 2.c.143.

De porro vineæ. Dioscorides.) Est deterius stomacho alijs porris, & calidius, & magis pouocatiuum vrinæ, & pouocat menstrua, & qñ comeditur, confert morsui venenoso valde.

DE CONDISI. CCCLII.

COndes, id est condisi. Galenus.) Id quod ex ea administratur, est radix, & sapor eius est acutus, Et virtus eius prima est calida & ficca in quarto gradu. Et secunda abstergit. Et tertia cōmouet fœrnutationem. Dioscorides.) Lauatores lanæ vtūtur ista ad faciendum lanam lenem, & pulchram, q̃n suffumigant ipsam cum ea, & est nota. Radix eius est acuta, & in forma fusi longa, ac rotunda, de qua si accipiatur pondus faclanarium cum melle, prouocat vrinam, & confert hepatis ægritudinibus, & coarctationi anhelitus, quæ cogit hominē erigi, & tussi, & icteritiæ, & lasat ventrem. Et quando bibitur cum opopanace, & cum radice capparis, frangit lapidem, & expellit eū cum vrina, & resoluit duriciem splenis, & qñ fit nasale cum eo, prouocat menstrua, & expellit fœtū fortiter. Et quando fit ex eo emplastrum cum aceto, curat scabiem vlceratam, & qñ coquitur cum farina hordei & vino, resoluit apostemata in principio eorum, facto emplastro ex eo, & ipsum intrat in confectionibus sief, quæ fiunt ad visum acuendum, & confert ad hoc, & in confectionibus vnguentorum, & prouocat sternutationem. Et quādo teritur, & miscetur cum melle, & fit inde caputpurgium, prouocat superfluitates a cerebro ad os, & mundificat caput. Bedigoras.) De proprietate condisi est, quod absc indit phlegma, & melancholiam grossam, & resoluit ventositates.

De radice lagoulina ria Heiba li.2.c.53.

DE MEZERION. CCCLIII.

MEzerion, id est chamelea. Dioscorides.) Est arbusſtum parū, cuius rami sunt aprī ad ignē accendendum, & sunt ipsi rami extensi super terram, longitudinem duorum palmorum habentes, & habet folia similia foliis oliuæ, nisi quia sunt subtiliora eis, & mordicantia linguam, & gulam exasperantia, & sunt depressa sup ramos. Galenus.) Sapor eius est amarus, & virtus eius mūdificat vlcera fordida multū, & aufert cortices, seu escaras magnas, quæ sunt in facie vlcerum ab aduſtione, quando ponitur in eis.

De chamelea li.4.c. 153.

Dioscorides.) Folia huius plantæ laxant phlegma, & choleram, & maxime qñ admiscetur eis duplū eius ex absinthio, & qñ miscetur cum absinthio, & conficiē cum melle, aut cum aqua, & fiunt inde pilulę, & admisnistrantur, facit hoc. Et pilulæ qdem quæ fiunt ex ea, non dissoluuntur in ventre, sed egrediuntur integræ sicut sunt. Et qñ accipiuntur folia huius plantæ, & teruntur bene, & miscentur cum melle, & ponuntur in vlceribus, mundificant ea, & auferunt escaras eorum.

Li.4.c.153

Bedigoras.) Proprietas eius est quod laxat melācholiam, & aquam citrinam, quæ madmodum faciunt species aliæ lactiiciniorum. Liber venenorum.) Pondus drachmæ vnius ex eo occidit, propterea, quia deficcat humiditatem hepatis. Paulus.) Mezerion nigrū purgat aquam, & album fimiliter, & cum hoc educit a scarides, & in hoc est melius nigro, & nigrū est bonū pruritui, & scabiei. Alcanzi.) Proprietas eius est quod laxat melancholiam. Et dixit Cuzena, quod ipsum est siccum in quarto gradu, & corrodit, ac destruit humiditatem hepatis, & totius corporis, & facit hominem hydropicū. Aben mesuai.) Proprietas eius est, quod destruit complexionem corporis, & euacuat aquam citrinam, & cholerā, & phlegma, & operaē plns in hoc, quando fiunt pilulę cum eo. Et qñ aliquis vult sumere ex eo, admiceat ei duplum eius ex absinthio, & conficiat cum aqua calida, & fumat. Et meum cōsilium est, quod ante eius potationem præparetur secundū hunc modum, scilicet, quod accipiatur ex eo drachma vna, & proijciantur super ipsum aquæ libræ tres, & coquantur, donec ex aqua remaneat libra vna, deinde coletur, & proijciatur super ipsum drachma vna olei amygdalini, & iterum coquatur, donec aqua consumatur, & remaneat oleum. Et dosis eius fit a drach. iij. vsq; ad. v. Sed ille qui bibit substantiam eius, admiceat ei duplū ponderis eius de absinthio. Et dosis eius est a tribus kirat, vsq; ad sex. Habix.) Mezerion sunt duę species,

vna

vna habet magna folia, & alia habet parua, grossa, rugosa, & est deterius: & illud cuius folia sunt magna, est melius, & volo dicere magna vel parua folia, nõ quod ex vna arbore colligantur magna, aut parua, sed quia diuersæ sunt species, quarum vna habet folia magna, & alia parua. Et mezerion in virtute sua est sicut scebrã in acuitate & styptricitate. Et qñ bibitur ex eo sine rectificatione, accidit ex eo laxitudo, & debilitas, & fortassis facit euomere, & assellare similiter, & fortassis natura expellit ipsum per vnum hoꝝ locorum. Et qñ datur sine rectificatione, facit assellare simile rasuræ intestinorum, aut sicut farinam dissolutã cum aqua, & hoc non accidit, nisi quia grauat naturam, & intestina excoriat, Sed homines habẽtes humiditates multas, possunt melius sustinere potionẽ eiꝰ qñ alij, & senes possunt ipsum melius sustinere qñ iuuenes, quia impossibile est ꝙ istæ medicinæ sic calidæ non inducant laborem iuuenibus propter caliditatẽ eorũ, & choleram quę abũdat in eis. Quapropter meliores medicinarum his sunt decoctiones, in quibus intrant myrobalani, citrini, et kebuli, & thamarindi, & pruna, & febesten, & iuiubæ, & fumi terræ, nam huiusmodi medicinæ laxãt leuiter propter vifcofitatem in aliquibus exiſtentem, & propter ſtyptꝛcitatem in aliquibus earum exiſtentem. Et quando das alicui aliquã ex iſtis medicinis acutis ſi potu, poſtꝰ præparaueris eam in antidotis, aut in pilulis, aut in tro ciſcis, præcipue ꝙ bibat eam cum aqua quam tepefecit aer ſolum, non cum aqua quam calefecit ignis, nam ſi bibantur cum aqua quã calefecit ignis, inducunt laborem, & prouocant vomitum, qñ ergo iſtæ medicinæ ſumuntur cum aqua, quæ non eſt calefacta ſuper ignẽ, laxant leuiter, niſi forte fuerint aliqui ex ſenibus, quorum ſtomachi ſunt infrigidati valde, quare medicina in eis non poteſt diſſolui, niſi in longo tempore. Talibus nanq; detur in potu cum aqua, quæ bullitur ſuper ignem, & cũ fortiter bullierit, poſtea dimittatur, donec tepeſcat, & ſic detur medicina cum ea. Et non facias id quod faciunt ſtolidi medici, qui dant medicinas cum aqua tepida, quæ non bullitur, quare prouocant vomitum, Præcipe ergo vt aqua fortiter bullat, deinde de tepeſcat, & potetur. Sed ſcamoneam poſſunt ſuſtinere quibet, ſiue iuuenes fint, ſiue ſenes ſint, vel ſeniores, dum modo bibant eam cũ aqua bullita, & tepefacta. Si autẽ aliquis conqueritur & medicina non quieſcit in ſtomacho ſuo, donec euomat eam, facillum comedere diuerſa cibaria, & replere eos multum, deinde da ei in potu vinum poſt, in quo ſit aliquod dulce, deinde faceum euomere, aut bibatur loco vini phuca tepidum, cui ſit mel admixtum, & ſal, & rũc euomat, donec ſtomachus eius mundificetur a ſuperfluitatibus exiſtentibus in eo coadunatis, deinde cuſtodiat ſibi illa die, & in ſecunda die bibat ſuam medicinam, & hoc ſi eſt ex hominibus, qui poſſint euomere ſine labore. Nam quidam ſunt gabhorrent vomitum fortem, & propter hoc debet euo mere paulatiue cum rebus facilioribus, donec mundificetur ſtomachus eoꝝ, & expellantur humiditates quę ſunt in eo, & hoc faciant vna die, aut duabus, anteq̃ca piant medicinam, nam faciet eos aſſellare, & non euomentꝛam. Si igitur vis exhibere mezerion, eligeillud quod dixi eſſe melius, ſcilicet illud qđ habet folia longiora, & latiora, & ſubtiliora, & infunde ipſum in forti aceto duobus diebus ac noctibus, & hoc fiat ante contritionem eius, & ſicut eſt integrum, renouabis actem bis aut ter, & proijce acetum in quo fuit infuſum mezerion, & laua illud cum aqua dulci bis aut ter, & deſicca ipſum ad vmbrã, aut ad ſolem, ſi non poteſt cito ſiccari in vmbra, donec recedat humiditas eius, & poſt tere ipſum groſſe, deinde miſce ipſum cum oleo amygdalino dulci, aut cum oleo violaceo. Et ego quidem nõ dixi, vt teratur groſſo modo, niſi quia vt non adhæreat villis ſtomachi, & inteſtinis, & noceat. Et ſi vis ipſum admiſcere cum rebus ſibi conuenientibus, miſce cum eo dend, aut epithymum, aut myrobalanos citrinos, aut roſas, aut epithymum. Et ad humectandam ficcitatem eius miſce ei ſuccum liquiritiæ, & cyminum, & ſal Indum. Quando ergo tu ponis ipſum cum huiuſmodi medicinis, quas diximus, ſit medicina conueniens oĩbus ægritudinibus factis a melancholia, nam expellit eam, & confert doloribus phlegmaticis. Et ſi vis euacuare cum eo aquam citrinam, præpara ipſum prius, ſicut dixi, nam ipſum laxat eam, & affert iuuamentũ manifeſtum. Demum poſtq̃ rectificaueris ipſum, miſce cum eo has medicinas, ſcilicet radicem ireos, & batitumram æris, & aſſarum, & myrrham, & ſerapinum, & myrobalanos citrinos, & ſal Indum, & ſemen apij domeſtici, & ſuccum eupatorij, & ſuccum abſinthij, & ſpicã nardi, & maſticem, & detur cum ſucco ſolatri, & ſœniculi bullitis, & clarificatis, & ſi virtus fuerit fortis, appone de caſſia ſiſtula, alias tapſia cum ſuccis herbarũ, & cũ pauco medicamine ꝑparato ſicut dixi, nã ipſum laxabit aquã citrinã. Et ſi vis facere pilulas, aut trociſcos ex eo, ga cõſerũt, niſi ga debiles nequeunt ſuſtinere eã, virtus quorum eſt proſtrata, quare conuenit fortibus. Si autem mezerion præparatur ſicut dixi, & virtus ęgri poſſit ipſum ſuſtinere, & tempus fuerit medium inter caliditatem & frigiditatem, & diſpoſitio aeris & loci conueniat, & ætas. Sit eius doſis fortis, qui non habet ęgritudinem aliquam in corpore ſuo drach. ſemis. vſq; ad duo dauich. Ægris vero ſecundum quod poſſunt ſuſtinere, & ſecundum quod exigit ægritudo. Habẽti vero aquã citrinam, & eſt fortis, da ex eo in potu a quatuor granis hordei, vſq; ad ſex. ſi Deo placet.

DE CATAPVCIA MInore. CCCLIIII.

De lathyri li.4.c.148.

MEndana, id eſt catapucia minor. Dioſcoridis.) Eſt planta quam multi computant inter ſpecies lacticiniorũ, habet ſtipitem cõcauum, habentem longitudinẽ vnius brachij, & groſſitudinẽ vnius digiti, & in ſummitate ſtipitis & ramorum, ſunt ramuli parui, & ex foliis ſunt quædam ſuper ſtipitem, & quædam ſunt ſuper ramulos illos, ſed ſola quæ ſunt ſuper ſtipitem, ſunt longiora ſimilia foliis amygdalæ, niſi qa ſunt latiora, & leniora, ſed folia quę ſunt ſup ramulos fupiores, ſunt minora foliis ariſtologiæ longæ, appropinquantia ſimilitudini foliorꝝ hederę, & habet fructum in ſummitatibus ramulorum triangulatum, & velut rotundum, ſicut grana cyperi, & intra ipſum ſunt ſemina tria quæ diuidunt parietes, qui ſunt in eo, quæ ſemina ſunt in magnitudine orobi, exterius ſubnigrum colorem habentium, ſed quãdo excoriantur, ſunt alba, habentia ſaporem dulcem, & habet radicem ſubtilem, in qua nullum eſt ſiuamentum. Galenus.) Virtus eius eſt ſimilis virtuti omnium ſpecierum lacticiniorum, & non differt ab eis, niſi in vno, & eſt, quod in ſemine eius eſt dulcedo, & hoc ſemen eſt illud quod habet virtutem laxandi. Dioſcorides.) Hæc planta eſt tota plena lacte, ſicut alia lacticinia, & quãdo ſumitur in potu ex ſemine eius octo grana vel nouẽ, & fiunt inde pilulæ, & ſumuntur, & poſt ipſam bibitur aqua frigida, purgant phlegma, choleram, & chimum aquoſum, & lac eius quando ſumitur in potu ſicut recipitur lac lacticiniorum, facit hoc, & quãdo coquuntur folia huius plantæ cum pullis, aut cum holeribus, vel cibis alijs, faciunt hoc. Paulus.) Laxat ſuci lacticinia alia, & proprie lac eius, verum ſemen eius habet virtutẽ potiorem ad laxandum. Salamine.) Quando hæc medicina coquitur cum atriplicibus, & gallo veteri, laxat ventrem. Albafari.) Laxat ſuci aliæ ſpecies lacticiniorum, & ſemen eius eſt ſimile ſemini ipſog, niſi quia in iſto eſt dulcedo. Abenguefit.) Artos eſt granum

Li.4.c.148

mendena,

mendena, & laxat ſicut ſcamonea, & eſt fortius ea, & datur ex eo ſecundum ſententiam antiquoꝝ a ſeptem granis, vſq; ad. xv. Et dicit quod eſt error, qa nõ debet dari de eo, niſi ab vno grano vſq; ad duo, & ſecundum ſententiam modernoꝝ grana quinq;, & qñ ſtomachus eſt fortis, da grana integra, & ſi eſt debilis, da ea cõtrita.

Abix.) Habet folia longa ſicut digitus p ramos ordinata, ita quod qñ aſpiciuntur, aſſimilantur paruis piſcibus, & propter hoc Armeni nominãt ipſum piſces, & qñ vulneratur in aliquo loco, egredit inde lac, & qñ coquunt folia eius, & dantur in cibo habentibus aquã citrinam, euacuãt eã per ſeceſſum, & ſi datur in potu ex foliis eius, aut ex lacte laxant, & fortaſſis faciũt euomere. Et lac qdem eſt fortius foliis, & ſemen extrahitur a cortice ſuo, ſicut grana koti, & ſunt eiuſdẽ quantitatis, aut minora parũ granis koti, & in quolibet fructu ſunt tria grana parua, de qbus ſi dentur in potu drachmæ duæ, laxant phlegmã, & vtrãq; choleram, ac humores groſſos. Rafis.) Laxat & prouocat vomitum, & confert podagræ, & laxat choleram, & aquam citrinam, & operatur ſicut lacticinia. Abugerig.) Mendena ſunt duæ ſpecies quæ habent folia longa, ſicut digitus, laxãt ſicut lacticinia, & ſemen eius ſicut ſemina eorum ſimiliter eſt, & in ſapore eius eſt dulcedo.

DE MEHIZAHARAGI. CCCLV.

MEizaragi. Abugerig.) Confert doloribus iuncturarum, & articulorum. Abix.) Eſt in ea proprietas quæ iuuat in doloribus iuncturarum, & contortioni digitoꝝ, & ex arbore ſua quod eſt iuuamentum, eſt cortex eius exterior, & ponitur in medicinis magnis. Et dixerunt qdã ꝙ viderũt in foliis huius plantæ id quod dixi in arbore agine, & hoc qđ qñ ponitur in fluuijs, inebriat piſces. Et melior ex ea eſt illa quæ habet ſubtilẽ corticem, & in ſapore eius eſt acuitas pauca. Et doſis eius ſimplicis cum zuccaro eſt aurei vnius, & qñ miſcetur aliis medicinis, eſt dauich quatuor. Et ſimiliter poſita in pilulis, aut in electuario, & ſi ponit in decoctione cũ aliis medicinis, doſis eius eſt drach. duarum vſq; ad tres. Et ego rememoraui iſta pondera, ideo, quod qñ iſta medicina potat ſimplex, operatur cum ſua virtute ſola, & qñ admiſcetur cũ aliis medicinis, fortificatur virtus vnius per aliam, & ideo oportet quod ſit quãtitas eius quod de ea ſumitur cum aliis medicinis, pars tertia eius quod de ea bibitur ſimplici, & nõ augeatur de medicina qñ miſcetur cũ aliis. Ideo ne ſit virtus vnius ſuperans ſuper virtutem aliarũ medicinarum, & debilitat virtutes earum fortiter. In decoctionibus vero non eſt ita, quoniam ſubſtantia medicinæ abijcitur, & recipitur aqua.

DE PYRETRO. CCCLVI.

MAcharcaraha, id eſt pyretrũ. Dioſcorides. Eſt planta, cuius folia ſunt ſimilia foliis dauci agreſtis, aut marathri, & ſtipites ſimiliter ſicut ſtipes illius, & ſuper ſtipitem eſt corona ſimilis coronæ anethi, ſimilis capitellis rotunda, & habet radicem in groſſitudine digiti. Galenus.) Plurimum quod ad miniſtratur ex ea eſt radix. Et virtus eius prima eſt proprietas adurens, & ſecunda eius virtus ſedat dolorem dentium, facit a frigiditate, & confert rigori febrium, qñ fit inunctio cum eo diſſoluto in oleo, ante aduentũ paroxiſmi, & confert habẽti membra ſua narcoticata, & habenti ſtuporem in membris, aut relaxationem.

De pyretro lib. 3. ca. 69.

Li. 3 c. 69.

Dioſcorides.) Pungit linguam fortiter qñ guſtatur, & attrahit phlegma, & ideo qñdo coquitur cũ aceto, & ſit cum eo collutio oris, confert dolori dentium, & quando maſticatur attrahit phlegma, & qñ teritur, & miſcetur cum oleo, & inungitur cum eo, prouocat ſudorem, & confert ad cutem, & membris, quibus domis natur frigus, & conſeruat corpus a nimio frigore aeris ne noceat, & amiſſioni ſenſus, & motus, & eius iuuamentum in hoc magnum exiſtit, & confert paralyſi, & rigoribus febrium.

DE PIPERE. CCCLVII.

De pipere lib. 2. c. 152

FVlſel, id eſt piper. Dioſcorides.) Eſt arbuſtum in regionibus Indiæ naſcẽs, & habet ſemen quod in ortu ſuo eſt longũ, ſimile phaſeolis, & elongat ſe forma ſua. Et eſt macropiper, & intra ipſum ſunt grana parua, ſimilia geguers, quæ qñ maturant, fit piper, & hoc quia ſeparat, & fit ſicut racemus, in quibus ſunt grana parua primo, & ſunt grana piperis, & qñ colligitur, perfecte maturũ eſt piper nigrũ, ſed qñ colligitur ante maturationẽ, eſt piper album, nam color eius eſt albus, & nõ recipit in colore ſuo nigredinem ante maturitatẽ. Et radix huius arboris eſt ſimilis coſto. Eligẽdum eſt autẽ ex pipere nigro illud quod eſt nouum, in quo nõ eſt res ſimilis furfurt, graue, & plenum. Sed ex pipere albo melius eſt illud quod non eſt rugoſum, album, & graue. Sed ex pipere longo eligẽdum eſt illud quod qñ frangit, apparet denſum, habens grana quæ ſunt intra ipſum adinuicẽ iuncta, & ſapor eius eſt acutus mordicans linguam cũ calefactione. Galenus.) Sapot piperis eſt acutus, & illud quod nõ eſt maturũ, eſt piper album, & ipſum eſt acutius nigro, & pungens linguam magis, & hoc eſt, qa nigrum, propterea quod maturat, accidit quod recipiat adustionem in ſeipſo, adustione & deſiccatione fortiori, quare minuit illa acuitas, quæ qdem magis remanet in albo. Ambæ tñ iſtæ duæ ſpecies ſunt deſiccatiuæ, calefactiuæ fortiter. Et fructus qdem eius qñ incipit, eſt piper longum, & proper hoc accidit ꝙ piper longum eſt humidius pipere alio, & fingum ſuper hoc eſt, quod qñ elongatur tẽpus ſuper ipſum, corroditur, & perforat, & qñ teritur, non inuenit tritor in principio ſuę contritionis punctionẽ multam, & qñ incipit mordicare, nõ apparet mordicatio eius multa, anteq; bene guſtetur, deinde remanet mordicatio eius tpe non paruo. Et dixit in libro de regimine ſanitatis, Piper albũ eſt melius ſtomacho aliis duabus piperi ſpeciebus. Dioſcorides.) Piper nigrũ eſt acutius pipere albo, & piper albũ eſt debilius eo. Et virtus piperis eſt calefactiua, attractiua cibi, prouocatiua vrinæ, reſolutiua, abſterſiua obſcuritatis viſus. Et qñ ſumitur in potu, aut ſit inunctio cum eo, & aliquo vnguento, confert rigoribus febrium periodicarũ, & confert morbibus venenoſis, & expellit fœtum. Et qđ putant quod qñ ſit naſale cũ eo poſt coitum, prohibet impregnari, & adminiſtratur in loch. & in ſyrupis cõ pertẽtibus tuſſi, & dolori pectoris, & ſit linitio cum eo, & melle, & confert ſquinãtiæ, & qñ ſumiſin potu, maxime cum granis lauri, aut cum foliis eius, confert torſionibus ventris, & qñ maſticatur cum ſtaphiſagria, & cum paſſula montana, facit deſcendere phlegma a capite, & ſpſum ſedat dolores, & confortat virtutem digeſtiuam, & intrat in cõmixtionibus ſpecierum, quibus vtunt ſani in condimẽtis ciboꝝ, ad prouocandã appetitum, & qñ miſcetur cum pice, reſoluit ſcrophulas, & qñ miſcetur cũ nitro, abſtergit morpheam. Piper autẽ aſſatur, quia ponitur ſuper noua teſtam, & mouet continue, ſicut mouentur lentes, donec aſſetur quantum oportet. Et nõ eſt radix piperis zinziber ſicut quidam credidere, immo radix piperis eſt ſimilis coſto, quæ qdem radix calefacit, mordicat linguam, & attrahit humiditates ad os, & qñ miſcetur cum aceto, & ſit empla ſtrum cum ea, reſoluit apoſtema, vel duricies ſplenis, & ſi ſumitur in potu, facit idem, & qñ maſticatur cum ſtaphiſagria, attrahit phlegma ſicut piper, & eſt multos rum iuuamentorum. Aben meſuai.) Proprietas pi peris eſt, quod prohibet impregnationẽ ſuppoſitũ poſt coitum, & prohibet tortiones, & ventoſitates quæ ſunt in ſtomacho, & inteſtinis, & fcidit phlegma viſco ſum, & aggregatum in pectore, & pulmone, ne inteſtinis.

Et piper

Et piper qdem eſt calidum & humidum, & digerit ci-
bum, ac expellit ventoſitates ſtomachi, & intestinor,
aliter dicit ca. 253. & eſt febricitantibus nociuum. Liber quæſtionum.)
Si quis vtitur pipere multum, prouocat vrinam, & ſi
vtitur eo parum, laxat vētrem, & ſcamonea in hoc exi-
ſtit contraria. Xarchaindi.) Piper facit hominem ma-
crescere, & deficcat ſperma, & in pipere albo cum acui-
tate ſua eſt humiditas addenſiin ſpermate. Humaim.)
In tyriaca piper mundificat hepar, & ventrem, & pul-
monem, ac ſtomachum, & cōfert morſibus venenoſis,
& calefacit neruos, ac muſculos plus omni alia re.

DE SAPONE. CCCLVIII.

SAbon, id eſt ſapo. Paulus.) Virtus eius abſter-
git, & purificat. Albafari.) Sapo eſt bonus ad
maturandum apoſtemata, & ſaniem colligēdam,
& ad mollificanda apoſtemata dura. Rafis.) Eſt calis
dus, & vlcerat corpus, & eſt in hoc fortis.

DE KITRAN. CCCLIX.

De Cedro li. 1. ca. 89. KItran. Dioſcorides.) Eſt oleum quod egredit
ex ſerbin. Et ſerbin ſunt duæ ſpecies, vna eſt ar-
bor magna, & ex iſta eſt alkitran, habet fructum
ſimilem fructui cypreſſi, niſi quia eſt minor eo multō,
& ſecunda eſt arbor parua, ſpinoſa, habens ſimilitudi-
nem cū arbore iuniperi, & magnitudo fructus eius eſt
ſicut granum myrti. Melius aūt alkitrā eſt illud quod
eſt ſpiſſum, clarum, habens fortem odorem cum horri-
bilitate, & qū intingitur digitus in eo, non cito fluit ex
digito propter ſuam ſpiſſitudinem, & qū ſtilla eius ca-
dit i loco, remanet collecta, & nō expādit. Galenus.)
Specierum ſerbin cōplexio eſt calida & ſicca in tertio
gradu. Sed olei quod ex iſta arbore elicitur, ſubſtantia
eſt ſubtilis. Et virtus eius prima eſt calida & ſicca in
quarto gradu, & ſecunda deſiccat, & purificat carnem,
verum citius putrefacit carnem tenerā, duram vero pu
trefacit in tpe longo, & tertia cuſtodit corpora mor-
tuorum, & hoc quia eſt debilius ex medicinis putrefa-
ctiuis, expellit putrefactionem, & deſtruit quod eſt ibi
de humiditate abſq; eo qđ lædat membra radicalia. Sed
quādo applicatur corporibus viuis, calor corporis aus
get & fortificat virtutem eius, quare fit cauſa adurendi
carnem teneram & mollē, & propter hoc occidit pedi-
culos, & lendines, & lumbricos, & vermes aurium, &
qū fit naſale cum eo, corrumpit fœtum, & exit foras
mortuum. Et qū linitur virga cum eo in hora coitus,
deſtruit conceptum, & propter hoc eſt ex vtilioribus
medicinis, & fortioribus ad prohibendum impregnas
tionē, adeo quod accidit ei qui illo vtitur, vt fiat omnis
no ſterilis, Et quando diſtillatur ex eo in dente corro-
ſo, ſedat dolorem, & frangit dentem, & aufert liuorem
ſub oculo factum, & curat eriſipilam factam ab humo-
ribus groſſis. Et pinguius ex alkitran eſt illud quod eſt
optimum, ex eo quod colligitur in lana, qū ſuſpendit
ſuper ipſum dum coquitur, & eſt ſubtilius qū alkitran
totum, & eſt minus acutum, verum calefactio eius non
eſt minor multum reſiduo eius, & hoc reſiduum quod
remanet ex alkitran, eſt illud quod ex eo eſt ſpiſſum &
groſſum, & eſt ſicut id quod remanet ex ſpiſſitudine
olei, & ideo deuenit qū alkitran propter groſſitudinē
ſuam mordicat & aperit, & propter iſtam cauſam cō,
mouet vlcera, & facit ea apoſtemati, & qū linitur cum
illo alkitran ſublimato, calefacit multum, & mollifi
cat, & propter hanc cauſam liniuntur cum eo orificia
apoſtematum, et curat ea ſicut facit pix liquida. Et tunc
quidam qui adminiſtrant alkitran ad ſcabiem, & pru
ritum animalium. Sed grani ſerbin virtus eſt ſeperata,
adeo quod poteſt comedi, niſi quia facit ſoda, & cales
Li. 1. c. 83. facit corpus, & mordicat ſtomachū. Dioſcorides.)
Virtus alkitran eſt quod corrodit, & incidit corpora
viuorum, & conſeruat corpora mortuorum, & ſi fiat
feretrum, in quo reponatur corpus defunctī, ex ligno
ſerbin, præſeruat corpus nē corrumpatur, & propter
hoc quidam nominant ipſum vitam mortuorum. Et
alkitran adurit plantas & corā, propter nimietatē ſuæ
caliditatis, & deſiccationis, & ipſum ponitur in colly-
riis ad acuendum viſum, & abſtergit albedinem oculi,
& cicatrices ſeu maculas remanentes poſt conſolida-
tionem vlcerum cornee, & qū diſtillatur in aurē cum
aceto, occidit vermes earum. Et ſi miſcetur cum aqua
in quā coquitur hyſopus, & diſtillatur in aures, remo-
uet tinnitum & ſibilum earum, & ſi ponitur in dente
corroſo, ſedat dolorem eius, ac frandit dentem, & qū
ſumitur in potu cum vino, confert morſui ſeporis ma-
li, & qū bibitur cum rob, & ſale pauco, confert mor-
ſui ſerpentis, & qū fit ex eo linitio ſuper elephantiam,
confert, & datur ex eo vncia vna cum dimidia, & muns
dificat vlcera pulmonis, & curat ea, & qū fit cliſtere eū
eo, occidit lumbricos magnos & paruos, & qū fit naſa-
le cum eo, corrumpit fœtum, & ſi quis inunxerit virgā
cum eo in hora coitus, prohibet impregnari, & qū fit
linitio cum eo, confert apoſtematibus faucium, & ſqui
nantiæ, ſit autem oleum ex eo, qū colligitur cum lana
quæ ſuſpenditur ſuper ipſum, quando coquitur, ſicut
colligit ex pice. Et virtus eius eſt ſicut virtus alkitran,
niſi quia ipſum proprie curat ſcabiem pecudum, & ca-
num, & aufert pruritum eorum, & incarnat, & conſo-
lidat vlcera eorum, poſt abraſionem pilorum ab vlce-
ribus. Fumus vero alkitran colligitur ſicut fumus pi-
cis, & virtus fumi eius eſt ſicut virtus fumi picis. Sed
fructus ſerbin dicitur chedrides, & virtus eius eſt cale-
factiua, & eſt ſtomacho nociuus, ſed confert tuſſi, &
attritioni lacertorum, & diſtillationi vrinæ, & quando
bibitur cum pipere tritus, prouocat menſtrua, & con-
fert quando bibitur cum vino, ei qui bibit leporē ma-
rinum, & quando miſcetur cum adipe cerui, aut cum
cerebro eius, & linitur corpus, cum eo, non approxi-
mant ei animalia venenoſa, & ipſum intrat in confec-
tionibus antidotorum.

DE CINERIBVS. CCCLX.

KAmad, id eſt cinis. Galenus.) In cinere ſunt
qualitates contrariæ, eo quod eſt ibi pars terrea,
& pars velut fumoſa, & iſta eſt ſubtilis, ſed qū
miſcetur ei aqua, recedit cum ea, & remanet pars ter-
rea quæ eſt debilior, & non ineſt ei mordicatio, qa eua
nuit virtus illa acuta cum aqua quæ erat in ſubſtantia
illa fumoſa, quoniam qū miſcetur cum cinere,
ſubſtantia iſta ſubtilis admiſcetur cū aqua ſtatim, ſicut
dixi ſupra, & non ſeparatur ab ea. Cinis autem diuer-
ificatur in genere ſuo ſecūdum diuerſitatem lignor,
ex quibus fit, quia ex eis eſt ſuper quem vincit ſtypticis
tas ſicut cinis factus ex ligno arboris glandium, & ar-
boris maſticis, & hypoquiſtidos, & aliorum ſimilium
quæ habent ſtypticitatem tantam; ego reſtrinxi fluxum ſanguinis cum iſtis cineribus. Sed cinis arboris
ficus non adminiſtratur ad hoc, eo qđ in ipſo eſt acuitas
multa, & aduſtio, & abſterſio, & ideo eſt qū iſte cinis eſt
contrarius cineri quercus. Et volo dicere qđ pars fumo
ſa quæ eſt in eo, eſt alia a parte fumea, quæ eſt in aliis ci
neribus, & pars terrea etiam quę eſt in cinere quercus,
declinat ad ſtypticitatem, & in cinere ligni ficus eſt ab-
ſterſio, & dicitur qū medicinæ qū comburunt, excoriāt
propter cōbuſtionem eorum, & acquirunt ab aduſtio-
ne rem igneam, & propter hoc pars ignea ſeparatur ab
eo per ablutionem, qū ergo lauantur, remanet terreū
frigidū, deſiccans ſine mordicatione, & dixit in nono,
aqua cineris intrat in putrefactientibus, & adurit ſine
dolore propter ſuā ſubtilitatem, & ſecundum acuitatē
cineris eſt acuitas aquæ eius. Et dixit in ſeptimo, aqua
cineris eſt abſterſiua, & in hoc quædam ex eis fortior
eſt, & quædam debilior, & vtplurimum aquæ cineris
ſunt abſterſiuę oēs, excepto cinere ficus, et laćticinior,
& iſtæ

& iſtæ duæ aquæ ſunt in virtute ſua propinquæ medi-
cinis putrefactiuis, ſed aquæ aliorum cinerum in vir-
tute ſua ſunt abſterſiuæ, & deſiccatiuę, ſecundū virtutē
lignorum, ex quibus cineres fiunt.

De groſſis li.1.c.146

Diſcorides.) Operatio aquæ cineris ficus agreſtis, & domeſticæ, eſt, quod rami earum aduruntur, & colligi tur cinis, & deinde infunditur cinis in aqua, & dimitti tur ſic horis aliquibus, & colatur, deinde ponitur iterū ibi cinis alius, & fit ſæpe hoc idem, & confert vſus eius ad vlcera fraudulenta, & comedit carnem creſcẽtem in vlceribus, & valet cancro infuſa ſpongia in ea, et poſita ſuper ipſum, et adminiſtratur in aliquibus hydropicis, quia infunditur ſpongia in ea, & ponitur ſuper tumo rem, & fit cliſtere cum ea ad vlcera inteſtinorum, & ad fluxum antiquum, & adminiſtratur in vlceribus fraudulentis, quia aufert carnẽ corruptam ab eis, & incarnat & conſolidat ea, ſicut faciunt medicinæ aliæ, & coolatur, & clarificatur ex ea, & datur in potu vncia vna & ſemis, cum pauco oleo, ad ſanguinem coagularū, & ad calidum, & attritionem, & datur de ea ſoluū vncia vna & ſemis, patienti fluxum ventris, & ad vlcera inteſtino rum. Et qñ miſcetur cum oleo, & linitur inde corpus, prouocat ſudorem, & confert doloribus neruorum, & paralyſi, & bibit eam ille, cui datum eſt gypſum in po tu, & ei, quem rutella momordit, & confert. Faciūt aūt hæc omnia ſpecies aliæ aquarum cineris, & proprie ci neris arboris glandium, & omnes ſunt ſtypticæ.

DE ESVLA. CCCLXI.

De pityuſa li.4.c.146.

SCobram, id eſt eſula. Dioſcorides.) Eſt planta habens ſtipitē extēſum in longitudine vnius bra chij, habens nodos multos, & ſuper ipſum ſunt fo lia parua, ſubtilia, acutarum extremitatum, ſimilia fo liſs pini, & habet paruos flores, purpurei coloris, & ſe men latum, ſimile lenti, & radicem album, groſſum, ple nam lacte, & hęc planta eſt ſimilis quodāmodo lactici nio, quod dicitur cyperiſios. Reperitur aūt hæc planta magna in aliquibus locis. Galenus.) Quidam puta uerunt, q hæc ſit ex ſpeciebus lacticiniorum, eo q habet lac, ſicut illa habent, & lacat ſicut illa, & virtus eius etiam in aliis proprietatibus eſt ſicut virtus illarum.

Li.4.c.167

Dioſcorides.) Si de radice eius accipiatur drachma vna, & bibatur cum melicrato, laxat ventrem, & folia eius laxant, ſi accipiant de eis iij. oleginat. Et ſi de ſemi ne eius accipiat drachma ſ. laxat cholerā & phlegma, & ſi ſumatur ex lacte eius pondus drachmæ vnius, facit hoc. Aben meſuai.) Scebram proprietas eſt ſicut me zerion, & qui vult ipſum accipere, præparet illud, ſicut præparatur mezerion, niſi quod ponat loco abſinthij roſam, & dragagantum, & bibat ipſum cū aqua mellis, aut cum rob, aut cum decoctione mellis, aut cum hole re iameno. Et doſis eius eſt ab vno kirat vſq; ad. iij.

Paulus.) Scebram laxat aquam citrinam, qñ bibitur cum ſauich. Aben meſeha.) Laxat phlegma & me lancholiam. Liber venenorum.) Id quod de ipſo occidit, eſt pondus drachmarum duarum, & abſcindit fluxū qui accidit ab eo, federe in aqua frigida, & proiſs cere ipſam ſuper caput eius. Habix.) Scebram eſt ca lidum in tertio gradu, & ſiccum in principio ſecundi, & eſt in eo cum hoc ſtypticitas, & acuitas, ita, q qñ ali quis ſumit de eo in potu, inuenit ex eo in gutture ſuo ſtypticitatem. Et antiqui vtebantur eo, & inuenere in operatione eius nocumentum, habentibus calidam cō plexionem, & q̄ inducit febrem potanti ipſum, & cū hoc toto nocet habẽtibus hæmorrhoidas. Nam aperit venas ani, & prouocat fluxum ſanguinis earum, ga ve næ illæ de natura ſua ſunt fluxibiles. Cum ergo ſentiūt ſtypticitatem & ſiccitatem ſcebram, facit eos tumeſce replus, & fluere, q̄ ſcebram facit duabus qualitatibus quas dixi hoc, & propter fluxum eriā & medicinę quæ laxant cum ſtypticitate & acuitate, ſicut ſcebrā, & me zerion, faciunt hoc. Sed operatio eorum ſtypticarum, quę ſtringunt naturam, ſicut ſunt glandes, & caſtaneę, & granula paſſularum, & cortex granati exterior, & katarhich, & galla, & myrtus, & grana eius, & ſimilia iſtis. Ex medicinis ſtypticis eſt operatio contraria ope rationi ſcebram, & mezerion, quia ipſæ ſtringunt na turam, & reſtringunt venas illas, & abſcindunt ſanguinem ab illis fluentem. Et ſcebram q̄dem qñ rectificat, confert iuuamentum manifeſtū, & habet proprietatē in ſoluēdo aquā citrinam, & in colica, & melancholia, & laxat phlegma groſſum aggregatum in iuncturis. Et melius ex ſcebram eſt, cuius color eſt rubeus, leue, habens cortices ſubtiles. Sed illud quod nō eſt ita, ſed eſt groſſum, & non eſt rubeū, niſi parum. Et qñ vis ipſum frangere, nō frangitur facile propter ſuam groſſiciem, & apparet in eo ſimile filis. Et eſt deterius ex ſcebram. Et tu inuenies oſa iſta in ſcebram agreſti. Sed ſcebram Perſidæ eſt deterius aliis. Et rectificatio eius eſt, quod accipias ex eo quantitatē quam uis, & infunde illud in lacte, & dimitte ipſum illic per diē & noctem, & caue, ne amplius dimittas, ne eius operatio debilitet ad chi mos expellendos malos a corpore, & oporter te lac mu rare in die illa & nocte bis aut ter, quia ſic expoliatur a ſtypticitate & ſiccitate, quæ ſunt in eo. Et ſi vis ipſum cum medicinis aliis admiſcere, miſce illas cum his, quę conueniunt ei, ſicut ſunt aniſum, & fœniculum, & cy minum, turbith, & myrobalani, quia iſtæ medicinæ, & ſi ſit in ſapore earum ſtypticitas, tñ ipſæ non ſunt ita acuræ ſicut ſcebram, quia in eis eſt cōplexio, qua iuuat corpus plus q̄ñ in ſcebram, & ipſæ ſubtiliant ipſum, & auferunt acuitatem eius. Et qñ tu vis curare colicā fa ctam a ventoſitate groſſa, aut a phlegmate, aut ab apoſ ſtemate, vel oppilatione cum eo rectifica illud cū bdel lio, & ſerapino, & armoniaco, & fac pilulas cum illo, & pone cum eis parum ex ſtercore lupi albo, ſicut ceruſa, aut quod reperitur ſuper ſpinas & herbam, aut album, ſicut lapis albus. Et ſi vis ipſum extrahere a lacte, & de ſiccare, infunde ipſum poſtea in ſucco endiuię, ſolatri, & fœniculi, de quibus extractus ſit ſuccus, & clarifica tur, & fiant in de trociſci, & temperentur cum modico ſale Indo, & turbith, & myrobalanis citrinis, & aloe, nam infurgent inde medicinæ iuuatiua multū. In lacte non ſunt ſcebram nō exiſtit aliquod iuuamentū, immo no cet recipienti ipſum. Et medici viatores occidunt eum eo multos, propter paucitatem ſcientiæ eorum. Et ego quæſiui ab aliquibus ex eis, quæ eſſet hæc medicina, quam ipſi dabant potu, & ſciui, quod erat lac ſcebram, cum oleo ſiſamino, & ſoluebat aliquos vſq; ad mortē. Et ex his ſunt quidam accipientes myrobalanos, & po nentes eos in colloquintidam humidā, extrahētes myr robalanos a colloquintida, & iterum ponunt myroba lanos in aliam colloquintidam, deinde dant vnū myr robalanum ſolum in potu, & laxat, donec occidit. Et iſtæ quidem medicinæ ſunt ignis, quare non debent dici medicinæ, ſed potius venena. Et q̄dam ex eis ſunt dāres in potu kafartim, & eſt in ea de malicia & deſtruc ſtione cōplexionis, & de cōmotione choleræ hepatis, & ipſius oppilationeres, quam eſt impoſſibile extima ri. Et quidam dant in potu de arthanita, qua lauatur lana, & dealbatur, & eſt prope maliciam kafartim, & haltirih, & eſt herba naſcens ſuper flumina, & lignum eius eſt rubeum, & folia videnteſſe purpurea, & qñ in ciduntur, egreditur lac ab eis, ſicut ex ſcebram. Et qñ ponuntur folia eius ſuper corpus, faciunt rubere locū, & fortaſſe vlcerant, ſi ponātur ſuper carnem mollem. Et oſa iſta, quæ faciunt rubere exteriora corporis, non debent dari in potu. Et illi, quos ego dixi, dant in potu lac iſtarum herborum, & oēs ſunt perniciofæ, deſtruē tes cōplexionem humanam cum vomitu, & fluxu ven

tris,

tris, quare dimittere eas omnino est melius, q̃ dare. Et dosis ex scebram quando rectificatur, secundum quod dictum est cũ aliis medicinis, est a duobus dauich vsq; ad quatuor, secundum virtutẽ, & ætatem, & tempus.

DE SEITARAGI. CCCLXII.

Seitaragi, id est hausab. Galenus.) Virtus eius, & sapor, & odor, sunt similia virtuti, sapori, & odori nasturcij, nisi quia est minus deficcatium ipso, & calefacit in quarto gradu. Dioscorides.) Est plãta nota, & administratur cum lacte, & aqua, & sale. Et virtus foliorũ eius est calida vlceratiua, & ꝓpter hoc fit emplastrum cum eis sciaticæ, & pungit multum qñ teritur, & miscetur cum radice enulæ, & dimittitur sup locum spacio vnius horæ, & similiter ponitur sup splenem, & linitur scabies vlcerosa cũ ea, & aufert eam, & delet maculas vnguiũ, & confert baras, & dolori sciæ. Et quidam putauerunt, quod radix seitaragi suspendat in collo habentis dolorem dentium, & sedat illum.

De lepido li. 2. c. 167

DE SINAPI. CCCLXIII.

Cardel, id est sinapis. Dioscorides.) Eligendũ est illud, quod non est siccum nimis, neq; extenuatum, habens granum grossum, & qñ frangitur, est album interius, & est humidum, nam istud tale est nouum bonum. Galenus.) Virtus sinapis prima calefacit, & deficcat in quarto gradu. Sed in agresti est abstersio, & resolutio, & secundũ cibũ generat humores malos. Dioscorides.) Virtus sinapis calefacit, & subtiliat, & attrahit qñ masticatur, & qñ teritur, & miscetur cum aqua, & temperatur cum hydromelle, & fit inde gargarisma, cõfert apostematibus radicis linguæ, & asperitati antiquæ cannæ pulmonis, facto cũ eo gargarismate. Et qñ fit emplastrum cum eo & rebus conuenientibus ad hoc, resoluit scrophulas. Et qñ teritur, & applicatur naribus, cõmouet sternutationem, & cõfert epilentricis, excitãs eos, & mulieres habentes præfocationẽ matricis, & confert lethargiæ, facto emplastro cum eo super caput, euellis primo capillis per abrasionem. Et qñ miscetur cum ficubus pinguibus, & ponit super cutem, donec rubeat, confert sciaticæ, & duriciei splenis. Et cõuenit proprie oĩbus doloribus antiquis, qñ volumus attrahere humorem aliquem ab interioribus ad exteriora corporis. Et qñ fit emplastrum cũ eo, curat alopeciã. Et qñ miscetur cum melle & acetabulo, aut cum cera dissoluta in oleo, mundificat faciem, & aufert maculam, seu liuorem sub oculo existentem, & coquit cum aceto, & linitur cum eo scabies vlcerata, & impetigo. Et quando teritur grosse, & datur in potu aliquibus, confert febribus periodicis, & confert grauitati audius, ac tinnitui aurium, & quando teritur, & miscetur cum aqua & melle, & fit inde collyrium, cõfert obscuritati visus, & pruritui palpebrarum. Et exprimit succus sinapis a semine recente, & deficcatur in sole.

De sinapi li. 2. c. 146

Li. 1. c. 146

DE MEDICINIS FRIGIDIS ET ficcis quarti gradus. Et primo de papauere & opio. CCCLXIIII.

Haxthax, id est papauer. Dioscorides.) Sunt ei mulræ species. Nam ex eo est domesticum, quod seminatur in hortis, cuius capita sunt oblonga, & semen eius est album. Et ex eo est agreste. Et sunt ei duæ species. Vna earũ est, habens caput depressum, & semen eius est nigrũ. Et species alia est, q̃ habet caput oblongũ, minus tñ altero, & nofatur sed. Et ex eo est cõcussum, eo qd flos eius ipso cõcusso cadit cito. Et ex eo est alamacharam, & est cornutũ, quod nascitur iuxta mare in litteribus. Et ex eo est zebeoli.

De papauere satiuo li. 4. c. 55.

Galenus.) Semen papaueris domestici inducit somnum temperate, qñ pulueriz atur in pane, aut miscetur cum melle, & comeditur, Sed conc ussum semen eius infrigidat fortiter, & propter hanc causam non est aliquis, qui eo solo vtatur, qui effugiat nocumentũ eius, eo quod facit dormire fortiter. Et gũmi huius papaueris & succus eius est opium. Sed sed, id est liquidum, intrat plus in medicinis, videlicet, semen eius, & capita, & folia eius, & lac. Et virtus eoꝝ prima infrigidat in quarto gradu. Et secunda est virtus narcotica, mortificatiua. Dioscorides.) Virtus triũ ſpecierũ, inteligo domestici, & agrestis, est infrigidatiua, & ideo si coquantur eorum folia cum capitibus suis in aqua, & infundatur decoctio illa super caput, facit dormire, & datur ex ea non valentibus etiam stomire. Et qñ teritur folia eius fortiter, & miscentur cũ sauich, & fit inde emplastrum apostematibus calidis, & erisipilæ, cõfert & conuenit eis. Et teruntur capita papaueris recentia, & fiunt inde trocisci, qui siccantur, & reponuntur, & administrantur. Et qñ coquuntur capita papaueris, cũ aqua, donec consumetur medietas aquæ, deinde admiscetur illi decoctioni mel, & coquatur iterum, donec mel coaguletur, & fit inde loch, & est valde bonũ tuſſi, & superfluitatibus descendentibus ad cannam pulmonis, & fluxui ventris, antiquo. Quando vero admiscetur ei acacia, & hypoquistidos, fit ad hoc fortius.

Li. 4. c. 55.

Semen vero papaueris nigri teritur fortiter, & datur in potu cum vino ad fluxum ventris, & ad cursum humiditatum antiquarum ex matrice. Caue tamen a nimietate eius, ne inducat suberth, aut lethargiã, vel mortem. Et teritur cum aqua, aut cum oleo rosaceo, & fit inde emplastrum fronti, & tẽporibus ad vigilias, & ad dolorem capitis. Gummi vero papaueris nigri, & est opium, & succus eius infrigidat plus qꝫ semen, defiscat, & ingrossat. Et qñ de opio sumitur parua quantitas, ficut granum orobi, sedat dolores, & facit dormire, & maturat, & confert tuſſi, & fluxui antiquo. Quãdo vero sumitur magna quantitas, facit suberth, & post occidit. Et miscetur cum oleo rosaceo, & linitur inde caput, & confert sodæ. Et qñ miscetur cum oleo rosaceo, & myrrha, & croco, & distillatur in aurem, cõfert dolori eius. Et qñ miscetur cum vitello oui assati, & croco, confert apostematibus oculoꝝ. Et qñ dissoluit in aceto, conuenit erisipilæ, & exturis calidis, & quando miscetur cum lacte mulieris, & croco, est bonũ pos dagræ, & fit ex eo suppositorium paruum, & ponitur in anum, & facit dormire. Melius vero quod est ex isto gummi, est graue, amari saporis, & facilis resolutionis in aqua, lene in tactu, & album qñ fuerit resolutũ, non asperum, neq; granulosum, neq; coagulatum cum fuerit dissolutum in aqua, sicut facit mum. Et quando ponitur in sole, dissoluitur, & si appropinquet igni, iniciditur cito, & flãma quam emittit, non est obscura, & qñ extinguitur, fit odor eius fortis, nõ malus. Adulteratur autẽ, admixto ei sief memithe. Sed qñ dissoluit in aqua, apparet ibi res similis croco in colore, & adulteratur cum succo lactucæ. Et cognitio illius est, quando dissoluit, est debilis odoris, & asperi tactus. Et adulteratum cum gũmi cognoscitur, quia habet virtutem debilem, & colorem clarũ, & qñ tangitur, adhæret manui. Et sunt quidam, adulterantes ipsum cum adipe, miscendo ipsum cum eo fortiter, donec rubeat. Vsus autẽ opij in collyriis est in oculis. Verum Diagoras refert, qđ Erasistratus vitabat vsum opij ſophthalmia, & non vtebatur illo in ægritudinibus oculoꝝ, nec in aliqua ægritudinum aurũ. Nam dicebat. Quod opiũ debilitat visum, inducens suberth. Et Andreatos dixit. Quod nisi ipsum esset adulteratum, induceret coscitatem oculis, quibus intromitteretur. Et Mesides mus quidem dixit. Quod inuamentum opij est solum in odore, faciẽs dormire. In aliis vero modis omnibus vsus illius est malus, & periculosus valde. Sed omnes

iſti errauere. Nam id, quod experimẽtatores teſtificati ſunt de virtute opij, operatio eius verificat per experiẽtiam. Et opium quidem eſt gummi papaueris, & fit ſecundum hunc modum. Mane poſtq; Sol deſiccauerit rorem, qui cecidit ſuper plantas, ſiunt fixuræ in capitibus papaueris ſubtiles, cum cultello, nõ profunde, ſed ſuperficialiter, ne transfigatur cortex papaueris. Deinde quando gũmi ſeu lac egredietur a fixuris factis a cultello radatur recte ſuper quamlibet fixuram, & non comprimatur a raſorio, ne abradatur cum eo cortex papaueris. Accipiatur ergo gummi iſtud, & coadunetur in coclea, & qñ collegeris ab omni papauere per ordinẽ, redi ad primum papauer, & collige iterum id, quod inuenis aggregatum ſuper fixuras, & redi ſic ter faciẽdo, donec aliquid eſt aggregatũ ſuper fixuras. Accipe ergo hoc gũmi, & aggrega illud in vaſe mundo, & tere bene ſimul, & fac inde trocifcos, & repone. Fit autem opiũ alio modo. Nam accipiuntur folia & capita papauerũ, & teruntur bene, & exprimuntur cum rorculari, & colligitur ſuccus, & ponitur in vaſe, & teritur bene, donec poſſunt fieri trocifci, & reponunt. Et hæc ſpecies opij vocat meconiũ, & virtus eius eſt debilior virtute alterius.

De papauere caniculato lib. 4 ca. 162.

Sed papauer cornutum habet folia alba, & pinguia, & piloſa, ſimilia foliis plantæ, quæ ſtomus dicit, ſciſſa in partes eius, & habet ſummitates altas, ſicut folia papaueris agreſtis, & ſtipitem ſimilẽ ſtipiti eius, & habet florem glaucum, vel citrinum, & habet ſemen minurũ in vaginis ſubtilibus, longis, & curuis, ſicut cornua, & ſicut fœnũ græcum, & propter hanc cauſam nominant ipſum cantidas meconceratides, & expoſitio eius eſt papauer cornutum, & ſemen, quod eſt incluſum in illis vaginis, eſt minutum, nigrum, & aſperum, & naſcitur in partibus marinis & aſperis. Galenus.) Virtus eius ſecunda abſtergit, incidit, diſſoluit, & diminuit. Et tertia eius virtus eſt, quod qñ coquitur in aqua, uſq; ad conſumptionẽ medietatis, confert ægritudinibus hepatis. Et flos eius & folia conferunt multum aſpatibus, vel vlceribus ſordidis. Et oportet quod caueat, poſtq; fuerint mundificata, quia abſtergunt nimis, quouſq; diſſoluunt & minuunt carnem. Et ipſa quidem delent eſcaras eog; aduſtas. Dioſcorides.) Quando coquit radix huius plantæ cum aqua, vſq; ad conſumptionem medietatis, & datur in potu decoctio eius, confert ſciaticæ, & doloribus hepatis, & confert habentibus in vrinis ſuis velut telam araneam, & eis, quorum vrina eſt groſſa. Et quando ſumitur ſemen eius in potu, ad quãtitatem duorum kaſuf, cum melicrato, laxat ventrem leuiter. Et qñ cum floribus & foliis eius fit emplaſtrũ, eũ oleo, aufert fraudulentiam vlcerum. Et qñ fit cohol cum eis oculis animaliũ, aufert vlcera facta in cornea, quæ dicuntur argamen, & illa, quæ dicuntur ſcealia. Et quidam errant in hac planta, putantes quod ex ea exprimitur ſuccus, quo fit ſiet memithe, & error eorũ eſt propter ſimilitudinem, quã habent in foliis ſuis cũ memithe. Sed dabre eius longitudo eſt fere vnius palmi, & folia eius ſunt parua multum, ſimilia foliis ſtorobion, & iuxta folia eſt ſemen album, & tota planta eſt alba, & virga eius, & folia, & ſemen, ſunt ſimilia virgæ, & foliis, & ſemini turbith in ſua albedine, & habet radicem ſubtilem, & naſcitur in multis locis, & colligitur ſemen eius, poſtq; fuerit bene maturum, & hoc fit in æſtate, & deſiccatur, & reponitur. De quo quãdo accipitur pondus duorum kaſuf cum melicrato, mundificat ſtomachum per vomitum, & purgatio hæc eon fert proprie epilenticis. Galenus.) Semen huius plãtæ purgat phlegma. Raſis.) Galenus confirmauit in libro venenorum, quod opium eſt frigidũ & ſiccum, & confert fluxui ventris, & vlceribus inteſtinorum. Et doſis eius eſt ab vno dauich vſq; ad duo, & quantitas excidens ex opio, eſt drachmarum duarũ. Et dixit

De papauere caniculato lib. 4 ca. 170.

in tertio libro de tyriaca, quem miſit ad Cæſarem, Opium ſi detur habentibus ſoda antiquum, euadunt a morte, & ſi detur eis, quorum virtus diſſoluitur proper vigilias, curat eos, eo quod facit illos dormire, & ſic facit redire virtutem eorum. Et dixit Galenus in libro de ingenio ſanitatis, quod opiũ, & iuſquiamus, & mandragoræ, deficcant vlcera. Raſis.) Eſt in carne ſana deſiccatiuũ magis. Ioannes. Abenmeſuai.) Decoctio papaueris albi, qñ lauatur caput eũ ea, facit dormire tẽperate; & ſi aliquis ea inimis vratur, inducit ſubeth, & ſi ſumatur in potu, cõfert tuſſi factę ab humi ditatibus calidis, deſcendentibus a cerebro, quia expel lit eas, & maxime qñ ſumitur cum aqua pluuiæ, & vino, propter ponticitatem quæ eſt in aqua pluuiæ.

DE NVCE METHEL. CCCLXV.

IEum methel, id eſt nux methel. Iahi. Eben albaſtarich.) Eſt fructus ſimilis nuci vomicæ, & ſemen eius eſt ſimile ſemini citri. Haeſe.) Nux methel eſt ſimilis nuci vomicæ, & ſemen eius eſt ſimile ſemini mãdragoræ, & corſex eius eſt aſper, & ſapor eius eſt deſectabilis, & vnctuoſus, & virtus eius eſt frigida ſ quarto gradu. Et ſi detur ex ea ſpotu vnũ kirath cũ vino, febriat fortiter; & ſi dentur duo aurei, occidit ſtatim. Raſis.) Ieuz methel ẽ narcotica, & fortaſſis occidit, & oppilat, & ſedat, & facit vomere. Et diuitin ſemein, qd ſi detur ex ea drach. quinq;, inebriat fortiter, & ſi detur ex ea multum, occidit. Et oportet illum qui ſumpſit eam, vt accipiat poſt ipſam butyrum calidum, & ponat extrema eius in aqua calida, & fiat, vt ſatis euomat, & curetur cura eius, qui ſumpſit mandragoram.

COMPLETVS EST TRACTATVS quintus, de medicinis quarti gradus, cum quo cõpleſt ſermo de medicinis, quę ſumunt ex plantis, & ex his quę ſiunt ex eis.

SERMO SECVNDAE PARTIS libri in medicinis ſimplicibus.

TRACTATVS DE MEDICINIS, quæ ſumuntur ex mineris, & ex lapidibus, & ex lutis. Et ſunt xliij. Medicinæ

DE ANTIMONIO. CCCLXVI.



De libro 5. c. 49.

ITmad, id eſt antimonium. Dioſcorides.) Melius ex eo & fortius eſt illud, quod quando frangitur, habet in fracturis ſuis claritatem, & luminoſitatẽ, & eſt interius lene, mundum, non habens aliquid admixtum ex terra vel ſorde aliqna. Galenus.) In hac medicina eſt virtus ſyptica exiccatiua, idcirco miſcetur ophthalmicis medicinis, quæ vere formantur in collyriis, quæ deficcant,

Et dixit in quarto cathagenis, Antimonium eſt ſiccius qñ nitrum. Dioſcorides.) Virtus antimonij eſt deficcatiua, ſyptica, conglutinatiua, infrigidatiua, aufert carnem ſuperfluam vlcerum, incarnat, & conſolidat ea, & mundificat ſordicies eorum, & aufert ſordicies vlcerum oculorum, & ſtringit fluxum ſanguinis venarum, quæ ſunt in panniculo cerebri. Et vniuerſaliter virtus eius eſt ſimilis virtuti plumbi aduſti. Et qñ miſcetur cum aliquo adipe recenti, & linitur ſup ignis combuſtionem, prohibet fieri puſtulas ibi. Et quando miſcetur cum mum, & ceruſa, conſolidat vlcera facta a combuſtione ignis. Et aſſatur antimonium ſecundum iſtum modum. Miſcetur cum adipe, & dimittit in prunis tãdiu, donec inflammetur, deinde remouet a prunis, & extinguitur in lacte mulieris, quæ peperit maſculum, aut in vrina pueri, aut in vino antiquo. Fit autem aliter, nam ſolum ponitur ſuper prunas, & inſuffiatur

De papauere ſtuſneo lib. 4 ca. 170.

Lf. ca. 49

sufflatur tãdiu, donec inflammetur, deinde remouetur a prunis, nam si plus stareț, fieret sicut plũbum. Abluitur autem ficut climia, & æs ystũ. Et sunt quidam, qui lauant ipsum, sicut lauatur scoria æris. Bedigoras.) Proprietas eius est, conferre epilepsiæ, & superfluitatibus grossis.

DE MINIO. CCCLXVII.

ASrengi, id est minium. Alexander, Paulus, & Alchindi dicunt.) Quod ipsum est azarcon.

Et alij dicunt, quod alrengi fit ex plumbo, qñ ponitur in igne, & inflammatur, & fit rubeum, confert exituris, appositum in vnguentis, bullitum in oleo, aut cum aliquibus ex oleis odoriferis, & posita ponitur in vnguentis, & ipsum quidem est deficcatiuum, cõglutinatiuũ, & mundificat vlcera, & aufert carnem putridã.

Nota quia dubium. De auripigmento lib. 5. ca. 70.

Dioscorides.) Cęrusa comburitur secundum hunc modum. Accipitur cærusa, & ponitur in vase cõcauo, mundo, postęq; fuerit trita, & ponitur super ignem, & mouet semper, donec rubefcat, & fit velut auripigmẽtum rubeum. Et quidam nominant hoc sandax. Galenus.) Quando comburitur plumbum, vel cęrusa, mutatur, & fit alrengi, & est res subtilior eo, sed non ita seruatiua. Alchindi.) Accidit ei, qui bibit alrengi, illud, quod accidit ei, qui bibit lithargyrum, ex grauitate in stomacho suo, & coarctatione anhelitus, & mania, & alia his similia, & crura eius, sicut crura illius, qui bibit lithargyrum.

DE CERVSA. CCCLXVIII.

AFfidegi, id est cerusa. Galenus.) Virtus eius prima est infrigidatiua. Et secunda est conglutinatiua. Dioscorides.) Cerusa assatur secundum hunc modum. Accipitur testa noua ex terra Anchici, vel Archacha, & ponitur testa super prunas, & puluerizatur super ipsam cerusa post trituram eius, & mouetur fine interpolatione, & qñ fuerit conuersa in colorem cineris, remouetur ab igne, & infrigidatur, & administratur. Et adurtur iterum secundum hunc modum alium. Ponitur cęrusa in vase concauo, postq; teritur, & ponitur super prunas, & mouetur tãdiu, donec fiat sicut auripigmẽtum rubeũ, deinde remouetur ab igne, & administratur. Quæ sic præparata, dicitur a quibusdam sandicon, & istud est minium: quære in capitulo de minio supra. Et nominant id sarchon, quasi voluerint dicere, sandicon, & in alia translatione nominatur sandix. Lauatur autem cærusa sicut climia.

De cerusa li. 5. ca. 51.

Et virtus eius est infrigidatiua, resolutiua, conglutinatiua, & mollificatiua, replet vlcera carne subtili, & aufert carnem superfluam vlcerum, & incarnat ea, posita in cerotis, & in vnguentis, quæ dicuntur lachrarii, & in trocifcis, & cerusa cum hoc est medicina interficiens.

DE GYPSO. CCCLXIX.

GEpsum, id est gypsum. Galenus.) Gypsum non administrat, nisi exterius. Et virtus eius prima desiccat, & secunda conglutinat, & oppilat, & hoc ideo, qñ ipsum facit aggregationem partiũ cito, & tertia confert fluxui sanguinis, mixtum cum medicinis siccis, quia gypsum solum fit durum sicut lapis, & propter hanc causam oportet ipsum admisceri cum albumine oui subtili, qñ administratur in doloribus oculorum cum puluere molendini, quæ aggregatur, quando euolat ex farina frumenti super parietes, & tecta molendini, & cum pilis leporis, & cũ aduritur, mixtuitur de viscositate sua, & augetur eius subtilitas, & desiccatio sua, & fit stypticum, & maxime qñ conficit cum aqua & aceto. Dioscorides.) Habet diaphanitatem sicut vitrum, & melius ex eo est illud, cuius laminę sunt latæ. Habet virtutem stypticam, conglutinatiuam, abscindit fluxum sanguinis, & prohibet sudorẽ, & quando bibitur, occidit suffocando. Sed qñ aduritur, habet virtutem subtiliatiuam, & desiccatiuam parum, & stypticam, qñ miscetur tritum cum aqua & aceto, & virtus eius est similis virtuti Iuti samij, nisi quia ipsum est magis stypticum, & est infrigidatiuum satis, & propter hanc causam, quando miscetur cum aliquo liquore conueniente ad hoc, & linitur super frontem, stringit sanguinem narium. Ponitur autem cum medicinis, quæ fiunt ad vlcera intestinorum, & ad fluxum antiquum ventris, & menstruorum.

De gypso li. 5. ca. 81.

DE LAPIDE PHRYGIO. CCCLXX.

DIfrigis, id est lapis Phrygius. Dioscorides.) Species eius sunt tres, vna est quæ reperitur in Cypro solum, & est substantia ex glebis terræ, & nascit in puteis, & sub aqua in illa insula, quæ postęq; extrahitur de sub aqua, deficcatur in sole, & deficcatus aduritur super terram, circumpositis lignis. Alia vero species est flex æris, quæ colligitur quãdo purgatur æs a grossitiebus suis, & hoc qñ refusum est æs, & proficit aqua super ipsum donec infrigidatur, & extrahit a boeis, & est forma in qua proficit, & reperitur sub eo hæc species, & habet de stypticitate æris, & sapore suo, Tertia vero species est ex marchasita, quando pluribus diebus coquitur sicut calx, & quãdo color eius fit sicut color magręæ, extrahitur a fornace, & reponitur. Et sunt quidam qui putant qp sit quarta species, ex eo quod est ex lapidibus a quibus extrahitur æs, nam quando inci duntur in crucibulo, in quo conflatur æs, & extrahunt postea lapides, reperit satis ex eo, Melior autem & magis electus difrigis est ille, in cuius sapore reperit sapor æris & zinzar, & est stypticus, deficcans linguam fortiter sicut alumen. Galenus.) Virtus huius primain sapore est composita, nam est ibi res stiptica, & res parũ calida, & virtus eius secunda incarnat, & consolidat bene, & tertia cõfert vlceribus corrosiuis, & intrat in medicinis vlcerum oris, similiter solus administrat, aut cũ melle, & confert speciebus squinantię, postęq; remotus est, & prohibet cursus humorum, qui fluebant ad hoc membrum. Et ego quidem iam dedi ipsum statim post incisionem vuulæ, & fuit vsus etiam eo in ipsa, donec fuit consolidata & curata, & confert vlceribus factis in pectine & ano. Et modus administrationis eius ad hoc est sicut modus administratiõis eius in vlceribus oris, & hoc quia hæc membra curantur cum eisdem medicinis, & inuenitur inde iuuamentum,

De afrigo libro 5. ca. 69.

Dioscorides.) Virtus difrigis est deficcatiua, stypticą, mundificatiua, fortiter absterfiua, & aufert carnem superfluam vlcerum, & incarnat vlcera fraudulenta, & solidat ea, & deficcat, & abstergit putredinem vlceę, & curat vlcera mala corrosiua ex eis, & quando admiscetur cum terebinthina, aut cum cerotis, resoluit apostemata seu carbũculos. Sulemen Eben hasen.) Ego inueni multum de eo in rure nabzim, in spelunca quæ est ibi, & est extra ciuitatem Cordubæ.

Li. 5. ca. 65.

DE AVRIPIGMENTO. CCCLXXI.

NAtreth, id est auripigmentũ. Dioscorides.) Species eius sunt duæ, scilicet rubeum, & citrinum. Sed citrinum est in eisdem mineris, in quibus est auripigmentum rubeum. Melius vero ex eo est illud quod est laminosum, habẽs colorem similẽ auro, & laminæ eius separantur facile, & sunt cõpositæ, scilicet vna super aliam, non habens terram admixtã, neq; aliam fordem. Reperitur autem aliud auripigmentum citrinũ, cuius color est propinquus colori auripigmẽti rubei, & est sicut fupradictum, sed non est ita bonum sicut illud. Ex auripigmento vero rubeo eligẽdum est illud quod est valde rubeum, & cito frangibile, & mũdum, ficut cinabrio. Et odor eius est sicut odor sulphuris. Galenus.) Virtus huius arsenici prima est calida, adustiua. Et secunda abradit pilos, & comburit cutem, quando facit moram diu super eam. Quando vero cõburitur.

De auripigmento lib. 5. ca. 70.

burit cutem, quando facit morã diu super eam. Quando vero comburitur arsenicum, est subtilius satis, & propter istam causam intrat in vnguentis absterſiuis & resolutiuis. Dioscorides.) Auripigmentum citrinum assatur tali modo. Ponitur in testa noua terrea, & ponitur super prunas, & mouetur continue, & quãdo est ignitum, & mutatus est color eius, remouetur ab igne, & dimittitur instigidari, & teritur, & reponitur. Et virtus eius est calefactiua, * putrificatiua, generatiua saniei, mordicatiua fortiter, & auferit carnem super fluam vlcerum, & abradit pilos, & habet caliditatem, & adustionem fortem. Sed virtus auripigmenti rubei est sicut virtus auripigmenti citrini, & assatur, & aduritur sicut illud. Et qñ miscetur cum resina pini, curat alopeciam, & qñ miscetur cum pice, aufert maculas albas vnguium, & qñ miscetur cum oleo, & inungitur caput cum eo, occidit pediculos. Et qñ miscetur cum adipe, resoluit exituras, & pustulas, & conuenit vlceribus nasi, & oris, & vlceribus alijs. Et qñ miscetur cum oleo rosarum, conuenit bothor, & hæmorrhoidibus ani, & miscetur cum ouo & melle, & datur in potu hæbentibus saniem aggregatam in pectore, & confert magnifice. Et qñ fit fumigium cum eo, addita resina pini, & attrahitur fumus eius per os mediante cannula, confert tussi antiquæ, & fit loch cum eo admixto sibi melle, & clarificat vocem, & miscetur cum resina pini, & datur habentibus asma, & coarctationem anhelitus, & vocis, & confert. Alcanzi.) Auripigmentum citrinũ aufert sanguinem mortuum sub oculo existentem.

* Alias mundifi catiua.

Lib.5.c.70.

DE VITRO. CCCLXXII.

VVegi, id est vitrum. Galenus.) Est calidum in quarto gradu, & ex eo est lapidosum, & ex eo est arenosum. Et quando vitrum incenditur, & miscetur cum eo lapis magnetes, coagulat corpus fuũ propter plumbeitatem quæ est in eo. Et vitri sunt multicolores. Nam ex eo est albũ fortiter, simile cristallo, & est melius alijs. Et ex eo est rubeum, & est citrinum, & viride, & azulinum. Et vitrum est lapis magis fultus alijs lapidibus. Et est inter lapides sicut homo stultus inter homines. Nam vitrum inclinatur ad omnem tinctũram, & facilis est diffolutionis ad ignem, & in aere frigido cito coagulatur, & pertificatur ab eo. Sed cristallus est species vitri, nisi quia inuenitur in mineris suis, vbi ipse coagulatur in fruſtis suis integris vniusfiguræ, vitrum vero reperitur confractum, & propter hoc coagulatur sicut diximus. Et virtus vitri est calida in primo gradu, & sicca in secundo, & intrat in multis cohol. Et vitrum auferet furfures capitis, & lenificat capillos, & barbam. Et quando teritur, & bibitur cum vino albo, fubtili, frangit lapidem vesicæ. Dioscorides.) Frangit lapidem fortiter, qñ bibitur cum vino albo, fubtili. Aben mesuai.) Vitrum est calidum & siccum. & est bonum pulmoni, & casui capillorum.

DE ZINIAR, ET EST viride æris. CCCLXXIII.

ZIniar. Galenus.) Sapor eius est acutus, & virtus eius secunda resoluit, & abstergit carnem teneram, & duram, & corrodit, vel comedit eam, & diffoluit, & tertia quando ponitur cum summitate radij in vlceribus super carnem superfluũ, quę fit in eis, destruit eam. Et si miscetur cum cerotis, sit medicina abstergens fine mordicatione. Dioscorides.) Omne ziniar est skypticum calefactiuũ, & abstergit maculas oculorum post consolidationem vlcerum & alias, & subtiliat eas, & prouocat lachrymas, & prohibet deambulationem vlcerum corrosiuorum corporis, & prohibet consolidationem vlcerum, & qñ miscetur cũ oleo & mum, consolidat vlcera, & qñ coquitur cum melle, mundificat vlcera foridida, & hæmorrhoidas duras, & diminuit carnem superfluam vlcerum, & qñ miscetur cum armoniaco, & fit inde licinium, & intromittitur in fistulas, dissoluit duricies earum, & callositates, & confert apostematibus gingiuarum. Et quando miscetur cum melle, & fit inde cohol, dissoluit duricies palpebrarum, verum quãdo coquitur, & fit cohol cum eo, oportet quod ponatur super oculum spongia infusa in aqua calida. Et qñ miscetur cum glutino albotim, & ære vsto, & nitro, aufert scabiem vlcerosam, & baras. Aduritur autem ziniar secundum hũc modum. Nam teritur & ponitur in vase terreo, & ponitur super prunas, & mouetur cum aliquare, donec muret colorem suum in colorem turiæ, deinde remouetur ab igne, & dimittitur donec infrigidetur, & reponitur vsui necessitatis. Quidam vero ponunt illud in olla cruda, & dimittunt ipsum ad ignem tãdiu, donec coquitur olla. Et scias quod non semper conuertitur ad vnum colorem, quando comburitur.

DE LAPIDE SMARAGDO. CCCLXXIIII.

ZAbarged, & dicitur zinarad, id est smaragdus. Sunt duo lapides habentes duo nomina, verum sunt fere vnius speciei, & vterq; congelatur in mineris auri, & in terris Garbi, & est viridis, fortis virtutis, splendens. Et ille qui ex eo est viridior, est melior, & qui magis est diaphanus, est melior eo qui est magis * obscurus. Et lapidis dabariegest similis ei, nisi quia non est diaphanus sicut smaragdus, & zabarged. Et natura smaragdi est frigida & sicca, quando sumitur in potu, confert venenis mortiferis, & morsibus venenosis, & punctionibus animalium habentũ aculeum. Qui ergo dederit in potu de limatura eius pondus granorum octo hordei illi, qui sumpsit venenum, antequ venenũ faciat in eo impressionem, liberat eũ a morte, & nõ cadent capilli ab eo, neq; excoriabitur, & est euasiosua. Et ille qui assiduat aspicere in ipsum, præseruat visum eius a nocumentis, & conseruat eum incolumẽ, & qui defert in anulo smaragdum, præseruat illum ab epilepsia, quando induit eum in suo digito anteqũ sup ueniat ei epilepsia, & propter hanc causam docentur Reges qꝰ suspendant smaragdos ad colla suorum filiorum statim quando nascuntur, ne supereuniat eis epilepsia. Rasis i libro de mineris.) Generatio smaragdi, & zabarged, est sicut generatio iacoth, nisi quia ipsi nõ habent de siccitate illud quod habet iacoth. Et viridis coloris nascitur a virtute minerarum æraminis. Et dixit in libro de proprietatibus. Si cadat aspectus tyri super lapidem smaragdum, dissoluunt oculi tyri, & lis quefiunt. Albasari.) Smaragdus est lapis viridis qui apportatur a terris nigrorum. Ignotus.) Zabarged confert leprosis, quãdo sumitur in potu limatura eius. Et smaragdus liquefacit oculũ tyri cum aspicit a tyro.

* Alias obtusus.

De lapide li.5.ca.23.

Dioscorides.) Quidam putant quod anasis sit species zabarged. Et ex eo est cuius color est cuius æris. Et ex eo est cuius color est sicut color vini. Et ex eo est cuius color est sicut rei fumigatæ. Et ex eo est, in quo sunt venæ albæ, clarę. Et ex eo est cuius color est sicut color grani viridis. Et qdam existimauere, quod oẽs istæ species, qñ suspenduntur ad collum alicuius, aut ad humerum, quod conferunt memorię. Et quãdo suspenduntur ad coxam mulieris, accelerant partum. Sed viridis ex eo confert stomacho, quando suspendit super ipsum, aut ponit in anulo, & portatur in digito.

De erugine rasili.

Galenus.) Quidam sunt testati, quod in lapidibus est proprietas similis huic proprietati, quę est in hoc lapide viridi, vel citrino, videlicet quod confert meri, & ori stomachi, quando suspenditur ad collum. Et ego quidem sum expertus hoc in isto lapide. & repperi per experientiam quod cõfert. Et ideo feci fieri chanacha, & est torques qua collum ornatur, & guttur ex lapidibus, & feci suspendi ad collũ, & feci protendi longitudinẽ eius vsq; ad os stomachi, & inueni qđ non iuuant

minus ℈ quando portatur in anulis. Et transtulit Albacarich hoc capitulum per hæc verba.) Et quidem dicunt quod est lapis quidam qui dicitur iasis, qui facit ea quæ faciunt lapides isti, nam confert ori stomachi, quando suspenditur super eum.

DE ARGENTO VIVO. CCCLXXV.

De argento vivo lib. 5. ca. 69.

ZAibar, id est argentum viuum. Galenus.) Quando bibitur argentum viuum, interficit. Dioscorides.) Quando bibitur argentum viuum, occidit grauitate sua, & quia corrodit omne, cui obuiat ex mebris interioribus, & confert nocumẽtis eius lac sumptum in potu, in multa quantitate, & euomitur, & confert similiter potare vinũ cum semine apij, aut origano, aut absinthio, aut sinapi, aut hysopo.

Aben mesuai.) Argentum viuum mortificatum, & mixtum cũ oleo rosaceo, interficit pediculos, & curat scabiem. Abugerig.) Argentum viuum mixtum cũ medicinis scabiei, confert. Fumus vero eius est valde nociuus, nam frequens vsus eius destruit neruos, & inducit paralysim, & aufert sensum, & motum, & corrũpit sensus, & nocet visui, & auditui, & facit fœtorem oris, & expellit ofa venenosa. Paulus.) Quidã sumpsere argentum viuum mortificatũ, & mortui fuerunt ex iliaca passione. Rasis.) Argentũ viuum extinctũ, confert scabiei, & occidit pediculos, sed sublimatũ ex eo est putrificatiuũ, adurens sicut ignis, & destruit carnem superfluã malam in filulis & in vlceribus, & occidit mures, & ofa animalia quæ recipiunt ipsum.

DE VITREOLO. CCCLXXVI.

De fori li. 3. ca. 68.

ZEgid est vitreolum. Galenus.) Vidi in mineris tres venas extensas, vnam super aliam, per longum spacium, & vena inferior erat zeg rubeum, & secunda quæ erat super eam, erat colcotar, & tertia superior erat zeg viride, & hoc est quod zeg rubeum conuertitur, & fit colcotar, & colcotar fit zeg viride, Et omnes istæ species tres diuersificantur adinuicem, & in subtilitate, & grossitie, quoniã grossius ex eis est zeg rubeum, & subtilius eorũ est zeg viride, & colcotar est medium inter ambo. Et virtus omniũ istorum est adustiua, comburens carnem, faciens escaram duram vsiam, & cum hoc quod adurũt, est stypticа, & zeg viride nocet carni deretẽ, propter mordicationem quã facit in ea, cum toto hoc quod ipsum mordicat minus ℈ colcotar, & hoc quod minus mordicat, est in eo inuentum propter subtilitatẽ suæ substantiæ, Et zeg quidem viride, & colcotar dissoluuntur, & liquefiunt postea super ignem. Zeg vero rubeum non dissoluitur, neq; liquefit, quia coagulatio eius est fortis putrificata. Zeg vero viride est maturatũ a calore suo naturali, ampliori maturatione ℈ colcotar, & ideo cũ tius liquefit ℈ colcotar, & qñ comburitur colcotar, minuitur mordicatio eius, & stypticitas multum, verum deficeratio eius non minuitur, & ideo colcotar adustũ est melius non adusto, in omnibus operationibus suis, & hoc quia fit subtilius ℈ ante esset, sicut accidit omnibus medicinis quæ comburuntur, & eius non augetur acuitas, sicut plurium medicinarum combustarum, & omnes medicinæ quæ comburuntur, qñ iauantur post earum combustionem, fiunt leuiores, & longinquiores a mordicatione. Dioscorides.) Zeg aliud est Babylonicũ, & aliud est Ciprense, & ex Babylonico melius est durum, quod cum frangitur, interius habet macu las albas. Et virtus eius est sicut virtus calcanti, & cõburitur sicut ipsum, Sed Ciprense habet colorẽ aureũ, versus colorem æris frangibile, venenosum sicut alumen iameni, habens interius maculas splendidas, similes stellis, & melius ex eo est mundum, recens, frangibile, & virtus eius est similis virtuti colcotar, & comburitur sicut colcotar, & in alia translatione virtus eius est similis virtuti calcadis, & comburitur sicut calcadis. Illud autem quod defertur ex Babylonia, est melius, nisi quia non est boaum ad faciendum absoricon, & est diuersum a colcotar in fortitudine & debilitate. Et zeg Babylonis est fortius in omnibus ℈ Ciprense, preter℈ in medicinis oculorum, nam in hoc est debilius ℈ Ciprense multum, & habet virtutem stypticam, restrictiuam, & adustiuam, & mordicat, & confert crustis pilæ, & extinguit eam, & prohibet vlcera perambulatria de loco ad locum, & corrõsiua, & ſ̃ in nasale cũ eo, retinet fluxum menstruorum, & quãdo sumitur in potu cum succo prassij, confert suffocationi fungorũ, & qñ fit cũ eo collutio oris, prohibet cursum humoris ad fauces & ad gingiuas, & restringit gingiuas, & qñ adurit, cõuenit medicinis oculi, & qñ tertiur, & miscet cũ melle, mollificat duricię palpebrarum, & lenit aspritatem earum, & quando fiunt tenræ ex zeg, quæ intromittuntur in fistulis, confert. Sed bitirias putant aliqui quod fit species zeg, & est illud quod aggregatur super capita minerarum æris, sicut sal, & ex eo est quod generatur super mineris, quod dicitur maltina, quod inuenitur in mineris, vbi foditur æs, & aliquando reperitur super ipsum æs, & complexio eius est terrea, & ex eo est quod inuenitur in mineris, in terra quæ dicit Falchia, & alias Cilicia, & Talijs pluribus locis. Et melius ex eo est illud, cuius color est sicut sulphuris color, & est lene, æqualium partium mundum, & qñ tangit digitis, fit nigrum, Virtus eius est adustiua, similis virtuti zeg, & adusto eius fiscut adusto illius, verũ habet maiorẽ virtutem ℈ zeg, & ad vulnera conglutinãda.

De melanteria lib. 5. ca. 67.

Sed suriæ, & est fecundum quod quidam dicũt zeg rubeum, quod ipsum sit species maltinæ. Sed erbuere propterea, quia est simile illi, immo est alterius speciei, quãuis sit eiusdem generis, & in eo est vnctuositas, faciens nauseam, cõmouens vomitum. Reperitur autem in Babylonia, & in Cypro, & in Hispania. Est autem species alia, eius quæ est magis similis zeg, sed melius ex eo est Babylonicum, & qñ frangitur, est nigrum interius, cum quadã aurofitate, cauernosum, vnctuosum in sapore futo, & odore, & facit nauseam, sed illud quãdo ex eo est splẽdens, purpureum sicut zeg, est alterius speciei ℈ suriæ, & debilioris virtutis. Sed virtus furi est sicut virtus zeg, & combustio eius est sicut illius, & ipsum aufert dolorem dentis, quando ponitur in corrosio, & restringit dentes cõmotos, & quando fit cisterne cum eo, & vino, confert sciaticæ, & quando miscet cum aqua, & linitur bothor lactea cum ea, aufert ea, & administratur in medicinis denigrantibus capillos. Et vt dicam sermone vniuersali, quod omnia ista corporamineralia non adusta, sicut & alia plurima corpora, excepto sale, & fœce vini, & nitro, & calce, & his similia, quæ quando aduruntur, sunt fortioris virtutis nõ adustis, nam istorum, & aliorum habentium similem naturam, virtus & operatio augetur per adustionem.

De Astragusto suto lib. 5. ca. 64.

Sed calcantum est trium speciesum, vna earum generatur ex aqua, quæ emanat per distillatoria domorum, in quibus fundunt metalla, & hoc, quoniam in aqua illa est de superfluitatibus metallorum, per longam adiuationem, coagulantur partes illæ in illis locis, in quibus distillat, & sic aggregatur illic ista species quæ dicitur sciaton. Alia vero species reperitur in minere is, in quibus fodiuntur metalla quæ colligitur, & aggregatur, & preparatur, & mundat, & sita dicit fichon.

De Misi li. 5. ca. 66.

De preparatione. cocciti. ca. 64. De coctili ca. 64.

Species vero alia fit in Hispania, quando accipitur aqua metallorum, & coquitur donec inspissatur, & postea proijcitur in formulis, & dimittitur tãdiu, donec coagulatur in frusta, & ista species est pulchri coloris, sed est debilis virtutis, & hoc dicitur afron. Melius autem primę speciei maxime est illud quod est coloris velut nebulosi, & est graue solidum cum splẽdore, nõ habens aliquas fordes, & post hoc est illud quod inuenitur

inuenitur in mineris, maxime cuius color eſt nebulo-
ſus. Illud vero quod fit artificialiter, eſt bonũ ad facien-
dum encauſtum ſcriptoꝝ magis ꝙ̃ ad vſum medicinę.
Et calcantum habet virtutem ſtypticam, & conſtrictiu-
uam, & adſtriuã, & qñ ſumitur in potu ex eo drachma
vna cũ hydromelle, expellit ſcarides, & lumbricos, &
qñ ſumitur cum aqua, aufert nocumentum a fungis, fa-
ciens enomere, & qñ imponitur ex eo in naribus, diſſo-
luto in aqua, mundificat caput, & qñ ponit puluis eius
in naribus, ſtringit ſanguinẽ fluentem ab eis, & mundi
ficat vlcera narium, & aurium, & ſedat dolorem auris,
& ſtringit ſanguinem fluentẽ ab eis, & occidit vermes
aurium, comburitur autem ſicut zeg cypri.

DE SPVMA MARIS, CCCLXXVIII.

De alcyo-nio lib. 3. a. 83.

ZEbethalbahar, id eſt ſpuma maris. Dioſcoris des.) Spumæ maris ſunt quinq; ſpecies, vna ea-
rum eſt ſolida & grauis habẽs odorem piſcium
putridorum, & ſimilitudo eius eſt ſimilitudo ſpongiæ
maris, & reperitur multum in littore maris. Secunda
vero ſpeciei figura eſt longior iſta, et eſt leuis ponderis,
habens foramina multa, & eſt ſimilis vngulæ oculi, les
uis ſicut ſpongia, & odor eius eſt ſimilis odori lenticulę
marinę. Et tertia ſpecies eſt ſimilis roſę, cuius color ver
git ad rubedinem, & purpureitatem. Et quarta ſpecies
eſt ſimilis lanæ ſuccidæ, leuis ponderis ſicut ſecũda ſpe
cies. Quinta vero ſpecies eſt in ſuperficie lenis, interius
autem aſpera, ſimilis fungo, non habens odorem.

Galenus.) Omniũ vero ſpecierũ ſpuma maris ſub-
ſtantia eſt ſubtilis, & virtus earum ſecunda abſtergit, &
reſoluit, verum vna habet plus de bonitate quam alia,
& alia eſt minor in his virtutibus, & in ſubtilitate ſub-
ſtantiæ, & propter hoc ſunt diuerſæ in virtutibus ſuis
tertijs. Et virtus qdem ambarum ſpecierum primarũ,
confert ſcabiei, & impetigini, & morpheæ, & cgritudi-
ni cum qua eleuatur cutis, & mundificat faciem. Et ter
tia ſpecies eſt ſubtilior aliis ſpeciebus, & ideo qñ aduri
tur, & miſcetur cum vino rubeo, & ſubtili ſubſtantiæ,
& linitur cum ea alopicia, curat eam. Et virtus quartæ
ſpeciei eſt ſimilis huic virtuti, niſi quia eſt debilior ea
quantitate non pauca. Et quarta ſpecies habet in ſapo-
re ſuo ponticitatem, & acuitatem. Et virtus eius prima
eſt calidior aliis ſpeciebus. Et ſecunda adurit pilos, &
excoriat cutem, & profundatur intantum virtus eius
Li. 5. c. 87. quod facit vlcera. Dioſcorides.) Duæ ſpecies primæ
adminiſtrantur in lauaturis mulierũ, quia mundificãt
earũ cutẽ, & ſimiliter confert ad bothor lactea remouẽ
da, & lętiginẽ, & impetiginẽ, & baras, & ſcabiẽ vlcero-
ſam, & morpheã, & maculas faciei, & quæ ſunt in aliis
partibus corporis, & hoc ſimilia. Et tertia ſpecies con-
fert ſtranguriæ, & lapidi veſicæ, & dolori renum, & hy
dropiſi, & dolori ſplenis, & qñ adurit ur, & miſcet cum
vino, & linitur inde alopicia, curat eam. Et aliæ duæ
ſpecies ſtypticant, & abſtergunt, & mundificãt, & ideo
abſtergunt dentes, & qñ miſcentur cum ſale, abradunt
pilos. Si quis ait vult adurere aliquã harum ſpecierũ,
oportet ꝙ ponat eam in olla cruda, & lutet eam, & po-
nat in fornace & dimittat donec coquatur olla, deinde
extrahatur, & reponatur, & lauetur ſicut climia.

De adarce li. 5. c. 84. Sed ſpuma alia quę dicit adarchi, ipſa congelat, ſicut
ſal ſuper cannas, & ſuper iuncos, & ſuper alias herbas,
& reperitur adhærens cannis, & herbis in locis humi-
dis, & lutoſis, & ſalſis, quando loca illa deſiccantur, &
color eius eſt ſimilis colori floris lapidis aſios, aut flo-
ris ſpumę maris, & habet foramina multa ſicut ſpõgia.

Galenus.) Virtus eius prima eſt calida multum, &
ſecunda abſtergit fortiter, & tertia confert ægritudini
bus, in quibus calefactio eſt neceſſaria appoſita extra
corpus, ſed interius ſumpta non conuenit propter nis
Li. 5. c. 84 miam fortitudinem ſui. Dioſcorides.) Eſt bona fa-
biei vlceroſæ, & bothor lacteis, & impetigini, & ſimi-
libus. Et vniuerſaliter eſt calida, immutans cõplexio-
nem malam, quam habẽt membra ad bonam, & ſedat
dolores, & confert ſciaticæ.

DE LAPIDE LAZVLI, CCCLXXIX.

De lapide armenio li. 5. c. 5.

HAger alezaoard, id eſt lapis lazuli. Oportet qđ
eligatur ex eo color, cuius eſt cœleſtis multum,
& eſt lenis ſine aſperitate, & ſine mixtione alte-
rius lapidis, & qui non frangitur facile, & cuius fruſta
ſunt magna. Et virtus eius eſt ſimilis virtuti glutinis
auri, niſi quia ipſe eſt debilior eo, & facit naſci pilos in
palpebris. Galenus.) Eſt in eo ſtypticitas cũ acuitate
nõ pauca. Et virtus eius prima deficcat. Et ſecunda &
tertia infrigidat palpebras, qñ depilantur propter ali-
quos humores acutos, & remanent quod nõ augentur
pili, neq; multiplicantur, & ſunt ſubtiles, & debiles, &
hoc quia lapis lazuli in his locis deſtruit humiditatem
iſtoꝝ humorum calidorum, & immutat ſuperfluitatẽ
ad cõplexionem ſuam radicalẽ, cum qua ſit pilogẽne
ratio palpebrarum augmentum, & fortitudo eorum.
Et oportet ad hoc quod teraſ multum, & adminiſtret
in puluere. Linacos in libro lapidum.) Quando lapis
lazuli ſuſpendit ſuper infantes, removẽtur timores ab
eis, & facit ırtos capillos, & ſi teraſ cum aceto, & liniat
ſuper morpheam, & baras, curat ea. Alcanzi.) Habet
virtutẽ adſtriuã, putrificatiuã, & ideo aufert vertucas.
Sed qñ ſumitur interius, laxat humorem melancholi-
cum, & mũdificat ſanguinẽ ab humoribus groſſis. Et
doſis eius eſt a. iiij. kirath, vſq; ad drachmã vnã, mixtus
cũ aliis medicinis laxatiuis, & potus eius cõfert dolori-
bus renum & aſmati. Et qñ ſumit in potu, aut ſit naſale
cũ eo, puocat menſtrua, & potus eius cõmouet nauſeã,
& vomitũ, ſed ablutio eius remouet hoc ab eo.

DE LAPIDE IVDAICO. CCCLXXX.

De lapide Iudaico li. 5. c. 93.

HAger alyeudi, id eſt lapis Iudaicus. Dioſcoris
des.) Eſt lapis ſimilis lapidi habex, & eſt in Pales
ſtina in Oriente, & eſt in figura ſua ſimilis glan-
di, albus, bonæ figurę multum, habens lineas angula-
tas, in longitudine extenſas, & vocantur ſummitates
lateratæ, & eſt lapis, qui diſſoluitur in aqua, & non ha-
ber ſaporem. Galenus.) Hic lapis eſt in Paleſtina in
terris Sen, habens colorẽ album velut puluerulentum,
& eſt pulchræ figurę, nam ſunt ibi lineæ ſpondofæ. Et
dicitur lapis Iudaicus, quia reperiẽ in terris Iudæorũ,
& medici vtuntur eo in habentibus lapidem in veſica,
nã fricant illum ſuper cotem, & dant in potu fricatura
illam cum vncijs quatuor & ſemis aquæ calidę. Et ego
vero ſum expertus hoc in habentibus lapidẽ in veſica,
& nullum inueni ex eo iuuamentum, ſed in lapide re-
num eſt fortis operationis valde. Dioſcorides.) Qñ Li. 5. c. 93.
accipitur ex eo ad quantitatem vnius ciceris, & fricaẽ
in core aquæ ſicut fiel, & ſumitur in potu quãtitas duo-
rum onoloſat cum aqua calida, confert ſtranguriæ, &
lapidi renum, & veſicæ, & propter hanc cauſam vocãt
eum homines lapidem diſſolutiuum lapidis. Aben
meſuai.) Debilitat appetitũ, & frangit lapidem renum,
& ſtringit fluxum ſanguinis hæmorrhoidarum.

DE LAPIDE ADAMANTE, CCCLXXXI.

HAger ſumbedig, id eſt lapis adamas. Eſt mes
fluuius, in quo eſt lapis mes, & eſt flumen, ad qđ
nunq; iuit aliquis, niſi Alexander. & eſt in finis
bus Coraſeen, & color eius approximat colori ſalis ar-
moniaci clari. Et iſte lapis eſt frigidus & ſiccus in quar
to gradu, & raro aggregant iſtę duæ naturæ in aliquo
lapide. Et in eo ſunt duę pprietates. Vna eaꝝ eſt, quod
nõ coniungit alicui lapidi, quẽ nõ frangat, & pter hoc
coaptant fragmenta eius in ſummitatibus ferri apri ad
perforandum, & cum eo perforantur alij lapides, ſicut
ſunt ſmaragdus, & zabarged, & ſaphyrus, & gemmæ
aliæ. Et ſi accipitur granulum vnũ ex fragmentis eius,
& conglutinatur in ſummitate ferri, cum glutino Ro-

mano, & intromittitur in vesicam per foramen virge, frangit lapidem. Et alia proprietas eius est, quod nihil est quod frigat istum lapidem, nisi plúbum, nam rumpit eum, & cōterit. Dioscorides.) Est lapis quo vtūtur artifices, ponentes eum in stilis ad lapides sculpendos, & administratur in confectionibus vnguētorum purificatiuorum, & adustiuo gr, & confert gingiue fluxæ, & purificat dentes. Galenus.) Virtus eius est, qđ abstergit fortiter, & signum in hoc est, quod aurifices vtuntur eo in hoc, quod indigent abstersione. Et ergo dem expertus sum eū, quod abstergit dentes, & mundificat. Et in eo est virtus calida, & propter hāc causam admiscent in medicinis aliquibus adurentibus, & in aliquibus deficcantibus, curantibus gingiuas fluxas.

De virtu. lapidis.

DE COTE, ID EST, LAPIDE IN quo acuitur ferrum. CCCLXXXII.

HAger almēsem, id est lapis in quo acuitur ferrū. Fricatio almensem, quę accipitur ex lapide, quę dicitur yachsem, prohibet augmentari mamillas puellarum ante tempus, & testiculos puerorum, & hoc quia virtus eius infrigidat. Dioscorides.) Quando super cote acuitur aliquod ferrum, & linitur ex eo, quod super eā aggregat alopicia, facit in ea nasci pilos. Et liniuntur cum eo mamillę puellarū, & testiculi puerorum, & prohibet augmētum eorū, & confert apostēmatibus eorū amborum. Et qū sumit in potu cū aceto, confert doloribus splenis, & confert epilepsię. Et fricatio cotis olearis est mūditicatiua, & cōfert alopiciæ.

De Cote li. 5. ca. 93.

DE LAPIDE ASIO. CCCLXXXIII.

HAger asos, id est lapis asius. Dioscorides.) Lapis asius est lapis, qui reperitur in Alexandria, & flos huius lapidis nominat fuca lapidis asij, & est quoddam aparens super sub̄stantiam eius, similę pulueri molendini, & reperitur etiam sub eo & circa ipsum, & iste est lapis albus, & oportet eligi ex eo albū, leuem, similem pumici, subtilem, & cito frangibilem, in quo venæ sunt occultæ, & super quę est flos rubeus. Et hic lapis est siccus, similis spongiæ, & super eū genes ratur velut farina, ex qua quædam est alba, quædam rubea, similis pumici, declinans ad croceitatem, & quandoq; applicatur linguæ, mordicat parum. Galenus.) Nominatur hic lapis nomine acquisito, scilicet, a loco, id est Asia, & non est durus omnino, sicut lapides, sed est similis in colore suo, & in substantia sua lapidibus repertis in alueolis balnei, & est tener, cito frangibilis, & super eum est res similis pulueri molendini inuenti in parietibus molēdini. Et hæc medicina nominatur flos lapidis asos, & est subtilis, & propter subtilitatem suam dissoluit carnē sine mordicatione. Et virtus partis lapidosæ, ex qua generatur iste puluis, est similis virtuti floris eius, nisi quia flos fortioris est virtutis, & ideo operatio floris est melior in oibus q̄ operatio lapidis, qa est magis dissolutiuus, & liquefactiuus, & deficcatiuus etiam plus, & facit istas operatiōes fine forti mordicatione. Et est in eo cum hoc res, quę habet bonū saporē, & volo dicere in flore. Et scitur essentia huius per extimationem eius, ex quo generatur, nā generatio huius floris non est, nisi ex rore cadente super hunc lapidem in locis maritimis, quem sol deficcat.

De Lapide Asio li. 5. ca. 88.

Li. 5. c. 88. Dioscorides.) Virtus huius lapidis & floris eius est purificatiua parum, dissolutiua, vel resolutiua extura rum, & qñ dissoluitur quodcunq; amborum cum terbenthina, aut cum pice, & flos est fortior lapide, & habet maiorem virtutem, nim qñ est siccus, mundificat & curat vlcera profunda, difficilis sanationis, & aufert carnem superfluam eorū, quæ est similis fungis, & curat vlcera fraudulenta, & repletea carne, & mundificat ea, qñ miscetur cum melle. Et qñ miscetur cū cerato, confert vlceribus fraudulentis, non finens ea in corpore augmentari. Et qñ miscetur cum farina fabarum, & fit inde emplastrum podagræ, confert multum, & qñ miscetur cum calce & aceto, confert duriciei splenis, & qñ fit loch cum eo & melle, confert vlceribus pulmonis. Et componuntur ex eo lapide scabella, super quæ podagrici tenent pedes, & dicitur cōferre eis. Et quod puluis eius aspergitur super corpora pinguia in balneo loco nitri, extenuat ea. Et qui vult abluere lapidē istū, aut florem eius, lauet eos, sicut lauatur climia.

DE LAPIDE MAGNE tis. CCCLXXXIIII.

HAger almagritos, id est, lapis magnes, Minera huius lapidis est in maritimis partibus prope terras Indorū. Et quādo naues appropinquant monti mineræ ipsius, non remanet ferrum aliquod, quod non egrediatur a naue, & volat sicut auis vsq; ad montem, & si est aliquis clauus taliter infixus, q̄ non possit euelli, salit, & euellitur, donec adhæret illi monti. Et ideo naues illarum partium nō clauantur cū clauis ferreis, sed cum clauis ligneis, nam si essent naues clauatæ cum clauis ferreis, quando appropinquarentur illi monti, dilacerarentur omnes.

De Magnete li. 5. ca. 93.

Dioscorides.) Melior ex isto lapide est ille, qui attrahit ferrum fortiter, & color eius vergit ad colorem cœlestem, non multum grauis ponderis. Et virtus huius lapidis est, q̄ quando danē in potu duo onolosat ex eo cū melicrato, laxat humores grossos. Et qdam sunt, q̄ adurunt istū lapidē, & vtunt eo sicut sumbedhig, id est adamāte. Galenus.) Virtus eius est sicut illius sumbedhig. Mesarugie.) Est bonus illi q̄ trāsglutuit acū, aut ferrū aliquod, & ei, q̄ habet fluxū ventris, eo q̄ sumpsit scoriā ferri, & est siccus multū. Et dicit de isto lapide, q̄ si accipias eū, & ponas in vase terreo, & linias caput vasis cū creta, postq̄ posueris super lapidē calcem viuam, quæ non tetigit aqua, donec vas impleat calce, & accēdas sub vase ignem magnū, donec egrediat per foramē vasis, & habet potentiā in eo, deinde pone vas illud in fornace figuli, & dimitte ibi, donec lutatio eius coquit, & fiat testa, deinde extrahe lapidē a vase, & dimitte in frigidari, & pone iterū in alio vase nouo, & pone eum secundo in fornace, & fac vt prius, ter aut quater. Qñ vero extraxeris ipsum vice quarta, dimitte ipsum lapidem in loco, in quo non tangat a vento, aut aqua, vel rore, aut ab aliqua humiditate, donec ifrigidet, deinde frange ipsum in frusta parua, minuta, ita q̄ vnūquodq; frustū sit drachmarum, x. aut plus, aut minus, ex drachmis Græcorum. Quando ergo volueris facere operationem cum eo, pone iuxta lapidē pondus eius ex sulphure, deinde tora super eū aquam, egreditur nanq; ex eo ignis magnus, ascendens circa mensurā vnius bracchij fortissimus, qui non tanget aliquid, quod non cōburat. Et qñ lapis magnetis nō est ita præparatus, vt dixi, sed crudus sicut est, & madefit cum succo allei, aut cepę, prohibet ab attractione ferri. Et si vis, q̄ reuertat ad virtutē suā primā, infunde eum vno die in sanguine hyrci, & fiet virtus eius vt prius. Et qñ accipit frustum magnum istius lapidis, ex bono & electo, & appropinquat alicui clauaturę, aperit eū cito, nā lapis attrahit ferrū ad se. Et qñ aliqs vulneratē cū ferro venenato, et tenet iste lapis, & miscet cū aliqbus vnguētis, & dat de pulue re ei⁹ vulnerato i potu, facit ab eo venenū, vel toxicum egredi p̄ secessum, & si puluerizat sup vuln⁹ venenatū, curat ipm. Hęc nāq; & alia multa dicūt de isto lapide.

De Pyrite lapide li. 5. ca. 89.

DE MARCHASITA. CCCLXXXV.

HAgeral, id est marchasita. Dioscorides.) Marchasita est species lapidis, ex quo extrahitur æs, & oportet q̄ eligatur ex eo ille, cuius color est similis æri, & qñ ponitur in igne, fulsit ex eo scintillæ facile. Cōburitur aūt in hunc modū. Linitur cū melle, & ponitur in igne paruo, & euentaț, donec sit rubeus, deinde extrahitur ab igne. Quidam vero ponunt eum

ad ignem magnũ ex prunis, deinde liniunt ipsum cum melle, & sic faciunt secũdo & tertio, donec oẽs partes eius sint adustæ æqualiter, qa fortassis aduritur primo extra, & nõ intra, deinde exufflatur cinis ab eo, & reponitur, & si indigetur ex eo abluto, laua ipsum, sicut lauatur climia. Virtus vero adusti & non adusti, est adurens abstersiua vlcerũ, & abstergit obscuritatẽ visus, resoluit & maturat apostemata dura, qñ miscetur cũ resina pini, & resoluit sanguinẽ coagulatũ, & aufert carnẽ superfluã vlcerũ, cũ pauca calefactione & stypticitate. Quidã vero nominant istum lapidẽ, postq̃ aduritur, dicidas, alias distiges. Galenus.) Hic lapis est vnus ex lapidibus habentibus fortẽ virtutem. Et nos administramus eũ in vnguentis resolutiuis, & miscemus cũ eo lapidẽ sacharos, & resoluimus sæpe cũ hoc vngũto hunc miditatẽ multam, quę erat aggregata in cõcauitatibus, & cauernis musculoꝝ. & quãdo administrat hic lapis, oportet q̃ multũ terat, Abugerig.) De proprietate eius est, q̃ resoluit humiditatẽ corruptã, q̃ est sub cute, & ideo qñ terit vltima cõtritione, & conficit cũ aceto, abstergit baras, & morpheã, & lentigines faciei, & habet virtutem magnã in abstersione oculi, & cũ hoc cõfortat substantiã oculi, & acuit visum. Et propter hanc causam nominant eũ in terris Ferebæ, id est Perſiæ, lapidem luminis, & facit capillos tenues, & crispos.

DE LAPIDE BEZAAR. CCCLXXXVI.

HAger albezahar, id est lapis liberans a venenis, vtvtriaca. Albezahar est nomen Persicum, & est expellens nocumentũ. Et hoc nomẽ cadit super duo, vnum est, qđ cadit super omnem medicinã conuenientem alicui veneno, eo q̃ resistit virtuti eius, & expellit nocumentum ab eo per proprietatẽ, quę est in eo. Et secundũ est, quod cadit super lapidẽ notũ, qui conuenit oibus venenis calidis & frigidis, cum tota fui substantia, & resistit eis bibitus, aut suspensus super patientem. Alius.) Colores lapidis bezahar sunt multi, nam ex eo est citrinus, & velut puluerulentus, & manibati, & ille qui participat viriditate, & ille qui participat albedine. Melior vero omnibus est citrinus, & post ipsum est puluerulentus, & hic defertur ex Corascen, & ibi nominant eum bezar, & expositio eius est contra venenũ, & minera eius est in terris Syri, & Indiæ, & in terris Orientis. Et multilapides similãtur eis, qui nõ habent proprietatem suam, nec approximant ei in aliqbus operationibus. Et est qdam, qui dicitur chobori, & marina, & est lapis, in quo nullus errat, sed multi errãt in alio, qui dicitur chindos, & est lapis multæ humiditatis, leuis, mollis tactus, mollicie sine superfluitate, & caliditas eius est etiam sine superfluitate. Et proprietas eius est, quod confert venenis omnium animalium, & plantarũ morsibus, & puncturis venenosorum. Et quando bibitur ex eo pondus duodecim granorum hordei, aut quando fit linimentum cum eo super locum morsus. Liberat nanq; a morte, & expellit venenum per sudorẽ. Et quando ponistur in anulo istelapis, & reponitur in ore eius qui sumpsit venenum, & sugit aliquantulum, confert ei. Et si ponitur lapis iste super locum puncturæ, aut super locum morsuræ animalis venenosi, quem admodum est punctura scorpionis, aut cantaridarũ malarũ, aut zambor, confert eis iuuamentum manifestũ. Et si teratur, & ponatur super morsum reptilium venenosoꝝ, attrahit venenum per sudorem, & si locus in quo est morsus, est putrificatus, & puluerizatur super locũ ex hoc lapide, mundificat & curat. Et qñ tangitur cum isto lapide aculeus scorpionis, prohibet ab eo potẽtiam pungendi. Et si teratur ex eo pondus duorum granorum hordei, & dissoluatur in aqua, & ponatur in ore serpẽtis, suffocat serpentem statim, & occidit eum. Rasis.) Bezahar est lapis citrinus mollis, non habens saporẽ, confert venenis. Et ego vidi in ipso sufficientiam, ad remouendum bix nocumẽtum napelli, & est toxicum verum. Et erat ille lapis, quem ego vidi, vergens ad citrinitatem, & albedinem, habens colorem vini, & cum hoc erat lenis, & splendens sicut lumen. Et tam vidi in eo de sufficientia bix illud, quod nõ vidi in aliqua simplici medicina, immo etiam quod non vidi in tyriacis compositis. Hahamed ebenririfus.) Lapis bezahar confert veneno scorpionis, quãdo portatur in anulo, & inciditur in eo imago scorpionis, luna existente in signo scorpionis, & aspice, quod sit ascendens, deinde sigilla olibanum cum eo, luna existente in scorpione, quod tritum datur patienti ad potandum, & liberabitur. Abdalaanarach.) Vidi lapidem bezahar filijs Almirama manuum custoditoris legis Dei, & est verum, quod ipse emit lapidẽ istum, & dedit pro precio lapidis palarium Cordubæ, in principio guerræ.

DE MARGARITIS. CCCLXXXVII.

HAger albato, id est margaritæ. Mesehah.) Margaritæ sunt deficcatiuæ humiditatum, & conferunt debilitati cordis, & sunt conuenientes in cohol. Aben mesehah.) Margaritæ deferuntur ex mari, & sunt frigidæ & siccæ, & in eis est subtilitas pauca, & cõfert obscuritati visus, & albedini oculi, & fordicieibus eius, & intrat in medicinis retinentibus sanguinẽ, & abstergentibus & dentes conuenienter. Atabari.) Margaritæ sunt siccæ, subtiles, deficcant humiditates oculi, & si misceantur cum medicinis visẽ serum, sunt multum iuuatiuæ, quia subtiliant sanguinem. Rasis.) Margaritæ deferuntur ex maritimis, sunt frigidæ & siccæ in secundo gradu, & in eis est subtilitas pauca, conferunt obscuritati visus, & albedini oculi, & fordicieibus eius, retinent menstrua, & abstergunt dentes, & deficcant humiditates. Ifaac eben amram.) Margaritæ sunt temperatæ in caliditate, & & frigiditate, & siccitate, & humiditate, & grossiores earum sunt meliores partis, & claræ sunt meliores obs scuris, & quæ sunt æqualis superficiei, sunt meliores angulosis in figura sua, Et de proprietate margaritarũ est, q̃ conferunt cardiacæ, & tremori cordis, & accidẽtibus a melancholia factis, & hoc ideo, quia clarificant sanguinem cordis ingrossatum, & deficcant humiditates oculi, propterea quia fortificant neruos, per quos venit humiditas ad oculum. Alius.) Proprietas earum est conferre cardiacæ, & timori, factis a melancholia, quia clarificant & purificant sanguinem cordis, & subtiliant eum, & propter hanc causam miscentur in medicinis ægritudinum cordis, & miscentur in cohol, ad fortificandum nerues oculi. Et quando margaritæ dissoluuntur, & linitur baras cum eis, auferunt eam, postquã linitur statim. Et ille qui patitur soda propter dilatationem neruorum oculi, & fit ei caputpurgium cum ista aqua, curat eam statim. Pro eis vero ponitur pondus earum, & medietas ponderis ex conchilis suis magnis, splendidis, & fulgidis.

DE LAPIDE HYACINTHO. CCCLXXXVIII.

HAger iacor, id est lapis hyacinthus. Species eius sunt tres. Vna earum est coloris rubei. Secunda est coloris citrini. Et tertia est coloris cahali, & coloris antimonij. Sunt autem quidam alij lapides propinqui eis in colore, adeo q̃ videtur esse eiusdem speciei cum eis, sed non habent operationes istarum. Et rubeus est melior alijs, quia quando incẽditur ignis super eum, rubescit multum, Citrinus vero potest stare minus super ignem q̃ rubeus. Sed cahali nequit stare super ignẽ, quin destruatur statim. Est aũt virtus hyacinthi, q̃ q portauerit eum secũ, aut sigillauerit aliqd cũ aliqua specie ipsoꝝ, & portauerit sigillationẽ super se, & intrauerit in regionẽ aliquã, vel prouincią, in qua

cadunt fulgura multa, seu in terram pestiferam, nullas tenus nocebit ei, & fit tutus ab eis, quoniam non cadet fulgur super eum. Et hæc quidem virtus est multum diuulgata & honorata inter homines.

DE LAPIDE RVBEO. CCCLXXXIX.

HAger albuzedi, est lapis rubeus minus tñ quam hyacinthus, nam hyacinthi rubedo est magis placibilis hoibus, eo quod nõ fit in eo obscuritas aliqua. Minera vero huius lapidis est in terris Oriẽtis, & qñ apportatur a minera sua, est obscurus, sed qñ excoriat eum aurifex, detegitur bonitas eius, & apparet, & clarificat, & qui sigillauerit cũ eo, qui sit ponderis viginti granoꝝ hordei, non videbit in somnis mala somnia, nec timorosa, & hæc est eius proprietas. Et si ille, qui afpexerit in sole tantũ, quod visus eius est debilitatus, & tangat oculos ex lapide isto, confert ei. Et qñ iste lapis fricatur fortiter ad capillos capitis, attrahit ad se festucã palearum, sicut lapis magnetis ferrum.

DE LAPIDE CORNEOLO. CCCXC.

HAger salachil, id est, lapis corneolus. Species eiꝰ sunt multæ, & multæ etiã mineræ. Deterẽ enim ex terris Iamen, & ex mineris Romanorũ. Et melior ex eo est ille, qui magis vergit ad rubedinẽ. Est aũt ex corneolo alia species, similis in colore suo aquę, quæ distillat a carnibus salsis, in quo sunt lineæ albæ infixæ. Et virtus huius lapidis est, quod qñ portatur in anulo, reprimit iracundiã in causa litis corã iudice, & stringit fluxum sanguinis, vndecunq; exeat, & proprie sanguinem menstruorum. Et quãdo fit ex puluere eius dentifricium, abstergit sordes dentium, & dealbat eos, & facit ipsos pulchros valde.

DE LAPIDE ALIAZA. CCCXCI.

Est etiam ex climia in mineris, vnde foditur argētum, qñ purgatur, & affinatur, & generatur climia, & quando dissoluitur lapis, qui dicitur marchasita, fit climia. Reperit autem climia alibi ēt in fornacibus, scilicet, in insula Cypri, & qui nominauit hanc climiam lapidē, bene dixit, Eo vero tēpore, qñ ego ascendi in insulam illam, non erat in domibus fornacis ex illa climia, quæ generatur in fornacibus, nisi res modica, sed ego recepi a fideli homine lapidem, qui reperitur ex illis minęris, in illis montibus, & in curſibus aquarum. Et quando ego dedi postea istū lapidem euidā medico Italiæ, qdam amicus meus, qui erat mecū æstimauit, q̄ dederim ei donum maximū, quia ista species climiæ est nobilior & melior oēbus aliis climiæ speciebus. Et hęc est illa, quę debet nolari climia petrosa. Sed climia quę est in fornacibus, est quædā species, quæ dicitur hancodi, id est botrusa, & quædā quę dicitur lamino sa, his enim nominibus nominant medici eas. Et honcadi est illa, quę aggregatur in supremis tectis fornacis. Et laminosa est, quæ aggregat in partibus inferioribus fornacis. Et causa quare honcadi est subtilior, & laminosa, & grossior, satis manifesta est. Et virtus climiæ prima est æqualiter tēperata in caliditate & frigiditate, nam ego non inueni, q̄ operetur aliquā istarum duarū cōplexionum operatione manifesta, sed ipsa deficcat, sicut medicinæ petrosę & terreę. Et secunda abstergit tēperate, qñ id quod est ex ea in tectis, habet valde modicā, quātitatem de virtute ignis, & propter hanc causam fit qñ lauatur medicina, quæ deficcat, & abstergit cum tēperamento fine mordicatione, & confert vlceribus oculorum indigentibus medicina, replente ea carne, & vlceribus totius corporis, etiam vlceribus nō fraudulentis, humidis multum, & putridis, qñ fuerint in corporis bus mollibus multum, sicut sunt infantes & eunuchi, confert hæc climia, sed quando fuerint in corporibus duris, fortibus, vel solidis, egent medicina plus deficcante multum, & fortiori virtute. Dioscorides.)

Linc. 4. 40.

Virtus omnis climiæ est stypticа, replet vlcera, & purgat fordes vlcerum putridog, & aufert, & diminuit, ac deficcat carnē superfluam eog, cōfolidat ea, & fraudulenta ex eis. Aduritur aūt climia in hunc modū. Pone climiā super prunas, & dimitte, donec inflammetur, & candefcat, & in ea apparent veſicę ebullięres, sicut sunt in scoria ferri, deinde extrahe eam ab igne, & extingue eā in vino, & si indigetur ea pro scabie oculog, extinguatur in aceto. Quidam vero accipiunt istam adustā, & terunt eam cum vino, & ponunt in vas terreum, & aduruntur eam iterū, donec fit cauernosa sicut spongia, & postea terunt iterū, & adurunt, & hoc faciunt, donec fit cinis, & administrant eam sic paratam loco tutiæ, & post hoc lauatur, quia teritur in aqua, & proijcitur aqua illa, quoūq; non natet aliquid ex sorde desuper cum aqua, deinde siccatur in sole, & reponitur.

DE PLVMBO. CCCCIX.

Rasas, id est plumbum. Est frigidum in secundo gradu, qdam habent humidū. Galenus.) Substantia eius est cōposita ex substantia aerea, & substantia humida multū, quæ fuit coagulata propter frigiditatem, & non est in eo substantia terrea, nisi modica. Et virtus eius prima infrigidat & humectat. Et frignum, q̄ in eo est substantia humida, est, q̄ dissoluitur cito qñ ponitur in igne. Et frignum, q̄ in eo est substantia aerea est, qñ infrigidatur raritas & mollicies sui corporis, & q̄ ipsum crescit in quantitate & pondere, qñ moratur in terris, & locis frigidis, humidis. Et virtus eius secunda est, q̄ qñ accipitur mortarium & pistellū

ex eo,

ex eo, & ponitur in eo oleum cõmune, aut rosaceum, aut myrtinum, aut oleũ citoniorum, & teritur in fortissimo fictationis, & vteris hoc oleo in medicatione aposthematum calidoꝝ, quæ fiunt in virga, & pectine, & ano cum vlceribus, aut in medicatione hæmorrhoidarum, confert, & aposthematibus mamillarum, est medicina confercs multum, & secundũ hanc similitudinẽ administratur ad omnem materiam, quæ descendit ad pedes, aut iuncturas, ad partes alias, aut ad aposthemata calida & mala. Et si administras hãc medicinã in aposthematibus, in quibus est cancer, facit operationẽ mirabilẽ. Et si tu vis coagulare cum hoc plũbo aliquos ex succis herbaꝝ, & indiges hoc in tempore breui, tere eos in sole, aut in aere calido, quomodocunq; fit calidus. Et ex succis sunt, succus lactucæ, aut vuæ acerbæ, aut semperviuæ, aut endiuiæ, aut portulacæ. Et hæc medicina quæ fit in hunc modũ, est multum conferẽs, sed medicinæ, quarũ succus exprimitur subito, debent admisceri cum humiditate, quæ infrigider, sicut succus vuæ acerbę. Et qũ fit ex plumbo lamina, & ligatur strictа in pectine, prohibet pollutiones in somnis, & infrigidat in frigidatione manifesta, & si ligatur super contorsionem neruoꝝ, aut super enodationes eoꝝ, dissoluit cito & curat. Et dixit Hippocrates.) Oportet q̃ stringatur super locum ægritudinis, & non in partibus circũstantibus. Sed qñ plumbum cõburitur, & lauat, fit virtus eius infrigidatiua, anteq̃ vero lauetur, est virtus cõpositа. Et hoc plumbum adustũ confert aposthematibus, & vlceribus mamillarum, quæ dicunt bahasomina, & vlceribus cancrosis putridis, qñ administratur solum simplex, & miscetur cum aliquibus medicinis, quæ incarnant & consolidant, sicut est vnguentũ, quod fit cum climia. Et qñ curantur huiusmodi vlcera cum eo, oportet q̃ dissoluat omni die, qñ sanies adest multa abũdans, sed qñ fuerit pauca, sufficit q̃ dissoluat in duobus vel tribus diebus semel, & ponatur desuper spongia madefacta in aqua frigida, & qñ exiccatur, ma defiat iterum. Dioscorides.) Quando plũbum teritur, & linitur super punctũram scorpionis marini, & draconis marini, confert. Lauatur aũt plumbum in hũc modum. Habeas mortarium ex plũbo, & pistellum ex eodem, & proijce intus aquã paucam, & misce fricando bene cũ pistello illo donec aqua fiat nigra & spissa, deinde cola ipsam per pãnum lineũ, & facias hoc duabus vicibus, aut pluribus si oportet, & post hoc dimitte residere in fundo, & abijce aquam, & deinde infunde super ipsum aquam aliam, & ablue, sicut lauatur climia, & fac hoc, donec non appareat in aqua nigredo, & fac inde trociscos, & serua. Quidam vero accipiunt plumbum mundũ, & limant ipsum cũ lima, & terunt in mortario lapideo cum aqua, & proijciũt super ipsum aquã, & fricant cum manibus bene in mortario illo, & colligunt quod apparet de nigredine, & proijciunt, & non debet vltimari fricatio eius nimis, & post hæc dimittitur, donec descendat ad fundum, & abijcitur aqua, & ponitur super ipsum aqua alia, si oportet, & fiunt trocisci. Causa aũt, quare non oportet quod fricetur nimis, quia qñ nimis fricatur, conuertitur in cęrusam. Et sunt quidam, qui ponunt cum fricatura plumbi medicinã, quæ dicitur molibdina, putantes q̃ plumbũ fic* ablustum fi melius. Virtus aũt plumbi adusti est stiptica, refrigidatiua, conglutinatiua, mollificatiua, replet vlcera profunda, abscindit cursum humiditatum ab oculo, aufert carnem superfluam ab vlceribus, & confert fluxi bus sanguinis. Et qñ miscetur cum oleo rosaceo, cõfert vlceribus ani, & hæmorrhoidibus a quibus fluit sanguis, & vlceribus difficilis pfolidationis, & corrosiuis. Et vniuersaliter virtus eius est similis virtuti tutiæ.

Aduritur aũt plumbum hoc modo. Accipiuntur ex eo lamine subtiles, & ponuntur in olla noua, & puluerizatur super eas parũ sulphuris, deinde ponunt̃ super eas lamine alię, & superpuluerizatur sulphur, & fit ita, donec sit plena olla, deinde accenditur sub olla ignis, & quando plũbum fuerit inflãmatum, mouetur cum ferro, quousq; fit cinis, & non apparet ibi aliqd de substantia plũbi, deinde auferẽ ab igne. Et oportet quod ille qui facit hoc, obtutet nares suas, quia fumus eius est multum nocius, & accipitur limatura plumbi, & ponitur in olla, & puluerizatur super ea suphur, & cõburitur, sicut diximus. Et quidam accipiunt laminas plumbeas, & ponunt in olla, & cooperiunt ollam cum coopertorio adhærente illi, & perforant summitatem illius, vt fumus exhalet, & adurũt, aut i fornace, aut prę parant sub ea ignem. Et sunt qdam, qui puluerizant super plũbum cęrusam loco sulphuris. Alij vero proijciunt super ipsum hordeum. Quidam vero ponunt super ignem plumbum in olla, & faciunt ignem fortem, & mouent cum cõtinuatione, donec fit cinis. Verum modus iste adustionis est difficilis, & laboriosus. Et qñ aduritur plumbum multũ, fit color eius similis colori lithargyrij. Nos autem prælegimus primum modum adustionis. Lauatur aũt plumbum istud, sicut lauatur climia. Et virtus quidem plumbi adusti non abluti, est similis virtuti eiusdem abluti, nisi quia ablutum est melius. Sed scoria plumbi melior est illa, quæ est similis sulphuri citrino in colore suo, grauis, difficile frangibilis, non habens admixtum plumbum, citrina, clara, similis in claritate fuæ nitro. Et virtus eius est similis virtuti plũbi vsti, nisi quia est plus stiptica. Abluitur aũt posita in mortario, & superfusa aqua, nam teritur, & abijcitur aqua illa, & ponitur alia, & fit hoc toties, donec sit bene ablura, & recedat ab ea viscositas, & fit solida & clara, & tunc dimittę residere, & abijce aquam cum facilitate, & fac inde trociscos, & repone.

DE ALVMINE. CCCCX.

SCeb, id est alumen. Dioscorides.) Species eius sunt multæ. Sed illæ quæ administrantur in medicinis, sunt tres. Vna earum est illud, quod dicitur Iameni, & est melior alijs, & melius ex eo est illud, qđ est nouum, albũ, fortis albedinis, facile diuidens se, habens velut capillos albissimos, quos ventus rapit, & est acre multum, & stypticum, non habẽs lapides, & defertur hoc tale ex Babylonia. Et secũdum est rotundum, & est secundum in bonitate, & melius ex eo est illud, quod assimilatur tutię, rotundum naturaliter, & nõ artificialiter factum rotundum, cuius color est albus, & est stypticum valde, & est in eo parum citrinitatis cum pinguedine quadam, non habens lapides, & cito frangibile, est aũt ex Babylonia. Et tertia est illud, quod est humidum, & melius ex eo est clarum, habens super se velut florem similem lacti, æqualium partium & iunctarum, & est totum humidum, non habens lapides, & odoratur ex eo odor velut igneus. Galenus.) Subtilia omnium specierum aluminis est grossa, & subtilius ex eis est Iamenum, & post ipsum est rotundum. Aliæ vero species oẽs sunt grossæ multum, in sapore eius est stypticitas multa. Dioscorides.) Virtus omniũ istarum specierum est stiptica, calefactiua, absterget obscuritatem visus, & aufert bothor qui fiunt in facie, & corrodit carnem superfluam in scabie, & alijs vlceribus. Aduruntur aũt istæ species oẽs, & assantur, sicut aduriuntur, & assatur colcotar. Prohibet vlcera fraudulẽta, ne augeantur in corpore, & abscindit fluxum nimiũ men struorum, & restringit gingiuas, a quibus fluit nimia saliua. Et qñ miscetur cum aceto, & melle, confirmat dentes cõmotos. Et qñ miscetur cum melle, confert ad culla. Et qñ miscetur cum succo virgę pastoris, confert bothor, & etiã cursui humiditatum ex auribus. Et qñ coquitur cum foliis vineæ, aut cum melle, confert scabiei vlceratæ. Et qñ coquitur cum aqua, & linitur sup pruritum,

De plũbo eloro li. 5. ca. 47.

Alias adustũ.

De plũbo vsto lib. 5. a. 48.

De alumine libro. 5. ca. 72.

Li. 5. c. 72.

pruritum, aut super vngues leprosos, aut super panariciū, aut super excoriationes, quæ fiunt in frigore, cōfert, & qñ misceatur cum fece aceti, cum quantitate sui ex gallis, confert vlceribus corrosiuis, & qñ admiscetur ei duplum eius ex fale, confert vlceribus fraudulentis, & qñ linitur cum aqua picis caput, & cum eo aufert fur fures capitis, & qñ misceatur cum aqua, & linitur caput, occidit pediculos & lendines, & cōfert cōbustionibus ignis, & liniuntur cum eo apostemata phlegmatica, & confert, & qñ liniūtur cum eo axellæ, & pectē, aufert fœtorem eorum, & qñ fit cum eo nasale, confert fluxui membrorum, & prohibet impregnationem, & est bonum apostematibus gingiuarum, & vuulæ, & confert dolor ibus autium, & doloribus qui fiunt in collo matricis, & fcissuris eius, & doloribus testiculorum.

DE LAPIDE EMATITIS. CCCCXI.

Dehgmatite lib 3. ca. 90.

SCedenigi, id est lapis ematites. Dioscorides.) Est lapis sanguineus, cuius color est similis colori sanguinis, aut ferruginis, & melior est ille qui cito frangitur, cōparatione alicuius lapidis, qui non sit scedenigi, & qui est durus, vnius coloris, æqualium partium, mundus a sordibus, & habens venas. Adulteraſ aūt cum lapide scisso. Sed discernitur, quia lapis scissus separatur in venas rectas, sed scedenigi non, & lapis scissus qñ fricatur super cotem, egreditur ex fricatione eius color bonus, sed fricatio scedenigi est magis tincta rubore. Galenus.) Scedenigi qñ fricatur super cotē, dissoluitur, & sapor eius est stypticus, & virtus eius prima est deficcatiua, & infrigidat in quantitate qua est stypticus; secunda incarnat, & tertia confert alperitati oculi, & palpebrarum, & qñ asperitas fuerit cum apostemate calido, debet fricari cum albugine ouī, aut cū decoctione fœnugræci, & fi est sine apostemate, frica cum aqua quantitate temperata, & distilla in oculum, & qñ vides ꝙ infirmus potest hoc sustinere, fac medicamen spissius, in fine vero pone spissum, ita ꝙ possit colligi cum radio, & pone cum eo in oculo, aut trahe palpebram ad inferiora & pone in oculo, & qñ fricat super cotem, ficut diximus confert sputo sanguinis, iuuamento maximo, & confert omnibus vlceribus qñ liniuntur cum eo, & quando fit ex eo puluis subtilissimus, & pulueriz atur in vlceribus, aufert carnem superfluam, & consolidat vlcera oculi, & curat, & qñ fricat, ficut diximus, cum aqua, & datur in potu, stringit mem-
Li. 5. c. 90. brua fupērflua, & quando bibitur cum vino antiquo, stringit ventrem. Dioscorides.) Virtus scedenigi est stiptica, calefacit parum, subtiliat & abstergit maculas oculi, & aufert grossitiem palpebrarum, qñ miscetur cum melle, & teritur, & miscetur cum lacte mulieris, confert ophthalmiæ, & lachrymis, & adustioni oculi, & sanguini eius, quādo linitur cum eo, & bibitur cum vino, & valet stranguriæ, & fluxui nimio menstruorū, & dissoluitur in aqua granatorum ad ægritudines oculorum, & scabiem eorum. Et modus adustiōis eius est sicut disfriges, & extinguitur in vino.

DE TVTIA. CCCCXII.

TVtia.) Ex ea est quædam quæ inuenitur in minis, & ex ea est quę fit in fornacibus, in quibus citrinatur æs, & colligitur, & reponitur sicut clymia. Sed illius quæ est in mineris, sunt tres species. Nā ex ea est alba, & ex ea est viridis, & ex ea est citrina, imbibita rubore. Et mineræ tutiæ Indiæ sunt in littoribus maris, prope regionem Indiæ, & melior omnium est alba, quæ cum aspicitur, videtur quod habeat super se falem, & post ipsam est citrina. Sed in viridi est asperitas, & est perforata, & defertur ex maritimis Syri, & alba est subtilior omnium specierum tutiæ, & viridis est grossior illa, quæ est in fornacibus.

De pem. p origē li. 3. ca 41. Dioscorides.) Sunt ei duæ species, vna est alba, leuis multum, & alia est minus leuis ea. Generatur aūt tutia, quando accipitur climia, & puluerizatur super ea in sui citrinatione, & apponitur in ipsum climia, vt fiat clarum citri num. Elenatur ergo ex climia fumus, & adhęret parieti bus. Et tutia quidem non est solum, propter tincturam æris, sed est absq; hoc, quia potest fieri ex climia, absq; citrinatione æris, Et ego docebo te modum. Ædifica fornacem habentem duplicia tecta, & supra tectum inferius fit paumentum positum, & rotundum quod regat tectum superius, & habeat fenestram, per quam fit ingressus fumi ad paumentum illud, & ædifica domum aliam iuxta fornacem, in qua ster artifex, deindefac foramen in pariete fornacis, inter domum artificis & fornacē, & fit foramen strictum, in quo possit constitui nasus follis, ad sufflandum in fornacem, & habeat fornax similiter seorsum hostium mediocriter latum, aptum ad ponēdum, & extrahendum, quod volumus mittere in fornacem. Similiter aūt in superiori parte fornacis sub tecto superiori fit fenestra, per quam possit fieri ingressus, ad colligendum id quod factum fuerit ex tutia, & sit semper clausa in tēpore operationis, Ponātur ergo carbones in fornacem, & inflāmentur, deinde artifex habeat climiā puluerizatā, & proijciat eam in botijs paulatine, & addat carbones, qñ necesse fuerit, & faciat hoc, donec nihil remaneat de climia, qñ climia fumat, & quod est ex fumo eius subtile, ascendit ad tectum fornacis, & adhærer ibi, & parietibus eius, & in principio eius ascensus, assimilatur ammpullis quæ fiunt in aqua, & qñ continuatur fumi ascensus, assimilatur floccis lanæ, quod vero ex fumo illo est grossum, graue, cadit ad inferiora, & cadit aliquid ex eo in paumento fornacis superioris, & aliquid in pariete ipsius inferiori, in qua est ignis, & hæc species tutiæ est minor in bonitate alia specie, qa in ea est ex terreitate & sorde. Et qdam putauere ꝙ tutia fit in hūc modū. Et melior ex tutia est illa quæ fit in cupro, quæ quādo roratur aceto, emittit odorem æris. Cuius color est similis colori refinæ, & sapor similis sapori luti. Et quādo ponitur super prunas, aggregantur partes eius, & fit color eius similis colori æris, & qñ rangitur, non habet asperitatem, & est leuis. Oportet enim ꝙ inueniantur in ea hæc oia, aliter enim non est bona. Adulteraſ autē cum colla ex corijs boum, & cum puluere agni, & cum ficubus immaturis, siccis, qñ aduruntur, & cum aliis rebus similibus his. Sed discernitur, quia in adulterata non est aliquid ex eis quæ diximus. Lauatur aūt tutia in hunc modum. Accipitur ficca, vel cum aqua mixta, & ponitur in petia lini rara, & ponitur in aqua pluuiali, & mouetur petia in aqua, & quod est de tutia bona, electa, subtilis egreditur a petia in aquam, & id quod est in ea ex sorde, & grossum remanet in petia, & post hoc dimitte refidere, deinde proijce aquam cum tutia in vase alio mundo, & quod remanet in fundo ex graui arenoso abijce, deinde dimitte aquam clarificari, & proijce eam cum facilitate, & iterum infunde super tutiam aquam aliam, & agita, & fac vt prius, & hoc tādiu quod nihil arenosi remaneat, & aqua superstans sit clara, & cum hoc feceris, proijce aquam & defieca tutiā. Et quidam sunt qui dissoluunt tutiam in aqua, donec fiat sicut mel, & ponunt eam in petia, & suspendūt petiam super vas, & colatur ex eo quod poteſt, & restringunt petiam parū, vt amplius egrediatur, & proijciunt super ipsam aquam multam, & mouent, & quod natat in superficie aquæ, colligunt cum lana, & iſud quod natat est pinguedo, & ponunt eam in vase nouo, mundo, deinde cōmouent residuum leuiter, & proijciunt in vas aliud, & qđ remanet in fundo, ex arenoso proijciunt, & faciūt hoc ſæpe, donec nihil arenæ remaneat, Et quidam accipiunt tutiam, ficut est, & proijciunt super ipsam aquam paulatine, & accipiunt quod est in inferioribus eius ex arenoso, & proijcūt, & quod supnatat ex pilis,

ex pilis, vel fordibus alijs, proijciunt similiter, & sic separant tutiã ab eo quod natat, & ab eo quod est in fundo eius, & abluitur sicut climia. Lauatur etiam tutia similiter cum vino terræ, quæ dicitur habos, maxime cum illo, in quo non est aqua marina, & tutia quidem quæ lauatur cum vino, est plus styptica q̃m illa quæ lauatur cum aqua. Et virtus tutiæ est styptica, infrigida tiua replet vlcera carne, conglutinat, desiccatiua parum. Et qui vult assare tutiam, terat eam fortiter, & conficiat eam cum aqua, & faciat troiscos, & ponat eos super testam, & ponat super prunas, & voluat troci scos cum affiduatione donec desiccent, & fiant rubei. Et scias quod accipit rutia etiam ex auro, & argento, & plũbo, & illa quæ accipitur ex plũbo, est secunda in bonitate ab illa quæ fit in cupro, de qua diximus. Aliqñ autem egemus tutia, & nõ possumus inuenire, sed nos scimus medicinas æquiualentes in bonitate, & similes virtuti eius, quas volumus hic docere, & modum earũ qualiter fuerit. Accipe ex foliis myrthi cum floribus & granis eius recẽtibus, sicut sunt, & pone in vase terreo crudo, & cooperi vas coopertorio, habente multa foramina, & pone in fornace figuli, & q̃n decocta fuerit terra vasis, & facta testa, auser quod est in ea, & pone in vase alio crudo, & pone iterum in fornacem sicut fecisti prius, & fine coqui, & extrahe cum coctũ fuerit vas, & extrahe quod est in eo, & laua cinerem illum, sicut lauatur tutia, & vtere. Fit aũt hoc idem ex foliis, & summitatibus oliuarum, eadem disciplina, & maxime oliuarum syluestrium, & fit ex citonijs, postq̃ inciduntur per frusta, & abijciuntur semina, & ex galla, & ex frustis lini, & ex moris celsi, albis, immaturis, & desiccatis in sole, & ex summitatibus arboris masticis, & ex summitatibus arboris grani viridis, & ex floribus vitis agrestis: & ex foliis hausiq recentibus, aut ex summitatibus arboris siod, aut ex fobros cum suo flore. Et qdam accipiunt folia arboris ficus, & desiccant in sole, & faciunt vt diximus. Et qdam faciunt cum colla corioꝝ boum. Et qdam faciunt cũ lana lauata, postq̃ imbiberint eam in melle & pice, Galenus.) Virtus tutiæ abluẽs est ficea, & plus desiccatiua omni medicina sine mordicatione, & virtus eius secñda confert vlceribus cancrosis, & alijs vlceribus fraudulẽtis, & ingredit in siet, cum gbus curantur ggritudines oculoꝝ. Et est vna ex melioribus medicinis, cum quibus curantur vlcera, quæ fiunt in ano, & virga, & pectine. Et dixit in almiemur.) Tutia lota desiccat humiditates, quæ veniunt ad oculum, & prohibet eas venire, & ingredi tunicas eius.

DE BORACE. CCCCXIII.

TIncar, id est, borax. Ifaac eben amram.) Tincar est ex speciebus salium. Et in sapore suo reperit de sapore baurach, & habet cum hoc parũ amaritudinis, & est minerale, & artificiale. Et minera eius est in riperijs maris, & est calidũ, siccum, subtile, & cõfert corrosioni dentium, & occidit vermes qui sunt in eis, & sedat pulsationem eorum, & habet in hoc proprietatẽ mirabilem. Rafis, & Aben mesuai similiter.) Sed dixit plus Aben mesuai q̃ radix eius est vrina insantiũ, & itelligo eius qd est artificiale, & est glutẽ auri.

DE TEGVLA. CCCCXIIII.

CHazeph, id est regula. Dioscorides.) Tegula atanor, vel furni, quæ est bene adusta, habet vir tutem cauterizatiuam, & propter hanc causam quando miscetur & linitur cum ea, confert pruritui, & bothor, & confert podagræ. Et quando miscetur cum cerotis, resoluit apostemata dura, & scrophulas. Galenus.) Tegulæ latarum virtus est abstersiua, & maxime tegulæ atanor. Et dixit alibiq̃ virtus testæ absterget, & desiccat, & proprie illa quæ est ex atanor, qa est siccior alijs, & propter hanc causam ponitur in vnguẽtis quæ dicuntur ausastas, & est vnguentum in quod ingreditur hæc testa medicina bona ad consolidanda vulnera, & incarnanda.

DE AVRO. CCCCXV.

DEheeb, id est aurum. Limatura auri confert cardiacæ melancholicæ, & debilitati cordis, & q̃ cauterizatur cum eo, non facit vesicas cauterizatio eius, & est melioris & velocioris curationis. Et dixere antiqui, quando accipitur annulus aureus, aut argenteus, & ponitur in igne, & cauterizãtur cum eo alæ columbarum, veniunt cito, & libẽter ad turrim suam, & nõ separant ab ea. Alcanzi.) Vtrum sit in annulo, aut aliter natura eius talis, sicut ficauterizenf cum eo.

Completus est sermo secundus, secundæ partis libri aggregati in medicinis simplicibus. Cum quo completur sermo de medicinis, quæ sumunf ex lapidibus, & mineralibus, & lutis.

INCIPIT SERMO TERTIVS.

Et est de medicinis quę sumuntur ex animalibus, & membris eorum, & superfluitatibus. Sermo de animalibus in secundo libro Dioscoridis, & in decimo, & vndecimo libro Galeni, continentur sufficienter. Qui ergo indiget eo, in quantum necessaria sunt i via dieꝝ, accipiat eũ ibi. Quod aũt est superfluitatibus in corporibus & superfluitatibus eorum in via Medicinæ dicemus hic.

DE LEPORE SYLVESTRI. CCCCXVI.

De lepore terrestri li. 2. ca. 17.

ARneberri, id est lepus syluestris. Dioscorides.) Quando assatur & comedit cerebrum eius, confert tremori qui accidit post ægritudines. Et q̃n liniunt gingiuæ infantium cum eo, confert dolori qui accidit eis, q̃n emittunt dentes, & facit facilẽ natiui tatem eorum. Et q̃n comburitur caput eius, & conficit cum adipe vrsi, aut aceto, curat alopeciam. Et dicitur quod q̃n bibitur coagulum eius tribus diebus post mũ dificationem menstruoꝝ, prohibet impregnationem, & stringit cursum humiditatũ matricis, & stringit ventrem, Et q̃n bibitur cum aceto, cõfert epilepticis, & est bezaar omnibus medicinis mortiferis, & proprie lacti coagulato in stomacho, & morsui viperæ. Et quando fit linitio cum sanguine ipsius calido, mundificat morpheam, & impetiginem, & bothor lactea.

DE ANATE. CCCCXVII.

BAt, id est anas. Galenus in libro almiemur.) Adeps anatis sedat dolorem sedatione magna. Et dixit in principio catagenis, Adeps anatis est melior oĩbus adipibus, nã non inueni adipẽ subtiliorem, nec magis mollificatiuam, nec magis resolutiuam ipsa, propterea, qa caro eius est calida multũ, nam ego comedi ex ipsa & calefecit me, & dedi ex ea calefactio, & calefecit ipsum amplius, & dedi infrigidato, & calefecit eũ. Aben mesuai.) Caro anatis habet multã humiditatẽ, & est grauis digestionis, sed clarificat colorẽ & vocẽ, & impinguat, & augmentũ efficit in spẽmate, & aufert vẽrositates, est mollis, vnctuosa, grauis stomacho, & fortificat corpus. Alchalaemen.) Caro anatis est calidior & grossior oĩbus carnibus auiũ domestiarũ. Salẽnia.) Pinguedo anatis est sedatiua mordicationiũ, q̃ sunt i teriorib⁹ corporis, & est calida subtilis.

De formacea testa li 2. ca. 94

DE GALLINA ET GALLO. CCCCXVIII.

DIgedi, id est gallina, Galenus.) Gallinæ decoctæ in phidibege, virtus rectificat multum cõplexionẽ corporis. Sed galli decrepiti ius, laxat ventrem.

ventrem. Et oportet quod ille qui vult laxare ventrem cum eo, coquat gallum decoctione forti. Et ego fui expertus hoc bis, & inueni veritatem esse.

De Gallinis lib. 2. ca. 41.

Dioscorides.) Galli qñ scinduntur per medium, & ponuntur dum sunt calidi, sup morsum venenosum, conferunt, & super puncturas etiã. Et oportet quod reuocentur læpe, vnus post alium. Et cerebrum eius qñ bibitur cum vino, confert morsui venenoso, & abscindit fluxũ sanguinis, miringarũ cerebri. Et qñ gallus decolatur, & deuiscerat ur, & accipiatur pellicula stomachi eius interior, & deficcatur, & teritur, & datur de ea in potu cum vino, confert habenti dolorem in stomacho suo. Ius vero pullorum gallinarum solum acceptum, confert proprie ad rectificandã complexionem corporum ægrotantium, & maxime habentium inflãmationem in stomacho. Sed ius galli decrepiti administrat ad laxandum ventrem. Et oportet ꝙ extrahas interiora eius, & lauetur & repleatur venter eius sale, & suas, & coquas in viginti cotilis aquæ, donec remaneãt sex, & bibat. Quidam vero coquunt eũ eo caules marinos, aut herbam, quæ dicitur bolmorsatas, aut cartamum, aut pollypodiũ, laxat enim humores grossos viscosos, & crudos, & est conueniens febribus antiquis periodicis, & rigoribus, & tremoribus eorum, & inflationibus stomachi, & asmaticis, & doloribus iunctis rum.

DE VERMICVLIS vasorum. CCCCXIX.

HArna. Galenus.) Est vermiculus vasorũ aquæ, & cisternarũ, & est vermiculus paruus, qui qñ tangitur, inuoluitur in seipsum, & est viridis coloris. Vidi multos ex medicis rutium, qui vtuntur eo omni tempore in doloribus aurium, a quacunq; causa contingat, & propter hoc videtur mihi ꝙ aliqñ curent eos, & aliqñ nocent. Dioscorides.) Porcelliones sunt vermiculi pusilli, qui reperiũtur sub vasis aquarum, & in cisternis, & in sterquilinijs, qui qñ tanguntur, inflectuntur, & fiunt rotũdi, qñ sumuntur in potu eũ vino, conferunt stranguriæ, & ictericiæ, & qñ teruntur cum melle, & linitur cum eis, conferunt squinantiæ, & relaxationi vuulæ, & quando teruntur cum oleo rosaceo, & bulliũtur in cortice granati, & distillatur ex hoc medicamine in aurem, confert doloribus eius.

DE LIMACIA. CCCCXX.

DAlzum, id est limacia. Galenus.) Phoholia est species ex speciebus limaciarum, qñ teruntur ex eis cum cortice suo, est virtus earum exiccatiua fortiter, & administratur in cura apostematũ, difficilis resolutionis, quæ fiunt in auribus a conqualsatione, vel ictu, & exiccant ea, quãuis inueniant in eis humiditatem grossam, viscosam, & qñ ponuntur in hunc modũ super ventrẽ hydropici, & super apostemata iuncturarum dolorosa, exiccant fortiter. Et oportet ꝙ nõ ponuntur in his ægritudinibus, in locis quæ diximus ꝙ dimittantur ibi, donec cadant. Et qñ limaciæ adurũtur cum cortice suo, fit virtus earũ deficcatiua fortiter, & est cum hoc in eis calefactio propter adustionem, & qñ accipiuntur ex earũ carne quatuor partes, & ex galbis viridibus partes duæ, & piperis pars vna, & teruntur oĩa, & fit medicina conferens vlceribus intestinoꝝ, qñ nondum sunt putrida, iuuamẽto maximo. Et oportet ꝙ teratur hæc medicina fortiter, & puluerizetur super cibos eoꝝ, & detur ex ea similiter in potu cum vino & aqua, & caro limaciarũ, & testa earum conferunt multum vulneribus morsuræ canis rabidi, & caro limaciarum ægrestiũ, qñ teritur in mortario, fit medicina quæ exiccat membra oĩa, in quibus est humiditas multa, & propter hanc causam cõfert hydropisi. Sed humiditas limaciarum qñ accipitur sola sine carnibus, & miscet cum olibano, aut myrrha, aut cum aloe, aut cũ aliquo istorum, aut oĩbus, & teruntur simul, donec in corpora rentur, & fiant sicut mel, fit hæc medicina tenax, glutinosa, quæ exiccat apostemata mucillaginosa, quæ sunt sub auribus, exiccatione forti, & similiter ipsa est adhærens mulrum, & exiccat, & coercet humores qui fluunt ad oculum, qñ apponitur super tempora. Modus vero accipiendi aquam limaciarũ, est ꝙ perforatur caro ipsa rum cum stilo ferreo, & fint limaciæ recentes, ficut accipiuntur, emanat nãq; humiditas ab eis, & colligit in vase, & hæc humiditas congluntinat pilos palpebrarũ, qñ non rectè oriuntur. Et limaciæ administrantur ad extrahendum infixa corpori, & fragmenta ossis, qñ teruntur cum cortice suo. Et ponuntur etiã in medicinis quæ fiunt ad retinendum menstrua. Sed caro limaciarum sola qñ admiscetur ei puluis molendini, aut myrrha, aut olibanum, aut de quolibet, aut gluten, cõsolidat vulnera habentia apertionem magnam, & attritione m in neruis, congluntinatione forti, & nõ finit fieri apã in neruis, maxime in corporibus duris, densis.

De cochleis lib. 2. c. 8.

Dioscorides.) Cochleæ marinæ sunt bonę stomacho, laxant ventrem. Sed illæ quæ sunt in fluminibus, sunt pingues. Sed agrestes quæ adhærent spinis arborum paruarum, quæ dicuntur sasum, & nominantur saslitę, laxant ventrem, & prouocant vomitum. Et virtus testarum ipsarum omnium est, ꝙ qñ cõburuntur, calefaciunt, & adurunt, & abstergunt scabiem vlceratam, & morpheam, & dentes. Et qñ aduruntur limaciæ cũ carnibus suis, & vruntur sicut sunt, & teruntur, & fit inde cohol, abstergit cicatrices cornęæ oculi, & curat vlcera oculi, quæ dicuntur loma, & impetiginem, & fit emplastrum cum eis crudis, sicut sunt super tumorem hydropicorum, & minuunt tumorem, neq; separantur de loco eo, donec diminuant humiditatem eius, & sedant apostemata podagræ, & qñ fit emplastrum cum eis, attrahit infixa corpori, & fragmenta ossium, & teruntur, & fit nasale cum eis, & prouocant menstrua, & fit emplastrum vulneribus, & proprie neruoꝝ, cum eis pistatis, cum carne sua, & maxime addito thure & myrrha, & mixtis adinuicem, & conglutinat ea, & caro earũ curat vlcera, & teritur caro earum, & miscetur cum aceto, & stringit sanguinem narium, & elixantur carnes limaciarum recentium, & proprie illarũ quæ sunt in terris Linoi, & comeduntur, & sedant dolorem stomachi, & teruntur sicut sunt cum testis suis, & bibitur ex eis cum vino, & confert colicæ, & doloribus veficæ. Et quãdo accipitur de viscositate, quæ est super carnem agrestiũ, cum summitate acus, & ponitur super pilum palpebrę, cuius ortus non est rectus sicut debet, conglutinat eũ, & rectificat decenter.

DE HARBE. CCCCXXI.

HArbe. Galenus.) Caro harbæ habet virtutem attractiuam, quæ qñ teritur, & fit emplastrum cum ea, extrahit infixa corpori. Dioscorides.) Quando comeditur recens, est conglutinatiuũ, & mollitiuum ventris, mundificat pulmonem, & acuit vocẽ, & quando fit emplastrum cum carne ipsius salsa veteri, attrahit infixa corpori. Et aqua carnium ipsius salsarũ, quando sedent in ea, habentes vlcera intestinorum in principio ægritudinis, est eis conueniens, propter suã attractionem, ad exteriora corporis. Et quando fit clistere cum ea, curat sciaticam.

DE CANCRIS. CCCCXXII.

SArtam, id est cancer. Galenus.) Aqua cineris eius deficcat sicut cinis aliorũ. Volo dicere sicut cinis aliorum ostracho ꝝ quæ diximus. Et in proprietate totius substantiæ ipsius est, quod confert iuuamento magno morsui canis rabidi, qñ administratur cinis eius solus, aut quando administratur cum gentiana & olibano. Et oportet ꝙ accipiatur ex olibano pars vna, & de gentiana partes quinq;, & ex cinere cancrorum adustorum tantum, quantum est summa illarum,

Et a dustio

Et adustio eorũ secũdum ꝙ adurebat eos. Astahadion experimentator est, ꝙ accipiebat cancros certo tẽpore, & ponebat eos adhuc viuentes in olla, ex ære rubeo, & adurebat eos donec fiebant cinis, postea terebat eos leuiter. Faciebat aũt hoc tempore ęstatis, qñ sol erat in signo leonis, & luna iam habuerat xviij. noctes. Dabat ergo medicinam hanc illi, quẽ momorderat canis rabidus xl. diebus, & dabat ex ea coclear vnum magnũ cũ aqua. Sed fi eger nõ erat curatus a principio, sed transiuerant iam super ipsum multi dies, proijciebat ex hac medicina super aquã in quantitate duoꝝ coclearioꝝ, & dabat in potu, & super locũ morsuræ debet apponi vnguentũ, quod fit ex pice, quę dicitur in lingua Græca brotia, & est illud in quo ingredit opoponax, & accetum, & quãdo quæ ponit in eo de pice est libra vna, & aceti kist vnum, & est kist Italiæ, & sit acetũ forte, & de opoponace vncię tres. Et Galenus qdem laudat multũ hanc medicinam. Et dixit ꝙ non vidit aliquem mori, qui morsus fuerit a cane rabido cum hac medicina, & vtebatur ea sicut dixit. Et dixit ꝙ hæc ægritudo est multum ficca, & propter hãc causam riment aquã. Et dixit ꝙ cancri fluuiales sunt iuuatiui in hoc, marini vero non, propter salsedinem quæ inest eis ex mari. Galenus vero dixit in hac ægritudine ꝙ cancri fluuiales faciunt hoc cum tota sui natura, & non vidit aliquẽ vtẽtem hoc medicamine qui moreretur ex ægritudine hac. Galenus.) Sed cancer marinus est mollis multũ, & non est testa eius sicut testa conchylium alioꝝ, nec ita petrosa, & in cancro marino est absterſio, similiter & in testis omnium ostrachoꝝ, & similiter est in eis desiccatio, Sed subtilitas substantię est inuenta in eis plus ꝙ̃ in oibus speciebus aliꝭ ostrachorum, & propter hoc administrantur adusti in curatione morphęæ, & ipetiginis, & lentiginum faciei. Et qñ additur eis sal, cõmixtuunt vngulam oculi, & non adusti, triti, abstergunt dentes, & deficcant vlcera. Et quia in cancro marino est de grossiciè temperata, non superfluę fricantur cum eo palpebræ, qñ est in eis asperitas, fricatione forti, nã fit ex puluere eius fiel longum, & fricatur cum eo palpebra interius, donec sanguis egrediatur, & quando fecerit hoc in scabie palpebræ, administra fiel qui fiunt ad scabiem. Dioscorides.) Fluuiales ex cancris quando aduruntur, & accipitur ex cinere ipsorum pondus aureorum trium, cum aureo vno & semis gentianæ, & bibitur cum vino tribus diebus, confert iuuamento manifesto morsui canis rabidi, & quando miscetur cum melle cocto, confert scissuris pedum, & manuum, & ani, & excoriationi quæ fit a frigore, & cancro, & quãdo teruntur crudi ficut sunt, & bibuntur cum lacte asinæ, conferunt morsibus venenosis, & morsui rutelæ, & punctura ę scorpionis, & quando coquuntur, & comeditur caro, & ius eorum, confert vlceribus pulmonis, & illis qui sumpserunt leporem marinum, & quando teritur cancer cum bederog, & miscetur bene, & approximantur scorpioni, occidit eum, cancri vero marini faciunt easdem operationes, nisi quia sunt debiliores.

De ekcris lib.1.ca.9.

DE SCORPIONE. CCCCXXIII.

HArrab, id est scorpio. Galenus.) Dicunt ꝙ scorpio quando teritur, & ponitur super locum punctur æ ipsius, confert, & similiter confert quando asſatur, & comeditur, & confert etiam secundum ꝙ dicitur morsibus viperæ, & semabris, & confert cinis eius adusti lapidi renum & vesicæ. Dioscorides). Scorpio montanus quando teritur crudus, & ponitur super punctur am suam, curat, & asſatur, & comeditur, & facit hoc. Sed scorpiones marini quando comeduntur, vel bibitur ius eorum, laxant choleram, & conferunt aquæ descendenti ad oculum, & obscuritati visus.

De Tertesti Scorpione lib.2. ca.40. De Marino Scorpione lib.2. ca.41.

DE CONCHYLIIS. CCCCXXIIII.

SEdeph, id est, conchylium. Dioscorides.) Coleæ paruæ ficcæ, quando adurũtur, cinis eorum, secũdũ ꝙ dicitur est cinis multum adurens, ita ꝙ qui miscuerit eum cũ alkitran, & linierit eum eo locũ pilorũ palpebrarũ, postquã euulsi fuerint, prohibet ortum eorũ, & quando teruntur sine adustione, & decoctione, & ponitur super membrũ infirmũ, non debilitatum, confert. Et dixerũt quidã Medicorũ qui compositere libros in Medicina, ꝙ fuerunt experti hoc, & inuenere ita. Galenus.) Homines Oriẽtis nominãt eas talsam, & est vna ex speciebus cõchyliorum habentium paruã testam, quando sunt recentes, & comeduntur, molliunt ventrem, & maxime ius earũ, sed antiqua vetus ex cocleis, quando comburitur & miscetur cum alkitran, & teruntur bene simul, & ponitur in Medicatione hac in palpebra, non finit renasci pilos qui pungunt oculũ, & ius speciei coclearũ quę dicũtur hamę, & aliarũ speciei paruarum, laxant ventrem, quando coquuntur cum pauca aqua, & bibitur ius illud.

De galeritalib.6.c46

DE PISCE STVPEFACIENte. CCCCXXVII.

THead, id est, torpedo, siue piscis stupefaciens. Galenus.) Hoc animal est marinum, & est illud, quod inducit stuporem, quãdo tangitur cũ eo caput habentis soda, aufert dolorẽ, & similiter dos lorem stomachi suo tactu. Et ego expertus sum hoc in his ambobus, & non reperi iuuamentũ, & existimaui, ꝙ oportebat me tangere caput habentis soda cũ pisce ipso viuente, & sic confert, sicut faciunt aliæ Medicinæ narcoticæ, & feci sicut cogitaui, & inueni conferre, sicut dixit Galenus. Dioscorides.) Quãdo ponitur super caput habentis soda antiquũ, confert, & quando fit suppositoriũ cum eo, restringit anum egredientem.

De Echino siue Erena cocl.2.c.1.

De Turpedine lib.2. ca.14.

DE VVLPE. CCCCXXVIII.

THaleb,id eſt,vulpes. Calenus.) Oleũ in quo decoquitur vulpes,cõfert multũ doloribus iuncturarũ,& multi Medicorũ ponunt eam viuentẽ in vaſe cum oleo ad coquẽdũ, & quidam ponunt eam mortuã,ſed hoc oleum nõ eſt plus reſolutiuũ,q̃ oleum in quo coquitur adhib, nã quãdo coquitur in oleo,eſt virtus eius reſolutiua multũ. Et nos quidẽ diximus,q̃ Medicinæ quæ hoc faciunt,attrahunt ab interioribus corporis,& ideo omnia huiuſmodi quando ponuntur ſup magnos dolores,ſedant eos,niſi ca non ſedant eos ſemp.nam quãdo dolor eſt propter humorẽ groſſum, viſcoſum,adhærentẽ, & exiſtentẽ in profundo mẽbri, nõ poteſt eſt attrahere Medicina totũ,propter fui multitudinẽ,aut propter groſſitiẽ ſuæ ſubſtãtię,& viſcoſitatem,aut propter frigiditatẽ ipſius nimiã,aut propter ventoſitatẽ inflatiuã,quæ generatur ab eis. In veritate autẽ dico,quod illi,qui operabantur cum vulpibus ad hoc,ipſi faciebãt olea,quę reſoluebãt cum eis multũ,& ipſi faciebãt balnea,in quibus ęgri ponebantur,& iacebant ibi,adeo quod oleum cooperiebat corpus ęgri toti tum,& iubebant infirmo,q̃ ſtaret ibi multũ,& faceret morã ibi longã. Contingebat ergo ex hoc,q̃ oleũ iſtud reſoluebat id,quod erat in iuncturis, ex apoſtematiõe & collectione humorũ in loco,& nõ faciebant hoc ſolum,immo euacuabant cum hoc quod erat in corpore toto,ex ſuperfluis humoribus,quãuis in corpore habẽtis dolorẽ iuncturarũ eſſet repletio magna. Non eſt ergo mirum,ſi hoc Medicamen confert his in hunc modũ, nã humores nõ deſcendũt ad iuncturas eorũ,immo cauantur per reſolutionẽ ex loco vbi ſunt, & illi qui ſunt in iuncturis,reſoluũtur etiã. Sed ficut in principio,dũ corpus iſtorũ eſſet ſanũ,& non erat in eo ęgritudo aliqua, generati ſunt huiuſmodi humores, qui feceruntẽ ęgritudinẽ hanc,propter malũ regimen in dieta, ſimiliter poteſt poſtea iterum reuerti ęgritudo in iuncturis illis,propter malã dięti,ſicut fecit prius, & adhuc plus propter debilitatẽ,quæ remanſit in iuncturis,propter præcedentẽ infirmitatem. Paulus.) Dicitur, quod quando pulmo vulpis deſiccatur,& potatur ex eo pondus drachmæ vnius, confert aſmati multum.

Dioſ.li.2. de Pulmonibus.c.35

DE LVMBRICIS TERRE nis. CCCCXXIX.

CHaratin,id eſt,yſculi,vel lumbrici terreni. Galenus.) Sunt vermes,qui quando fodituꝛ terra,vel aratur,inueniuntur, & quãdo ipſi treuntur,& ponũtur ſuper neruos inciſos,cõferunt iuuamento manifeſto & ſubito, & quãdo dãtur in potu cũ rob,ſunt Medicinę, quę prouocant vrinã. Dioſcorides.) Quando conterũtur fortiter, & ponuntur ſuper neruos inciſos,cõglutinant eos,& non oportet,q̃ vulnus diſſoluatur,niſi poſt tres dies, & quãdo coquũtur in oleo,& diſtillatur ex eo in aurẽ opoſitã dentis dolentis,ſedat dolorem eius,& quando teruntur fortiter,& bibitur ex eis cum rob,prouocant vrinam,& frangunt lapidem, & curant ictericiam.

De vermibꝰ terrenis li.2.ca 59

DE HYRVNDINE. CCCCXXX.

THartaph,id eſt,hyrundo. Galenus.) Multi faciunt cinerẽ ex hyrũdinibus,cõburẽtes eos,& miſcent cinerẽ illũ cũ melle,& liniunt ſquinantiam, & omnia gutturis apoſtemata,& vuulę,& multi ſunt,qui vtuntur hoc cinere in cohol,ad acuendum vi ſum,& alij deficcant hyrundines,& terunt, & dant in potu ex puluere ſuo aureũ.j.ad hoc. Et quidã adminiſtrant animal,quod dicitur in Græco carochas,poſtq̃ deficcant ipſum,& curant cum eo oẽs ſpecies colicę,& dant in potu certũ numerũ ex eis,cum totidẽ granis pipęris,& dant in potu pro vna doſi tria corpora eorum, aut quinq;,aut ſeptẽ,cũ totidẽ granis piperis,& dant in potu hora qua ſedatur dolor, & dant ſimiliter in cibo habẽtibus ęgritudinẽ in veſica de his. Dioſcorides.) Quando accipitur pullus hyrũdinis in augmẽto lunæ, & ſit primus quẽ habuit mater eius, & ſcinditur,inuenitur in vẽtre eius duo lapides, vnus eſt vnius coloris,& alius habet colores diuerſos,qui ſi ſtringantur in corio vituli,aut cerui,antequã terrã tangãt, & ſuſpendant in brachio,aut collo epilepticí,ſcifert ei,& multi fecerunt hoc,& curati ſunt curatiõe cõpleta. Et quando hyrundo comeditur ficut auis,quę dicit ſophlidas, & fit cohol ex ea,acuit viſum,quãdo cõburunt,& miſcetur cinis earũ cũ melle,& fit inde cohol, & ſaliunt, & deficcantur,& fit inde puluis,& accipitur in potu ex eo drachma vna cum aqua,& cõfert ſquinantię,& apoſtemaribus gutturis,& vuulę, ſimiliter vero facit cinis pullorũ eius quando aduritur. Ignotus.) Cerebrum eius quando miſcetur cum melle,& fit inde cohol in principio deſcenſus aquæ ad oculũ,confert multum.

De hirũdinibus lib.2.ca.147.

DE CANTHARIDI bus. CCCCXXXI.

DHerarie,id eſt,cantharides. Galenus.) Experti ſumus experiẽtia nõ modica in vnguibus leproſis,& inuenimus,quod quãdo ponuntur ſuper eas cũ cęroto,cõferunt multũ,aut cũ vnguento. Auferunt enim vnguẽ,& faciũt eũ cadere totũ. Et cantharides ingrediũtur ſæpe in mixtione vnguentorũ & Medicinarũ,quę fiũt ad ſcabiẽ,& ad ęgritudinẽ,cum quæ eleuatur cutis, & in Medicinis alijs putrefactiuis, & in Medicinis quę euellunt erucas, quę dicuntur capita clauorũ. Et fuerũt quidã ex Magiſtris noſtris,qui dabant ex eis in potu,miſcentes parũ ex eis cum Medicinis,quę ſunt ad prouocandã vrinã. Et quidã accipiebant alas & pedes ipſarũ ſolũ,dicẽtes,quod hæc confes rebant illis,qui ſumpſerãt corpora ipſoꝝ,& erant illis bezar. Et alij dicebãt contrariũ huius,videlicet,quod corpa ipſarũ ſola iuuabant eos,qui ſumpſerant alas & pedes earũ. Ego vero miſcui omnia ſimul, ſcilicet corpora cũ pedibus,& alis,& dedi. Ille autẽ, quę ſunt magis iuuatiuę ex eis,ſunt ille,quę reperiuntur in tritico, in quarũ alis ſunt lineę citrinæ,in latitudine protenſę, & prie quãdo proijcis eas in olla terrea noua,& claudis orificiũ ollæ cum panno lineo,ſuper vas,in quo ſit acetũ feruens,donec ſuffocentur,& moriant. Et ſimiliter oportet,quod fiat ex animali,quod dicit ſophoſtis,quando volumus ipſum reponere,& ſimiliter ſpecies animalis ſimilis cantharidibus in figura & virtute, & ſimiliter vermis viridis, qui reperiſ ſuper arborem pini,virtus eius eſt ficut virtus earum,& ſimiliter cinis ad haya quãdo cõburunt,miſcet a quibuſdã in Medicinis putrefactiuis,& in Medicinis conferentibus ſcabiei,& ęgritudini,cum qua eleuatur cutis.

De cantharidibus li.2.ca.72.

Dioſcorides.) Quæ generant & degunt ex cãtharis dibus inter frumentũ, ſunt meliores,& idoneę ad reponendũ,& oportet,quod ponanꝰ in vaſe terreo non vitreato,& ligeꝰ pãnus lineus ſup os vaſis, deinde ver tatur orificiũ ollę ſup vaporẽ aceti fortis,qui buliat ſup ignẽ,& teneaꝰ vas in hũc modũ ſup vaporẽ aceti fortis, donec moriantꝰ cantharides oẽs,& poſt hoc inferantur in lino,& reponantꝰ. Et melioris & fortioris opationis ſunt illę,quę ſunt diuerſoꝝ colorũ, & in alis earũ ſunt lineę tranſuerſę citrinę, & ſunt groſſę, & oblongę.

Operatio aũt illarũ,quę ſunt vnius coloris,eſt debilis.

Reperiunt aũt in tẽpore eſtatis cantharides,quę diciunt pyroriapſa,quæ ponunt ſup cribrum,& ponũtur ſic ſup cinerẽ calidum,donec aſſenꝰ paulatim,& reponunt. Et virtus quidẽ cantharidarũ eſt putrificatiua,calefactiua,vlceratiua,& ob hoc miſcenſ cũ Medicinis cõueniẽtibus apoſtematibus cãceroſis,& quę ſiunt ad ſcabiẽ vlceratã,& impetiginem malã,& ſi ponunt in naſalibus,prouocãt meſtrua. Et eſtimant,quod quãdo miſcenſ in aliquibus confectionibus ad hydropiſim, conterunt

conferunt propter virtutem earum fortem, quam habent in prouocando vrinam. Et æstimauere quidam, quod alæ cantharidarum & pedes earum sunt bezaar illis, qui bibere corpora earum.

DE RANA. CCCCXXXII.

Diphdaha,id est,rana. Galenus.) Cinis ranarum cõbustarũ,secũdũ quod dicitur,abscindit fluxum sanguinis,quando pulueriz atur super locum,& quando linitur super alopeciã cum eo,mixta pice humida,aufert eam. Dioscorides.) Ranæ quæ sunt in paludibus,quãdo coquuntur cum sale,& oleo, & administrantur in cibo,sunt bezaar venenis,& lepræ. Et ius earũ quando elixantur,est conueniens apostematibus antiquis,quę sunt in chordis,quãdo proiscitur super ea. Et quando cõburuntur ranę,& pulueriz atur cinis earũ super locum vnde fluit sanguis,abscindit eum. Et misceatur cum pice humida,& linitur inde alopecia,& confert. Et quando sanguis ranarũ viridiũ ponitur in loco pili palpebræ euulsi, prohibet ortum eius. Et quando rana coquitur in aqua & aceto, & fit collutio oris cum elixatura illa,cõfert dolori dentium multum.

De Ranis Lib. 2. cap. 4.

DE MEMBRIS ET SVPERFLVItatibus animalium. CCCCXXXIII.

Estę conchyliũ,vel ostraca marina. Galenus.) Ostracorum ex mari, quę dicũtur barcora, non vsus sum corporibus eorũ, nisi cõburerẽ prius ea, propterea quia sunt testa dura multum,sed quando adurũtur,sit virtus eorũ deficcatiua fortiter. Et virtus eorũ secunda resoluit & abstergit,& oportet,quod terrantur fortiter,donec fiant sicut puluis. Et hęc est regula generalis omniũ Medicinarũ, quarum substantia est testosa & petrosa, nam quando cõburũtur bene,fiunt sicut arena, quãuis fi bene terantur, fiunt sicut farina. Quando ergo administrantur sola, conferunt apostematibus fraudulentis. Et quando conficiuntur cũ aceto & aqua,aut cum aceto & melle,conferunt iuuamento magno apostematibus putridis. Sed testa eorũ conchylium,quę dicũtur ostreæ, quando adurũtur,& administrantur cum curatione vlcerũ putridorũ, in quibus nõ potest nasci caro,pp fluxum humoꝝ antiquũ, qui fluunt ad ea, & in vlceribus in quibus factę sunt fistulę,& cauernę,conferunt iuuamentum maximũ, & pone cinerẽ eius circa ea exterius, posq̃ miscueris eũ cum axungia porcina,& interius cũ rebus, quæ faciũt nasci carnem in vlceribus,sicut est Medicina,quę dicitur,& Greci nominant eam mohoma,& facit hoc post eius adustionẽ. Et hęc eadem virtus reperitur in omnibus,quæ habent corpora testuosa,postquã adurũtur, nisi quia est plus in illis,quæ dicũtur ostrea, & post in illis,quę dicuntur cobros,& quę dicuntur purpura,& propter hanc caussam miscent hi cineres cum vnguentis resolutiuis,& cum quibuscunq; adipibus,& confecturnt,nam resoluunt. Et omnis adeps quanto est antiquior,tãto est acutior,& eriam fortioris resolutionis. Et iste cinis habet virtutẽ abstersiuã,quare abstergit,& albificat dentes,& nõ facit hoc propter abstersionẽ sola mmodo,sed propter grossitiem suæ substantię,sicut facit mel,& testa furni. Et qui vult his vti ad hoc, non oportet quod terat eas multũ, sed quando vult eas ponere in vlceribꝰ malis, fraudulentis,oportꝫ terat eas fortiter,& hoc quod de cineribus habet hanc proprietatem,administratur ad carnẽ,quę supercreuit in vlceribus. Et omnes istæ testæ quando adurũtur,& miscentur cũ sale,fit Medicina,quæ abstergit dentes fortiter, quousq; desiccet gingiuam,& confert vlceribus eius putridis,& aliis vlceribus. Sed vngulæ,quæ cooperiũt ostraca,quæ dicuntur naporam,ẽm quod dicunt quidam,qñ bibuntur cum acetocurant duriciem splenis, & quando ponuntur super prunas,confert fumus eoꝝ suffocationi matricis,& cum hoc extrahit secũdinam, quæ remanſit in matrice. Dioscorides.) Porphira marina,& est conchylium purpureum,habet virtutem desiccatiuam,abstergit dentes,diminuit carnẽ superflũa, & mundificat vlcera,& consolidat ea,& quando testæ eius replentur sale,& ponuntur in vase terreo, & aduruntur,deinde teruntur,abstergunt dentes,& sunt conuenientes ad hoc,& conferunt combustioni ignis, qñ pulueriz antur super locum. Et oportet, quod dimittatur hoc medicamen in loco, donec per se cadat, nam quando locus consolidatus est, cadit per se, & fit calx ex istis testis, sicut diximus supra. Et dixit.) Quod quando conchulæ purpureæ coquuntur in oleo, & fit linitio cum eo,retinet capillos cadentes, & facit oriri capillos in loco.

DE BLACTE BISANTIÆ. CCCCXXXIII.

De vngue odorato si ue de onyx. ca. 8. Lib. 2. cap. 7

Vngulæ ipsarum, & sunt coopercula, quibus testa guntur in foramine suo, similes vngulis. Quæ dam deferuntur ex India, & quædam ex Babylonia, & quædã ex Iamem, & meliores omnium sunt, quæ vergunt ad albedinẽ. Illæ vero, quarum color vergit ad nigredinẽ,sunt minus bonæ, & sunt omnes odoriferæ,quarum odor trahit aliquantulum ad odorem castorei,& qñ fumuntur in potu cum aceto, extenuant splenẽ,& quando fumigantur cum eis mulieres patien tes suffocationem matricis,confert eis, & iste fumus excludit secundinam. Et quando fumigatur epilenticus cum eo,excitat eum. Et quãdo conchyliũ purpureũ, & quod est intra ipsum,sicut conchyliũ cobros,adurtur,facit ea, quæ diximus de conchylio cobron,sed virtus eius est fortius aduren,qñ cobron, & quãdo ponitur super carnem superfluam,corrodit eam. Et caro cobron,& purpureæ est bona stomacho, & mollit ventrem. Et dixit,secundum amarchas, est species conchy liorum,& melior est illa,quæ defertur ex terra Nitan, & quãdo aduritur,facit id quod facit cobron, & quando abluitur sicut plumbum,& administratur in Medo abluitur sicut plumbum,& administratur in Medicinis oculi,confert debilitati,& doloribus eius.

DE COAGVLO. CCCCXXXIIII.

Dioscorides. Coagulum est calefactiuum,resolutiuũ, exiccatiuum,& stipticum, & confert omnibus fluxibus, & qñ sumitur in potu,dissoluit sanguinẽ,& lac,qñ coagu

De coagulo Lib. 2. cap. 67.

Anphea,id est,coagulum. Galenus.) Coagulũ omne est calidum,subtile,resolutiuum,& siccũ, & propter hanc causam conferunt coagula his, quæ dicemus omnino, nam dixerunt quidã Medicorum,quod dederunt in potu ex coagulo leporis dissoluto cum aceto,& cõtulit epilepsiæ. Et dixerunt, quod confert fluxui menstruorum, & resoluit sanguinem & lac,quando coagulãtur in stomacho. Et nos experiẽtia scimus,quod ita est non de coagulo leporis solum, sed de omnibꝰ coagulis aliorum animalium, nisi quia coagulum leporis in hoc est fortius, ac melius. Et dixerunt quidam,quod coagulum leporis cõfert emoptoicis,sed non sum expertus hoc,nec vidi aliquem, q̃ fuerit expertꝰ hoc,nec videtur mihi bonum administrari in hac ægritudine,qñ Medicinæ cõferentes huic ęgritudini, sunt Medicinæ stipticæ, & ista est Medicina acuta,resolutiua,quare est cõtraria intentioni eius, q̃d necessitarium est in emoptoyca passione. Et dixerũt qui dam ex eis,quod coagulum equi qñ sumitur in potu, stringit fluxum ventris. Et vidi quosdam laudãtes coagulum animalis marini dicti koki,& est foca,& virtus eius est sicut virtus castorei. Non autem videtur mihi hoc loco rememorandum sermonum quos scripserũt antiqui,de operatione,& proprietate,& virtute coagulorum animalium,& causa huius est superfluitas longi tudinis scripturæ, in qua non est, nisi occupatio cartarum,& propter nimietatem fit nobis tędium, & aufert nos ab eo,quod promisimus loqui in hoc loco. Dioscorides.) Coagulum est calefactiuum,resolutiuũ, exiccatiuum,& stipticum, & confert omnibus fluxibus, & qñ sumitur in potu,dissoluit sanguinẽ,& lac,qñ coagu

latur in stomacho & vesica. Sed coagulū leporis est fortioris operationis, nam qñ accipiuntur ex eo. 5. onolosat cū vino, confert morbibus venenosog, & fluxui antiquo, qui fit ab vlceribus intestinog, & fluxui humidi tatum antiquarum ex matrice, & coagulationi sanguinis, & puto eius, qñ colligitur in pectore. Et qñ mulier facit sibi nasale ex eo cum butyro, post mūdificationē menstruorum, confert impregnationi, & quando sumitur ex eo in potu, prohibet impregnationem. Coagulū vero equi est conueniens fluxui antiquo ventris, & vlceribus intestinorum. Coagulum vero agni, & hœdi, & vituli, & animalis dicti phalatiphros, & illius quod dicitur dorcas, & ibicis, habent hæc omnia virtutem simile, & conferunt omnia coagulato lacti in stomacho, & coagulum qñ fit nasale cum eo, prohibet impregnationem, & coagulum animalis dicti koki habet virtutē similem virtuti castorei, & est bonum epilepticis, & suffocationi matricis. Experiētia vero qualiter scit, quod sit coagulum koki, est, quod accipias coagulū alicuius alterius animalis, & præcipue agni, & pone super ipsum aquam, & dissolue ipsum in ea, & dimitte parū, donec bene dissoluatur, deinde proijce ex illa aqua, in qua dissolutum est coagulum, super coagulum koki, nā si non fuerit vere coagulum huius animalis, dissoluitur cito, & fit sicut aqua. Si vero fuerit vere coagulum eius, non dissoluitur, sed remanet sicut est. Debet autē accipi coagulum koki dum fuerit ita parvum, quod non poterit pascere. V niuersaliter autem omne coagulū dissoluit coagulata, & coagulat dissoluta coagulabilia.

De libro 11 de tribus tribus, libro 2. c. 22

DE CASTOREO. CCCCXXXV.

INchiam algindi beduster, id est, testiculi castorei. Dioscorides.) Sunt testiculi animalis, quod dicitur castor, & est animal, quod viuit extra aquam, & in aqua, sed in aqua plus, quia nutritur ex piscibus & cancris. Eligendi sunt autē ex his testiculis gemini pendentes ex vna radice, interius habentes sicut mel, & ipsi sunt fimiles ceræ, in colore sanguinis coagulati, & qui sunt in pelliculis suis, grauis odoris, pingues, facilis separationis, & qñ separantur, inueniunt ibi tunicæ mulæ, a quibus facile separantur. Debent ergo emundari ab ipsis pelliculis, & sic poni in Medicinis. Adulterat autem cum amoniaco, aut gummi, confectis cum sanguine ipsius animalis, & positis in vesicis. Et castoreū confert iuuamento magno, & nocumentum nō habet in se vlli membro, nisi calefacto fortiter. Galenus.) Virtus eius prima calefacit, & deficcat. Secunda resolvit. Et tertia curat spasmum ex repletione, & hoc ideo, quia euacuat & purgat neruos ab eo, quod in eis continetur de re extra naturam, & ꝑm hanc viam confert patientibus tremorem. Et qñ sumitur in potu cum pipere & aqua mellis, prouocat menstrua, & expellit fœtū, & qñ sumitur in potu cum aceto, confert habentibus inflationē in intestinis & stomacho, qñ est difficilis resolutionis, & habentibus torsiones, & habentibus fingulrum propter humores frigidos, grossos, aut propter ventositatem inflatiuā. & omnibus egritudinibus, quibus confert bibitum, cōfert & exterius inunctum cum oleo veteri. Sed ad fuberh, & ad obliuionē cum febre, oportet quod admisceatur cum oleo rosaceo, & fiat linitio super caput. Et qñ ponitur super prunas, & fumigatur cum eo, confert ad hoc. Et dixit in almayemir.)

Libro. 2. cap. 22

Quod ipsum est comparatum opio, & est contrariū ei. Dioscorides.) Castoreum confert morsibus venenosis, & inducit sitim, commouet sternutationem. Et qñ bibuntur ex eo aurei tres cū faud henig, id est, pulegio, prouocat menstrua, & expellit fœtum, & fecundinam. & datur in potu cum aceto ad inflationes stomachi, & intestinorum, & torsiones, & singultum, & ad Medicinas mortiferas, & proprie ad illam, quæ dicitur abfie. Et misceatur cum aceto, & oleo rosaceo, & inūgitur in de caput, aut attrahitur odor eius per nares, & confert lithargyæ, quæcūq; fit, & similiter qñ fit fumigium eō, & qñ fumitur in potu, aut fit inunctio cum eo, confert tremori, & tetano, & doloribus neruorum, & iunctūrarum, & vniuersaliter virtus eius est calefactiua.

DE OVIS. CCCCXXXVI.

NAid, id est, oua. Galenus.) Illa quæ eligim⁹, sunt oua gallinarum. Non ergo oportet, quod narremus naturam alioꝝ ouorū, quia natura eoꝝ est eadem cum natura istorum, & complexio quidem oui est frigidior parum, ꝙ corpus temperatum, ipsum nanq; infrigidat temperate, & deficcat fine mordicatione. Et oportet, quod administrētur ex eis illa, quę sunt recentia, quia vetera nō sunt bona. Albugo vero oui administratur in doloribus omnibus, in quibus est necessaria, Medicina, quæ non mordicet, sicut sunt dolor oculorum, & apostemata ani, & pectinis, & omnia vlcera fraudulenta mala. Et miscetur cum Medicinis, quæ abscindūt sanguinem qui fluit a miringis cerebri, & istæ Medicinæ deficcant sine mordicatione, & tutia lota est vna ex istis, & aliæ multę, & qñ imbibiturin eo lana, & ponitur super adustionem ignis, aut aquæ feruentis, cōfert multum, & est bonum in emplastris, quæ ponuntur super frontem, & facit adhærere pilos, quoꝝ ortus nō est directus in palpebris, postēꝙ admiscetur ei Medicina conueniens ad hoc, ficut est olibanū, & maxime pingue ex eo quod non est antiquum, nec minus siccum, & iuuatium eius est in hoc propter viscositatē quæ est in ipso, non propter cōplexionem eius, verum tamen tu potes dicere ꝙ complexio eius nō est contraria in hoc huic operationi, sed adiuuat ipsam, vitelli vero oui substantia est similis substātiæ albuginis, & propter hanc causam miscetur cū cerotis, quæ non habent mordicationem aliēꝙ, postēꝙ fuerit elixatum, aut assatum. Differt enim parum, assatum enim deficcat super fluitates paucas, & nos æstimauimus ꝙ ex hoc quod ac quisuit ex hac virtute egressum est a sua complexione, & miscetur similiter in emplastris, quæ prohibent apostemata calida, ficut emplastrum, ꝙd fit ex mellioto, & cōfert stomacho. Totum vero oum administramus, postēꝙ miscetur cum oleo rosaceo, in curatione aposte matum quæ fiūt in mammillis, & in palpebris, & in aurib⁹, qñ apostema fit ex percussione, aut alia quacūq; causa, & vtimur eo & in Medicatione membrorū neruosorum, sicut sunt iunctūræ & chordę digitoꝝ, & iunctūræ corporis & pedum, & si coquitur ouum sicut est in aceto, & comeditur, sedat humores fluētes ad stomachum, & ad intestina, & si miscueris cū eo aliēꝙ ex Medicinis, quæ conferunt ad fluxum ventris, & dolorem eius, & das in potu, aut coquis super ignem sine fumo, sicut est ignis carbonum, & dederis in cibo infirmo, cōfert ei iuuamento non pauco. Et meliores Medicinæ quæ admiscentur ei in hoc casu, sunt succus vuæ acerbæ, sumach ipsum, & succus ei⁹, & galla similiter, & cortex granatoꝝ, & cinis limaciarum adustarum, & grana psilularum, & grana myrthi, & sorba & grana granatoꝝ, & qñ assatur ouum, aut coquit, acquirit propter decoctionem, aut assationem diuersitatem non paucā. & est conferens pp hoc multum, & hoc quod ipsum admiscetur cum Medicinis, quæ deficcant humiditates, postēꝙ elixatur, aut assa, aut frigitur, & miscetur sit cum Medicinis conferēbus ad hoc, quod est in pectore & pulmone, & est illud quod est semicoctū, & vtatur eo causa suæ naturæ, & suæ substantiæ, ille qui est coqueritur de asperitate gutturis, & cannæ, & pulmonis, nam ouum adhæret in locis illis, & remanet ibi velut emplastrum, & pp hanc eandem causam curat mordicationem stomachi, & asperitatem meri, & stomachi, & intestinoꝝ, & vesicæ. Dioscorides.) Ouum semicoctum, sorbile, est magis nutritiuum ꝙ alio modo comestum, & vitelle, est magis nutritiuum ꝙ alio modo comestum, & vi

De ouorū natura lib. 2. cap. 42. 2

tell um

tellum oui elixati qñ miſcetur cũ croco, aut cum oleo roſaceo, conſert pulſationi oculi, & admiſcetur ei mellilotum, & cõfert apoſtematibus ani, & apoſtematibus hemorrhoidarum, & qñ frigitur cum ſumach, & galla, ſtringit ventrem, & qñ comeditur ſolum, facit hoc aſſatum. Albumen vero eius qñ diſtillatur in aurẽ apoſtematam apoſtemate calido, infrigidat, & ſedat dolorem eius, & qñ ponitur ſuper apoſtema oculi calidum, conſert, & qñ linitur cum eo ſuper combuſtionem ignis in principio eius, nõ ſinit locum veſicari, & qñ linitur cũ eo facies, prohibet ab ea ſolis combuſtionem, & qñ cõficitur cum eo thus, & ponitur ſuper frontem, prohibet curſum humoꝝ ad oculum, & qñ miſcetur cũ oleo roſaceo, & vino quod dicit omomel, & infunditur in eis lana, & ponitur ſuper locum, ſedat apoſtemata eius calida, & qñ ſorbentur oua, conſert morſui animalis quod dicitur amolos, & ſorbetur tepidum ouum, & conſert ardori veſicæ, & vlceribus renũ, & aſperitati pectoris, & expuentibus ſanguinem, & catarro quod deſcendit in pectus, & qñ ſorbetur crudum, conſert apoſtematibus amygdalarum, & quando inſtillatur modicum ex albugine tepido in oculum, ſedat dolorem eius.

DE SPVTO. CCCCXXXVII.

BVſach, id eſt, ſputum. Galenus.) Sputum habentis ſtomachum repletum cibo, eſt valde debilis virtutis. Sputum vero famelici ieiuni, eſt forte, & eſt reſolutiuum, abſterſuum, & curat vmbilicum infantis, qñ linitur cum eo omni die, & qñ maſticatur frumentum, & ponitur ſuper apoſtemata corporum rubea, & ſorbetur, & reſoluit ea, & ſi ſunt in corporib⁹ mollibus, ſufficit ſputum ſolum, aut cum maſticatione panis, & confert ſanguini qui fluit ad oculum, & abſterſit maculas corporis, & facies, & lentigines, & impetiginem, & pannum, & ſanguinem mortuum ſub cute. Et ſputum quidem hominis eſt contrarium omnibus animalibus, habentibus venenum, occidens hominẽ, & ipſum occidit ſcorpionem.

DE VRINA. CCCCXXXVIII.

BAul, id eſt, urina. Galenus.) Virtus vrinæ eſt calida, acuta, & eſt in ea abſterſio magna, & propter hanc cauſam vruntur ea lauatores pannoꝝ, lauantes cum ea pannos, & aufert ab eis maculas, & ſordes, & quod ex animalib⁹ eſt fortis caliditatis, caliditas vrinæ ipſius eſt maior, & fortior, & quod ex eis eſt frigidæ complexionis, vrina eius eſt minus calida, & vrina hominis eſt debilior omnibus alijs vrinis, præter vrinã porci caſtrati, ipſa enim eſt in caliditate ſicut vrina hominis, vrina vero verris eſt fortior vrina hominis, ſed vrina apri eſt fortior his. Et ſignum in hoc eſt acuitas odoris eius, poſtq̃ non poteſt tentariper ſaporem, vel potũ. Propterea vero ꝙ Medici viderunt, ꝙ vrina multum abſtergit, curant cum ea vlcera profunda, & ſcabiẽ fordidam, & vlcera multæ ſordis, & adminiſtrant eam ſimiliter in vlceribꝰ reſticulogꝝ, & circa loca illa exiſtentibus, qñ ſunt multum humida, & in vlceribꝰ aurium, & abluunt cũ ea caput, & miſidificat furfures, quæ ſunt in eo, & lentigines faciei, & curat impetiginem, & ſerpiginem, & ſaaphati capitis, & qñ eam adminiſtramus, neceſſitate coacti, non potentes habere Medicinã aliã in ruſticis, curat ægritudines eoꝝ. Accipitur enim pretia, & ligatur ſuper exituram, aut ſuper vlcera quę gencrantur in manibus & pedibus eoꝝ, & ligantur cum ea fortiter, & præcipit infirmo ꝙ mingat aſſidue ſuper locum illum, & non diſſoluat eum donec curetur, cõfert enim & curat. Sed Medicina quæ ſumitur ex vrina infantium, & eſt dicta criſocolla, eo ꝙ aurifices vtũtur ea ad aurum ſolidandum, & eſt Medicina multum iuuata ua in vlceribus fraudulẽtis, & difficilis curationis. Qui ergo vult facere hanc Medicinam, accipiat mortarium ex cupro, & piſtellum ex eodẽ, & præcipiat puero, qui nõdum peruenit ad coitum, ꝙ mingat in eo, deinde piſtetur cum agitatione continua in ſole, aut in domo calida, vt diſſoluatur ex ſubſtantia æris in Medicina illa, pp caliditatẽ ſolis, vel aeris amplior quantitas, erit nãq̃ magis conferens, eſt enim in ipſa iuuamentum magnũ in vlceribus quæ dixim⁹. Sed ex vrinæ, quæ reſidet in fundo eius, alba, groſſa, ſm ꝙ dicitur, confet eriſipilæ. Et vrinam puerog, & ẽt virorum iam biberunt quidã in ægritudinibnt prouenientibus a corruptione aeris, & æſtimauerũt ſe pp hoc fuiſſe curatos, & vrina animalium miſcetur cum Medicinis, quæ fiũt ad dolores iun-
Curarum, & eſt cõferens. Dioſcorides.) Vrina hominis quæ ſumitur in potu ab illo qđ momordit ſerpens, confert, & reſiſtit Medicinis mortiferis ebibitis, & confert principio hydropiſis, & qñ infunditur ſuper morſum tyri marini, & ſcorpionis marini, & draconis marini, confert, & vrina hominis qñ miſcetur cum nitro, & proiſcitur, vel linitur ſuper morſuram canis rabidi, & ſuper ſcabiem vlceratam, & ſup pruritum, cõfert, & vrina vetus eſt melior qñ recẽs in vlceribus humidis oculoꝝ, & in furfuribus capitis, & impetigine, & ſerpigine, & ſcabie, & prohibet dilatationem vlcerum frau dulentogꝝ in corpore, & qñ peſſlarizatur cũ ea matrix, phibet dilatari vlcera quæ ſunt in ea, & abſcindit curſum humiditatum auris, & qñ calefit in cortice granati, & diſtillatur in aurem, extrahit vermes qui fiunt in ea, & vrina infantium qñ ſumitur in potu, confert aſmati, & qñ coquitur in vaſe æneo cum melle, abſtergit albuginem quæ fit in oculo pp incarnationem vlcerum cornææ, & vlcerum quæ dicuntur ahalos. Etiam fit ex vrina puerorum, qñ agitatur diu in mortario ex ære cupreo cum piſtello eiuſdem in ſole calido gluten, cũ quo glutinatur aurum, & ſedimen vrinæ velut ſyr quod reſidet in fundo eius, qñ linitur cum eo eriſipila, ſedat eã, & qñ teritur cum oleo alcannæ, & fit inde naſale, ſedat dolorem ex ſuffocatione matricis, & abſtergit albedinem oculi. Vrina vero tauri, qñ miſcetur cum myrrha, & diſtillatur in aurẽ, ſedat dolores eius. Sed vrina apri eſt ſicut vrina hominis, niſi quia proprietatem habet frangendi lapidẽ, faciens egredi ipſum cũ vrina.

Vrina vero capræ, qñ bibitur cum ſpica omni die, in quãtitate vnius conos, curat hydropiſim carnoſam, expellens humiditates eius p fluxum ventris, & per viã vrinæ, & qñ diſtillatur ex ea in aurem, ſedat dolorem eius, & vrina animalis, quod dicitur linx, quæ vrina dicitur ſarayos, vt quidam dicũt, qñ mingitur, ſtatim petrificatur, & fit lapis, & hoc eſt verum, & dicit lapis iſte ablataron, vel batarapton, quia qñ ſumitur in potu cũ aqua, eſt conueniens oris ſtomachi, & ſedat dolores eiꝰ, & confert curſui humoꝝ ad ſtomachũ. Vrina vero aſini, ſm ꝙ dicit, qñ ſumit in potu, curat dolores renũ.

DE PELLE ARIETIS. CCCCXXXIX.

GEldalchebe, id eſt, cutis arietis. Galenus.) Qñ accipitur recẽs, ſicut excoriatur aries, & ponitur ſuper locum percuſſionis, confert, ad eo ꝙ curat percuſſionis læſionem in die vna & nocte, & hoc quia maturat & reſoluit loca perciſſa, quæ ſunt repleta ſanguine. Sed geldalatiche, id eſt, corium vetus. Dioſco-
rides.) Solæ ſotularium veruſtorum qñ comburunt, & cinis earum puluerizatur ſuper combuſtionẽ ignis, & ſuper apoſtemationem quæ fit in pedibus a ſtrictura calciamentorum, confert, & quando puluerizatur ſup excoriationem, quæ fit in coxis, deficcat, & conſolidat eam. Et dicunt quidam, ꝙ quando fit fumigium cũ eis, fugiunt ſcorpiones, & animalia venenoſa fumum eaꝝ.

De vrina lib. 2. ca. 73

De corio vetere ma tutis lib. 2. cap. 40

Galenus.) Id quod cadit a ſotularibus veteribus, ſecundum ꝙ dicunt quidam, quando comburitur, confert contritioni, quæ fit propter calciamentum ſtrictũ, & habet hoc per naturam cõtrarietatis, ſed ſi fuerit ibi apoſtema propter conſtrictionem, non confert, poſtq̃

vero fuerit fedatum apoſtema, confert ei id quod eſt interius, ex ſola inferiori ſubtularis, qñ aduritur, quia deſiccat. Nos enim iam poſuimus hũc cinerem, dum eſſemus in quadã villa, ſuper exituram, quæ acciderat propter fricationem, ſeu conſtrictionem ſubtularis, & contulit. Et iſte cinis curat ẽt apoſtemata, cuæ fiunt a combuſtione iguis, & excoriationes quæ fiunt in coxis.

DE SANGVINE. CCCCXL.

DEm, id eſt, ſanguis. Galenus.) Sanguis porci eſt calidus & humidus, ſicut ſanguis hominis.

Sed ſanguis columbi adminiſtratur a quamplurib⁹ Medicorũ in capite, qñ fuerit ſciſſura in craneo, nam proijciũt in loco illo ſanguinem columbi, & ſi nõ inueniunt illum, ponunt ſanguinem garidem, aut ſanguinem cuniculi. Et quidam diſtillant ſanguinem columbi, dum eſt recens & calidus, in oculo, qñ in oculo fuerit tarpha, id eſt, ægritudo ſanguinis. Et quidam extrahunt pennam ab ala eius, & exprimunt ſanguinem qui eſt in ea, in oculum, aut ſcindunt ſub ala eius, & accipiunt ſanguinem qui egreditur, & imponunt calidũ, & non faciunt hoc, niſi illi qui volunt occidere colum bos. Et qñ diſtillatur in oculum loco huius ſanguinis oleum roſaceum, facit idem, niſi quia oportet q̃ diſtilletur oleum calidum, ſm̃ caliditatem ſanguinis, ſanguinis namq; iumentum in hoc non eſt, niſi propter caliditatem eius actualem, nõ propter aliam virtutẽ quæ ſit in eo, niſi propter illam caliditatem cũ temperamento ſuæ complexionis, & manifeſtatur hoc etiam, qñ oleum roſaceum eſt melius ad curandam ſciſſuram cranei, quia oleum roſaceum cum hoc quod eſt rẽperatæ complexionis, habet quandam ſtipticitatẽ. Et ſanguis caprinus, quidam Medicorum ſunt, qui dant in potu ſanguinem caprinum, & hircinum mixtum cum melle hydropicis. Et quidam aſſant hunc ſanguinem, & dant in potu habentibus fluxum ventris, & fluxum mucilaginum, in quibus eſt admixtus ſanguis, & exiſtimo q̃ cauſa quare iuuat ad hoc, eſt propter groſſiciem terreã, quæ eſt in eo, & propter ſiccitatem quæ eſt admixta ſuę caliditati. Sanguis veto agni, & hœdi, dicunt quidam q̃ ſanguis agni qñ bibitur, confert epilepſiæ. Et dixit Theophraſtus q̃ ſanguis hœdi confert epilepſiæ. Vidi opificem quendam qui erat diſertus homo, & verax, & bonæ memoriæ, qui dixit mihi q̃ fuerat expertus in duobus qui expuebant ſanguinem, dare eis de hoc ſanguine, & conſtulit eis iuuamento manifeſto, & ego credidi dicto eius, & exiſtimaui q̃ iſti non emittebant ſanguinem a pulmone, neq; a palato, ſed propter apertionem alicuius venæ. Et dixit Theophraſtus q̃ ſanguis hœdi, eſt magis iuuatiuus ad fluxum ſanguinis, q̃s ſanguis alius, & oportet q̃ ſit coagulat⁹, & q̃ accipiatur ex eo libra vna in pondere, & miſceatur cum aceto forti, tanto quantus eſt languis, & eoquatur tribus bullitionibus, plus parũ, deinde diuidatur in tres partes, & detur in potu qualibet die pars vna, i ieiunio, & maxime qñ fumus diſtantes a locis vbi ſunt Medicinę aliæ. Sanguis vrſi, & hirci qñ apponitur calidus ſuper apoſtemata, maturat ea cito. Dioſcorides.) Sanguis porcinus ſedat dolores, & curat vlcera quæ ſunt in auribus, & confert vulneribus. Et ſanguis hœdi, & agni, & anſeris, ingrediuntur in confectionibus antidotorum, & confert apoſtematibus. Sanguis vero garſecn, & cuniculi, & columbi, & hœbę accipitur calidus, & fit cum aliquo iſtorum cohol, & confert apoſtematibus oculi, & ſanguini qui eſt in eo, & obſcuritati viſus, & ſanguis columbi proprie abſcindit fluxum ſanguinis narium, qui fit a mirinis cerebri. Sanguis hirci, & capræ, & leporis, ac cerui, qñ aſſantur & adminiſtrantur quicunq; ipſorum, confert vlceribus inteſtinorum, & fluxui ventris antiquo, & qñ bibitur cum vino, confert veneno, quod dicitur taphſipon. Leporis vero ſanguis qñ linit impetigo cũ eo, dum ſuum retinet colorem, curat eam. Sãguis vero canis, qñ ſumitur in potu, curat morſum canis rabidi. Sanguis vero nemoralis teſtudinis, cõfert epilepſię, qñ ſumitur in potu. Sed ſanguis teſtudinis marinę, quãdo bibitur cum vino, & cum coagulo leporis, & cimino, confert morſibus venenoſis, & confert bibentibus ranunculos. Sed ſanguis tauri, qñ fit emplaſtrũ ex eo cũ ſauich, mollificat, & reſoluit apoſtemata dura. Sanguis harbæ qñ ponitur in radice capillorum euulſorum, nõ ſinit eos renaſci, ſimiliter aũt facit ſanguis ranę viridis. Sanguis menſtruus quando inungitur virga cum eo in hora coitus, prohibet mulierem illam impregnari, & ſi liniuntur cum eo pedes podagrici, curat dolorẽ eius.

DE CEREBRO ANIMALIVM. CCCCXLI.

DImag, id eſt, cerebrum. Galenus.) Cerebrum leporis, pro certo ſcimus q̃ quando liniũtur cũ eo gingiuæ puerorum, tpe ortus dentium eor̃, facit eos facile naſci, & ſine dolore, & hoc eſt notorium apud oẽs, & adminiſtratio eius eſt poſtq̃ decoquitur, et non habet hoc cerebrũ ſolum hanc proprietatẽ, immo ẽt mel, & oleum, & butyrum, & alia multa hmõi, quæ habent virtutem faciẽdi naſci dentes infantium. Et dicunt quidam, quãdo cerebrum leporis comeditur, confert tremori membrorum. Cerebrum cameli quando deſiccatur, & ſumitur in potu cum aceto, cõfert epilẽticis. Sed cerebrum galliæ ſtringit ſanguinem mirin garum cerebri, Et cerebrum anatis eſt conueniens apoſtematibus quæ ſunt in ano. Etiam adminiſtrant quidam cerebella quædam animalium, & volatilium quo rundam ad morſus venenoſorum, & ad illos qui bibẽrunt Medicinam mortiferam.

Diſcor. dele gore lib 2. cap. 17

Dioſco. de animalib 2. cap 64.

DE HYSOPO HVMIDA. CCCCXLII.

SEnſe ratab, id eſt, hyſop⁹ humida. Galen⁹.) Virtus eius eſt reſolutiua, & maturatiua. Dioſcorides.) Eſt pinguedo quæ eſt in lana, quæ in hunc modum accipit. Accipe lanam ſuccidam, lenẽ, vel molem, & laua eam in aqua calida, in ſole calido, & exprime totum quod eſt in ea ex ſorde, & pone ſordiciem illam in vaſe habẽre orificium latum, & proijce ſup eam aquam, infundens ab alto cum impetu, vt ſpumam faciat, deinde agita fortiter, vt multã faciat ſpumã, deinde collige ſpumam illam ſuper quam aſperge aquã marinam cum impetu, donec ſpuma fedetur omnino, & tunc collige pinguedinem illam, quam ſupernatare videris, & pone in vaſe terreo, deinde proijce in vas iterũ aquam aliam, & agita ſicut feciſti prius, & proijce ſuper ſpumam eius aquam marinã, & dimitte ſedari ſpumã, & collige quod ſuper aquã natat ex pinguedine, & pone cũ pinguedine alia, & facias hoc toties quoties ſpumam fecerit, deinde accipe pinguedinem quã aggregaſti, & malaxa ipſam manibus, & ſi aliquã inuenis in ea ſordem, extrahe ipſam ab ea, & m̃ modum quẽ diximus, proijciendo ſup ipſam aquam, & agitãdo, & facias hoc toties, donec videas ipſam albã, & puram pinguedinẽ ſine admixtione alterius rei, cũ ergo feceris hoc, pone in vaſe terreo, & ſerua, hocaũt totũ, vt dixi, fiat in ſolo vaſe. Et quidam accipiunt vnctuoſum ex lana, quod ſit in hunc modum, & eſt albior alia, quia ipſi accipiunt lanam ſuccidam, ſordidam, & lauãt cum aqua calida, experimentes donec extrahant ſordem eius, deinde ponũt ſordem illam ſup ignem leuem in vaſe æneo, & bullĩt leuiter, & colligunt poſtq̃ friguerit pinguedinẽ, quę ſupernatat, & lauant cum aqua, ſicut diximus, agitantes, & colligunt, & ponunt in vaſe terreo, & ſuperinfundũt aquã calidam, & cooperiunt vas cum panno lini, & ponunt in ſole, quouſq; inſpiſſet cõuenienter, & albeſcat, Et quidam mutant aquã eius in duobus diebus ſemel. Melior ex hyſopo eſt illa, quæ non habet odorem aſtoros, & eſt mollis, qñ tangitur ſine aſperitate, habẽs odorem lanæ ſuccidæ, & qñ diſſoluit⁹ in coclea munda, nõ apparet

De ſanguine leporis. cap. 71.

De oſtipo

apparet ibi aliqux grossicies, sicut apparet in adulterata cum cera dissoluta, aut cum oleo, aut sæpo. Et virtus huius Medicinæ est calefactiua, mollificatiua vlcerũ indurator, & proprie vlcerum matricis, & ani, & qñ misceatur cum melliloto, & butyro, & qñ sit suppositoriũ cum ea, prouocat menstrua, & expellit fœtum mortuũ, & secundinam, & qñ miscetur cum sæpo anatis, cõfert vlceribus aurium, & vlceribus virgæ, & testiculoꝝ, & existentibus circa loca illa, & cõfert pruritui lachrymalium oculi, & grossiciei palpebrarũ, & pilis cadentibus ab eis. Aduritur aũt hæc hyssopus, quia ponitur in vase nouo, & ponitur super lenem ignem, & dimittitur donec finiatur pinguedo eius, & fiat cinis. Est autem conueniens iste cinis in collirijs. & Medicinis oculi, qñ bibitur ex eo pondus trium onolosat, cõfert morsibus venenosis, & confert fluxui ventris antiquo, & vlceribus intestinorum, & abscindit fluxum menstruorũ, & dissoluit sanguinem coagulatum in stomacho, & vesica, & quando sumitur in potu, fucit diximus, mundificat vlcera pectoris & pulmonis, & quando miscetur cum butiro, & fit nasale cum eo, post mũdificationem menstruorum, prohibet impregnationem, & quando datur in potu mulieri post partũ, facit eã habilẽ impregnari.

DE STERCORE. CCCCXLIII.

HEbel, id est, Stercus. Galenus.) Omne stercus est calidum, resolutiuum, attractiuum, & hoc secundum plus & minus.

Stercus canis comedentis ossa, & signũ eius est quod est albũ, desiccat, & curatur cum eo squinãtia, & apostemata gutturis, & miscetur cum melle ad dissenteriam, & vlcera antiqua, & miscetur cum lacte, in quo extincti sunt lapides, aut ferrũ candens, & datur in potu, aut fit clistere cum eo, & miscetur cum Medicinis resolutiuis aut apostematum, & confert iuuamento maximo.

Stercus infantium comedentium panem atanor, & lupinos, aut carnes gallinaꝝ elixatarum, quando deficecatur, curat squinantiam, & confert iuuamento mirabili, quando miscetur cum melle, & linitur cum eo gutur & palatum, aut datur in potu.

Stercus lupi confert dolori colicæ, qñ sumitur in potu, aut suspendit super infirmum iuxta locum doloris. Oportet aũt q̃ eligatur ex eo album, quod est reperti super spinas, aut super plantam alam. Et dixerunt quidam q̃ oportebat q̃ ligaretur in corio lupi, & suspenderetur cum filo ex lana quæ remãsit ex animali quod comedit lupus. Ego vero posui ipsum in pisde argentea, sedat nam q̃ dolorẽ, & præseruat ab eo anteq̃ accidat, verum oportet anteq̃ afferatur q̃ purgetur corpus, & adhibeat cura conueniens cholicæ, donec simus securi q̃ nõ eueniat, deinde auferatur. Et ego dedi ex eo in potu in hora quietis, & non superuenit dolor.

Stercus capraꝝ est calidum, resolutiuũ, confert apostematibus fraudulẽtis, sicut sunt apãta genuum, & doloribus iuncturarum, & scię, qñ miscef cum farina hordei, & conficitur cum aceto, & ponitur sup locum, maxime in corporibus duris, solidis, sicut corpora rusticorum, & administratin duritie splenis, & hydropis, & qñ stercus caprarum aduritur, est subtilius, & magis resolutiuum, & curat alopiciam, & scabiem, & vlcera mala, & omnem ægritudinẽ, quæ indiget Medicina mundificatiua, & abstersiua, & miscetur etiam cum emplastris resolutiuis, sicut est emplastrum, quod fit ad apostema radicis auris, & testiculorum, & cõfert morsui vipeꝝ, & alijs morsibꝰ venenosis, & datur ex eo in potu ictericis, & curat eos, & sedat fluxum menstruorum.

Stercus vero boum collectũ in vere, est magis mollificatiuum, nã virtus eius qñ comedunt herbã, est mollificatiua multum, sed qñ comedũt fœnũ, est virtus eius exiccatiua, & resolutiua, & est cũ hoc in eo virtus attractiua, & confert punctuꝝ apũ, & vespaꝝ, & zambor, & qñ emplastrat cum eo venter hydropici, confert iuuamento magno, resoluens aquã eius. & attenuans ventrem, & qñ liniunt cum eo membra apata, cõfert eis, & stercus boum comedentiũ orobum, cõfert hydropicis ẽt, & curantur cum eo apostemata rusticorum, & quando conficitur cum aceto, confert apostematibus duris.

Stercus pecudum confert verrucis, & carni suprluæ, qñ conficitur cum aceto, & liniunt cum eo, & confert combustioni ignis, nam consolidat excoriationẽ eius, maxime quando conficitur cum oleo rosaceo, & cera, & ponitur super locum.

Stercus vero columbaꝝ volantium, qñ administrat cum sinapi, & cũ nasturtio trito sup mẽbra frigida, quæ oportet calefieri, & maxime in ægritudinibꝰ antiquis, sicut in podagra, & emicranea, & soda, & scothomia, et doloribus lateris, & spatularum, nam accidũt eis aliqñ dolores antiqui, & dolores vẽtris, & renum, & iuncturarum, confert eis omnibus maxime deficcatum.

Sed stercus gallinarum est minus calidum q̃ stercus columbarum, & administratur ad suffocationem quæ fit ex fungis, quãdo miscetur cum aqua & aceto, & datur in potu, & iuuat fortiter, nã facit euomere, & quando bibitur cum vino in dolore colicæ, confert.

Stercus muris confert alopiciæ, & laxat ventrem. Et stercus stellionis, & adhaya, & zerzir sunt ficca, & abstersiua, & mũdificãt faciẽ, nisi qa stercus zerzir est debilis q̃ sterc adhaya. Sed stercus stellionis curat impetiginẽ & lẽtigines faciei, & aufert morpheã. Sed stercus zerzir comedentis rizi solũ, abstergit impetiginem fortiter.

Dioscorides.) Stercus vaccaꝝ pascẽtium herbam, qñ ponit cum humiditate sua recẽs super apata calida, sedat, & inuoluit in soliis, & calefit in cinere calido, deinde auferunt folia, & stercus ponit super apata, & fit eundem modũ confert sciaticæ iuuamento manifesto, & qñ misceꝛ cum aceto, resoluit scrophulas, & apata dura, & stercus boum proprie, qñ fit fumigium cũ eo, confert descẽsui matricis, & egressui eius, & qñ fit fumigiũ cũ eo, fugat cimices, & qñ coquitur in olla noua cum vino, & bibitur vinum illud, confert hydropisi & lepraæ.

Stercus capraꝝ, maxime sylueſtrium, q̃ bibitur cũ vino, confert ictericiæ, & qñ bibitur cum speciebus ad hoc conferentibus, sicut spica, & folium, & hmõi prouocat menstrua, & expellit fœtum, & qñ teritur siccẽ, et miscef cum olibano, & fit inde nasale, cõfert cursui humiditatum antiquo ex matrice, & qñ miscetur cum aceto, confert fluxui sanguinis, vndecunq; fluat, & qñ cum buritur, & miscetur cum aceto, & secaniabin, & linitur cum eo alopicia, curat eam, & qñ fit ex eo emplastrum cum sepo antiquo, confert podagræ, & qñ coquitur cũ aceto, aut vino, & ponitur super morsus venenosos, & super formicam, & super apostemata aurium, confert, & quando cauterizatur cum eo, cõfert sciaticæ. Et modus cauterizationis cum eo est, q̃ accipias lanam, quã tu iam imbibisti oleo, & inflamma frustum stercoris, et pone in lanam, & subito appone in loco medio, inter pollicem & indicem, & tene tam diu in loco donec sentiat in scia impressionem, nam statim sedatur dolor, & nominatur hæc cauterizatio Arabica.

Stercus vero arietis qñ fit emplastrũ aceto mixto, curat sciam, & confert verrucis, & qñ miscetur cum cera dissoluta cum oleo rosaceo, curat cõbustionem ignis.

Sed stercus apri qñ deficcat, & bibit cum aqua & vino, confert spuentibus sanguinẽ a pectore, & aufert dolorem lateris antiquum, & qñ administratur cũ aceto, confert attritionibus, & qñ miscetur cum cera dissoluta, cum oleo rosaceo, curat contorsiones neruorum.

Stercus asini & equi cõbustum, aut non cõbustum, mixtum cũ aceto, abscindit fluxũ sanguinis, & stercus asini comedentis fœnũ, mixtum cum vino, & bibitum, confert punctuæ scorpionis, iuuamento magno.

Stercus vero columbæ est calidius, & magis aduræ aliis stercoribus omnibus, & qñ misceť cum farina hordei, & aceto, resoluit scrophulas, & frangit & pata maturata, & qñ misceťur cũ melle & semine lini, aufert variolas, qñ teritur cum oleo, curat combustionẽ ignis.

Et stercus gallinæ facit hoc etiam, nisi quia est debilioris operationis, & est conueniens, pprie illi, qui sumpsit fungos mortiferos, & habenti colicam, quando sumitur in potu cum vino & aceto.

Stercus lacalit quando sumitur in potu cũ aqua, confert epilepsiæ.

Stercus rocham facto cũ eo fumigio, expellit fœtũ.

Stercus muris qñ distilloluitur cum aceto, & linit inde alopecia, curat eam, & qñ sumit in potu cum olibano, & aqua mellis, facit mingi lapidẽ, & qñ fit cum eo suppositorium infantibus, prouocat ventrem eorum.

Stercus vero canis qñ colligit in æstate, rẽpore quo ascendit stella, quæ dicitur canicula, & deficcatur, & datur in potu cum vino & aqua, stringit ventrem.

Stercus alhadra, qñ fit emplastrum cum eo cum sua caliditate, prohibet erisipilam, & apostemata, & exituras cõglutinat. Et dicitur, qñ deficcatur, & misceťur cũ melle, & fit linitio cum eo, confert quinantiæ.

Stercus ſtellionis mundificat & clarificat vultũ. Melius aũt ex eo est illud, quod est album mulrum, & facile frangibile, & lene, sicut amylum, & qñ misceťur cũ aliquo liquore, cito dissoluitur, & quando frangitur, odoratur ex eo velut acetositas, ſimilis acetositati fermẽti. Quidam vero adulterant ipſum cum ſtercore turturis comedẽtis rizi, nam ſtercus eius est ſimilis ſtercori ſtellionis, & misceťur amylum cum chimoleo, & cribrant cum cribro lato, vt ſtat cribratio ſicut vermiculi, & deſiccant, & vendunt pro ſtercore ſtellionis.

DE EXTREMITATIBVS ANIMALIVM & dentibus. CCCCXLIIII.

De vngula caprar. lib. 2. cap. 37

KAphit, id est, pes, Stes, id est, vngulę, Zeide, id est augmentationes, quæ ſiunt in cruribus animalũ maiorũ. Neb, id est, molares dentes. Galenus.) Quidam adurunt vngulas caprarum, & cõficiunt cinerem earum cum aceto forti, & liniunt inde alopeciam, & confert, & poſtq̃ res est, ſicut diximus, virtus huius cineris ſubtiliat humores groſſos. Quidam vero exiſtimantes hoc, accipiunt vngulam aſini, & adurunt, & curant cum ea epilepſiam magnam. Et idem cinis reſoluit ſcrophulas, quando conficitur cum oleo, & quãdo fit pulvis ex eo cinere, est deficcatiuus, & curat vlcera, quæ ſiunt in manibus & pedibus propter frigus.

De vngula asini lib. 2. cap 37

De ſtellionibus equæ li. 2. cap. 37

Dioſcorides.) Augmentationes quæ ſiunt in cruribus & iuncturis equorum, qñ teruntur, & datur de eis in potu cum aceto, curant epilepſiam. Et vngulæ caprarum qñ aduruntur, & misceťur cum aceto, & fit inde linicio ſuper alopeciam, curat eam. Sed limatura dẽtis elephantis est ſtiptica, & quando fit emplaſtrum cũ ea, curat panaricium. Dicunt quidam, quod molares dentes canis rabioſi, qui momorderit hominem, ſi accipiatur ex eis, & ligetur in corio, & ſuſpendatur in brachio, prohibet portantem ſe a morſu canis rabioſi.

DE EPATE. CCCCXLV.

BEbib, id est, epar. Galenus.) Epar canis rabidi quando ſumitur in cibo, curat morſum canis rabidi. Ego iam vidi quoſdam, qui comederunt ipſum, & euaſerunt, veruntamen non erant cõtenti in hoc ſolo medicamine, ſed vſi ſunt cum hoc aliis Medicinis, in hoc a nobis expertis. Et dixit mihi quidam, cũ quidam comedit epar canis rabidi, ſtans contentus illo ſolo, & mortuus est.

Epar caprarum a quibuſdam aſſatur, accipientes humiditatem ſpumoſam emanantem ab eo, & faciunt cũ eo cohol ad obſcuritatem viſus, & dum aſſatur, præcipiunt aperite oculos ſuper ipſum, & recipere vaporem ipſius. Et ſimiliter præcipiunt, quod comedat ab ægrõ, & eſtimauerunt, quod confert ad hoc. Et dicitur, quod quando comeditur ab epilentico, manifeſtat in eo ægritudinem ſuam, & facit ipſum cadere. Et dicunt, quod epar hyrci facit hanc eandem operationem.

De iocinoribus lib. 2. cap 39

Sed epar lupi poſui ſæpe in Medicinis, quæ ſiunt cũ eupatorio, & fuit conferens epati multum. Sed ego nõ ſum expertus, vtrum per admixtionem epatis in medicamine auctãs fit virtus medicaminis comparata virtuti eius ſine appoſitione epatis, cũjus virtus vtriuſq; fit magna in ægritudinib⁹ epatis. Dioſcorides.) Epar aſininum quando comeditur, confert epilenticis, debet tamẽ ſumi in ieiunio. Sed epar capræ quando aſſatur, & colligitur liquor emanans ab eo, & fit inde cohol, confert obſcuritati viſus. Et quando aperit homo oculos ſuos ſuper vaporem eius dum aſſatur, quouſq; ſentiat vapor rem peruenisſe ad oculos ſuos, confert ei ſimiliter, & quando comeditur poſtquam fuerit aſſatum, facit hoc idem. Dicitur autem, cp quando comeditur epar hyrci ab epilentico, facit eum cadere, & ſic detegit ægritudinem eius, maxime autẽ epar magni hyrci. Epar porci maſculi quando deſiccatur, & ſumitur in potu, confert morſibus venenoſis, Epar canis rabidi, ſm quod affirmatur, aſſatum & comeſtum ab illo, quem momordit canis rabidus, prohibet eum a timore aquæ.

DE RENIBVS. CCCCXLVI.

BHule, id est, ren. Renes ſunt ſtinci. Galenus.) Ex piſcibus iſtis, & ſunt ſtinci, quidam deferunt ex Babylonia, & quidam ex India, & ex eis ſunt qui generantur in mari Cozum, & ex eis ſunt qui reperiuntur in regionibus Lodiæ, & in regionibus Morſion, & ſunt ſpecies ſtellionis aquatici, & ipſi quidem deliccantur in tempore autumni. Et dicitur, quod quãdo ſumitur in potu ex eo, quod est iuxta renes ſtinci, incitat fortiter libidinem, ſed quando bibitur decoctio lentium cum melle, aut ſemen lactucæ cum aqua, ſedatlibidinem illam. Et hæc Medicina ingreditur in confectionibus ad excitandum deſyderiũ coitus. Alcãzi.) Si bibitur ex renibus ipſis ſolis iſtius piſcis, facit nimiã erectionem virgæ, ad eo quod oporteat fieri Medicinã extinguentem ipſam, verum quando miſceťur cũ Medicinis aliis, reprimitur virtus eius. Meſeſhah, & Rafis.) Est calidus, & auget ſpermam & libidinem, & melior ex hoc piſce est ille, qui est maior, & pinguior, & accipit in vere, & aliqñ adminiſtratur in Medicinis, quæ ſiunt ad ægritudines frigidas neruorum, & confert.

DE LACTE, ET HIS, QVÆ FIVNT ex eo, caſeo, & butyro, & aqua eius. CCCCXLVII.

LEbẽ, id est, lac, Lubon, id est, caſeus. Zebd, id est, butyrum. Semen, id est, mantega. Galenus.)

Lac melius est ſanum naturale, non habens inſectionem alicuius alterius humoris, aut ſuper quod nõ vincit aliqua qualitas, & est clarum, in quo non est turbulẽtia aliqua, nec acuitas in ſapore vel odore, nec acetoſitas, nec ſalſedo, immo est ſi eo dulcedo pauca, & est odor eius bonus. Et lac quidẽ, quod est huiuſmodi, est illud, quod generat ex ſanguine ſano, expiato ab omni malicia. Et ſanius lac est mulieris, maxime cuius corp⁹ est ſanum, non antiquæ, ſed iuuenis, pulchræ, temperatæ complexionis, cuius nutrimentum est bonum generatiuum bonorum humorum. Et poſt lac mulieris, est lac animalium, quorum natura non est elongata a natura hominis, ſed est prope naturam eius, & odor quidem carnium animalis ſignificat ſuper bonitatẽ lactis, & ſanguinis eius, & ſuper ipſorum ſanitatem, & ſuper elongationem aut appropinquationem naturæ hominis. Quoniam animalium quædam ſunt boni odoris, quædam carnes ſunt fœtidæ, ſicut carnes canis, lupi, leonis, & vrſi, & quædam ſunt, quorũ carnes ſunt boni odoris, ſicut carnes porcoꝝ, pecudum, & caprarũ, & boum, equoꝝ,

et

& asinorum syluestrium, ac domesticorum, & danulorum, aceorum, quæ currunt cursu istorū, quorum carnes comedunt ēt plures hominum, natura nanq; earū est propinqua naturæ hominis, & propter hāc causam administratur lac caprarum, & aliorum animalium frimilium, vr boum, & asinorum, & sit caseus ex eis, præterquā ex lacte asinæ, propterea quod est aquosum, subtile, non habēs grossiciem in se. Lac vero vaccarum est grossum, & lac caprarum est medium inter vtrunq; & lac quidem est velocioris alterationis, quādo tangitur a calditate aeris, & propter hanc causam præcipitur, quod fugat ex mamilla, nealteret ipsum aer, et ipsum confert catarro acuto, & mundificat membra a chimis malis suis, propter suam abstersionem, & adhęret membris, & prohibet ab eis acuitates humorū, ne perueniāt ad ea, quemadmodum albumen ouj, & cera lota, & cęteras similia horum ex Medicinis, quæ membris adhærent & sedant mordicationem humorum malorum, & propter hanc causam confert habentibus vlcera in pulmone & pectore, & confert ophthalmiæ, quæ fit propter catarros acutos, & fortallis curatur cum eo solo, & fortassis miscetur ei aliquod cohol propter fortificationem oculi, & fortassis ponimus ipsum super palpebras in hora somni, & quandoq; miscemus cum eo oleū rosaceum, & parum albuginis ouj, & ponimus super palpebras apostematas, & curat ea. Et fit clistere cum eo ad vlcera quæ sunt in matrice, aut cum eo solo, aut admixto cū aliquibus ex Medicinis conuenientibus eis, & cōfert vlceribus ani, quādo fiunt ex humoribus acutis mordicantibus, venientibus ad locum illum, & propter hanc causam confert hemorrhoidibus, & vlceribus intestinorum, & vniuersaliter vtimur eo in omni apostemate, & in omni vlcere, ad quę currūt humores mordicatiui. Et quādo miscetur aliqua Medicina sedatiua cum eo, sicut est cinis, qui accipit in fornacibus, in quibus purgatur æs, confert vlceribus cācrosis, & sedat dolorem eorum. Et quando fit colluti o ris cū eo, & gargarisma, confert vlceribus oris, & apostematibus duarum amygdalarum, & vuulę, & sedat dolores eorū. Et multi Medicorum dant ipsum in potu illi, qui sumpserit aliquas ex Medicinis mortiferis, sicut sunt cantarides, & etiam alia similia. Sed lac acetosum, & est mast, & ego administrai aliquando in plagis rusticorum, & conglutinai eas cum eo, & ponebam super vulnus aliqua ex folijs, & curabantur.

Et lac quidem est compositum ex tribus substantijs, scilicet caseaa, butyrosa, & aquosa. Et quādo tu cognoueris has substantias, & separas vnam ab alia, causa medicationis, inuenis, quod vnaquæq; habet operationē propriā, in via nutrimenti, & in via Medicinæ, & propter victoriam pinguedinis super lac vaccarum accipitur ab eo recocta.

Butyrum vero accipitur ex lacte caprarum, & vaccarum, & ouium, & butyrum resoluit & maturat, & propter hanc causam administratur in apostematibus, quę fiunt sub aure, quando volumus ea mollificare, & maturare cito. Et operatio eius in corporibus mollū carnium est fortior, & est magis maturatiua in eis. In corporibus vero duris est debilioris operationis, & liniuntur cū eo apostemata, & furunculi, quando fiunt in corporibus infantium, & mulierum solum, & curat ea, & multi curāt cum eo tumores gingiuarum, et nos administramus ipsum proprie in gingiuis infantium, linientes eas cum eo, quando volumus, quod dentes eorum cito oriantur, & sine dolore, & confert apostematibus oris, & miscetur cum Medicinis, ex quibus fiūt emplastra lumborum, & membrorū aliorum, & quando fiit ex eo mixto cum melle, affert iuuamentum magnum spuentibus saniem, & habentibus pleuresim, & apostemata in pulmone. Et qū sumitur butyrum solum sine melle, est maturatiuum plus, sed ad excreādam saniem est debilioris operationis. Et quādo comeditur mixtū cum melle & amygdalis amaris, est fortioris operationis in excreatione & mundificatione, & debilioris in maturatione.

Sed aqua lactis lauat & mundificat viscera, & purgat ab eis superfluitates eorum, quando bibitur, aut fit clistere cum ea, & facit hoc sine mordicatione, immo habet operationem bonam, ad fedandam mordicationē, & lauat vlcera sanios, & curat ea. Et quidam miscent cū hac aqua, Medicinas, quæ sunt ad defensum aquę ad oculum, & similiter ad mundificandā impetiginē, & curat apostemata oculi, & sanguinem, qui venit ad oculum, quando miscentur cū ea Medicinæ, quæ conueniunt ad hoc. Et lac, in quo est caseatas, quādo administratur, adhæret membris interioribus, & sedat acuitatem sanguinis, & humorū malorum, & sedat fluxum ventris, & abscindit fluxum humorum sanguinolentorum viscosorum. Et præparatio eius ad hoc est, q; accipiatur ex lapidibus litoris plena manus, & mundificentur bene ab omni sorde, & ponantur in ignem, donec calefiant, a quo extracti, extinguantur in lacte, aut coquatur lac, donec minuatur aqueitas ei⁹, & plurimum suæ humiditatis, deinde auferatur ab igne, & administretur. Nos autem affluemus hoc facere cum ferro rotundo, mundo, & inuenimus ipsum melius lapidibus, propter stipticitatē aliquam, quæ est in ferro, & quanto ferrum fuerit stipticius, erit melioris operationis, & nō omne lac recipit caseitatem & coagulationem.

Sed caseus est lac coagulatū, & sit caseus, nī sillud lac coagulatur, super quod vincit grossicies, tale quidē est facilis coagulationis, & separatur facile ab aqueitate quī fit caseus, & substantia butyrosa in lacte vaccarum est plus, & quādo coagulatur lac absq; eo, quod auferatur ab eo butyrum, fit pinguis caseus. Et quando caseus veterescit, fit incendens, & significat hoc sapor & odor ipsius. Et ego assueui administrare ipsum cū decoctione cruris porci salsi, facta confectione vnguentosa, sup dolores iuncturarum cum duritie, & scissus fuit locus per se, & exiuit ab eo virulentia, & aquositas multa, & alleuiatus est dolor, & contulit magnifice. Et expertus est hoc etiam alius absq; me, & inuenit hoc idem. Sed caseus recens est contrariæ virtutis a caseo veteri, & ego iam posui eum super vulnera putrida cum folijs acetosæ, & curauit, etiam ponuntur loco foliorū acetosæ folia vineæ, aut lactucæ, aut ficlæ, aut dulb, et est platan⁹.

De lacte Iacobi. c. 62

Dioscorides.) Lac omne est boni chimi, & est multum nutritiuum, mollit ventrem, & confert stomacho. Et lac quidem Veris est aquosius lacte æstiuo, & lac animalis pascentis herbas recentes, est magis mollitiuum, q̄s pascentis herbas siccas. Est autem lac bonum, quod est album, æquale in spissitudine, quando ponitur super vnguem, & nō diffunditur, sed stat collectum in se. Et lac caprinum est minus mollitiuum ventris, quā aliorum animalium, quoniam capræ vr plurimum comedunt herbas stipticas, & folia arborum, sicut folia masticis, arboris, & oliuæ, & arboris grani viridis, & propter hanc causam lac earum est bonum stomacho. Sed lac ouis est spissum, dulce, & pingue, non est adeo bonum stomacho, sicut caprinum. Sed lac vaccarum, & asinarum, & equarum, sunt magis laxatiua ventris, quam aliud lac. Et lac animalium comedentium plantam scamoneæ, vel ellebori 'aut plantam, quæ dicitur palamicras, est malum stomacho, nā nos vidimus in montibus, qui dicuntur viscosi, capras comedentes ibi folia ellebori 'albi, & contingebat ob hoc in principio quando comedebant ea stomachis earum nausea, & vomitus. Et omne lac quando coquitur stringit ventrem, & maxime quando exiccatur aqua eius cum lapidibus calefactis, confert nanq; fic paratū vlceribus interiorum

riorum membroꝝ, & proprie illis qui fiunt in gutture, & canna pulmonis, & in renibus, & intestinis, & in vesica, & confert pruritui, & bothor, & malicæ chimoꝝ, & administratur lac cum melle, & parum aquæ, & modicum salis, ne inflationem faciat ad supradicta, & qñ coquitur cum lapidibus, donec ad medium redeat, cõfert fluxui ventris, & ulceribus intestinorum.

Li.2.c.62. Præterea oẽ lac aquosũ tale quandam habet, quæ qñ separatur ab eo, & administrat in potu, est multum conferens, nam laxat ventrem fortiter, & conuenit, qñ volumus ventrem laxare sine acumine, sicut qñ volumus purgare habentes melancholiam, aut epilepsiã, aut scabiem, aut lepram, aut bothor in toto corpore. Extrahit aũt aquositas eius sic. Accipitur lac, & ponit super ignẽ in vase terreo nouo, & mouetur cum ligno ex ramis fis culneæ, abscisõ ab arbore fua recenter, & bullitur duabus aut tribus ebullitionibus, deinde proijcit in omnibus vnciaꝝ nouem ex eo quãtitas ʒ. ß. cum dimidia ex ſquingibin, nam cũ hoc separabitur cito aqueitas eius a caseitate, & oportet quod accipiat ſspongia, & imbibatur in aqua frigida, & abstergantur cum ea labia vasis forti abstersione, & continuo, ne ebulliat fortiter. Et oportet silr, quod accipiatur vrceolus argenteus, & impleatur aqua frigida, & ponatur in medio lactis, & sic fe parat aquositas hęc. Dantur aũt in potu ex hac aqua, & est aqua casei, a nouẽ vncijs, vſq; ad tres libras. Et oportet, quod ille qui bibit eam, exerciteture, & moueatur.

Sed lac nouiter emultum, est bonum acuitati humorum, & bibenti Medicinas mortiferas, & illis, qui sum pserunt cãtarides. Et lac vaccinum est magis contrariũ Medicinis illis omni alio lacte. Et dicitur, qñ colluitur os cum lacte, confert vlceribus oris, & fit gargarisma cũ eo ad vlcera palati. Et lac asinæ proprie qñ colluitur os cum eo, cõfortat gingiuas & dentes. Lac vero vaccinũ & caprinum, & ouinum, qñ vnumquodq; horum coquitur cum lapidibus litoris, confert fluxui ventris, & vlceribus intestinorum, & tenasmoni, & fit clistere cũ eo solo, aut cum aqua hordei, aut cũ decoctione grani, quod dicitur handain, & sedat mordicationes intestinorum, & fit clistere cum eo vlceribus matricis.

Oẽ prętera lac qñ sugitur ex mamilla ipsa, est magis iuuatiuum, & velocius, & melius nutritiuum, neq; ita corrumpitur. Et lac mulieris est dulcius, & nutribilius omni lacte, qñ fumitur ex eo, cõfert mordicationibus, quæ fiunt in ſtomacho, & vlceribus pulmonis, & illi, q̃ sumpſit leporem marinum, & miscetur cum eo olibanum tritum, & distillat in oculo, in quo est vngula, aut vlcus, & confert, & qñ misceturcum eo succus papaueris nigri, & cera, & oleum, & linitur cum eo super poda gram, confert. Et oẽ lac est malum ſpleni, & epati egro tanti, & ſodæ, & epilepſiæ, & ſcotomiæ, & ægritudinibus neruoꝝ, & febribus. Et est maueurent quidã, quod lac canis primi partus, qñ ponitur ſuper pilos palpebra rum, abscindit eos, & qñ ſumit in potu, est bezaar Medicinis mortiferis, & expellit fœtum mortuum.

De caseo & bro.c.63. Sed caseus recens ſine ſale qñ comeditur, est nutritiuus, & bonus ſtomacho, & boni ſaporis, facile transĩes ad membra, auget in carne, & impinguat, & mollit ventrem temperate. Sed qñ coquitur, & exprimitur, aut aſſatur, ſtringit ventrem. Et qñ fit emplaſtrum cum eo recenti ſuper oculum, confert apatibus eius calidis, & liuori qui fit ſub oculo. Sed recens caseus falſus est minoris nutrimenti, q̃ recens ſine ſale, & est malus ſtomacho, & intestinis, & non impinguat, immo macrefacit, & inducit ardorem in ſtomacho, maxime qui fit ex lacte vaccino. Et caseus vetus ſtringit ventrẽ, & aqua casei nutrit canes multũ, & id quod dicit alchachi, & est caseus q̃ fit ex lacte equarũ, est multũ pingue, & nutrit multum, & est ſimile in ſuo nutrimento caseo vaccino, & quidam nominant coagulũ equę auphea calpheras.

Butyrum vero melius fit ex pinguiori lacte, sicut ex lacte ouis, & capræ, & vaccæ. Et modus faciendi butyrum, est, quod agitaſlac in vase, donec ſeparatur ab eo butyrum. Et virtus butyri est mollificatiua vnctuoſa, & propter hanc cauſam quando ſumitur de eo in potu nimis, laxat ventrem. Et quando caremus oleo, poſſumus ipſum ponere loco olei in iuuamentis eius ad Medicinas mortiferas. Et quando butyrum miſcetur cum melle, & linitur cum eo gingiua pueri, facit dentes eius nasci facile, & ſine dolore, confert enim mordicationi gingiuarum, quæ accidit ei illo tempore, & confert ad culla. Et butyrum nutrit corpus, & impinguat, & nõ ſinit ei accidere halaſ. Et quando ex eo, quod nõ eſt putridum, nec vetus, ſit cliſtere, confert apoſtematibus calidis, & dutis, quæ ſiunt in matrice, & vlceribus intestinorum, & ipſum miſcetur cum Medicinis aperitiuis, & confert, & in Medicinis proprie quæ ſiunt ad extituras neruorum, & panniculorum cerebri, & veſicæ, & replet vlcera, & mundificat ea, & generat in eis carnem, & quando ponitur ſuper morſum tyri, confert. Nouũ vero ſeu recens ex eo ponitur in cibis pro oleo, & in aliis pro adipe.

De butyri fœtigine ſi. bro.3.c.64. Fumus vero butyri colligitur hoc modo. Accipe lucernam nouam, & pone in ea butyrum, & incẽde in ea licinium, & cooperi cum coopertorio habente culmum, & cui culmo ſit foramen, & dimitte comburere, & quando explebitur butyrũ, pone aliud, & poſt abras de fumum a coopertorio cum pluma, & ſic faciterum, & adminiſtra in medicinis oculorum, nam iſte fumus deſiccat, & ſtipticat manifeſte, & abſcindit curſus humiditatum ab oculo, & replet vlcera eius cito.

DE CARNE TYRI. CCCCXLVIII.

LAbame alphahay, id est, caro tyri. Galen⁹.) Caro tyri calefacit, & deſiccat, & reſoluit fortiter, maxime quando fuerit condita cum oleo, & ſale, & aneto, & porris, & aqua in quantitate neceſſaria. Et vt dicunt quidam, virtus iſtarum carnium est virtus mirabilis, peruenies vſq; ad cutem corporis, expellẽs inde ſuperfluitates quæ ſunt in corpore, & propter hoc generantur in cute illorum, qui comedunt has carnes, in quorum corporibus ſunt humores mali, res ab humoribus illis generatæ, exeũtes cutem ſimiles ſquamis, & hoc ſit a proprietate ipſarum, nam iſtæ carnes adhærẽt humoribus, & adducunt eos ad cutem, maxime quod ex eis est groſſum, terreũ, ex quibus generatur ſcabies, & ægritudo, cum qua eleuatur cutis, & iam verificauit experiẽtia, q̃ tyrus qñ ponitur in vino, & bibunt ex eo leproſi, ingroſſatur cutis eorũ tota, deinde cadit, sicut cadunt teſtæ animalium oſtracorũ, & remanet eis poſt hoc caro mollis, ſicut caro quæ remanet in oſtrachis, & cancris, quando cadit teſta ipſorum, & quãdo bibit leproſus ex tyriacha, quæ ſit cum carnibus tyri, cum aſſiduatione, aut linierit corpus eius cum ea, confert ei val de. Dioſcorides.) Caro tyri qñ coquitur, & comeditur, acuit viſum, & est conueniens doloribus neruoꝝ, & prohibet ſcrophulas augmentari. Et oportet q̃ excorietur, & auferatur caput eius, & cauda. Qui autem voluerunt q̃ abſcindatur de extremitatibus eius quantitas certa, errauerunt, reſiduum vero accipiatur, & lauetur, & coquatur cum oleo, & ruta, ſale, & aneto. Et diſcunt quidã q̃ qui comedit carnes iſtas, generat multos pediculos, & hoc non eſt verũ. Et dicunt q̃ qui vtitur carnibus iſtis, augeſt vita eius, & dicũt q̃ ſal carnis tyri, facit operationẽ ipſius carnis, niſi quia eſt debilior carne. Accipiẽ ergo tyrus, & ponitur in vaſe terreo vitreato, & ponit ibi ſal, & ficus tritę, de qualibet libra vna & ſemis, cum vne. ix. mellis, & obturant os vaſis, & aſſaſ in furno, donec inflam metur ſal, & poſt hoc teritur ac reponitur, & forraſſis miſcetur cum eis ſpica, aut parũ malabatri, ad aromatizandum ſaporem eius.

De butyro lib.2.ca.64

De viperis lib.2.ca.15

DE FELLIBVS ANIMA-hium. CCCCXLIX.

SArarac,id est, fel. Galenus.) Melior ex colera est,cuius color est naturalis,& est color purus, nã viridis est ex admixtione humiditatis aquosæ, & nigra ex ea,aut illa quæ est alterius coloris, est propter aliam causam. Non ergo oportet q̃ administretur illa, quæ est versa ad alium colorem, & mutata, & egressa a sua qualitate. Et fel quidem masculi est fortius felle fœminæ, aut castrati. Et fel tauri masculi, est fortius felle, omniũ quadrupedum, & postipsum est fel vrsi, & postipsum fel ouis. Et fel quidem ouis,est fortius & siccius felle porci. Sed fella auiũ sunt ola calida, mordicatiua, sicca,& quædam ex eis faciũt mordicationem fortem, & quædam debilem. Et fel galli & dorog,id est, perdicis,ingrediunt plus i Medicina. Et fel austuris, aut milui sunt multum mordicatiua,& corrodunt carnem,& hoc faciunt,nam color eog vergit ad viridatẽ, & fortea ad nigredinẽ,qua cholera eog est acuta, quare aperiunt orificia venarum,quæ sunt in ano, cum mordicatione & ardore dolorofo,quare non oportet q̃ appropinquet eis calefactus,& fm q̃ diximus oportet q̃ comparet diuersitatem fellium adinuicẽ,& appropries vnũ quodq; ex eis, cui conuenit ex corporibus, qñ volueris aliquod ex eis administrare. Et dicũt quidam q̃ fel galzelli cõfert obscuritati visus,& fel galli,& perdicis sñr. Et dicunt q̃ fel porci qñ imponitur viceribus auris, cõfert eis. Et ntu indiges fortiori eo, administra fel hirci, & fel vrsi,& fel ouis,& fel tauri,quodcũq; istorum, fm acuitatem qua indiges ad curationem istoꝝ vlcerum. Et ex Medicis sunt qui ponũt fel tauri sup hemorrhoidas,qñ volunt aperire orificia venarũ, quæ sunt in eis, & fortassis pertransit terminum in aperiendo, pp acuitatem eius,& fortitudinem suę mordicationis,& ppter hoc non oportet q̃ fiat hmõi cura, nisi cum timore, & cautela,& cognitione corporum, in quibus administratur,& qñ attẽdatur velocitas sensus membri, in quo administrat, & fortitudo acuitatis Medicinæ. Et omnia fella ingrediuntur in fief, aliquibus in curis oculorum, & qñ admisces quodcunq; inuenis cum aqua fœniculi & melle,& fit cohol cũ eo,acuit visum,& abstergit oculum. Dioscorides.) Oẽ fel reponitur fic. Accipe fel recens & liga os eius, & submerge in aqua feruenti, & tene ibi spacio tpis,quo possis vocare tribus vocationibus,& extrahe ab aqua, desicca in vmbra,in loco priuato ab humiditate. Sed fel quod tu vis seruare, ad administrãdum in Medicinis oculi fic serua. Liga os eius cũ filo lineo dum est recens,& pone in vase vitreo, in quo tu possisti mel, & liga filum in orificio vasis,& coopezi,& repone. Et omnia fella sunt acuta,calefactiua,vegdiuersificantur abinuicem in fortitudine & debilitate. Et fel picis marini, qui dicit scharchis, id est, scorpius, & alterius qui dicitur calonomos,& testitudinis marinæ, & adhabea claudi,& achab,& galli,& capræ syluestris,sunt omnia magnæ virtutis. Sunt enim vtilia multum ad aquam descendentem ad oculum, & ad vlcera eorum quæ dicunt galmes,& ad vlcera dicta haramar, & ad obscuritatem visus, & ad palpebrarum asperitatẽ. Et fel quidem tauri est fortius felle ouis,& hirci,& vrsi, ac porci. Et omnia fella commouent fluxum vẽtris, & proprie infantibus,qñ supponũtur ano, aut si lana inuoluatur in eis, & ligetur sup vmbilicum infantis. Sed fel taurinum qñ misceatur cum melle, & linitur inde squinantia, confert, & curat vlcera ani, & vulnera, & melior cat cicatrices eorum, & qñ misceatur cum lacte caprino, aut muliebri, & distillat in aurem, a qua emanat sanies, curat eam, & qñ misceatur cum succo porri, confert tinnitui aurium, & ingreditur in confectionibus vnguentorum, quæ prohibent erisipilam, & eorum quæ manat ad morsus venenosos, & est bonum vlceribus fraudulentis, qñ misceatur cum melle, & dolori colli matricis, & testiculorum, & virgæ, & qñ misceatur cum nitro, & chimolea, curat scabiem vlceratam, & furfures capitis, qñ lauatur inde quæ curatione perfecta. Et fel ouis & vrsi, conferunt in omnibus, in quibus confert fel tauri, nisi quia sunt debilioris operationis. Et fel vrsinum qñ fit ex eo loch, confert squinantię, & fel testitudinis confert squinantiæ, & vlceribus fraudulentis, quæ sunt in ore infantiũ, & quando ponitur in naribus epilentici, confert, & aperit oppilationes narium, & fel capræ sylueſtris, curat obscuritatem visus propriæ, & idem facit hircinum, & aufert carnem superfluam, & quando lini tur cum eo, habens elephantiam, confert ei, & fel porci administratur in vlceribus aurium, & ad omnia quę diximus de vlcerum speciebus.

DE MEDVLLIS OSSIVM. CCCCL.

MOchial hal hadam,id est, medulla ossiũ. Galenus.) Virtus medullæ resoluit, & mollificat duricies, & petrificationes neruorum, & lacertorum, & humores qui sunt in corpore, & illa quæ est melior per experientiam, est medulla ossis cerui. & post ipsam medulla vituli, sed boum magnorum, & hircoꝝ magnorum sunt magis adurẽtes, & magis acutæ, & magis deficcatiuæ, & propter hanc causam nõ sunt potentes resoluere duricies petrificatas. Sed ex medulla vituli fit Medicina composita, quæ est mollificatiua, & sup ponitur in ægritudinibus matricis, & fit similiter cum ea emplastrum exterius in ægritudinibus matricis, qñ virtus eius mollificat. Reperitur ergo in ossibus medulla, quę vere est medulla, & reperitur medulla alia in spinali, & est nucha, quæ ẽ durior & siccior medullis aliis omnibus, quæ accipiuntur ex ossibus, & habet de mollificatione & vncſuositate plus, quare oportet q̃ eligatur nucha per se, & custodiatur sola, & reponatur p se, ne faciat putrescere medullas alias, volo dicere medullas ossium, & propter hanc causam oportet q̃ accipiat reponendum in tempore hyemis, sicut accipitur adeps, deinde deficcetur in testa, quę non habeat humiditatem cum solijs lauri siccis, nam si essent viridia propter eorum humiditatem, acquireret ab eis saporem, et fieret virtus eius acutior, et adurentior, et reponatur in domo non calida, ne putrescat, habẽte fenestras aperDe felle Ebrio, 2.c.70. tas, vbi possit ingredi ventus die et nocte. Dioscorides.) Medulla ossiũ cerui est fortior omnibus, et postea est medulla vituli, et post medulla tauri, et post caprina, et post arietina. Tempus autem collectionis medullarum est in fine æstatis, quia in aliis temporibus reperitur in eis superfluitas sanguinis, quæ congelatur in loco cum medulla, et non nouit hoc nisi ille qui assuetus frangere ossa, & extrahere medullas. Et omnes species medullarum sunt mollificatiuæ, resolutiuæ, sedatiuæ, replent vlcera. Et medulla cerui quando inungitur corpus ex ea, prohibet nocumẽtum animalium venenoforum. Et medulla reponitur in hunc modum, dissoluitur sicut adeps, et proijcitur super eam aqua, & mundificatur ab ossibus quæ sunt in ea, et colatur cum panno lini, et lauat, et mũdificatur ab aqua, deinde ponitur in olla, et ponit olla illa in alam ollam, in qua est aqua, et colligitur cũ apparet ex sorde in ea cũ pluma, deinde colatur in vase, et dimittit ibi donec stat rubea, deinde accipitur quod est desuper ex puro ei⁹, et quod est in fundo, ex impuro abijcitur, et purum reponit in vase nouo. Si vero vis aliter reponere, repone ipsam sicut docuimus reponi adipẽ gallinæ et anseris, et seruanec est rari, mollificat namq; duriciem corporis.

DE PINGVEDINE ET adipe. CCCCLI.

MEnimuxaham,id est, pinguedo et adeps. Galenus.) Omnis pinguedo et humidũ, generatur in eo pinguedo sicut porcus, et quando est siccũ, generat ur

De medicinis, c.69

generatur in eo adeps, ſicut taurus, capra, & alia quę habent cornua. Et virtus adipis & pinguedinis calefacit, & humectat, q̃ſi tunc recentes, q̃ſi vero veteraſcũt, ſunt calidiores, & ſubtiliores, & magis reſolutiuæ, diuerſiſicanturaũt ſpecies adipis in plus & minus, ſm diuerſitatem animalium. Pinguedo porci cõparata ad id quod facit in corpe eſt humidior, & non calefacit ſicut oleũ, ſed mollificat, & maturat plus q̃ oleũ, & caliditas quæ eſt in pinguedine porci pinguis, eſt, ſicut caliditas corporis hominis, & adeps tauri eſt calidior, & ficcior pinguedine porci, & maſculi eſt calidior q̃ fœminæ, & caſtrati eſt ſimilis fœminæ, & lactentium eſt pluris humiditatis q̃ adulti, & adeps vituli eſt minus calidus & ficcus quam adeps tauri, & adeps caprarum eſt minus calidus q̃ adeps hircoꝝ, & adeps taurorum eſt minus calidus q̃ adeps leonis, & ſic adeps leonis eſt plus reſoluti uus, & calidior, & ſubtilior adipe omnium quadrupedum, & propter hanc cauſam eſt magis iuuatiua Medicina in apoſtematibus antiquis, duris, & in nodationibus neruoꝝ, & vniuerſis ęgritudinibus duris, petrificatis. Pinguedo vero porci impoſſibile eſt q̃ faciat alis quam ex iſtis operationibus, ſed adeps tauri & capræ elongantur a pinguedine porci, inquantũ calefaciunt, & deſiccant plus ea, & ſic ſunt ambo debiliores adipe leonis in hoc, ſunt ergo mediij inter illos duos, & ꝓpter hoc miſcentur aliq̃s cum Medicinis, quæ curant apoſtemata dura, & cum illis quæ curant apoſtemata calida, ſicut eſt baſilicon, quod fit ex adipe, & reſina pini, & cera, & oleo. Et ſi adeps qui imponitur fuerit tauri, aut vituli, aut capræ, aut porci, fit Medicamen prouocatiuum ſaniei, & maturatiuum, verum ſi fuerit porci, erit in corporibus infantium, & mulierum magis conueniens, & præcipue quoꝝ corpora fuerint tenera, & ſi fiat cum adipe tauri, erit magis conueniens ruſticis, & omnibus, quoꝝ caro eſt ſicca & dura. Et adeps caprę q̃ſi cum eo ſit cliſtere habentibus mordicationes in recto inteſtino, & in colon eſt conferens plus q̃ſi fiat cũ pinguedine porci: & hoc ꝓpterea quod ſit calidior aut magis ſedatiuus acuitatum: ſed propter naturã ſui proꝓriam. Nã pinguedo porci eſt magis calefactiua, & magis ſedatiua mordicationũ quam adeps capraꝝ, & ꝓpter hoc miſcetur in medicinis quæ conferunt vulneribus. Facit ergo illud adeps caprinus, quia velociter coagulatur propter groſſitiem ſuæ ſubſtãtiæ. Pinguedo vero porci fluit & liquefit & lubricat facile ſicut oleũ, & propter hãc cauſam facimus cum ea cliſtere, proprie q̃ſi in inteſtinis fuerit aliqs ardor, aut tenaſmon, & vos lumus ſedare ardorem illum cum adipe, & confert propter ſuam ſubtilitatẽ, & eſt magis conueniens ad ſedandum, q̃ſi res nociua fuerit profundata in mẽbro, quia res ſubtilis penetrat in omni ſubſtãtia membri, & ꝓpter hanc eandem cauſam adeps anatis eſt de magis ſedatiuis adipibus aliis mordicationũ exiſtẽtium in profundo membrorum, & eſt in hoc plus ẽt q̃ pinguedo porci. Sed adeps galloꝝ & gallinarum eſt mediusinter hos. Et dixit in decimoquarto de ingenio ſanitatis, pinguedo gallinaꝝ, & anatis eſt ſubtilior aliis adipibus omnibus, & magis penetrat in profundum corporis.

De adipe lib. 2. c. 68

Dioſcorides.) Virtus omnium adipum eſt calefactiua, & adeps tauri eſt ſtipticus, ſtipticitate pauca. & ſimiliter eſt adeps vaccaꝝ, & vituloꝝ, & capraꝝ. Et his eſt eſt ſimilis adeps vrſi in virtute ſua. Et dicunt quidam, quod ſi quis eo vnxerit corpus ſuum, non timebit morſum hominum inſultum, & adeps elephantis, & certi, q̃ſi linitur corpus cum vno ipſoꝝ, repellit ab eo venenoſa, & adeps caprinꝰ eſt ſtipticior omni alio adipe, & ꝓpter hoc curantur cũ eo vlcera inteſtinorum, q̃ſi fit cum eo cliſtere cum ſauich, & furfure, & liquefit, & miſcetur cum aqua hordei, & ſi fit cliſtere, & ſit ius cũ eo, & ſorbetur ab eo qui habet vlcera in pulmone, & iuua tur cum eo ille qui bibit cãtarides, & adeps vrſi eſt plus reſolutiuus illo, q̃ſi miſcetur cum ſtercore caprino, & croco, & ponitur cum lana fuccida ſuper podagram, & confert. Adeps vero arietis eſt ſimilis virtutis cũ ſupradictis. Adeps vero porcinus conuenit doloribus matricis, & ani, & aduſtionibꝰ ignis, antiquus vero ex eo, ſuper quem pertranſiuit longum tempus, calefacit, & mollificat, & q̃ſi abluitur cum vino, confert paraliſi, & q̃ſi conficitur cum cinere, aut calce, confert apoſtematibus calidis, & aliſs apoſtemalibus, & vulneribus. Aſi nivero adeps, ſm quod dicitur, inducit cicatricibꝰ turpibus colorẽ ſimilem colori corporis. Adeps anatis & gallinæ conueniunt doloribus matricis, & ſciſſuris labioꝝ, & ad vultum clarificandum, & conferunt auribus. Sed adeps vrſi facit oriri pilos in alopicia, & eſt conueniens ſciſſuris quæ fiunt a frigore, & apoſtemati bus ſanguineis. Vulpis vero adeps eſt bonus doloris bus oculorum, & aurium. Et adeps piſcium marinorum, quando diſſoluitur in ſole, donec liquefiat, & miſcetur cũ melle, & ſit cũ eo cohol, acuit viſum. Adeps vero ſerpentis, q̃ſi miſcetur cũ alkitran, & melle, quod dicit Articẽ, & oleo veteri, de omnibus qualibus ponderibus, & ſit in de cohol ſit optimũ Medicamen, conferens obſcuritati viſus, & aquæ, deſcendenti ad oculũ & q̃ſi euelluntur pili aſſellarum, & linitur locus cũ adeps ſerpentis, dum eſt recens, non finit eos renaſci.

Libro 2. c. 68

Dioſcorides iterum.) Quod eſt recens ex adipe anſeris, & gallinæ, & fine ſale, eſt conueniens dolori matricis, & ægritudinibus eius, & renum, ſed quod ex eis eſt falſum, aut habens acuitatem aliquã. In epiſtola Plinij ſecundi, ad Veſpaſianum imperatorem ita ſcribitur. Omnia vulnera quæ foris in corpore nata ſunt, vel fero effecta, craſſus lardus appoſitus, aſſidue ex putredine vulnerum ipſorum, & ſanat propter antiquitatem eius, eſt malum matricis. Præparatio autem omnium additum ad reponendum eſt in hunc modum. Accipiatur ex eo recens, & mundetur a pelliculis ſuis, in quibus continetur, & pone in olla noua ex terra, quę capiat du plum adipis, & ſic cooperi ollam bene, & pone in ſole calido, vbi liquefiat, & quòd ex eo liquefit, pone in vaſe alio nouo, & pone iterum ollam in ſole, & facies hoc tam diu, donec totus adeps diſſolutus fuerit, & nihil ex eo remaneat in olla, & poſt hęc repone in loco frigido, & ſerua. Quidam vero ponunt ollam cũ adipe in aqua calida loco ſolis, aut ſuper prunas debilis caloris.

Præparatur autem alio modo, et eſt quod poſtquam fuerit purgatus a pelliculis ſuis, terit, et liquefit in olla, et ponitur ſuper eum aliquantulum ſalis, deinde colatur per petiam lini, et reponitur. Sic enim præparatum conuenit laſſitudini, quando miſcetur cum Medicinis conuenientibus ad hoc.

Sed adeps vrſinus, et porcinus præparanſ ſic. Accipe ex eo dum eſt recẽs illum q eſt pinguior multum, ſicut ille q eſt circa renes, et pone in multa aqua pluuiali frigida, et purga bene a ſuis panniculis, deide diſſolue eũ cum manibus, malaxãdo fortiter, et ablue ſæpe mutando aquã frigidam, et malaxando, deinde pone in vaſe terreo, mundo, capiente duplum eius, et pone ſup eum aquam, quæ ipſum cooperiat, & pone ſup carbones inceſos, lenis caloris, et agita ſæpe donec diſſoluat adeps totus in aqua, deinde cola adipem ſup aquam aliam frigidam, poſtquam ſeparaueris ab eo aquam primam, in qua diſſolutꝰ fuit, et dimitte in frigidari, deinde ſæpara ipſum ab aqua illa, et pone in olla iterum cũ aqua alia recenti, et pone ſuper prunas lenis caloris, donec liquefiat iterum, poſtea vero cola, et abijce fordes eius, et pone in vaſe latioris orificij fundo eius ſatis, et dimitte donec coagulat, cum ait coagulatus fuerit extrahe a vaſe, et quod reperies in fundo eius ex ſordido abijce. Relis quũ vero pone in vaſe mundo, et diſſolue tertia vice, et

proijce

proijcé in vase terreo mundo, & dimitte coagulari, & pone in loco frigido.

Adeps vero hircinus, & arietinus, & ceruinus præparatur sic. Accipe ex eo, & purga, sicut diximus supra, & laua sicut diximus de adipe porcino, & frica malaxãdo manibus sicut diximus, & asperge super eum aquam sæpe, & facias hoc sæpe, donec fiat albus, & non appareat in eo aliquid sanguinis, vel alterius sordis, deinde pone in vase, & pone super eum aquam qua cooperiatur, & pone super prunas lenis caloris, & agita, & post quam liquefactus fuerit, cola in vase alio, & dimitte infrigidari, deinde pone in vase secundo cum aqua, & liquefac, & cola vt dixim⁹. Tertio vero pone in vase, & liquefac fine aqua, & pone in vase alio, & dimitte infrigidari, & extrahe sicut diximus in porcino, & serua.

Sed adeps renum vaccarum accipitur, & purificatur a suis pelliculis, & abluitur cum aqua marina copiosa, deinde ponitur in mortario, & teritur bene, & aspergit super eum semper aqua marina, & teritur semper, deinde pone in vase cum aqua marina nõ multa, & coque, donec amittat odorem suum, deinde pone super vnam quamq; maneriem adipis vncias quatuor cæræ regionis Cirineæ, & post cola, & quod fuerit in fundo vasis, abijce ex forde, reliquũ pone in vase alio nouo, & pulueriza fug eum parum lateris triti, & pone omni die in sole cooperturn, vt albificetur, & amittat fœtorẽ suum.

Adeps vero renum tauri sic præparat. Accipe ex eo recenti, & ablue cum aqua dulci, & purifica a suis pellis culis, & pone in vase nouo, & pone sup ignem cũ aqua munda, & aliquantulo salis, donec liquefiat, deinde aufer ab igne, & cijce aquam, & sine infrigidari, & qñ infrigidatus fuerit, & inceperit coagulari, ablue manibus tuis, & frica cum aqua clara, & muta aquam eius sæpe, donec mundetur bene, & facias hoc secundo & tertio si indiges, deinde pone in vase, & coque in vino odorifero eiusdem quantitatis, & qñ bulleriti duabus ebullitionibus, aufer ab igne, & dimitte sic nocte vna, & si odor eius adhuc est fœtidus, pone iterum in vase cum vino alio, & coque vbi prius, & facias hoc toties quod nihil ex odore fuo percipias remansisse. Fit etiam eodẽ modo fine sale propter ægritudines, quibus sal est nociuus, verum non fit ita albus.

Eodem modo præparatur adeps leonis, & leopardi, & apri, & equi, & cameli, & similium, sicut diximus de adipe bouis, & tauri.

Quidam vero aromatizant adipem vitule, & tauri, & cerui in hunc modum. Accipe deq̃uocunq; vis, & ablue sicut diximus, & bulli in vino, & post aufer ab igne, & dimitte sic nocte vna, mane vero muta vinum eius, ponens aliud in eadem quantitate, & liquefac iterum, deinde collige, & pone in vase alio. Et faciũt quidam hoc pluries, & in omnes nouem cotillas adipis ponunt drachmas septem squinãti. Sed si vis fortius odorificare ipsum, pone ex squinãto drachmas octo, & cortícum palmæ drachmas octo, & darsisaan, & xylobalsami ana drachma vna, & cordumeni, & nardi, & casiæ ligneæ, & cinnamomi ana drachma vna, incide Medicinas istas grosso modo, & pone in vino odorifero, & cũ adipe, & fac bullire totum simul tribus ebullitionibus, & dimitte sic nocte vna, mane vero accipe adipẽ, & proijce vinum, & ablue vas bene, & purga adipem a fordę quæ est in fundo eius, & remitte adipem in vas, & dissolue, & cola, & repone, & vtere. Et secundum hãc formam aromatizantur adipes alij supradicti. Et iam diximus in eo quod præter modum præparationis adipũ, qui necessarius est fieri, antequam aromatizentur, vt citius recipiat odorem specierum.

Fit autem aliter sic. Accipe ex adipe quodcunq; voleris, & bulli cum vino, & pone cum eo ex summitati bus myrthi, & ex serpillo, & cypero, & darsisaã, de qua libet horum trium ana. Quibusdam vero videtur vnũ ex his sufficere, & quando bullierit bullione tertia, auser ab igne, & cola cum panno, & repone.

Et iam narrauerunt alij in hunc modum. Accipe de quocunq; vis recenti, & mundato a sanguine, & præparato, sicut supra diximus, & pone in vase nouo, & pijce sup eum ex vino albo, antiquo, odorifero tñi, quod superfluat desup octo digitis, & bulli leui igne, quousq; separetur ab eo odor eius naturalis, & habeat fere odorẽ vini, & post aufer vas ab igne, & permitte infrigidari, & accipe ex adipe illo duas eminas, & proijce super eũ libras tres vini supradicti, & pone cũ eo ex fructu plantæ quæ dicit ocis, & ex fructu palmæ tritis ambobus, & bulli totum sup ignem lenem, & moue continue, & cũ amiserit odorẽ eius, cola, & infrigida, & post accipe ex darsisaam trito eminã vnam, & florum alcãnæ eminas quatuor, & confice cũ vno veteri, & dimitte nocte vna maturari simul, mane vero accipe ollam vnam nouam terream, capientẽ circa libras triginti, & pone in ea adipem, & species, & adde sup hoc ex vino vnũ misohaos, aut minus paꝝ, & fac bullire, donec adeps odorem speciẽ receperit, deinde cola, & iteꝝ liquefac, & repone. Et si vis augere odorem eius, adde ſpecieb⁹ ex myrtha pingui. ʒ. ix. vel octo, dissoluta in vino veteri. Gallinæ vero & anatis adipem sic aromatizabis. Accipe quam vis ex eis, & ſpara prius, sicut supra diximus, & accipe ex eo quatuor cotillas, & pone in vase nouo ex terra, & proijce sup eum ex darsisaã, & xylobalsamo, & ex corticib⁹ palmæ, & ex calamo aromatico, de quolibet tunſo, & præparato. ʒ. xij. deinde pone sup hoc ex vino veteri regionis Basis, vncias nouem vel decem, & confice omnia simul, & pone cũ adipe in vase, & pone sup prasnas, & fac bullire tribus ebullitionib⁹, deinde aufer ollam ab igne, & dimitte sic die & nocte, mane vero liquefac, & cola in vase vitreo, vel argentẽo, per pãnum lini mũdum, & qñ coagulabit, collige cum cocleari, & pone in vase terreo, & opila, & pone in loco frigido, hoc aũt faciendum est in hyeme, nã in æstate non posset coagulari. Quidã vero miscẽt cum eo ex cæra terræ dictæ Trici, eo quod melius coagulat cum ea. Simili vero mõ aromatizant adipes porci, & vrsi, & sises his. Aromatizãtur aũt adipes oẽs vniuerſaliter in hunc modũ. Accipe adipem purgatum, & præparatũ sicut diximus superius in quantitate vnius eminæ. Et melior ad hũc modum ſpparationis est adeps taurin⁹, & maioranæ recentis ficcatæ minã vnam mediã, & misce simul, & fac troiscos, quos pone in vase terreo, & proijce sup eos vinum, & cooperi vas, & dimitte sic vna nocte. Accipe eos & pone in vase terreo, & proijce desup aquã, & fac bullire sup lentum ignem, & qñ recesserit odor adipis, cola in vase, & cooperi, & dimitte tota nocte, mane accipe ex adipe q̃ fuit colatus mundus, & pijce feces eius, & pone cum eo ex maiorana trita, sicut diximus minã vnam & mediam, & pone in vase, & fac vt prius fecisti, & quãdo perfecerit, & bullieris vltimo, & colaueris, & proiecceris feces eius, pone in vase, & serua in loco frigido. Et si tu vis reponere adipem aliter ab istis modis omnib⁹, ita vt præseruetur, ne putrefiat, & destruatur. Accipe de quocunq; vis recenti, & laua bene, & defleca in vmbra supra pannum mundum, & cum fuerit deficcatus, pone in petia lini, & comprime bene, & post insere in filo lineo, & suspende, post aliquot vero dies pone, inuoluens in cartis nouis ex papyro, & repone in loco frigido. Et quando ponuntur adipes in melle, & res ponuntur sic non corrumpuntur.

DE SPOLIO SERPENTIS. CCCCLII.

SAlchalhaieth, id est, spolium serpẽtis. Dioscorides.) Spolium serpentis quando coquitur in vino, & distillatur ex eo in aurem doloro sam, cõfert ei multum, & quãdo colluitur os cum vino illo, cõfert dolori

dolori dentium. Etiam miscent ipsum quidam in Medicinis oculorum, & proprie illud quod fuit ex masculo. Galenus.) Dicũt quidam quod spolium serpentis quãdo bullierit in aceto, & colluitur os cum eo, cõfert dolori dentium.

DE PISCIBVS. CCCCLIII.

CAmech. id est, piscis. Galenus.) Aqua piscii salsorum confert vulneribus putridis sicut almuri, & confert similiter dolori sciaticæ, & vlceribus intestinorum, quando fit cum ea clistere, & hoc ideo, quia attrahit humores qui sunt in scia, & lauat intestina, & deficcat vlcera quæ sunt in eis, & illa qua Medici plus vtuntur, est aqua anguillæ salsæ, & piscii paruorum. Et nos quidem iam administrauimus eam in vlceribus putridis, quę sunt in ore. Sed absamaris est species piscis quædam cuius caput salsum quando aduritur, aufert carnẽ superfluam ab vlceribus, & non finit eam crescere in corpore, & aufert verrucas, & carnem superfluam, quæ dicitur morum. Et caro eius est conueniens puncturæ scorpionis, & morsui canis rabidi, sicut etiam caro omnis piscis salsi alterius.

Piscium vero paruorum qui dicuntur cir, capita qñ aduruntur, & teruntur, & puluerizãtur super rasadas ani curant eas. Et muri quod fit ex eis, quãdo colluitur os cum eo curat vlcera oris putrida.

Et kammen. & est piscis marinus, quando accipitur recens, & ponitur in ventre porci, & coquitur cum eo in decem & octo libras aquæ, donec redeant ad tres libras, & colatur aqua illa, & infrigidatur. & tribuitur in potu, laxat ventrem laxatione forti. Et quando fit emplastrũ cum eo, confert morsui canis rabidi, & morsui cuiusq; animalis venenosi.

Et caro piscis marini salsi qui dicitur kefam, & homines Orientis nominant eum aliena, quãdo administratur, confert morsui tyri. Oportet autem qꝫ infirmus coquat ex eo sæpe, & bibat vinum multum, & euomat sæpe, & cum ea fit emplastrum super morsum canis, & confert. Et administratur etiam ad incidendum phlegma, sicut administrantur Medicinæ secundinæ acutę.

DE OSSIBVS COMBVSTIS. CCCCLIIII.

HAidham maharicheb, id est, ossa cõbusta. Galenus.) Virtus eorum est quæ resoluit & deficcat, deficcatione forti. Et dicitur quod hæc virtus in ossibus hominum est propria, & propter hãc causam curant quidam cum hoc cinere epilepsiam, & dolorem iisdẽ curarum. Et dicitur quod calcaneus porci qñ aduritur, donec color eius fit albus, & datur ex eo in potu, resoluit inflationem intestinorũ, & punctiones eorum antiquas, & fic confert colicæ. Et dicitur quod si fit cum eo emplastrum super baras, aufert eã. Et dicunt quod calcaneus hirci quando aduritur, & datur in potu, incitat libidinem coitus, & quãdo bibitur cum oximelle, extenuat splenem. Et dicunt quod ossa curium bouis adusta, absĩcindunt fluxum sanguinis, & quando sumuntur in potu, absĩcindunt fluxum ventris.

DE TELA ARANEA. CCCCLV.

De aranea lib. 2. ca. 15

HAmdebut, id est, tela aranea. Galenus.) Tela aranea, quando ponitur super vulnera, quæ fiunt in exterioribus corporis, non finit ea apostemari. Dioscorides.) Quando miscetur cum aliquo vnguento, & extẽditur super peciam, & ligatur super tempora, & super pulsus brachiorum, curat febrem tertianam, & quando ponitur super locum, vnde fluit sanguis, stringit eum statim, & quando ponitur super vlcera non profunda, prohibet ea apostemari. Et et tela aranea est quædam species albæ, & dura, quæ secundum quod dicunt quidam, fit restringatur in corio, & suspenditur super aduitorium, aufert febrem quartanam, & quando coquitur in oleo rosato, & distillatur in aurem, confert dolori eius.

DE SVDORE. CCCCLVI.

HArach, id est, sudor. Galenus.) In sudore hominis est salsedo, & amaritudo paucа, maxime qñ admiscet cum puluere illius loci, vbi luctant homines, & accipitur, & linitur sup tumores qui sunt in corpore præter naturam, & resoluit eos. Et dicunt quod in isto puluere solo est virtus consolidatiua & stiptica, & propter hanc causam prohibet descensum humorum ad loca. Quãdo ergo miscetur cum sudore, fit fortior nimis virtus eius, & curat citius. Quando ergo ponitur sudor iste cum illo puluere super apostemata mamillarum, resoluit ea, & extinguit inflammationem eorum, Et quãdo linitur cum eo dulbkiet, confert. Et ego vsus sum eo in apostematibus lumborum, & sedata fuerunt apostemata, & resoluta, & æger fuit curatus curatione completa. Sed quando apostemata, quæ curantur cum isto Medicamine, sunt ficca, & dura, oportet quod mollificentur cum oleo de alkanna, & si non reperitur, cum oleo rosaceo, & quando miscetur cum hoc oleo, confert coagulationi lactis in mamilla, & resoluitea, & secundum hunc modum oportet qꝫ vtaris eo in omnibus apostematibus. Sed sudor equi quãdo calefit cum aceto, confert epilepsię. Et dixerunt quidã, qꝫ confert. si administretur in morsibus venenosis.

DE LANA. CCCCLVII.

SAuf, id est, lana. Galenus.) Lana succida confert attritioni & conquassationi membrorum & netuorum, & quando fricatur corpus cum ea, fortes quæ est in ea, confert ad penetrandum. Sed lana lota est conferens in hoc, quod ipsa est materia recipiẽdi omnem rem humidam, & liquorem, quando in eo infunditur. Et qñ lana aduritur, fit virtus eius calida cum subtilitate, quousq; ipsa aufert carnem superfluam ab vlceribus, & ponit similiter in emplastris deficcatiuis. Et modus adustionis eius est, quod ponatur in vaso nouo, & cooperiatur coopertorio perforato multis foraminibus, & fic aduratur. Dioscorides.) Melior est lana est lenis, quæ est ex collo animalis, & ex interioribus coxarum. Quãdo lana infunditur in aceto & oleo, aut vino, & emplastratur cum ea, conuenit apostemati bus in principio eorum, & confert attritioni membrorum, & neruorum, & fracturis ossium. Et quãdo infundit ur in aceto, & oleo rosaceo, confert sodæ, & dolori stomachi, & aliorum membrorum. Sed adusta habet vir tutem calefactiuam, & adustiuam, & stipticam, & caute rizatiuam, & aufert carnem superfluã ab vlceribus, & incarnat, & consolidat ea, & aduritur, postquam abluitur, & ponitur in olla munda, & aduritur, ficut alia quę diximus, similiter autem comburitur sera & stupa. Quidam vero lauant lanam cum sorde sua, & pectinant, & imbibunt eam cum melle, & fic aduritur, sicut diximus. Quidam vero in olla habente latum os componũt clauos, vel aliquid tale facientes in modum cratículæ, deinde ordinãt super eos frustula ligni pini, & deinde vel lus lanæ pectinatæ in oleo linitę, nec multum madidę, componunt super ligna, & deinde alium ordinem frustulorum ligni super lanam componũt, super quam lanam aliam ponunt, vt prius, & faciunt hoc secundum quantitatem, quam volunt adurere ex lana, & ligna incendunt, Et recipiunt in vase aliquo liquorem olei & picis manantis a lignis, & cinerem lanæ sapientem odorem picis illius, & reponũt simul. Et lauatur cinis lanę, & ponitur in Medicinis oculorum. Lauatur aũt hoc modo. Pone eum in vase terreo mundo, & pone super eam aquã. & agita simul agitatione forti, & facias hoc tam diu, donec non sentias in sapore eius mordicationem, quando posueris ex eo super linguã tuam, & sentiet muta aquam eius. Hoc autem cæue, quod ibi remaneat aliqua stipticitas, cum autem resederit in fundo, abijce aquam, & collige & ficca.

De medi. na Iaruri lib. 2. ca. 65

DE

DE CORNIBVS. CCCCLVIII.

KAren,id est cornu. Galenus. Plurimum quod administratur ex cornu, est ceruinum, & caprinum, nam aduruntur, & administrantur ad restringendam gingiuã,& confirmandos dentes. Etiam narrauimus, quod cornu cerui qñ aduritur, & abluit, curat vlcera inteſtinorum,& fluxum ſanguinis, & fluxum ventris,& qñ bibitur. etiam curat ictericiam, & doſis eius eſt coclearia duo. Etiam adminiſtratur adustum & ablutum in ſief,ad deſiccãdos humores veniẽtes ad oculum,& omnia quæ hoc faciunt, habent virtutem deficcatiuã. Dioſcorides.) Cornu cerui quando aduritur,& lauatur,& bibuntur ex eo aurei duo cũ dragaganto, conuenit ſanguinis ſputo,& vlceribus inteſtinorum, & fluxui ventris antiquo, & ictericiæ,& doloribus veſicæ,& confert curſui humiditatum antiquo ex matrice,quando bibitur cum aliqua Medicina conueniente ad hoc. Et inciditur cornu in fruſta,& ponitur in olla terrea,& lutatur caput eius, & dimittitur in furno, donec albeſcat. Lauatur autem poſtmodum ſicut climia, & ſic conuenit oculo, ad quem curunt humiditates,& vlceribus quę ſunt in eo. Et quando fricantur cum eo dentes, abſtergit eos a ſordibus. Et fit fumigiũ cum cornu crudo, & fugat animalia venenoſa. Et quando coquitur cum aceto,& colluitur os cum decoctione eius,confert dolori dentium. Et limatura eius quando datur in potu cum vino, excludit lumbricos.

De cornu ceruino ji. 2.ca.50.

DE VENTRICVLIS AVIum. CCCCLIX.

KAniſa,id eſt,ventriculus. Dioſcorides.) Ventriculum gallinæ aquaticæ quidam laudauerũt, dicentes,quod eſt Medicina maturatiua, quando comeditur coctus,vel crudus ſiccus,Sed experti ſumus hoc,& non inuenimus verum. Et ſimiliter pelliculam interiorem ventriculi galli quidam deſiccantes, dant in potu,& eſtimant,quod confert ægritudinibus oris ſtomachi.

De Gallinis lib. 2. ca.41.

DE PVLMONE. CCCCLX.

KIch,id eſt, pulmo. Galenus.) Pulmo agni & porci,vt dicunt quidã,confert excoriationi calefaciẽtorum. Et pulmo vulpis quando deſiccatur,& bibitur,confert aſmati. Dioſcorides.) Pulmo porci,& agni,& vrſi,quando aliquis horum ponitur ſuper excoriationes pedum, confert, nec finit eas apoſtemari. Et pulmo vulpis deſiccatus & bibitus,confert aſmati. Et adeps eius diſſolutus & diſtillatus in aurem,ſedat dolores eius.

De pulmone vulpis li.2. ca. 35.2

DE CAPITIBVS ANIMALIVMquorumcunque. CCCCLXI.

RAs,id eſt,caput. Galenus.) Fuit quidam,qui accipiebat capita paruorũ piſcium ſalſorum,& deſiccabat,& puluerizabat ſuper vlcera ani,& vuulę,& curabat ea,& in hoc modo nõ eſt virtus eorũ calida nimis. Et quidã adurunt caput leporis,& curant cum eo alopeciam. Sed caput algualgar, vbi dixerunt quidam ex ſcriptoribus librorum, quando teritur,& ponitur ſuper membrum,vbi eſt res infixa,extrahit eã, & aufert verrucas. Dioſcorides.) Piſciculi parui diẽti in Oriente Sir,caput,quando aduritur, & puluerizatur ſuper ſciſſuras ani,curat eas. Et muri qui ſit cum eis, quando fit emplaſtrum cum eo, curat vlcera fraudulenta,& putrida, & illa quæ ſunt in ore.

De pemis li 2. ca.27

DE CAPILLIS. CCCCLXII.

SCahar,id eſt,capilli. Galenus.) Quando aduruntur capilli,ſit ſimilis virtuti lanæ aduſtę, volo dicere,cp calefacit,& deficcat,calefactione & deſiccatione forti.

FINIS.

REGISTRVM.

A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z.

AA BB. Quaterniones. Regiſtrum Tabulæ per ſe patet.

Explicit Opus Serapionis Venetijs impreſſum in officina hęredum Lucę Antonij Iuntæ. M. D. L.

Ob. 6.14.912